Plut. III. Lit B. N.° 6.

11912674

Plut. III. Lit B. N.º 6.

3
25 - 129

3

129-1
80-1
R. N.o 71



# D. FERNANDI VASQVII MENCHACENSIS IVRISCONSVLTI HISPANI IN SVMMO DOMINICAE REI PRAETORIO SENATORIS CLARISSIMI, DE SVCCESSIONVM CREAtione, progreſſu, effectuq́;, & reſolutione Tractatus primæ partis liber tertius.

1 TEſtamentũ iure canonico non requirit.7.teſtes cum cõmuni cõtra alteram communem.
2 Fœmina iure canonico teſtis eſſe poteſt in teſtamento, cum communi contra alteram cõem.
3 Teſtamẽtũ iure canonico ualet cũ tribus teſtibus contra communem, quæ deſiderat.4.teſtes.
4 Legatum rei alienæ ualet etiã iure canonico. contra communem.
5 Intell.c.filius.de teſtam.
6 Eccleſiæ legatum indebitè ſolutũ, an repetatur, noua opinio.
7 Eccleſiæ indebitè ſolutũ, repetitur, cõtra cõem.
8 Eccleſiæ legatum ſolutum ſi naturaliter & ciuiliter indebitum erat, repetitur, contra cõmunẽ.
9 Eccleſiæ legatũ ſolutũ ab alio, quàm debitore, repetitur, cõtra cõem. Et teſtam. ad pias cauſas nõ eget ulla ſolẽnitate. ibid. ubi multæ illatiões.
10 Teſtamentum nuncupatiuum iure regio ualet cum minore numero teſtium.
11 L.1.tit.2.lib.5.ordi.num.11.
12 Teſtamentum in ſcriptis quæ requirat iure regio.
13 L.3.Tauri.num.13
14 Teſtamentum inter liberos etiam ſi fiat in ſcriptis, non deſiderat integram ſolennitatem, etiã iure regio, contra noſtrates.
15 Legis correctio nõ fit ex maioritate rationis, niſi cùm ratio eſſet expreſſa in lege. cũ cõmuni.
16 Teſtamentũ in ſcriptis inter liberos iure regio tantã ſolennitatem deſiderat, quantam teſtamẽtum nuncupatiuum inter omnes.
17 Intell.l.1.tit.2.lib.5.ordi.
18 Teſtamentũ nuncupatiuum iure regio ualet cũ quinq; teſtibus ſine tabellione, licèt eſſet copia tabellionis. contra Micha.
19 Teſtamẽtũ nũcup. etiam iure regio requirit ſeptẽ teſtes, quando teſtes non erant incolæ illius oppidi, ubi teſtamentum fiebat, contra Micha.
20 Intell.d.l.1. tit.2.lib.5.ordi.
21 Teſtamentum in ſcriptis iure regio deſiderat ſignacula teſtium, contra noſtrates. Aliud tamen obſeruat conſuetudo.
22 Teſtamentum iure regio requirit ſolennitates omnes iuris cõis, præter ſpecialiter derogatas.
23 Teſtamenti ſolennitas iure regio requiſita, fallit in teſtamento militis.
24 Limitatio.2.
25 Limit.3.
26 Limit.4.
27 Limit.5.
28 Limit.6.
29 Limit.7.
30 Limit.8. (.·.)
31 Limit.9.
32 Limit.10.
33 Limit.11.
34 Limit.12.
35 Limit.13.
36 Limit.14.
37 Limit.15.
38 Limit.16.
39 Limit.17.
40 Limit.18.
41 Limit.19. (.·.)
42 Limit.20.
43 Intell.l.3.tit.de las excep.lib.3.ordi.
44 Teſta.ſolennitas per conſuetudinem, uel legem poteſt relaxari, cum communi.
45 Teſtamentum minus ſolenne ualet inter liberos, cum communi.
46 Teſtamentum minus ſolenne ratione uoluntatis an ualeat inter liberos, uel ad pias cauſas.
47 Teſtamento minus ſolenne inter liberos facto, uidetur ex teſtamento, non abinteſtato ſuccedi, cum cõi. Idem in teſtamento militis, cum cõi.
48 Teſtamentum inter liberos eſt propriè teſtamentum, contra Iaſ. & Curti.iuni. licèt ſit minus ſolenne.
49 Teſtamentum inter liberos carens hæredis inſtitutione, ualet ut codicillus.
50 L.1.tit.2.lib.5.ordi.
51 Teſtamentum non ualet in terminis.l.gallus. ſi filius ſit præteritus, contra nouiſſ.
52 Teſtamentum imperfectum ualet inter liberos, etiam non ſucceſſibiles, cum communi.
53 Teſtamentum imperfectum inter liberos naturales tantùm non ualet, cum communi.
54 Teſtamentum imperfectum inter liberos ſpu-

rios non ualet,cum communi.

55 Teſtamentum imperfectum ualet,ſi fiat à matre inter filios etiam ſpurios,cum communi.

56 Teſtamentum imperfectum ualet inter liberos etiam legitimatos, cum communi contra Decium,& alios.

57 Teſtamentum uitiatur præteritione filij legitimati,cum communi.

58 Teſtamentum inter liberos ualet cum duobus teſtibus,cum communi.Etiam ſi non ſint rogati,cum communi. Et etiam ſi ſint fœminæ,cum communi contra Curti.iuni.

59 Teſtamentum inter liberos fauorabilius eſt, quàm teſtamentum militis,cum communi.

60 Teſtamento inter liberos iure regio requiritur rogitus teſtium.

61 Teſtamentum imperfectum inter parentes nõ ualet,cum communi contra Cur.iuni.

62 Teſtamentum imperfectum inter liberos ratione uoluntatis,an ualeat.

63 Teſtamentum imperfectum ratione præteritionis non ualet etiam inter liberos,cum cõmuni.

64 Teſtamentum imperfectum inter liberos uidetur habere clauſulam codi.cum communi.

65 Teſtamentum imperfectum inter liberos uitiat primum teſtamentum,cum communi.

66 Teſtamentum cæci minus ſolenne ualet inter liberos,cum communi,contra Iaſ.

67 Teſtamentum imperfectum inter liberos etiã inæqualiter honoratos ualet,cum communi cõtra nouiſſ.

68 Teſtamẽtũ imperfectũ inter liberos,an reqrat legitimã relinq tit. inſtitutiõis noua cõcordia.

69 L.5.tit.8.par.6.

70 Intell.l.3.Tauri.

71 L.1.tit.3.lib.3.ordi.extenditur.

L.22.ti.3.lib.1.& l.fi.ti.3.lib.5.ord.extẽdũtur.

72 Teſtamẽtum inter liberos eſt informe,& proprium teſtamentum tam iure communi, quàm regio,noua declaratio.

73 L.7.tit.1 par.6.

74 Teſtamentum inter liberos non requirit teſtes oculatos,noua opinio.

75 Teſtamentum inter liberos non requirit teſtes toti teſtamẽto fuiſſe præſentes,noua declaratio.

76 Teſtamentum inter liberos non eget rogitu tabellionis,noua declaratio.

77 Teſtamentum inter libe.poteſt fieri ad interrogationem alterius.

78 Teſtamẽtũ inter liberos an p aliũ fieri poßit.

79 Teſtamentum inter libe.non uitiatur præteritione filiorum,noua opi.

80 Teſtamentum inter liberos ualet,licèt quo tempore fiebat,teſtes non perciperent ibi diſpoſita, noua opinio.

81 Teſtamentum inter liberos poteſt ſcribi per notas inſolitas,noua declaratio.

82 Teſtamentum inter libe.non ſuſtinetur, in quibus caſibus eſt defectus uoluntatis.

83 Suitas non tollitur datione cohæredis extranei, cum multis contra communem.

84 Intell.l. apud Iulia.§. idem Iulia.ff. ad Trebel.

85 Suitate an firmentur tabulæ pupillares.

87 Suitas datione cohæredis non tollitur quo ad tranſm.cum communi.num.87.cum plu.ſequẽ.

99 Suitas non tollitur datione cohæredis quo ad benef.l.fi.C. de rep.hær. cum communi contra alteram communem.

101 Accreſcit cohæredi inuito etiã præciſè portio hæreditatis repudiata.contra cõem tres cõclu.

108 Vnicam eſſe poſſ.ſ. naturalem, cum communi contra alteram communem.

109 Suitatis iure poſſ.tranſit in ſuum hæredẽ poſt mortem defuncti,& dabitur interdictum recupe.& uera poſ. interdum acquiritur ſine actu naturali,contra communem conclu. 3.

110 Intell.l.45.Tauri.

111 Poſſeſſoria interdicta dãtur etiam uocatis à lege ciuili.

112 Poſſeſſorijs in cauſis non ſufficit probatio ſemiplena,cum communi contra alteram cõmunẽ.

113 Poſ.an probetur per teſtes ſingulares, cũ cõi.

114 Conſuetudo induci põt abſq; contradictorio iudicio, cum communi contra alteram cõmunẽ.

115 Maioratus ſucceſſor an quaſi ex nouo tit.præſcribat.

116 Mala fides an impediat præſc.in dignitate,officio,uel maioratu nouæ declarationes.

117 Mala fides ſuperueniens poſt præſc.completam non nocet,cum communi.

118 Mala fides reſpectu unius, impedit præſcrip. reſpectu alterius, cum communi contra alterã ferè communem.

119 Præſc.mala fide non contingit etiam in actionibus,cum communi contra alteram cõmunẽ.

125 Fructus hæreditate iacẽte pertinent ad hæredẽ, non ad legatariũ,cũ cõi cõtra alterã cõmunẽ.

126 L.37.tit.9.par.6.

127 Renuntiatio hæreditatis nocet etiam in legitima contra communem.

128 Declaratio.1. contra mentem communis opini.

129 Declaratio.2.contra mentem communis opini.

130 Declaratio.3. contra mentem communis opini.

131 Declaratio.4.contra mentem communis opin.

132 Declaratio.5.contra mentem communis opini.

133 Declaratio.6.contra mentem communis opini.

134 Declaratio.7.contra mentem communis opin.

135 Declaratio.8.contra mentem communis opin.

136 Legitimã etiã cõprehẽdit ſtatutũ quo à ſucceßione repellimur,cũ cõi contra alterã cõmunem.

137 Alimenta nõ deberi ad menſuram legitimæ,cõtra Deci.& Ripam.





146 Maioratu poteſt quis priuari à patre propter ingratitudinem,cum communi.

147 Regni ſucceßionem poteſt pater filio ingrato adimere.

148 Regnum nõ datur furioſis,& ſimilibus.Aliud in ſimplici maioratu.

149 Ingratus emancipatur inuitus.

150 Legitimus quis inuitus non fit,licèt matrem occultaſſet,cum nouißimis contra communem.

151 Legitimus nullus fit inuitus,etiam per ſubſequẽs matrimonium,cum communi cõtra nõnullos.

152 L.12.Tauri.

153 Legitimatio infantis & furioſi fit ſine eius cõſenſu,quæ tamẽ eius ratihabitionem deſiderat.

154 Legitimatio non ceſſat per ſuperuentum legitimorum, cum communi contra alterã cõmunẽ.

161 Amici cauſa ualet teſtamẽtũ min[9] ſolẽne,cũ cõi

162 Amor inducit clauſulam codicillarem cum cõmuni.num.162.cum plu.ſeq.

165 Ingratitudo futura remitti non põt,cũ cõmuni.

166 Monaſterium an habeatur loco filij,cum communi contra alteram communem.

167 Monaſt. non eſt loco filij in illa conditione, ſi deceſſerit ſine filijs ex ſuo corpore natis. cum communi contra alteram communem.

168 Monaſt.non eſt loco filij,ſi id teſtator expreßit. cum communi.

169 Monaſt. nõ eſt loco filij in eo qđ teſtator iußit in familia manere.cum Decio contra Feli.

170 Monaſt.eſt loco filij, etiã ad excluſionẽ filij teſtatoris ſubſtituti. cum Decio contra Ripam.

171 Monachiſmum minoris ordinis an ſtatim pro morte habeatur. cũ cõi contra alterã cõmunẽ.

172 Mors ciuilis nõ æqparatur morti naturali,niſi in caſibus à iure expreßis. cum communi contra alteram communem.

173 Morti non æquiparatur damnatio in metallũ. cum communi contra alteram communem.

174 Monachiſmum deſtinatum an faciat ualere teſtam.minus ſolenne.

175 Monachiſmũ an faciat legitimam repreſentari nõ ſpectata morte naturali,cum communi contra alteram communem.

176 Matrimonij ſpiritualis cond.impeditiua an reijciatur. cum communi contra alteram cõem.

177 Monachiſmum uitiatur per cond.quæ aduerſatur religioni.cũ cõmuni cõtra alteram cõem.

178 Monachus executor teſtamẽti eſſe non poteſt. cum communi contra alteram communem.

179 Monachus ut non ſuccedat lege caueri quando poßit,noua opi.

180 Eccleſia ex cauſa poteſt per ſtatutũ ſubijci tributis.cũ communi contra alteram cõmunem.

181 Eccleſia tenetur contribuere ad uim hoſtiũ repellendam.cum cõi contra alterã communem.

182 Eccleſia tenetur contribuere ad refectionem uiarum publi.cum communi.

183 Suitas non tollitur datione ſubſti.uulga.cũ multis contra communem.

187 Suitas nõ tollitur datiõe ſubſti.uulg.quo ad beneſici.l.fi.C.đ rep.hær.cũ cõi cõtra alterã cõem.

188 Idem in datione cohæredis extranei.cum communi contra alteram communem.

189 Suitas non tollitur datione ſubſt.uulg.in caſibus ſeq.cum communi.

209 Suitas nõ tollitur p cõditi. ſi uelit.cõtra cõem.

210 Suitatẽ non tolli per cond.poteſta.cum Alciat. & Soci.contra communem.

211 Suitas non tollitur exhæredatione.contra communem cum Ange.& alijs.

212 Suitas non tollitur monachiſmo. cum cõmuni.

213 Suitas non tollitur renuntiatione iurata. cõtra Alciat.& alios.

214 Suitas nõ tollitur,licèt filius ſit inſtitutus in re tantùm certa.contra communem.

215 Suitas non tollitur etiam per expreſſam patris uol.contra Alciat.& communem.

216 Suitas an tollatur petito tempore ad deliberãdum.contra communem.

217 Suitas non tollitur abſtenſione,nec per diſpoſitiones hîc ſubiectas.

218 Illationes.8.contra mentem communis opinio.

219 Illationes.10.contra mentem communis opinio.

220 Intell.l. qui in aliena.§. interdum.ff.de acquir. hær.& l.fi.C.de rep.hær.

221 Illationes.9. contra mentem communis opinio.

222 Illationes.10.contra mentem communis opinio.

223 Illationes.9. contra mentem communis opinio.

224 Illationes.10. contra mentem communis opini.

225 Illationes.10.contra mentem communis opinio.

226 Poſſeßio quæritur per ſeruum,filium,uel monachum etiam fugitiuos.cum communi.

227 Poſſeßio uera quæritur per modum fictum.

228 Poſſ.à nuntio tradi poteſt per ſolum aſpectum oculorũ. cum communi contra alteram cõem.

229 Poſſeßio uera, & uero modo quæritur per uiſum oculorũ. cũ cõmuni cõtra alterã cõmunẽ.

230 Poſſ.qualis acquiratur,quando quis mittitur in poſſ.ex primo decreto.

231 Detentatio an ſit meri facti.cum communi contra alteram communem.

232 Mala fides authoris nõ nocet ſucceſſori in quatuor caſib[9] hîc enũeratis.cõtra cõem cũ multis

233 Bona fides orta etiam ex cauſa iniuſta, ſufficit ad præſc.cum communi.

234 Præſc.30. annorum iure. ff. incognita cũ cõi.

235 Mala fides ficta iure canonico nõ magis nocet, quàm iure ciuili.cum communi.

237 Intell.l.3.&.4.tit.de las præſc.libr.5. ordinat.

238 Mala fides authoris immediati nocet,nõ remotioris.cum cõmuni.Intellige in præſcrip.30.annorum, nam in præſcrip.long.temp.adhuc no-

*cet contra quamplures.*

240 *Mala fides authoris nocet ſucceſſori in dignitāte.contra communem.Idē in ſucceſſore in officio.contra communem,*

241 *Suitas in caſibus hîc enumeratis non tollitur quo ad effectum pup.ſubſt.impediendæ.*

242 *Vulg.tacita contenta in expreſſa pupill. nō perit,licèt pupillus uiuo teſtatore decedat. cum communi contra alteram communem.*

243 *Vulg.tacita contenta in expreſſa pupill.nō extinguitur, licèt pupillus emancipetur à patre. cum communi contra alteram communem.*

244 *Vulg.tacita contenta in expreſſa pupillari, an per aduentum pubertatis extinguatur. contra communem duæ conclu.*

245 *Suitas non extinguitur in caſibus hîc enumeratis quo ad impediendam dominij continuationem.contra mentem communis opi.9.conclu.*

246 *Suitas facit ut non ſit hæreditas iacens.contra mentem communis op.7.conclu.*

247 *Renuntiatio hæreditatis iurata legitimæ etiam nocet.cum communi cōtra alteram communē.*

248 *Suis quæritur hæreditas ſine aditione in.7.caſibus hîc enumeratis.contra communem.*

249 *Monacho hæreditas delata poteſt adiri ꝑ monaſteriū.cū cōi cōtra alterā cōem. Vel poteſt monachus cōpelli adire.cū cōi cōtra alteram cōmunem.Et ſi monachus intereà decedat,monaſteriū pōt adire. cū cōi cōtra alterā cōem.*

250 *Monachus ſeruo uel filio aſsimilatur,ꝓut utiliꝰ eſt monaſterio.cū cōi cōtra alterā cōmunem.*

251 *Monacho hæreditas delata monaſterio quæritur non recta uia,ſed mediante perſona monachi.cum communi contra alteram communē.*

252 *Monacho hæreditatem relictā monaſt. poteſt repudiare cum cōmuni cōtra alterā cōmunē.*

253 *Monacho legatum relictum monaſt.poteſt repudiare. Idem in hæreditate patris monacho delata,ſecundùm omnes.*

254 *Monacho delatā hæreditatē prælatus repudiare non poteſt.cū cōi cōtra alteram cōmunem.*

255 *Suis ipſo iure quæritur hæreditas in.6.caſibus hîc enumeratis.contra communem.*

256 *Furioſus poteſt exhæredari propter ingratitudinem ante furorem commiſſam. cū communi contra alteram communem.*

257 *Suis etiā in ultimo uitæ ſpū q̄ritur hæreditas in.7.caſibus hîc enūeratis.cōtra mētē cōis op.*

258 *Suis quæritur hæreditas per expilationem hæreditatis in caſibus hîc enumeratis.contra mentem communis opi.*

259 *Suis quæritur hæreditas per expugnationem teſtamenti in.4.caſibus hîc enumeratis.contra mentem communis opi.*

260 *Suis hæred.utile eſt benef. abſtinendi in.7.caſibus hîc enumeratis.cōtra mētē cōmunis opini.*

261 *Suis utile eſt benefi. recu. abſt. in.8. caſibus hîc enumeratis.contra mentem communis opinio.*

262 *Sui hæredis abſtinentis portio cohæredi inuito non accreſcit in.9.caſibus hîc enumeratis.contra mentem communis opinio.*

263 *Suitate cōfirmātur tabulæ pupillares in.9.caſibus proximè enumeratis.cōtra mētē cōis opi.*

264 *Pupillaris fieri poteſt etiam ei,qui ſuus nō eſt. cum communi contra Segu.*

265 *Pupillaris facta extraneo nō cōualeſcit, licèt is à teſtatore adoptetur.cū cōi cōtra alterā cōem.*

266 *Tranſmittitur iure ſuitatis hæreditas nō adita in.8.caſibus hîc enumeratis cōtra mētē cōis op.*

267 *Trāſmiſsio iure ſanguinis nō fit ad aſcendētes. cum communi contra alteram communem.*

268 *Tranſmittitur hæred.non adita iure ſuitatis ad extraneos etiam ad excluſionem alterius filij teſtatoris.cum communi cōtra alteram cōem.*

269 *Suitatis priui.de quo in.l.fi.C.de rep.hær. non tollitur datione ſubſtituti.contra cōem. Tollitur tn̄ emācipatione.cū cōi cōtra alterā cōem.*

270 *Suitatis priuil.de quo in.l.fi.C.de rep. hær. nō tollitur per cond. ſi uelit. contra Iaſ. & Imol.*

IAM ergo in libro ſuperiore oīa ea enumerauimus, quæ ad teſtamenti creationē ritè inducēdā neceſſaria videbātur: q̄uis inter cætera reqſita, quæ ad creationē,ortūq; deſiderātur, non nulla reqſita,quę ad teſtamēti reſolutionē vitādā pertinēt,adiecerimus: qa tāta eſt harū materiarū proximitas, affinitasq;, vt id prætermitti incōmodius foret.Licèt enim vt res corporeæ(quæ vel à natura gignuntur,aut ab hominibus fabricātur) habent ſuū ortū,deinde ꝓgreſſum,effectū, operationē,mox intereāt ac reſoluūtur,ita quoq; hoc noſtrū opus in primis ſuū ortū ac creationē, deinde ſuos effectus, mox ſuū interitū atq; reſolutionē habiturum ſit:tn̄ materiarū affinitas coēgit,vt aliquātulum nōnunq̄ in alienā poſſeſsionē pedē inferremus. Vnde poſtq̄ hæc reqſita viderimus, ad ipſorū limitationes accedēdū nobis eſt.

Et quò limitationes ipſæ inuentu fiant prōptiores, de.1. limitatione, ſeu fallentia docemur in.§.21.in prin.De ſecunda docemur in.§.21.num.10.

Prima aūt fallētia verſatur circa iꝰ canonicum,



nicum,ſecunda verò circa ius regium.

Tertia circa teſtamentum militis in.§.21.num.23.

Quarta circa conſuetudinem in.§.21. num.44.

Quinta circa ſtatutum.ibidem.

Sexta circa priuilegium principis.ibid.

Septima circa legis diſpenſationē.ibid.

Octaua circa teſtamentum factum inter liberos.§.21.num.45.

Nona circa teſtamentum ad amicum. §.21.nu.161.

Decima circa teſtamentum factum ad monaſterium,vbi monachus erat filius teſtatoris.§.21.num.166.

Vndecima circa teſtamentum ad legitimos hæredes.§.22.in pr.

Duodecima circa teſtamentū ad pias cauſas.§.22.num.1.

Decimatertia circa teſtamentum factū coram presbytero parochiali.§.22.nu.27.

Decimaquarta circa teſtamentum factum ab eo,qui habet merum imperium in loco vbi teſtabatur.§.22.num.28.

Decimaquinta in teſtamento ruri facto.§.22.num.29.

Decimaſexta circa teſtamentum factū tempore peſtis.§.22.num.35.

Decimaſeptima circa teſtamētum clerici.§.22.num.37.&.num.84.

Decimaoctaua circa confidentiam teſtatoris,& confeſsionē hæredis.§.23.in pr.

Decimanona circa teſtamentum factū tempore belli.§.24.num.1.

Viceſima circa teſtamentum factum in carcere tyranni.§.24.num.2.

Viceſimaprima circa teſtamentum in anguſtia & neceſsitate factum.§.24.nu.3.

Viceſimaſecunda circa teſtamentum peregrini.§.24.num.4.

Viceſimatertia circa teſtamentum factum vbi eſt penuria teſtium.§.24.num.5.

Viceſimaquarta circa teſtamentum factum coram principe.§.24.num.6.

Viceſimaquinta in teſtamento facto apud acta iudicis.§.24.num.7.

Viceſimaſexta in teſtamento facto in loco hoſtili.§.24.num.9.

Viceſimaſeptima in teſtamento facto coram epiſcopo.§.24.num.10.

Viceſimaoctaua quo ad reuocandum prius teſtamentum. Reuocatur enim interdum per teſtamentum poſterius minus ſolenne.§.24.num.11.

Viceſimanona in teſtamento militis. §.24.num.14.

Trigeſima quo ad vim codicillorum. §.25.in prin.

Trigeſimaprima in teſtamento principis.§.26.in prin.

Trigeſimaſecunda vbi interfuit iuramentum.§.28.in prin.

Trigeſimatertia limi. vt in.§.30.in pr.

Trigeſimaquarta limi. vt in.§.30. ante numerum.75.

1 LImita ergo.1. vt non procedat de iure canonico,quo iure nō tanta ſolēnitas in teſtamentis deſideratur, quanta de iure ciuili requiritur. vt in. c. relatum. & in c.cùm eſſes. de teſtam. ſecundùm cōmunem ſententiam.Qua in re aduertendum eſt, ꝙ ſi teſtamentum fiat ad pias cauſas, tunc de iure canonico ſufficiunt duo teſtes.vt in.d.c.relatum. ſecundùm cōmunem ſententiam. vt latè reſoluunt ibi nouiſsimi.& vbiq; locorū.& infrà dicemus. Item quando teſtamentū fit coram preſbytero parochiali, tūc ſecundùm omnes indifferenter tale teſtamentum valet ſine ſolennitate iuris ciuilis.vt in. d. c. cùm eſſes.vbi nouiſsimi latè reſoluunt.

*Teſtamētū iure canonico nō requirit.7. teſtes cū cōmuni cōtra alterā communem.*

Cæterùm extra iſtos duos caſus vehementer controuerſum eſt, an teſtamentū de iure canonico eandem ſolennitatem deſideret, quam deſiderat de iure ciuili? Qua in re communis opi.eſt, quòd de iure canonico regulariter ſufficiant quatuor teſtes.Ita reſoluit Decius conſil. 284. Viſo puncto. num.6. vbi in num. 8.fatetur hanc eſſe communem ſententiam.tenet Speculator in titul. de inſtrumentorū editione.§.compendioſè.verſ.item per ius

canonicum. quia dictum duorum teſtiũ
maiorem habet fidem, quàm dictũ vnius
teſtis cuiuscunq; fuerit authoritatis. vt in
cap.cùm nobis.& in cap.licèt ex quadam.
de teſtibus. Sequitur Abb.in dict.ca. cùm
eſſes.in ſecunda lectu. & Antoni.ibidem.
idem Abb.in repetitione dict.cap. cùm eſ-
ſes.col.4.Federicus de Senis conſi.117. Qui
dam nomine.Roman.in repeti. authenti-
cæ.ſimiliter.C.ad leg.Falcid.in.34. ſpeciali
piæ cauſæ.Andræas Siculus conſil.87. col.
4.libr.4. Alex.conſil.5. Viſo & diligenter.
col.4.verſicu.imò fortiùs.lib.4.Corn.con
ſil.261.De duobus.colum.fina.lib.4.idem
Alex.conſil.103.col.4.libr.4.Boërius deci-
ſione.93.col.2.Ruinus conſi.51.lib.1. num.
11. prout eos refert & ſequitur Didacus de
Couar.in dict.cap.cùm eſſes.num.13.idem
ſequitur Guiliel.Benedictus in cap.Rainu
tius.de teſtam.in prima parte.in verbo,te-
ſtamentum.el.1.nu.92.& Alex.conſi.146.
Viſo themate. nu.6.verſi. quinimò.libr.2.

Contrariam tamen ſententiam, vt de
iure canonico regulariter eadem ſolen-
nitas deſideretur, quæ deſideratur de iure
ciuili, ſequitur, & dicit communem idem
Corn.ſibi contrarius conſil.77. Licet au-
tem.num.5.&.num.4.Ioannes Calde.Pe-
trus de Peruſi.Anchara.& Florẽti. in dict.
capit. cùm eſſes.& ibi Abb.in repetitione.
& Federicus de Senis conſil. 207.aliàs.217.
& Petrus de Peruſio conſil.117. Imol.in.d.
ca. cùm eſſes. qui hanc dicit communem
ſententiam. prout eos refert Corn. vbi ſu-
prà. idem Corn.conſi.68.num.4.lib.1.vbi
etiam hãc dicit communem ſententiam,
& reſpondet fundamentis eorum, qui cõ-
trariam partem tuentur.Nam licèt iuris ci
uilis regularis ſolennitas relaxetur in ter-
minis dict. cap. cùm eſſes. non ideo ſequi-
tur, quòd vbi eſſet impar ratio, relaxari de
beat, cùm in correctorijs non ſolùm ex pa
ritate, ſed etiam ex maioritate rationis nõ
fiat extenſio. vt eſt communis opi. quam
reſoluit Iaſ.poſt gloſ. & alios ibi. in authẽ.
quas actiones.C.de ſacro.eccleſi.idem Iaſ.
in.l.de quibus.num.14.ff.de legib. & in.l.
quanuis.C.de fideicom.niſi vbi ratio eſſet
expreſſa in lege corrigente. vt tenet gloſ.
in clementina.1.de electione.in verbo, eli-
gatur. gloſ. in auth. de hæredibus abinte-
ſtato venientibus.in verbo, ordine.quæ re
ceptiſsimæ ſunt, vt nos plenè diſſerimus
alibi. Prætereà licèt etiam de iure ciuili te-
ſtium ſolennitas relaxetur in terminis.l.fi.
C.de fideicommiſsis.&.§.fi.Inſtit. de fidei-
commiſſarijs hæreditatibus. &.l.Theopõ
pus.ff.de dote prelegata.tamen in caſibus
ſimilibus abſurdum eſſet peregrinas illas
deciſiones admittere, ſed prior ſententia
verior eſt, de quo alibi.

*Fœmina iure canonico teſtis eſſe poteſt in teſtamento cum communi contra alterã communẽ.*

2 Illud autem dubium eſt circa hãc rem,
an iure canonico in teſtamẽtis fœmina te-
ſtis eſſe non poſsit? Qua in re pars negati-
ua, vt teſtis eſſe non poſsit, videtur cõmu-
nis.Ita tenet Alber.in.1. parte ſtatutorum.
quæſt.30.Alex.conſil.70. Viſo.lib.2.& cõ-
ſil.127.Viſo teſtamento.lib.1. Corn. in au-
then.quod ſine.col.2.C.de teſtam.Decius
in cap.3.de teſtibus.col.pe.idem Decius in
l.2.num.31.ff.de regu.iur. Albertus Bru.in
tractatu de corre.& rela. ſoléni.& formæ.
quæſt.8.fol.pe.tradunt Tiraq.& alij, quos
refert & ſequitur Didacus de Couar.in.d.
cap.cùm eſſes.num.14.& vi.in.§.12. nu.32.
verſ.in omnibus.

Contrariam ſententiam, vt fœmina de
iure canonico poſsit eſſe teſtis in teſtamẽ-
to etiam non condito ad pias cauſas, tenet,
& dicit communem Iaſ.in.l.hac conſultiſ
ſima.in prin.num.9.C. de teſtam.Abb. in
dict.cap.cùm eſſes.col.1.& ibi Imol.& An
chara.idem Abb.in ca.relatum.col.1.quin
imò licèt omnes teſtes mulieres eſſent,
ſufficeret ſecundùm Iaſ.vbi ſuprà.& Abb.
in dict.cap.cùm eſſes.col.1. Et hãc partem
ſequitur & dicit communem Crottus in
tractatu.de teſtibus.parte.1.num.10.

Quid dicendum? Et quidem pro hac
parte, quæ mihi verior videtur, facit: quia
quando ratio eſt expreſſa in.l. corrigente,
tunc fit extenſio etiam in correctorijs, vt





quatenus ſe extendit ratio, eatenus ſe extẽ-
dit diſpoſitio.gloſ.communiter approba.
in clement.1. de electione.in verbo, eliga-
tur. gloſ. in authen. de hæredibus abinte-
ſtato venientibus.§.fi.in verbo, ordine.Iaſ.
in dict.authen. quas actiones. nu.22.& in
dict.l.de quibus.ff.de legibus.nume.14.&
in.l. quanuis. C. de fideicom. Iaſ. Decius,
Coraſ.& alij in.l.humanitatis. ꝑ tex.ibi.C.
de impub.dixi plenè alibi.ſed ſic eſt, quòd
in dict. cap. cùm eſſes. expreſſa eſt illa ra-
tio, cùm ſcriptum ſit, quòd in ore duorũ,
vel trium teſtium.& rurſus.quia verò à di
uina lege, & ſanctorum patrum inſtitutis
id noſcitur eſſe alienum. quæ rationes cũ
expreſſæ ſint in dict.cap. cùm eſſes. & ſint
generales, faciunt, vt dict. ca. procedat nõ
ſolùm in caſu, in quo loquitur, ſed etiã ge-
neraliter vbicunq; interuenerit ſolennitas
iuris gentium, dummodò ſint ſaltem tres
teſtes, quos omnino ille text. deſiderat.

*Teſtamentũ iure canonico ualet cum tribus teſtibus contra cõmunẽ, quæ đſiderat.4 teſtes.*

3 Qua ratione fortè defendi poſſet, vt re-
gulariter de iure canonico quatuor teſtes
non deſiderentur, ſed tres idonei teſtes ſuf
ficiant.Quod & probat dict.cap.relatum.
el.1.ibi, quoniam ſcriptum eſt, in ore duo-
rum vel trium teſtium ſtat omne verbũ.
quę ratio cùm ſit generalis, facit, vt ille tex.
procedat non ſolùm in teſtamento facto
ad pias cauſas, ſed etiam in reliquis teſta-
mentis, in quibus duo teſtes videntur ſuf-
ficere.per dict.cap.relatum.licèt tres teſtes
exigi videantur in dict.capit. cùm eſſes.Et
ſaltem in hac reſideo ſententia, vt de iure
canonico in omni teſtamento tres teſtes
ſufficiant, ſiue illi maſculi ſint, ſiue fœmi-
næ.Neq; ad rem pertinet dict. cap.cùm eſ-
ſes.in verbo, idoneis. per quod Couar.vbi
ſuprà putat probari, ꝙ idonei teſtes fœmi-
næ non intelligantur, cùm ſecũdùm ſub-
iectam materiam fœmina in teſtamentis
idonea teſtis non ſit cuiuſcunq; fuerit di-
gnitatis.l.17.tit.16.part.3.l.qui teſtamento.
§.mulier.ff.de teſtam.§. teſtes autem. Inſt.
eod.tit.Nam reſpondeo, ꝙ teſtis teſtamen
tarius licèt ſecundùm ſubiectam materiã
nõ videatur idoneus de iure ciuili ſi ſit fœ
mina, tamen de iure canonico non minus
idonea teſtis videretur in teſtamentis, q̃
in reliquis diſpoſitionibus.nam & de iure
ciuili idonea teſtis dicitur. gloſ. & ibi oẽs
in dict.§. mulier. An autem clericus com-
prehendatur in ſtatuto iubente, vt teſta-
menta inſinuentur, reſoluit plenè Pariſius
conſil. 40. An ipſa. num. 20. lib.3. Et iure
canonico non ſolùm quo ad ſolẽnitatem
teſtandi, ſed etiam quo ad ſubſtantiam, &
poteſtatem teſtandi recedimus à iure ciui
li.c.filius.de teſtam.

*Legatum rei alienæ ualet etiam iure canonico cõtra cõmunem.*

4 Et ad dict.cap.filius.extra.de teſtam.vi.
Iaſ.in. l. apud Iulianum. §. conſtat. nu.45.
de leg.1.vbi ait communem eſſe intell.In-
nocentij in dict.cap. quòd ibi ideo rei alie
næ nõ valuit legatum, quia res illa erat cu-
iuſd. eccleſiæ, quo fit, vt extra commerciũ
noſtrum quodammodò eſſe videatur. ar-
gumento dict.§. conſtat. vbi idem tenent
Petrus.Nic.de Neap.& Bar.& Paul.in.d.l.
cùm alienam. C. de leg.& Bald. in cap.1.§.
donare.qualiter olim feud.pot.ali.& Imo
la in dict.cap.filius.quem intell.dicunt cõ
munem Alex.num.3.Corne.nu.4. Iaſ.nu.
11.in dicta. l. cùm alienam.& eſt de mente
gloſ.in cap.ſi epiſcopus.12.quæſt.5.& in.c.
in ſumma.12.quæſt.2. Sed licèt iſta videa-
tur communis opi.Canoniſtarum, tamen
legiſtarum opinio communis ſecundùm
Alex.Cor.& Iaſ.in dict.l.cùm alienam.te-
net contrarium, ſcilicet, quòd illud cap.nõ
concordet iuri ciuili, ſed corrigat, quòd li-
cèt in eius deciſione non probetur, proba-
tur tamen dupliciter ibi tam in præfatio-
ne, quæ denotat cauſam finalem.l.fi.ff. de
hær.inſt. quàm in ratione decidendi, quæ
potiſsimùm inſpicienda eſt.vt.l.adigere.§.
quanuis. ff. de iure patr. &. l. cùm pater.§.
dulciſsimis. de leg.2.Ait enim tex.in prefa
tione, quòd filius hæres detulit grauẽ que
relam ob id, ꝙ eius pater alienas res legaue
rit, & ſatis innuit tex. ille iuſtam fuiſſe que
relam.

Item dum decidit, fundatur illa ratio-

ne. Lege dei, non huius ſeculi viuimus eccleſiaſtici. Vnde ſaltẽ in terminis illius. c. verum eſſe negari non poteſt, quin Papa voluerit recedere à regula iuris ciuilis, licèt dubitetur, an etiam generaliter recedere voluerit. Vnde infero verum non eſſe intell. Corn. dicentis, legatum ibi ideo nõ valere, quòd teſtator ignorabat rem eſſe alienam. nec, inquit, diuinamus, quia ignorantia præſumitur. Sed certè non eſt verus is intell. Nam tunc illud. c. non contradiceret iuri ciuili, ſed conc. quod eſt contra illum tex. dicentem (ſed quia lege Dei. &c.)

His tamen non obſtan. Fortuni. in tracta. de vlt. fi. in. 12. illat. & Couarru. in. d. c. filius. colum. antep. reſident in hoc intell. quòd ibi nil decidatur contra ius ciuile, ſed tantùm quòd legatarius, qui rei alienę ſibi legatæ poſſeſsionem habebat, eam reſtituat domino. Vnde infertur (inquiũt) quòd etiam in terminis illius tex. non corrigitur ius ciuile, cùm illa deciſio ſit ciuilis, canonica, & ſancta. Tamen conſidera quòd dum inquiunt, quòd ibi nil deciditur contra ius ciuile, verum eſt, expreſsim, ſed virtualiter ſatis deciditur contra ius ciuile, vt dixi contra eos, contra quos teneo, quòd ſaltem in terminis illius. c. corrigatur ius ciuile. Sed dubium eſt, an ſpeciali quadã ratione, an generali correctio fiat. Et quidem ibi cùm nõ appareat de aliqua ſingulari ratione, dicendum videtur generaliter corrigi. Nec oberit quod Fortuni. & Couar. aiunt ciuilem. l. (l. cùm alienã.) rationabilẽ eſſe, ideo corrigi nõ potuiſſe. Nã illa ciuilis lex fundatur præſumptione. Præſumit enim. l. qui rem alienam legauit, voluiſſe, vt ſi eam legatario habere non liceret, tunc ei daretur ęſtimatio, vnde nullum incõueniens eſt, quòd alia lex, ſiue ciuilis ſiue canonica poſsit præſumere contrarium, ſcilicet, quòd caſu, quo legatario habere non liceret, teſtator æſtimationem dare noluit, vt quod. l. ciuilis præſumpſit in teſtatore ignorante rem eſſe alienã, id alia poſteà. l. præſumatur etiã in ſciente. Sed tamen cùm de coniecturãda voluntate Gregorij Papæ tractemus, ſi vera ſunt quæ continentur in illa Gregorij epiſtola, de qua per Couarru. vbi ſuprà ad fi. tunc ſatis appareret, correctionem illam nõ generalem, ſed ſpecialem eſſe, ſpecialitatiſq́; rationẽ ſatis colligi ex tribus: quòd filius fuit grauatus: quòd eccleſia onerata: quòd patrimonium exiguum. Nam eccleſia, iuxta conſilium Auguſtini, non debet minuere ſucceſsionem filij, maximè exiguam. Et licèt ſecundùm cõmunem opi. filius dicatur magis priuilegiatus, quàm eccleſia reſpectu ſuæ legitimæ, ſecùs reſpectu aliorum bonorum: tamen ſi exiguum eſſet patrimonium totius ſucceſsionis reſpectu, fauorabilior eſſe debet filius. vt in ſimi. habetur in titulo. Inſt. de ſucceſ. liber. vbi patronus habet legitimam in bonis liberti etiam filios habentis, ſi ſit diues, ſecùs autẽ ſi ſit pauper.

Nouiſsimè dic, quòd cùm ibi non appareat ſcientérne, an ignoranter legatum rei alienæ fieret, magis eſt, vt ignoranter factum intelligatur ex cõmuni. de qua per Iaſ. & Couar. vbi ſuprà. vnde in terminis illius tex. intelligo ignoranter factum, & per hoc nõ valuiſſe legatum. Nec oberit, ſi quis dixerit fauore eccleſiæ legatariæ legatum etiam rei alienæ valere debuiſſe. ex Iaſ. in. l. cùm alienam. num. 12. Nam ex epiſtola per Couar. citata colligitur in ſpecie illa valere nõ debuiſſe. Primùm, ne tenue filiorum patrimonium minueretur. Deinde, quia datum fuit ob ſepulturam conſequendam, quæ gratis concedi debuit, vt per hoc & cauſa accipiendi videatur vitioſa ex parte eccleſiæ, & duriſsimum, crudeliſsimumq́; videatur filios ſpoliare, ſecũdùm quæ non valuit legatum vtcunque eccleſiæ factum, ſtamuſq́; iuri communi. Sed quia in quibus caſibus legatum non valet, quia teſtator ſuam eſſe putabat rem legatam, in illis adhuc valet quo ad hoc, vt hæres teneatur ſaltem ad tradendam rem.



rem. vt per Couar. vbi ſuprà. id quod text. ille ſignificat, dum ait. & quidem leges ſeculi hoc habent, vt hæres ad ſoluendum cogatur (id eſt ad tradendam poſſ.) cùm actor eius rem legauit alienam (intelligo etiam ignoranter) id quod iniurium viſum eſt pontifici, ideo ſubdit. ſed quia nos lege Dei. &c.

5 Itaq; fateor, quòd intentio illius text. fuit corrigere iura ciuilia quo ad caput, quo compellunt hæredes præciſè tradere poſſ. rei alienæ per errorem legatæ. Ratio differentiæ, quia primo caſu iuſta fuit diſpoſitio. ſecundo iniuſtiſſ. Nec enim oportet, nec decet hæredem compelli ad tradẽdam mihi rem, quam ſciebat alterius eſſe, per hoc enim domino ipſius fieret iniuria, vt quam rem hæres vſu capere non poterat ex defectu tam tituli, quàm bo. fid. eand. præſcribere poſſet legatarius. Non quoq; decet hæredem, qui fortè rem alienam titulo cõmodati, depoſiti, precarij, pignorúmue poſsidebat, perq́; hoc facilè domino rẽ ſuam repetẽti redditurus erat, compelli vt eam tradat alteri, à cuius manibus difficilè dominus eam eripiet. Quæ omnia eò pertinent, vt intelligatur, iniurium eſſe hæredem præciſè cõpelli ad tradendam poſſ. quo fit, vt ſi iniuſta fuit cõpulſio in hæredem, iniuſta etiam ſit poſſeſſio legatarij. Ideoq́; æquiſsi. eſt, vt ſiue is filius à iudice compulſus, vel ſponte tradidit poſſeſsionẽ, eand. repetere poſsit. Nam ex tali compulſione præterea quòd (vt docuimus) fieri poteſt iniuria domino illius rei, fit etiam ipſi hæredi. Quid enim ſi poſſidebat titulo depoſiti, commodati, precarij, pignoris, maximè qui ſub pœna domino ſeſe reſtituturum abſq; vlla lite promiſerat? Itaq; duo erãt capita iuris ciuilis. Primũ, vt legatũ rei alienę ſcienter factũ valeret, idq́; iniurium non erat, nec corrigitur per illum text. Alterum, vt tunc hæres ſi poſsideret, pręciſè teneretur tradere poſſeſſionem, quòdq́;, ſi id legatũ per errorem factum eſſet (quo caſu non valebat) ſimiliter teneretur ſaltem ad tradendã poſſeſſionem. Et hæc duo poſteriora corriguntur, quia iniquitatem continent, propter præiudicium tam hæredis grauati, quàm domini rei legatæ. Vnde his caſibus intelligo inductum, vt hæres non teneatur tradere, quòdq́; ſi tradidit, poſsit repetere. Et iſta pertinent ad rationem generalem ibi poſitam intelligendam. Nam quo ad caſum ſpecificũ, intelligo nec quo ad æſtimationem valuiſſe ibi legatum, ſiue ſcienter fieret, ſiue ignoranter, per rationes ſuperiores. Eſtq́; nouiſſ. intell.

*Intell. c. filius. de teſtamen.*

Itaque primò quæro, an dominus rei alienæ legatæ poſsit ab eccleſia legataria rem ſuam recuperare. Idq́; explicitè ibi iubetur.

Secundò, an hæres teſtatoris ibi teneatur ad æſtimationem. Idq́; non ſatis aperitur, ſed colligitur non teneri. Primò ibi, cõqueſtus eſt. cuius querimoniã placidè recepiſſe videtur Pontifex. Secundò ibi, ſed quia lege Dei. idque intelligo non perpetuum eſſe, ſed ſpeciale propter duo, de quibus ſuprà.

Tertiò ergo intelligo illud perpetuũ non eſſe. Nam & de iure canonico legato rei alienæ ſcienter facto, regulariter æſtimatio debebitur.

Quartò intelligo hæredem iure canonico nunquàm compellendum ad tradẽdam poſſ. rei alienæ, licèt regulariter ad æſtimationem teneatur.

Quintò intelligo poſſ. traditam ab hærede, poſſe ab eod. repeti.

6 Deniq; etiam in alio à regulis iuris cõmunis in legatis recedimus intuitu pietatis, & piæ cauſæ. Nam legatum etiam indebitum eccleſiæ ſolutum non repetitur, ſecundùm communem op. doct. per tex. ibi in. §. fi. Inſt. de oblig. ex quaſi cõtractu. q text. variè intelligitur. Ergo quo ad. d. §. fi. Inſt. de oblig. ex quaſi contractu. intelligo illum text. quòd à Sempronio hærede inſtituto, qui & legitimus erat, fuerunt relicta legata eccleſiæ, iſq́; ea ſoluit, nec poteſt

*Eccleſiæ legatum indebitè ſolutũ an repetatur, noua opi.*

teſt repetere, ſiue errore iuris, ſiue facti ſoluat. Quia cùm id eccleſiæ naturaliter (vt l.2.l.ſi veritas.C.de fideic.&.l.fi. ff. de reb. eorum) deberetur, æquiſsima ratione ab eccleſia retinetur, nec eſt diuinare: nam teſtam. non erat perfectum, quia tunc non eſſet vllo iure indebitum. quod vult tex. ibid. ergo erat minus ſolenne, vt ſic vel naturaliter debeatur.

*Eccleſiæ indebitè ſolutum repetitur contra cõmunem.*

7 Hinc infero veram non eſſe communem opi. quæ habet, generaliter receptũ, vt quod indebitè eccleſiæ ſolutum ſit, id repeti non poſsit ex quacunq; cauſa ſoluatur (quam communem eſſe teſtatur Gometius.num.36.in.§.ex maleficijs. de act.) Nam cùm id in quolibet profano iniquũ eſſet, in eccleſia foret iniquiſsimũ. vt per fund. Gometij vbi ſuprà. Nec obſ. tex.d.§.fi. quia procedit duobus demum concurrẽtibus: quòd & ex cauſa legati, quod creſcit per inficiationem, petatur: & quòd ſaltem naturaliter debeatur: quorum vtrunq; deficit in.d.concluſione.

*Eccleſiæ legatum ſolutum ſi naturaliter & ciuiliter indebitũ erat, repetitur contra cõmunem.*

8 Infero veram non eſſe illam communem opinionem, quæ habet, legatum eccleſiæ indebitè ſolutum, non poſſe repeti (quam tenent omnes ibid. & Gometius vbi ſuprà) etiam ſi naturaliter, & ciuiliter (vt eſt ex mente omnium) ſit indebitum, quia eſt contra fund. de quibus per Gome. vbi ſuprà. & contra noſtrum tex.in.d.§.fi.in verb.relicta.

*Eccleſiæ legatũ ſolutũ ab alio, quã à debitore, repetitur cõtra communem.*

9 Vnde infero veram non eſſe illam cõmunem, de qua per Angel.ibid.ad fi. quæ habet, quòd ſi legatum eccleſiæ à Titio relictum ego ipſi eccleſiæ indebitè per errorem ſolui, non poſſum repetere, quia eccleſia ſuum accepit. Sed id verum nõ eſt, nam eſt contra fund. Gome. vbi ſuprà. iniquum enim id eſſet. vt.l.ſi pœnæ.§.1. ff. de cond. ind. vbi id in profano iniquum eſſet, ergo in eccleſia iniquiſsimum. vt per Gome. Quod ergo priuilegium habet eccleſia? Dic, vt quod ſibi naturaliter debitũ per errorem facti ſolutum fuit, non poſsit repeti, cùm naturaliter tantùm debitum per errorem facti ſolutum ab alijs repeti poſsit. Adde gloſ.in.l.cùm quis. C. de iur. & fa.ig. quæ vult, quòd ille tex.d.§.fi. procederet, licèt nullo iure eſſet debitum.

*Teſtam. iure canonico eſt informe noua opin.*

Stat ergo ex ſuperioribus, quòd teſtamentum de iure canonico non requirit ſolennitatem iuris ciuilis, vt ſic teſtamentum iure tãtùm ciuili formale ſit, iure autem canonico informe eſſe intelligatur. id quod & docemur ſuprà. §.11. ante finẽ. & probant pleraq; iura canonica hac de re loquentia, præſertim in ratione ſui. vt in ca.cùm eſſes.de teſtam. ibi, lege diuina. & rurſus ibi, cùm ſcriptum ſit, quòd in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Tertiò in.c.relatum.1.ibi, quoniam ſcriptum eſt in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum. Quartò in.c.filius noſter. de teſtam. ibi, ſed q̃a lege Dei, non autem lege huius ſeculi viuimus. Facit & quintò, quia captatoria voluntas, quæ non toleratur de iure ciuili, admittitur tamẽ de iure canonico.c. cùm tibi. de teſtam. iũcta.l.captatorias.C.de teſta. mil. l.captatoriæ. ff. de leg. 1. quaſi licèt teſtari per alium ſit contra formam teſtandi iure ciuili præſcripta, tamen iure canonico hæc forma neglectui tradatur, vt vltimã voluntatem quiſq; poſsit per alium conficere, non ſecùs, quàm diſpoſitionem inter viuos, & vtroq; caſu ritè & per ſeipſum feciſſe videatur. Sic & ſextò rei alienæ legatum ſcienter factum valet iure ciuili, non ſic de iure canonico.d.c.filius.iuncta.l. cũ alienam.C.de lega.l.prædia. C. de fideicõ. l. ſi res obligata. ff. de leg.1. Facit & ſeptimò, q̃ legatum non ritè relictum licèt nõ valeat iure ciuili, tamen nudis etiam verbis, & minus ritè relictum valeret de iure canonico. vt in.c.indicante.de teſtam. vbi interpretamur teſtamentum fuiſſe minus ſolenne, neq; aliam rationem dubitandi illum tex. habuiſſe. Confirmantur iſthęc. Quia quãdo ratio expreſſa eſt in lege, nõ tam dictum & deciſio legis inſpicitur, q̃ ratio ibi expreſſa, ipſaq; ratio habetur pro lege,



lege, licèt agatur de alia lege corrigenda. Iſta eſt vera & communis opinio, quam tenent gloſ.in auth.de hære.ab.§.fi.verbo. ordinem. quam dicit vnicam Bald.in.l.fi. ff.de hær. inſti. Idem Bald. in.l.fi.C.de lib. pręt. Alex.in.l.cùm mulier.col.5.ff.ſol.matrimonio. glo.in clemẽ.1. verbo, eligatur. de electione. plenè per Iaſ.in.l.re cõiuncti. nume.181.ff.de legat.3.Iaſ.in authen. quas actiones.num.22.C.de ſacroſ. eccle. Bald. ibi col.2.Paul.in.l.quãuis.C. de fideicom. Cuma.in.d.l.cùm mulier.§.1. per text. ibi. ff. ſolut. matrimonio. Georgi. Nat. in. c. quanuis.de pact.in.6.num.32.Curti.Iuni. in.l.humanitatis.per tex.ibi.num.15.C. de impub.vbi Iaſ.nume.6. Alex.num.5.Cor. nume.15. Purpu.in.l.fi.C.de pact.num.23. vbi Curti.iuni.num.9.Deci.num.15.Iaſ.in l.ſtipulatio hoc modo.ff.de verb.obligat. col.5.ad fi.num.12. Deci. conſil.372. nu.7. Fortu.in.l.gallus.§. & quid ſi tantùm.col. 87.ff.de lib.& poſt.Crottus in.l.ſi conſtante.ff.ſol.matrimonio.lect.2.ſuper.7. quæſtio.Bar.Iaſ.in.l.tranſigere.n.15.C. de trãſact.Ripa in.l.nemo poteſt. num.50.ff. de leg.1.vbi Hannib.num.349. Iaſ.in.l. Marcellus.in prin.ad Trebel.Couar.in.c. Rainal.§.3.num.6.de teſtam. Deci. in authen. ex teſtamento.col.4.C.de coll. Iaſ.in.l. de quibus.num.14.ff.de legib.Tiraq. de cauſa ceſſante.par.1. num.135. cum ſeq.per legem his ſolis.C.de reb.donat.l. ſi fratres.§. idem Papi.ff. pro ſocio. l.2.§. idem quoq;. &.§.ſi duo.ff.de coll.bo. l.fi.ff. de hær. inſti. Quod adeò verũ eſt, vt hoc caſu cùm legis ratio expreſſa eſt, & eſt generalis, tũc ipſa ratio pro lege habetur, & deciſio ſi erat particularis, habetur loco exempli. vt ex communi opi.reſoluunt Tiraq.de cauſa ceſſ. par.1.nume. 152.Bald.in repeti. l.de quibus.col.12.ff.de legib.verſi. Item nota quòd non videtur. Alex.conſ.75. Videtur in præſenti.colũ.1.libr.5. Iaſ.in.l.à Titio.in prin.col.fi.ff.de verbo. obli. Idem Tiraq. in.l.ſi vnquàm.C.de reu.dona.verb.libertis.num.45. Nam & ratio generalis expreſſa in lege, omnes caſus amplectitur ex vi comprehenſiua, non ex vi extenſiua, non ſecùs, quàm genus ſub ſe comprehendit omnes ſpecies. vt ex communi opinione reſoluunt Tiraq. de cauſa ceſſante. par. 1. num.137. Petrus, & Cinus in.l. iura non in ſingulas.ff.de legibus. Vnde ratio legis inducit, & eſt ipſa lex. vt reſoluit plenè Tiraque. vbi ſuprà.nu.135. cum ſeq. qui quamplures citat huius ſententiæ authores.

Cùm ergo in.d.cap. relatum.1. & in.d. c.cùm eſſes. & in.d.c. filius. de teſtam. illa ratio expreſſa ſit, quòd ius diuinum in vltimis diſpoſitionibus debet attendi, non ſecùs, quàm in actibus inter viuos iure ciuili prætermiſſo, ſequitur, quòd teſtam. licèt ſit formale inſpecto iure ciuili, tamen informe eſt inſpecto iure canonico, præſertim cùm in dictis iuribus nõ ſemel, aut bis tantùm, ſed pluries ſit expreſſa illa ratio, quòd in vltimis diſpoſitionibus non ſecùs, quàm in actibus inter viuos ſequi debemus ius diuinum, aut naturale. Atqui non dubiè conſtat ius diuinum nullã formam vltimis diſpoſitionibus accommodaſſe, cùm vtrunq; ius ſimul cum ipſo humano genere proditum fuerit. §. ſingulorum. Inſt. de rerum diui.l.1.ff.de acq. rerum dominio. iuncta.l. veluti.ff. de iuſt.& iur.c.ius naturale. cum præced. & ſeq.4. diſtinct. At vſus teſtandi lõgè poſteà in vſu eſſe cœpit. vt reſoluimus ſuprà.§.1. &.2. & teſtantur glo.& omnes in.l.ex hoc iure.ff. de iuſt.& iur. dum enumerant teſtam. inter diſpoſitiones non à iure naturali proditas, ſed iure ciuili longè poſteà receptas.

*Illatio.1.& 2.*

Vnde cùm iure canonico teſtamen. & omnis vltima diſpoſitio non ſecundùm ius ciuile & poſitiuum reguletur, ſed magis ſecundùm ius diuinũ & naturale, quo iure (vt dictis iuribus nuncupatim probatur & etiam in.c.1.de pact. vbi omnes) nihil aliud deſideratur, pręter nudam diſponentis voluntatem duobus teſtibus probatam, ſequitur valere teſtam. iure canonico, licèt nõ adſint ſeptem teſtes, ſed duo tantùm.

tantùm. Sequitur etiam non vitiari te-
ſtam. per interuentum teſtis fœminæ, vt
vtrunque cum communi contra alteram
communem ſuprà oſtendimus.

Illatio.3. Vnde etiam tertiò infertur, quòd licèt
de iure ciuili teſtes debeant eſſe rogati ad
firmitatem teſtamenti. vt in.l.hæredes pa-
làm.§.fi.ff.de teſtam. l. hac conſultiſsima.
in prin.C.qui teſta.fa.po.l. hac conſultiſsi
ma. C. de teſtam. §. 1. &.§. ſed cùm paula-
tim.Inſt.eod.l.1.2.&.3.tit.1. part.6.l.diuus.
ff.de mil.teſta.§.planè.Inſt. eod.tit. tamen
de iure canonico is rogitus neceſſarius nõ
eſt,non magis, quàm iure diuino, aut na-
turali.Et ita intellige,& emenda quod ple
niùs ſcripſimus ſuprà.§.13. n.44. cum ſeq.

Illatio.4. Hinc &.4. infertur, quòd licèt de iure
ciuili teſtes teſtamentarij debeant eſſe
in conſpectu teſtatoris, vt eſt commu-
nis opi.quam tenent & reſoluunt Decius
conſil.354. In caſu propoſito.num.1.Pari-
ſius conſil.33.col.1.lib.2.Bal. in.l. ſi nõ ſpe-
ciali.C.de teſtam.vbi Iaſ.in prin. & rurſus
in tertio notab.Corneus conſ.18.In nomi
ne domini.lib.2.num.4.Bart.Sali. Fulgoſ.
Paul.& Bened.de Plumbi.in.d.l. ſi nõ ſpe
ciali.Imola, & Abb.in.c.2.de conſuetudi.
eſtq; cõmunis op.ſecũdùm Corn. vbi ſu-
prà num.6.Cinus & Alexan.in.d.l.ſi non
ſpeciali. vbi etiam Albericus per text. ibi
in verbo,in conſpectu teſtatoris.&.in.l. ſi
vnus. in verbo, coram teſtatore. C. de te-
ſtam. facit. l. qui teſtamento. §. veteres.ff.
eod.tit.tamen de iure canonico id requiſi
tum neceſſarium non erit, non magis,
quàm de iure diuino,vel nõ magis,quàm
in actibus inter viuos, in quibus quòd te-
ſtes ſint in contrahentium conſpectu,ne-
ceſſe non eſt, ſecundùm veram & cõmu-
nem ſententiam,quam tenet gloſ.in.l.2.§.
idem Labeo.ff. de aqua pluui.arce. quam
communiter app.dicunt Alex. num. 6.&
Iaſ. nu.9.in.d.l. ſi non ſpeciali.Bar.Imola,
& Paul.in.d.§. idẽ Labeo. ꝑ Canoniſtas in
c.præterea.de teſtibus.& in.c.ex literis.de
cõſue.Abb.in.c.cùm cauſam. de teſtibus
Bald.in.l.conuenticulam.col.7.de epiſ.&
cleri.Innocenti.& Ioan.Andre.in.d.c.prę
terea.Quod not.quia non inuenio ſic de-
claratum.

Hinc &.5.infertur,quòd licèt cæcus nõ Illatio.5.
poſsit eſſe teſtis in teſtamento, ſecundùm
veriorem & receptiorem ſententiam, vt
reſoluit Corneus conſi.18.num.5.lib.2. Ci-
nus,Alberi.Butrig.Bar.Bal.Sali.Fulg. Pau
lus,Corn.Alex.& Iaſ.in. d.l.ſi non ſpecia-
li.per tex.ibi in verb. in conſpectu teſtato
ris.& in.l.ſi vnus.eod.titul.de teſtam.C.in
verb.coram teſtatore. Decius conſ.354.In
caſu propoſito.colum. 1. tamen id proce-
dere poteſt de iure tantùm ciuili, non ſic
de iure cenonico, quo iure id non requi-
ritur,nõ magis,quàm iure diuino, aut nõ
magis,quàm in actibus inter viuos,in qui
bus conſtat cęcum teſtem eſſe poſſe, ſi no
tam habeat vocem contrahentium.vt eſt
vera & communis opi. vt per Alexand.in
d.l.ſi non ſpeciali.vbi Corn.num.6.& Iaſ.
num.7.Pariſi.conſi.33.colum.1.lib.2.gloſ.
in.d. l.2. §. idem Labeo.ff.de aqua pluuia.
arcen.vbi Bar.Paul.& Imol.per docto. in
c.præterea. de teſtib. Panor. & alij in.c.cũ
cauſam.eod.tit.per docto.in.l.teſtium.C.
de teſtib.per tex.ibi.vbi teſtis poteſt depo
nere de his quæ percepit per quemlibet
ſenſum corporeum:nec dubium eſt,quin
cæcus licèt careat ſenſu videndi, nõ tamẽ
careat ſenſu audiendi,& tangendi, & olfa
ciendi, & guſtandi. Quod nota, quia alij
non aduertunt.

Hinc &.6. infertur, quòd licèt de iure Illatio.6.
ciuili teſtes teſtamento adhibitos opor-
teat vt toti teſtamento fuerint præſentes.
vt in.l.cùm antiquitas.& in.l. caſus. C. de
teſtam.& in.l. qui teſtamẽto.§. veteres. ff.
eod.tit.& eſt communis op. vt per Pariſi.
conſil.33.Et ſi prima facie.nu.28. cum ſeq.
lib.2.Corn.conſi.238.Reperio. num.3. lib.
4.Alex.Corn.& Iaſ. num.8. &.num.12. in
d.l. cùm antiquitas.de teſta. C. vbi Cinus
Bal.Sali.Paul.& alij.per docto.in. l. furio-
ſum.per text.ibi. C. qui teſta.fa. poſ. vnde





vna pars teſtamenti non poteſt probari
per ſeptem teſtes, dicentes ſe ſcire partem
tantùm eorum, quæ teſtamento ordina-
ta fuerunt,& per alios ſeptem teſtes,dicen
tes ſe ſcire aliam tantùm partem eorum,
quę in eod.teſtamento ordinata fuerunt.
vt eſt communis opi.Bald. Paul. Alex.&
Iaſ. num. 9. vbi alij in.d.l.cùm antiquitas.
per Cinum & Bal.in.l.ſi præſidi.C.de do-
nat.ante nup.Roma.conſ.80.Viſis.Alex.
cõſ.177. Viſo themate.lib.2. quam doctri
nam vehementer commendat Iaſ.vbi ſu-
prà.Alexan. & alij in.d.l. cùm antiquitas.
tamen de iure canonico magis eſt,vt hæc
forma non requiratur in teſtamentis, nõ
magis, quàm requiritur de iure diuino,
aut non magis, quàm in actibus inter vi-
uos deſideratur, in quibus conſtat nullo
iure id requiri. Quinimò in actibus inter
viuos etiam de iure ciuili admittitur, vt
membratim fiat probatio, vt ſic vna pars
contractus poſsit probari per duos teſtes,
alia verò pars per alios duos teſtes.argum.
tex.in.l.gallus.§.ille caſus.ibi,duobus qua
ſi capitibus legis commixtis. ff. de lib. &
poſt.vbi in ſimili per omnes. & in. c. licèt
ex quadam.per tex.ibi.de teſtib.docet Iaſ.
num.11.in.d.l.cùm antiquitas.Bal.in ſimi
li in.l.teſtium.C.de teſtib. col.5. idem Bal.
in ſimili in.l.1.8.quæſtione.C. de teſtamẽ.

Illatio.7. Hinc &. 7. infertur, quòd licèt de iure
ciuili oporteat, quòd omnes teſtes intelli-
gant omnia teſtamento contenta, ita vt
nullam particulam etiam minimam de-
ſinant intelligere ſinguli teſtes, nec enim
ſatis eſt,quòd fuerint præſentes, vt proxi-
mè dicebamus, niſi præterea omnia,quæ
ibi agebantur,plenè intellexerint.vt ex cõ
muni op.reſoluunt Corn.conſil.304.Cir-
ca hanc conſultationem.nu.20.lib.1. in ſi
mili per Bal. & Paul.in. d.l. cùm antiq̃tas.
& Guiliel.Bene.in.c.Rainuti.de teſta. par
te. 1.in verbo,in extremis poſitus. nu. 40.
Corn.conſi.226. Licèt in hac. lib.3.nu.5.&
conſ.77.nu.3.&.nu.11.lib.4.Bar. in.l.fidei-
com.§.quoties.ff.de leg.3.Cor.conſil.307.
Videtur prima facie.nu.1.lib.3. vt ſic de iu
re ciuili licèt teſtes ſint pręſentes toti teſta
mento,id non ſufficiat, niſi totum intelle
xerint,& ſenſu perceperint, nec per cõtra-
rium ſufficiat, ꝙ totum intellexerint, niſi
præſentes fuerint:potuerũt enim ante vel
poſt actum teſtandi ab ipſo teſtatore de
contentis in teſtamento certiores fieri, id
quod minimè ſufficeret: tamẽ licèt id pro
cedat de iure ciuili, aliud eſt de iure cano-
nico,quo iure & iure diuino id nõ requi-
ritur,non magis, q̃ in actibus inter viuos.
argu.in.d.c. indicãte.de teſtam. ibi,nudis
verbis.cũ ſimil.ſuprà alleg.In his enim ad
validitatẽ diſpoſitionis nihil aliud deſide
ratur, præter volũtatis etiã nudæ legitimã
probationẽ, ſiue illa ꝓbatio tẽpore ipſius
actus interueniat, ſiue antea, ſiue poſtea.

Hinc &.8.infertur, ꝙ licèt de iure ciuili Illatio.8.
vitietur teſtamentum ſi ſcribatur per no-
tas,ſeu abbreuiaturas inſolitas.vt cõmuni
opi.diſſerunt Alex.cõſ.153. Videtur prima
cõſideratione.nu.6.lib.2.Bar. & omnes in
authẽ.quod ſine.per tex.ibi. C. de teſtam.
tex.in.l.ſed cũ patrono.§.fi.ff.de bo.po. &
in.l.vnica.ff.ſi tabulæ teſtamenti ſtabunt.
ibi,quia ex cõiectura, nõ propriè ſcriptus
videtur.Bar.in.d.l.ſed cũ patrono.§.fi.&in
l.2.C.de vetere iure enucleãdo.Specula.de
inſtrumẽtorũ editione.§.inſtrumentũ.ver
ſi.Itẽ opponitur ꝙ inſtrumẽtũ eſt factum
per notas.Guiliel.Bened.in.c.Rainu.de te
ſta.par.1.nu.61.verbo teſtamẽtũ.1.in ſimi-
li per Speculatorẽ.de inſtru.edi.§.oſtenſo.
verſ.Quid ſi abbreuiatura. tamẽ nõ ſic eſt
de iure canonico,quo iure id teſtamẽtum
non vitiaretur,nõ magis,q̃ iure diuino, ſi
ꝑ tales notas, ſeu abbreuiaturas inſolitas
teſtatoris volũtas percipi non deſineret.

Hinc &.9.infertur,ꝙ licèt in teſtamen- Illatio.9.
to in ſcriptis oporteat tabellionẽ,qui illud
conficit, fuiſſe rogatum. vt ex vera & cõ-
muni op.reſoluit Alex.cõſ.153.lib.2. col.2.
per text.in authen. de tabel. §. nos autem.
vbi Accurſi.& alij.gloſ.& alij in cap.cùm
p.tabellio.de fide inſtrumen. nec tabellio

nis rogitus præſumitur, niſi vel probetur, vel ipſe id in ipſo inſtrumento atteſtetur. Innocen. & alij in cap. 1. de fide inſtrum. Specula. & Ioan. And. de inſtru. edi. §. breuiter. Bar. & alij in. l. ſciendum. ff. de verb. obligat. & eſt communis opinio ſecundùm Alexan. vbi ſuprà. num. 9. idem in. d. l. ſciendum. num. 42. vbi Imol. Angel. in l. quæcunq;. §. fi. ff. de publi. tamen de iure canonico teſtamentum valeret, licèt tabellio rogatus nõ eſſet, quia eo iure, & iure diuino vltima diſpoſitio informis eſt, vnde per defectum iſtius formæ, aut ſolennitatis non vitiaretur, vt ex ſuperioribus docemur. Id quod intellige, quando teſtator non propria ſua manu teſtamentum conſcripſit, ſed per tabellionem conſcribi iuſsit, tunc enim ſcriptorem teſtamenti rogatum fuiſſe oportet, vt modò dicebamus. & facit. l. Domitius. ff. de teſta. Cæterùm teſtamentum in ſcriptis citra tabellionẽ conſcribi poteſt manu propria teſtatoris, vel alterius. vt ex receptiore ſententia reſoluit Corn. conſil. 226. Licèt in hac. num. 2. lib. 3. per. §. ſed cùm paulatim. Inſti. de teſtam. l. hac cõſul. C. eodẽ. tit. vbi inter reliqua teſtamẽtorum requiſita non adijcitur tabellionis interuentus.

*Illatio. 10.* Hinc & .10. infertur, quòd licèt de iure ciuili in teſtamento nuncupatiuo requiratur, quòd teſtator proprio ore nucupauerit nomen heredis, vel illud propria manu ſcripſerit. vt in. l. iubemus. C. de teſtamen. adeò, vt ſi teſtator alio hæredem nominante agnouerit nutu capitis, vel per verbum ſic vel ita, licèt pleriq; ſcribẽtium teneant talem hæredis inſtitutionem valere, quales ſunt gloſ. & omnes in. d. l. iubemus. vbi Iaſ. nu. 10. Bar. & omnes in. l. heredes palàm. in prin. ff. de teſtam. Ange. in. l. in fraudem. §. 1. ff. de milit. teſtamento. Anto. & Imol. in. c. cùm tibi. de teſta. Roma. conſil. 306. Propoſita. idem in. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. Ange. in prin. Inſti. de teſtam. eſt communis opi. ſecũdùm Alex. conſ. 33. Ponderatis verbis. lib. 3. Cinus, Bal. & Ange. qui hanc dicit communẽ, & vſu approbatam in. d. l. iubemus. Couar. de teſtam. in. c. cùm tibi. nu. 4. & . 5. Alex. in. d. l. iubemus. per text. in. l. quoniam indignũ. C. de teſtam. Iaſ. in. l. vbi autem non apparet. §. illud. ff. de verb. oblig. Deci. cõſi. 489. In caſu occurrenti. nu. 3. Alex. conſ. 12. Viſo inſtrumẽto. lib. 1. num. 6. Alex. conſ. 47. Abundè. lib. 2. num. 7. Pariſi. conſ. 19. Conſideratis. num. 13. lib. 3. Corn. in. l. hac conſul. §. per nuncupa. C. de teſtam. Alex. cõſ. 176. col. 2. lib. 5. idem in conſil. 14. Viſis. nu. 15. lib. 6. Soci. in. l. ſi ita ſcripſero. col. 1. ff. de condi. & dem. tamen contrariam opin. vt de iure ciuili inſtitutio hæredis facta ad interrogationem alterius non valeat, tenet Corn. conſ. 77. Viſo. d. themate. lib. 4. nu. 1. Iacob. de Are. in. d. l. hæredes palàm. in pr. poſt plures relatos per Corn. vbi ſuprà. per Iaſ. qui tenet contra communem in. d. l. iubemus. num. 10. Verùm licèt hæc res dubia ſit de iure ciuili, tamen de iure canonico magis eſt, vt inſtitutio hæredis facta ad interrogationẽ alterius valeat, quaſi hæc forma cognita non ſit eo iure, non magis, q̃ iure diuino, ſi aliter conſtet de voluntate teſtatoris. vt ex ſuperioribus docemur.

*Illatio. 11.* Hinc & . 11. infertur, quòd licèt de iure ciuili nullus poſsit per alium teſtari, ſed tantùm per ſemetipſum. l. captatoriæ. ff. de lega. 1. l. captatorias. C. de teſtam. mili. l. ſenatus. §. legatum. ff. de lega. 1. quod & iure canonico procedit regulariter, niſi fauore piæ cauſæ. vt reſoluunt pleriq; eorũ, quos ſuprà proximè retulimus. ſequitur, & dicit communem opi. Decius in. d. l. captatorias. vbi etiam Corne. Alexan. & Iaſ. poſt alios. Couar. in. c. cùm tibi. per tex. ibi de teſtam. Calderinus conſi. fi. de conſtit. Abb. conſil. 26. Videtur. lib. 1. Abbas. conſil. 32. Circa duo. lib. 2. colum. 2. vbi hanc dicit communem ſententiam idem Abb. conſi. 110. lib. 2. In cauſa. colum. penultim. tamen licèt hæc op. receptior ſit, magis eſt, vt de iure canonico per alium poſsimus omnem vltimam volun. conficere,

non



non ſecùs, quàm per noſmetipſos, aut non ſecùs, quàm actus inter viuos tam iudiciales, quàm extraiudiciales poſſemus per alium facere. vt per totum. ff. C. & Inſtit. mandati. per totum. C. & . ff. de procur. per totum Inſt. de his per quos agere poſſumus. quaſi hæc ſolennitas, vt per ſemetipſum, non etiam per alium quis teſtetur, procedat de iure tãtùm ciuili, non etiam de iure canonico, quo iure id vetitum non reperitur, non magis, quàm iure diuino. quod probatur per ſuprà dicta. & nominatim probat dict. cap. cùm tibi. de teſtamen. licèt is text. per doctores ſoleat vitiari, & violari, dum teſtamen. ad formam iuris ciuilis redigere conantur, non aduertentes teſtamen. inſpecto iure canonico eſſe informe, ſicq; illud requiſitum de illo iure neceſſarium non eſſe, non magis, quàm reliqua requiſita, de quibus ſuprà mentionem habuimus.

*Illatio. 12.* Hinc & . 12. infertur, quòd licèt de iure ciuili per præteritionem filijfa. vitietur teſtamen. ipſo iure. l. inter cætera. l. pe. & fi. ff. de lib. & poſt. l. 1. ff. de iniuſt. rup. l. fi. C. de contra tab. in princip. Inſtit. de exhæredatione liberorum. quinimò hodie licèt eſſet exhæredatus, teſtamen. foret nullum ipſo iure, niſi iuſta cauſa exhæredandi expreſſa eſſet. vt eſt communis opinio, quam tenent gloſ. in authen. de hær. & fal. §. exhæredatos. verb. noluit. gloſ. 2. in princip. Inſtit. de inofficioſo teſtamento. & vtrobique communiter doctores. eſt communis opinio ſecundùm Iaſ. in authen. non licet. col. 3. Idem Iaſ. in authen. ex cauſa. colum. 3. C. de lib. præter. idem in. l. in ſuis. colum. fina. ff. de lib. & poſt. idem in. l. ſi mater. in princip. ff. de vulg. idem in. l. fina. nume. 18. C. de contra tabul. Crottus in. l. gallus. §. & quid ſi tantùm. num. 52. ff. de lib. & poſthu. Angel. de Perigl. in tractat. ſuita. quæſtione fina. Alexand. in dict. l. in ſuis. num. 12. Bart. in dict. authen. ex cauſ. num. 12. vbi per Albert. Odofred. Petrum, Cinum, Bal. Ang. Salicet. Fulgoſ. Paul. Corne. Alexand. Iaſ. Curti. iuni. & alios. Gregor. Lupus in. l. 5. titul. 8. par. 6. Bart. num. 10. in. l. in quartam. ff. ad legem falcidiam. vbi Picus nu. 6. & Ripa num. 143. licèt hoc vltimum ſolitus ſim impugnare. tamen de iure canonico magis eſt, vt liberorum præteritio non vitiet ipſo iure teſtam. quia cùm id teſtamen. ſit informe, id requiſitum, vt ex ſuperioribus docemur, neceſſarium non erit, non magis, quàm reliqua requiſita. Et ita nouiſsimè intelligo text. in cap. Rainutius. de teſtamen. & in cap. quanuis pactum. de pact. in. 6. id tamẽ teſtam. vtcunq; initio valeat, ex poſt facto infirmabitur, ſi liberi non iuſtè præteriti inueniantur. *Intellectus c. Rainuntius. de teſtam.*

*Illatio. 13.* Hinc & . 13. infertur, quòd licèt vnico contextu de iure ciuili fieri debeat teſtamen. l. furioſum. C. qui teſtamen. fac. poſ. l. cùm antiquitas. C. de teſtamen. facit. l. qui teſtamento. §. fi. & . l. ſi quis cùm teſtamentum. ff. de teſtamen. tamen de iure canonico magis eſt, vt hæc forma prætermitti poſsit, cùm eo iure teſtamen. informe ſit, & reguletur ſecundùm ius diuinũ, quo iure id non deſideratur, non magis, quàm in actibus inter viuos.

*Illatio. 14.* Hinc & . 14. infertur, quòd teſtium ſubſcriptiones vt in actibus inter viuos non deſiderantur, licèt deſiderentur in teſtamentis de iure ciuili. §. ſed cùm paulatim. Inſt. de teſtamen. l. hac conſultiſsima. C. eod. tit. l. ad teſtium. §. fina. ff. eod. l. 1. & . 2. tit. 1. par. 6. l. 3. Tauri. tamen de iure canonico illæ ſubſcriptiones neceſſariæ non erunt, non magis, quàm de iure diuino, aut non magis, quàm in actibus inter viuos. vt ex ſuperioribus apparet.

*Illatio. 15.* Hinc & . 15. infertur, quòd licèt iure ciuili ſignacula teſtium requirantur ad validitatem teſtamenti. dict. l. ad teſtium. §. fina. dict. §. ſed cùm paulatim. dict. l. hac conſultiſsima. & dict. l. partitæ. tamen de iure canonico cùm teſtamentum ſit informe, hæc forma non requiritur,



non

non magis, quàm de iure diuino, aut de iure etiam ciuili in actibus inter viuos exigeretur.

*Illatio.16.* Hinc &.16. infertur, quòd licèt de iure ciuili oporteret teſtes teſtamentarios non eſſe compulſos. vt in dict. l. qui teſtamento. §. fi. in fi. tamen non ſic eſſet de iure canonico, quo iure teſtam. eſt informe, & regulatur ſecundùm ius diuinum, vnde huius formæ omiſsio, quæ iure diuino præſcripta non eſt, vitiare non poteſt.

*Illatio.17.* Hinc &.17. infertur, quòd licèt teſtam. iure ciuili olim deberet incipere ab hæredis inſtitutione, vel exhæredatione. §. ante hæredis. Inſtitu. de legat. l. hac conſultiſsima. C. qui teſtamen. fac. poſ. l. 1. ff. de hæredibus inſtituendis. tamen de iure canonico, quod hac in re ius diuinum imitatur, cùm teſtamen. ſit informe, huius formæ omiſsio nunquàm nocuit.

*Illatio.18.* Hinc &.18. infertur, quòd licèt iure regio ſignum tabellionis in teſtamento in ſcriptis deſideretur. l. 3. Tauri. ſecundùm noſtrum intell. tamen non ſic de iure canonico, quod ius diuinum hac in parte imitatur, cùm eo iure teſtamen. informe ſit, ſicque huius formæ omiſsione non poſsit vitiari.

*Illatio.19. & .20.* Qua ratione. 19. idem intelligendum eſt tam in ſexu, quàm in rogitu teſtium. id quod pleniùs ſuprà attigimus. Quæ omnia nota, quia omnes iſthæc. 20. illationes ferè nouæ ſunt, ab alijs non ſic præuiſæ.

In ſumma iuxta iſtammet partem quęro, quid ſi teſtis teſtamentarius eſſet impubes, an valeret teſtamen. de iure canonico, quaſi hoc caſu id teſtamen. informe quo ad hanc etiam partem eſſet? Item quid ſi eſſet ſeruus? Quid ſi eſſet filius hæredis ſcripti? Quid ſi eſſet ipſemet hæres ſcriptus? Quid ſi teſtis eſſet propter facinora inteſtabilis? Quibus caſibus indubitanter vitiaretur teſtamen. formale. vt in. §. teſtes autem. Inſtit. de teſtamen. §. ſed cùm aliquis. §. pater. §. ſed neque. eod. l. 1. C. de teſtamen. l. qui teſtamento. in prin. &. §. 1. &. §. neq; furioſus. &. §. ſeruus. ff. eod. titu. l. 9. titul. 1. par. 6. An ſimiliter vitietur teſtamen. de iure canonico, quod informe eſſe diximus? Et magis eſt vt vitietur: tum, quòd iſtorum teſtimonia eo iure probata non ſunt: tum etiam, quòd ius commune veluti genus comprehendit ſub ſe ius tam canonicum, quàm ciuile, non ſecùs, quàm ius ciuile comprehendit ſub ſe ius tam ciuile, quàm prætorium: qualia ſunt leges, conſtitutiones principum, plebiſcita, edicta Prætorum, Senatusconſulta, reſponſa prudentium, & ſimilia, de quibus per totũ Inſtit. de iure nat. Ita intelligo. c. 1. &. 2. de noui op. nun. cum ibi notatis. c. cùm expediat. de elect. in. 6. l. vn. C. de inof. dotibus. l. ſi quando. in princip. cum ibi notatis. C. de inofficioſo teſtamento. cap. cauſamq;. de reſcrip. Nec dubium eſt, quin iſthæc per ius canonicum, aut diuinum immutata non reperiantur expreſsim nec mentaliter, ergo ſtandum erit iuri ciuili.

Item quæro, quid ſi teſtator fuerit coactus, quo caſu teſtamen. iure ciuili non valet. vt per totum. ff. &. C. ſi quis aliquem teſtari prohib. Aut quid ſi ipſe teſtamen. cancellauerit, quo caſu ſimiliter teſtamen. iure ciuili infirmatur. vt per totum. ff. de his quæ in teſtam. delētur. Aut qd ſi præceſsit clauſula derogatoria, quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtam. infirmum eſt. vt in. l. ſi quis in prin. teſtamẽti. ff. de lega. 3. cum ibi notatis per Bar. & alios. & in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legat. 1. vbi per Aretinum, Alexandrũ, Iaſ. & alios. Aut quid ſi teſtator ſe in arrogationẽ dedit, quo caſu iure ciuili teſtam. infirmatur l. pe. §. pe. ff. de ſecundùm tab. §. non tamẽ. Inſt. qb. mod. teſtam. infirmatur. Aut qd ſi voluntas conſummata non fuerit, quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtamẽ. nullum eſt. l. ſi quis cùm teſtamentum. ff. de teſtam. Aut quid ſi teſtam. i. hæredis inſtitutio fiat in bonis alienis, quo caſu non va-





let. vt docemur ſuprà. §. 17. num. 21. Aut quid ſi teſtator errauerat circa perſonam hæredis ſcripti? quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtam. nullum eſt. l. ſi pater. l. neque apud. C. de hær. inſt. l. fi. ff. eod. titul. Et in omnibus his caſibus & ſimilibus magis eſt teſtamen. iure quoq; canonico infirmum eſſe, per rationes ſuprà proximè aſſignatas. Et quia licèt teſtamen. de iure canonico ſit informe, tamen iſthæc vitia non tam ad formam pertinere videntur, quàm ad ſubſtantiam, quæ in voluntate teſtatoris conſiſtit, cuius reſpectu ius tam canonicum quàm ciuile pariter coēunt.

*Iure canonico an ſit differentia inter cõtractus bo. fid. et ſtricti iuris.* Illud autem ſummoperè notandum eſt, quòd vt in legatis eſt differentia inter ius canonicum & ciuile, vt iam docuimus per dict. cap. filius noſter. de teſtam. ſecũdùm communem intellectum illius capituli, ita quoq; eſt differentia etiam in contractibus. Nam licèt iure ciuili ſint variæ differentiæ inter contractus bo. fidei, & contractus ſtricti iuris. vt in prin. Inſt. de oblig. ex conſen. l. petens. & l. in bonæ fidei. cum ibi plenè notatis. C. de pact. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. tamẽ de iure canonico inter contractus bo. fid. & contractus ſtricti iuris nulla differẽtia eſt ſecundùm Bal. in. c. 1. in fi. extra. de plus petitionibus. qui dicit ſe putare, quòd de æquitate canonica omnes cõtractus ſunt bonæ fidei. Et ſi eſt vera illa deciſio, eſt magna limitatio ad prædicta iura. Iſtam limitationem reperi etiam per Iaſo. in dict. l. cùm fundus. 4. limitatione. reliquit tamẽ cogitandum. Reperio tamen, quòd iſtud dictum Bal. ſub dubio videtur reprobare Iaſo. in dict. l. cùm fundus. per regulam, quæ habet, quòd niſi de iure canonico decidatur expreſsè contrarium eius, quod eſt de iure ciuili, non recedimus à iure ciuili. cap. 1. & .2. de operis noui nuntia. Bar. & alij in. l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccle. Item ſecundùm eum videtur quòd imò de iure canonico ſit tex. faciens mentionem de actionibus ſtricti iuris. c. cùm venerabilis. & ibi gloſ. magna. de exceptio. Niſi diceres, quòd ibi ſit narratio facti. Sed illud eſt diuinare. Item reperio, quòd illud dictum reprobat etiam Iaſo in. l. cùm poſtea. C. de pact. ratione de qua ſuprà. Dicit tamen ibi, quòd illud eſt ſingulare, nec alibi legit. Illud etiam reperio reprobatum per Iaſo. in. l. etſi poſt tres. vlti. colum. ad finem. ff. ſi quis cautio. Illud etiam reprobat ipſe in. l. quod te. ff. ſi cert. petatur. penulti. cauſa. 4. col. in principio. vbi contra Bald. dicit eſſe text. expreſſum in dict. cap. cùm venerabilis. de exceptio. & ibi aperta fronte illum reprobat. *Illatio.1.*

Tenendo tamẽ illam deciſionem Bal. pro vera, ex ea inferuntur ſequentia. Primò, quòd licèt aliàs habeamus differentiam inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, quòd dolus dans cauſam contractui bonæ fidei reddat contractum nullum, ſed dolus dans cauſam contractui ſtricti iuris, non reddit contractum nullum, ſed ope exceptionis. l. eleganter. in principio. ff. de dolo. notatur plenè in. c. cùm dilecti. cum concordan. de emptio. & venditio. tamen de ęquitate canonica non erit iſta differentia, imò dolus dãs cauſam cuicunq; contractui reddit eum ipſo iure nullum, cùm omnes cenſeantur bonæ fidei. Ita ſingulariter infert Bald. in dict cap. 1. in fi. de plus petitio. refert Iaſo in dict. l. cùm poſtea. & in alijs locis. C. de pact. quod perpetuò notabis.

Secundò ex illa deciſione Bal. infertur. *Illatio.2.* Scis quòd quando dies, & pœna eſt appoſita in contractu, tunc non habet locum purgatio moræ. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & obligat. ſecundùm communem intellectum, cum concordantibus. & eſt communis opinio. Vnum tamen eſt, ꝙ dicta regula non habet locum in contractibus bonæ fidei, in qbus ſemper poteſt mora purgari, etiamſi apponatur dies, & pœna. vt ſingulariter tenet Bal. in. l. cùm allegas. 6. oppoſ. C. de vſuris. Modò infero, quòd cùm de iure canonico omnes cõ-

tractus cenſeantur bonæ fidei ſecundùm
deciſionem Bal. in.d.c.1.de plus petitio. ꝙ
de iure canonico ſemper habet locũ pur-
gatio moræ,tam in contractibus ſtricti iu
ris,quàm bonæ fidei, etiam ſi apponatur
dies, & pœna, quod eſt ſingulare, ſi eſſet
verum. De veritate tamen illius deciſio-
nis Bal. in. d.l. cùm allegas.quia commu-
niter ſolet reprobari, vide notabiliter per
Iaſo.in.l. & ſi poſt tres. vlti. colũ. ff. ſi quis
cautio. Reprobata ergo deciſione Bal. nõ
erit vera illatio,quam fecit. Si tamen eſſet
vera deciſio Bald. in. d. l. cùm allegas. ſe-
queretur etiam ex ea, quòd in contracti-
bus initis cum aliquo principe quãuis ibi
eſſet appoſita dies, & pœna, tamẽ ſemper
admitteretur purgatio morę poſt lapſum
diei ad euadendam pœnam. Et hoc poſ-
ſet eſſe valde vtile in practica in datiarijs,
qui in cõtractu promiſiſſent ſoluere prin
cipi tali die,ſub tanta pœna.Et hoc per di-
ctum Bal.in titu. de pace conſtan.§.ſi qua
verò.vbi tenet, quòd omnes cõtractus fa-
cti cum principe conſentur bonæ fidei

Illatio.3. Tertiò vltra alios nouiſsimè infero.Sci
re debes, quòd quãdo ſtipulatio commit-
titur propter non factum,ſi certum eſt in
tempore reſiduo promiſsionem impleri
non poſſe, licèt ſtatim committatur me-
ro iure ſtipulatio. vt eſt caſus ſingularis in
l.cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo.ff.de
verb.oblig.non tamen interim poteſt agi
in effectu.vt eſt caſus,qui ſic debet intelli-
gi in.l.in illa ſtipulatione ſi calẽdis. eo. tit.
Illud tamen eſt verum in cõtractibus ſtri-
cti iuris,ſed in contractibus bonę fidei ſta
tim põt agi, & in effectu quãdo obligatio
committitur propter non factum, & cer-
tum eſt non poſſe fieri ex poſt facto,ſecũ-
dùm Bart.per tex.ibi in.l.ſi in lege.§.ſi do-
mus.ff.locati. Ex hoc ergo mirabiliter in-
fero, quòd cùm de iure canonico omnes
contractus ſint bonæ fidei, vt ſuprà dictũ
eſt, quòd ſi certum eſt in tẽpore reſiduo
impleri non poſſe, ſtatim poteſt agi nedũ
mero iure,ſed etiam in effectu,tam in con
tractibus ſtricti iuris, quàm bonæ fidei. Et
eſt nouiſsima limitatio ad.d.l.in illa. cum
ſua materia. Quod tenebis menti perpe-
tuò.Idem eſſet in quocunq; contractu ce
lebrato cum principe, cùm cenſeatur bo-
næ fidei,vt ſuprà etiam dictum eſt. De ve-
ritate tamen deciſionis Bart.in.d.l.ſi in le-
ge.§.ſi domus.vide Paul. de Caſt. in.d.l.in
illa.4.oppo.qui videtur reprobare.

Quartò vltra omnes etiam nouiſsimè Illatio.4.
infero.Scis quòd eſt quæſtionis,an in obli
gatione rem tradi,quis præciſè compella-
tur ad tradendum, vel liberetur præſtan-
do intereſſe.Et poſt multa communis cõ-
cluſio eſt,quòd aut rem tradi eſt in obliga
tione ex contractu bonæ fidei, putà em-
ptionis, & venditionis, & tunc debet di-
ſtingui, an habeat facultatem tradendi,
vel non iuxta.gloſ.ſingularem Inſtitu. de
emptio.& vẽdi.§.pretiũ. Aut rem tradi eſt
in obligatione ex alia ſimplici ſtipulatio-
ne, & tunc reus indiſtinctè liberatur præ-
ſtando intereſſe.vt eſt caſus in.l.ſtipulatio
nes non diuiduntur. in principio. in verſ.
fundum tradi.iuncto verſic. ſe. & ibi hoc
tenet Bar.vlti.cauſa. prima col. ad fi. Infe-
ro ergò ex deciſione Bal.quòd cùm de iu-
re canonico omnes contractus cenſeãtur
bonæ fidei, quòd in obligatione rem tra-
di ſemper debeat diſtingui,an habeat fa-
cultatem tradendi vel non de iure cano-
nicò non facta differentia an ſit cõtractus
bonæ fidei vel ſtricti iuris.& eſt mirabilis
limitatio ad prædicta, quam nunquàm
audiſti.

Quintò nouiſsimè infero. Scire debes, Illatio.5.
quòd clauſula (rato manente pacto) taci-
tè intelligitur in contractibus bonæ fidei.
ita ſingulariter dicit Bal. in.l. ſi pacto quo
pœnam. C.de pact.4.col.in principio.per
l.prædia.ff.de actione emptio. & illud di-
ctum cõmendatur pro ſingulari per Iaſ.
in.l. cùm proponas.4.notabi. C. de tranſ-
act.ſecùs in contractu ſtricti iuris, niſi ap-
ponatur.l.qui fidem.ff.de tranſa.& dict.l.
cùm proponas.ff. de verbo. obligat. l. ita





ſtipulatus. §. fi. Ex hoc ego infero, ꝙ cùm
de iure canonico omnes contractus cen-
ſeantur bonæ fidei, per dictum Bal. quòd
de iure canonico ſemper in contractibus,
ſiue bonæ fidei,ſiue ſtricti iuris intelliga-
tur tacitè appoſita clauſula (rato manen-
te pacto) quod videtur mirabile,& nouiſ-
ſimum. Cogitabis, quia vehementer du-
bito.

Illatio.6. Sextò nouiſsimè infero. Scis, ꝙ in con-
tractibus non habet locum cautio Mu-
tiana ſecundùm communem ſentẽtiam.
vt eſt gloſ. in. l. 1. gloſ. magna. in fi. C. de
pact. & gloſ.in.l. Mutianæ.ff.de condi.&
demonſtra.& glo.in.l.tertia.in principio.
ff.de condi. ob cauſ. & ibi doctores.pro
quibus eſt text. melior de iure.in.§. ſi quis
ita ſtipulatur.Inſtit. de verbo.obliga.licèt
contrarium tenuerit gloſ.ſingu. quæ cõ-
muniter reꝓbatur in. l. ſiue apud acta.gl.
magna.C. de tranſa.ſentit tamẽ Bart.in.d.
l. ſiue apud. 2. col. quòd imò licèt in con-
tractibus ſtricti iuris non habeat locum il
la cautio,ſecùs tamen in contractibus bo-
næ fidei,vbi habet locum, quemadmodũ
in vltimis voluntatibus.Infero ergo,quòd
cùm de iure canonico omnes contractus
ſint bonæ fidei, vt ſæpe eſt dictum, quòd
in omnibus cõtractibus, ſiue ſtricti iuris,
ſiue bonæ fidei habet locum cautio Mu-
tiana de iure canonico, quod videtur mi-
rabile.& ſic de iure canonico non habent
locum illæ gloſſæ, & communis opinio,
imò regulariter in omni diſpoſitione ne-
gatiua habet locum illa cautio.

Illatio.7. Septimò nouiſsimè infero.Scire debes,
quòd in contractibus ſtricti iuris, putà in
ſtipulatione fundum dari, non veniunt
fructus pendente tempore cõtractus.tex.
eſt in.l. ſi filiusfamiliàs.§. cùm fundum.ff.
de verbo.obliga.ſecùs in contractibus bo
næ fidei, putà emptionis, & venditionis.l.
Iulianus.§. ſi fructibus.ff. de actio. empti.
ſecundùm Paul.de Caſt.in. d. §. cùm fun-
dum.in principio.qui dicit, quòd hoc eſt
ſubtile,& malè declaratum per.dd. & no-
tabiliùs ibi per eum.3.oppo. de quo latiùs
infrà dicam. Infero ergo ex prædictis, ꝙ
cùm de iure canonico omnes contractus
cenſeantur bonæ fidei quo ad effectum,
quòd de iure canonico tam in contracti-
bus ſtricti iuris,quàm bonę fidei veniunt
etiam fructus pendentes, quemadmodũ
& futuri.quod videtur mirabile, & ſic eſ-
ſet correctus de iure canonico tex.in dict.
§.cùm fundum. quod videtur nouum, &
abſonum,illatio tamẽ eſt vera,ſi tenemus
deciſionem Bal.in.d.c.1.de plus petitioni-
bus.

Octauò nouiſsimè infero.Scis,quòd in Illatio.8.
quibuſdam caſibus mora committitur
ſine interpellatione iudiciali vel extraiu-
diciali, & illa dicitur irregularis, de qua in
l.quod te. maximè per Alexand.ff. ſi cert.
petat. & in. l. curabit.C. de actio.emptio.
cum ſimilibus. hinc eſt, quòd minori
ſine interpellatione re ipſa cõmittitur mo
ra.l.in minorum. C. in quib. cauſ. reſti.in
integ. non eſt neceſſe. illud tamen habet
locum in contractibus bonæ fidei,vel ſibi
ſimilibus, vt in legatis, & fideicommiſsis,
vt ibi,ſecùs in ſtricti iuris.Ex hoc ego infe-
ro, ꝙ cùm de iure canonico omnes contra
ctus cenſeantur bonæ fidei, vt ſuprà eſt di
ctum, ꝙ minori cõmittitur mora re ipſa ſi
ne interpellatione de iure canonico tam
in contractibus ſtricti iuris,quàm bonæ fi
dei,quod eſt ſingulare.& ſic de iure cano-
nico. l. in minorum. habet locum etiam
in contractibus ſtricti iuris. Cogitabis.
Idem poteſt dici eadem ratione in eccle-
ſia.iuxta gloſ.ſingularem in.§.item. Inſti.
de actio.Idem in fiſco. vt eſt gloſ.ſingula-
ris in.l.cùm quidam.§.fiſcus.ff.de vſuris.in
verſi.inferunt.Cogita ſuper ijs.

Nonò infero.In contractibus bonæ fi- Illatio.9.
dei veniunt multa, de quibus nec actum,
nec cogitatum eſt inter partes, nam in il-
lis cõtractibus alter alteri obligatur in id,
quod alter alteri ex bono & æquo præſta-
re oportet,& ſic veniunt rupta,cæſa, & ſi-
milia.l.fundi.§.ſi ruptæ. ff. de actio. empt.

&.C.de actio.emp.& vendi.per totum.&
Inſtit. de obliga.ex conſenſu.in fine. ſecùs
in contractibus ſtricti iuris vt ibi. & in.l.
quidquid aſtringendæ.in fine. ff.de verb.
obliga. cum ſimilibus. Sequitur ergo ex
prædictis,quòd de iure canonico in omni
bus contractibus tam ſtricti iuris, quàm
bonæ fidei veniunt ea,de quibus nec actũ
nec cogitatum eſt,ſi tamen æquum ſit ve
nire, cùm illo iure omnes cenſeantur bo-
næ fidei quo ad effectum. Quod ſi eſt ve-
rum, limitarentur multa iura ciuilia, de
quibus ſuprà,cum concordantijs, vt non
procederent de iure canonico.Cogita.

*Illatio.10.*

Decimò infero.Viſum eſt ſuprà, quòd
in cõtractibus ſtricti iuris quãdo eſt in ob
ligatione rem dari,nõ veniunt fructus, ni
ſi poſt litẽ conteſta.l.cùm fundus.in prin.
cum cõcord.ff. ſi cert. petat. vſuræ autem
nec ante litem conteſtatam,nec pòſt.vt.l.
1.C.de cõd.ind.& ſuprà dixi.Secùs in con-
tractibus bonæ fidei,vbi tam vſurę,quàm
fructus debentur à tempore moræ.l. vi-
deamus.§.ex cauſa.&.l.mora.§. in bonæ fi
dei.ff.de vſuris. & ſuprà latè ex prædictis.
Ergo infertur, quòd cùm de iure canoni-
co omnes cõtractus ſint bonæ fidei in ef-
fectu, quòd tam in contractibus ſtricti iu
ris,quàm bonæ fidei de iure canonico ve-
niunt fructus,& acceſſoria à tempore mo
ræ,non expectata litis conteſta. quemad-
modum in cõtractibus bonæ fidei. Caue
tamen, quia quo ad vſuras non procede-
ret de iure canonico, poſſunt tamen peti
vt intereſſe in omnibus contractibus à tẽ
pore moræ.Cogita.

*Illatio.11.*

Vndecimò infero.Quando in obliga-
tione eſt rem dari ex ſtipulatione,non ve-
nit intereſſe,ſecùs ſi rem tradi.ff.de verbo.
obliga.l.vbi autem. §.fi. &.l. ſi fundum.&
de re iudicata.l.ſi quis ab alio. §.fi. quæ oĩa
veniunt in bonæ fidei iudicijs.ff.de actio.
empt. l. 1. in principio.& eſt gloſ.Inſtit.de
actio.§.actionum.glo.magna ante fi.quæ
glo.non eſt alibi ſecundùm Alex. in.l. ſti-
pulationes non diuiduntur.4.col.ad finẽ.
ff.de verbo. oblig.Infertur ergo,ꝙ de iure
canonico ſiue ſit rẽ dari,ſiue tradi,ſiue cõ-
tractus bonę fidei,ſiue ſtricti iuris,ſemper
veniat intereſſe, cùm illo iure oẽs contra-
ctus cenſeantur bonæ fidei in effectu, vt
ſæpe eſt dictum. Sed cogitabis. Caue ta-
men,quia glo.in.d.§.actionum.quæ vult,
quòd quando rem dari eſt in obligatione
ex contractu bonæ fidei ſuccedit intereſ-
ſe,communiter reprobatur,quia.l.nõ pro
batur. Nam.l.1.de actione empt. quã ipſa
allegat,loquitur in obligatione rem tradi,
non in obligatione rem dari, inter quas
ſunt multæ differentiæ,vt etiam ſuprà teti
gi.& ita eam reprobant Imola, & Roma.
in.d.l.ſtipulationes. & ibidem Alex.in. d.
loco.& Angel.in.l.fi.ff.ſi quis in ius voca.
non ierit. & ſic ceſſaret illatio, quam ex
ea fieret.

*Illatio.12.*

Duodecimò infero. In actionibus bo-
næ fidei iuratur in litem,ſecùs in ſtricti iu-
ris,niſi ſint arbitrariæ. Inſti.de actio.§. præ
terea quaſdam. &. ff. de in litem iurand.l.
in actionibus.in prin. iuncto.§.fi. Infertur
ergo, ꝙ de iure canonico iuretur in omni
bus, cùm omnes cenſeantur bonæ fidei.
per deciſionem Bal.

Ex prædictis habes. 12. differẽtias inter
cõtractus bonæ fidei,& ſtricti iuris. Duas
alias collige per Angel. Inſtit. de actio. §.
actionum.4.col. Et in omnibus, quas in-
uenies,potes facere illationes,de quibus ſu
prà, vt non procedant de iure canonico.
Alias.4. vel.5. collige ibi per Iaſo.4. cauſa.
2. col. poſt medium. cum prin. ſequentis
quem videas.

*Fructus pẽdentes tempore cõtractus quãdo debeantur.*

Prędicta omnia vera ſunt de fructibus,
& acceſsionibus futuris. Quid autem di-
cemus in fructibus pendentibus tempo-
re contractus, an illi veniant, vel poſſent
peti ex natura contractus, vel actione ex
eo contractu, vel aliàs? Eſt quęſtio neceſſa
ria, ſingularis, & apud me valde dubia,
nec reperitur bene declaratum,in quo ar-
tic.ſic procedo breuiter. Regula ergo ſit,
ꝙ in ſtipulatione fundum dari, non ve-
niunt



veniunt fructus, qui erant in fundo tem-
pore ſtipulationis. tex. eſt notabilis in.l. ſi
filiusf. §. cùm fundum. ff.de verb. obliga.
vbi plenè per omnes.reliqua alibi.

*Declaratio l.49. Tauri.et.l.127. in quatern. alcaua.*

Stat ergo, quòd ſolennitas legalis non
ſeruatur de iure canonico in teſtamentis,
nec ligat perſonas ſemper clericorum:ve-
rùm leges ciuiles regulariter comprehen-
dunt etiam clericos. vt plenè diximus in-
frà.§. 26. nu.53. & procedunt etiam in ma-
teria ſpirituali.Et ita intelligo.l.49. Tauri.
&.l.127. in quaterno alcaua.&.l.2. &.3.tit.
de los matrimo.lib.5.ordi.cum alijs vbi ſu
prà adductis. ſecundùm quòd ibi intelle-
ximus, intelligentes ius canonicum & ci-
uile veluti vnum idemq́; ius intelligi, niſi
in quibus caſibus expreſsè contrariantur,
adinuicemq́; pugnant. De quo in lib.præ
ced.ante finem.

Regularis ergo ſolennitas teſtamento
10 rum limitatur. 2. vt non procedat de iure

*Teſtamentum nuncupatiuum iure regio ualet cum minore numero teſtium.*

regio.vt in.l.1.tit.2.de los teſtamentos.lib.
5.ordi.vbi valet teſtamẽtũ cum quinq; te-
ſtibus,& tabellione, & etiam valeret cum
quinq; teſtibus ſine tabellione, & valeret
etiam cum tribus teſtibus, & tabellione,
& hoc vbi adeſt copia teſtium & tabellio
nis. Quòd ſi teſtium copia ſit,tabellionis
11 autem non ſit,tunc omnino quinq; teſtes

*L.1.titul.2. lib.5.ordin.*

adeſſe oportet. Sin autem tabellionis co-
pia ſit,teſtium autem copia deſit, tũc tres
teſtes cũ tabellione adeſſe oportet. Quòd
ſi copia deſit tam teſtium quàm tabellio
nis, tunc tres teſtes ſufficiunt, etiam ſine
tabellione.vt in.d.l.1. Quæ quidẽ.l.hodie
reſtricta eſt,vt procedat in teſtamento nũ
cupatiuo tantùm,non in teſtamento in
ſcriptis, in quo longè maior, & exactior
ſolennitas deſideratur, nempe ſeptem te-
12 ſtium interuentus, & ſubſcriptiones tam

*Teſtamẽtũ in ſcriptis quæ requirat iure regio.*

teſtium quàm teſtatoris: vt tamen pro te-
ſtibus ſcribere neſcientibus vel etiam pro
teſtatore ſcribere neſciente, vel non valen
te, alij teſtes poſsint ſubſcribere, ita vt
13 oĩno.8.ſubſcriptiones interueniant, præ-

*L.3.Tauri.*

ter ſignaculum tabellionis. Ita ꝓbat text.
in.l. 3. quæ Taurino conuentu data fuit.
Et licèt per text.in.l.7.titul.1.part.6.admiſ-
ſum eſſet, vt teſtamentum minus ſolẽne,
putà cum duobus tantùm teſtibus vale-
ret inter filios non ſecùs, quàm de iure
communi. vt in.l. hac conſultiſsima. §.ex
imperfecto.C.de teſtam.l. fi. C. fam. her.
tamen hodie per.d.l.3.teſtamentum inter
liberos eandem ſolennitatem deſiderat,
quę deſideratur in teſtamento facto inter
extraneos.ita probat tex.in.d.l.3.Quod in
dubitanter procedit in teſtamento nun-
cupatiuo,in quo.l.illa nuncupatim loqui
tur.Sed dubium eſt, an procedat etiã in te
ſtamẽto in ſcriptis? Et Gometius Arias ibi
num.4.cum ſequenti, & Michaël Ciſon-
tinus ibidem.nume.7. verſic.5.dubitat.&
Didacus Caſtellus ibidem,in verſiculo. ſe
cundò nota quòd idem numerus. in glo.
quæ incipit. Entre los hijos. tenent idem
eſſe in teſtamẽto in ſcriptis, quod in teſta-
mento nuncupatiuo, vt vtroq; caſu eadẽ
ſolennitas deſideretur,quando pater teſta
tur inter liberos,quæ deſideratur,quando
teſtatur inter extraneos, vt per hoc. d. l.3.
quæ loquitur nominatim in teſtamento
nuncupatiuo,& licèt ſit correctoria, extẽ-
datur tamen ad teſtamentum in ſcriptis.
Mouentur,quia quando duo caſus æqui-
parantur à lege antiqua, tunc lex noua lo
quẽs in vno caſu, extenditur ad alterum.
gl.cõiter approb. in.l. ſi quis ſeruo alieno.
C.de furtis.Diximus plenè alibi. Sed id ar-
gumentum non procedit, vbi eſſet diuer-
ſa ratio,qualis eſt in ſpecie noſtra. Deinde
mouentur, quia clauſula in medio poſita
refertur ad præcedentia,& ſequentia.l.3.§.
filius.ff.de lib.& poſt.Quod arg.ſimiliter
non procedit ſecundùm omnes ibi,quan
do eſt diuerſa ratio,qualis eſt in ſpecie no-
ſtra. Præterea ibi loquitur, cùm agitur de
conſeruatione teſtamenti, vel alterius di-
ſpoſitionis,quo caſu vt ſuſtineatur diſpo-
ſitio de qua agitur, receditur à regulis iu-
ris.l.quibus diebus.§. dominus. vbi notat
Soci. ff. de cond. & demonſt. l. ſtipulatio
iſta.§.

iſta.§. hi qui.&.§. hæc quoq;. ff. de verbo.
obliga. vbi per docto. l. fundus qui loca-
tus.ff.de fundo inſtructo.gloſ. communi
ter app.in.l.ſi quãdo.in princip.C. de inof
ficioſo teſtamento. & plenè diſſerimus.
aliàs.

Sed in ſpecie noſtra licèt.d.l.3. quæ lo-
quitur in teſtamento nuncupatiuo, non
extendatur ad correctionem teſtamenti
in ſcriptis, non per hoc corrumpitur ius
commune, quinimò ſuſtinetur incorre-
ctum ius tam commune quàm regium.
ergo. &c. Mouentur etiam alijs rationi-
bus, quæ non expedit diſſoluere: leuiores
ſunt enim, q̃ noſtra refutatione egeant.

*Teſtamentum inter liberos etiam ſi fiat in ſcriptis, nõ deſiderat integram ſolennitatem etiam iure regio cõtra noſtrates.*

14 Vnde in hac ſum fuiq; ſemper ſenten-
tia, vt teſtamentum iure regio in ſcriptis
factum à patre inter liberos non tantam
requirat ſolennitatem, quantam ſi fieret
inter extraneos.

Moueor, quia legũ correctio ſummo-
perè vitanda eſt.l.ſi quando.in princip.C.
de inoſſicioſo teſtamento.adeò, vt etiam
ex paritate, vel etiam ex maioritate ratio-
nis non fiat extenſio ad correctionem le-

*Legis correctio non ſit ex maioritate rationis, niſi cũ ratio eſſet expreſſa in lege cũ cõmuni.*

15 gis.gloſ.vbi Bald.& omnes communiter.
vt per Iaſ.ibi.num.19. cum plu.ſeq. in au-
then. quas actiones. C. de ſacroſ.eccle.idẽ
Iaſ.in.l. ſtipulatio hoc modo concepta.
num. 12. ff. de verbo.obliga.idem Iaſ.in.l.
quanuis.C.de fideicom.idem Iaſ.in.l. qui
bus diebus.num.14. ff. de legib. idem Iaſ.
in.l.humanitatis.C.de impuberum. nu.6.
vbi Alexan.nu.5. Corn. num. 15. & Curti.
iuni.num.15.niſi ratio.l.nouæ eſſet expreſ-
ſa in eadem.l. correctoria, & militaret in
caſu, ad quem volumus facere extenſio-
nem, ſecundùm eoſdem.& ſecũdùm Pur-
pu.in.l.fi.num.23.C.de pact. vbi Curti.iu-
ni.nu.9.& Decius.num.15.Fortunius in.l.
gallus.§.& quid ſi tantùm.colum.87.ff.de
lib.& poſt.Crottus in.l.ſi conſtante.ff.ſo-
lut.matrimonio.lect.2.ſuper.7.quęſtione
Bar.Iaſ.in.l.tranſigere.num.15.C.de tranſ-
actionibus.Ripa in. l. nemo poteſt. ff. de
leg.1.nu. 50. vbi Hannibal nume.349.Iaſ.
in.l.Marcellus.in prin.ff.ad Treb.Couar.
in.c. Rainutius.de teſtam.§.3. num.6. Iaſ.
in.l.re coniuncti.ff.de leg.3.nu.181.Paul.in
l.quanuis. C. fideicom. Cuman. in.l.cùm
mulier.§.1.ff.ſolut.matrimonio.Georgius
Natan in cap. quanuis. num.32. de pact.
lib.6.Sed in ſpecie noſtra cõſtat longè mi-
norem eſſe rationem in teſtamento in ſcri
ptis, quàm in teſtamento nuncupati-
uo: quia, vt ſuprà retulimus, longè maior
ſolennitas deſideratur de iure regio in te-
ſtamento in ſcriptis, quàm in teſtamento
nuncupatiuo.vt in dict.l.1.tit.2.lib.5.ordi.
iuncta.d.l.3. Tauri.vnde cùm in teſtamẽ- *Declara. l. 3. Tauri.*
to nuncupatiuo iure regio quinq; tãtùm
teſtes, & aliquando etiam tres teſtes ſuffi-
ciant, mirũ non eſt, ſi etiã inter liberos illa
breuis ſolẽnitas non minuatur. Cæterùm
cùm in teſtamento in ſcriptis lõgè maior
ſolennitas deſideretur.vt in. d.l.3.iuſtum
non eſſet, vt tanta ſolennitas in eo teſtamẽ
to deſideraretur, cùm fieret inter liberos,
quanta deſideratur, cùm ſit inter extra-
neos, quia id inter liberos nimis onero-
ſum eſſet, quod non eſt in teſtamento nũ
cupatiuo, vbi facilis ſolennitas requiritur.
Præterea lex generaliter loquens, non cõ-
prehendit perſonas, quæ habent ſpecialẽ
prouiſionem & priuilegium in ea mate-
ria, qua de agitur. vt docemur infrà. §.35.
num.5.ſed circa ſolennitatem teſtandi in-
ter liberos habent parentes ſpeciale priui-
legium.l. hac conſulti.§.ex imperfecto.C.
de teſtam.ergo.&c.

Liberis tamen dilatio legalis currit me *L.1.titul.3. lib.3.ordin.*
ro iure.vt dixi ſuprà.§.10.num.51.etiam ſi-
ne ſpe reſtitutionis de iure regio.argum.l.
1.tit.3.lib.3.ordi.vnde ſi infra tempus defi-
nitum non adierint, vel inuentarium fece
rint, non iuuantur, quia quo ad dila.lega-
lem non reperiuntur habere ſpecialẽ pro-
uiſionem, aut priuilegium.

*Teſtamentum in ſcriptis inter liberos iure regio tantam ſolẽnitatem deſiderat, quantam teſtamentum nũcupatiuum inter oẽs.*

16 Puto tamen, quòd in teſtamẽto in ſcri-
ptis, quod fieret inter liberos, licèt ſufficiat
minor ſolennitas, quàm in teſtamento in
ſcriptis, quod fieret inter extraneos, tamen
non



non minor ſolennitas interuenire debeat
de iure regio, quàm eodem iure deſidera-
tur in teſtamento nuncupatiuo etiam in-
ter eoſdem liberos, ne leuior ſolennitas in
teſtamento in ſcriptis facto inter liberos
requiri videatur, quàm reqreretur in eod.
teſtamento nuncupatiuo facto ſimiliter
inter liberos, quod eſſet contra omne ius,
omnemq; rationem, quæ maiorem ſolen *Declara. l. 3. Tauri.*
nitatem deſiderat in teſtamẽto in ſcriptis,
quàm in nuncupatiuo, vbi minor ſuſpi-
cio eſt falſitatis.argumento text. in. l. hac
conſultiſsima.C. de teſtam.iuncta eadem
l. in. §. per nuncupationem. & argumen.
d.l.tertiæ.iuncta.d.l.1.tit.2.lib.5.ordi.

*Intell.l.1. tit.2.libr.5. ordi.*

Deniq; circa.d.l.1.tit.2.lib.5. ordi. con-
17 ſidera, quòd dum ait, Si alguno ordenare
ſu teſtamento, o poſtrimera voluntad cõ
eſcriuano publico, deuen ſer preſentes a
lo ver otorgar tres teſtigos. quidã intel-
ligũt (qualis eſt Micha.in.d.l.3.) quòd vbi
ſit copia tabellionis, non valeat teſtamen.
quod citra interuentum tabellionis factũ
fuit, niſi ibi interſint ſeptem teſtes, nam
tunc etiam ſine tabellione id teſtam.vale-
ret: per illum tex. dum ſubdit. E otroſi mã

*Teſtamentum nuncupatiuum iure regio ualet cũ quinq; teſtibus ſine tabellione, licèt eſſet copia tabellionis contra Micha.*

18 damos, que vala el teſtamento, que fuere
hecho con buenos teſtimonios. Nos con
trà, vt etiam eo loco, vbi ſit copia tabellio-
nis, valeat per illum text. teſtam. nuncupa
tiuum cum quinq; teſtibus. Nam illa ver
ba, Si alguno ordenare ſu teſtamento con
eſcriuano publico. non hunc habent ſen-
ſum, vt omnino tabellio interuenire de-
beat, ſed magis hunc ſenſum, vt ſi ex facto
interuenerit tabellio, tunc authoritas ta-
bellionis æquiualeat authoritati duorũ te
ſtiũ. Vnde licèt regulariter in teſtamẽto
nuncupatiuo iure regio quinq; teſtes per
d.l.1.deſiderentur, tamen per interuẽtum
tabellionis diſpenſatur, vt tres teſtes ſuffi-
ciant, quaſi tabellio pro duobus teſtibus
ſit. Confirmatur, quia duorum teſtiũ au-
thoritas vincit authoritatẽ vnius vtcũq;
ſit magnæ authoritatis, vt ex communi
ſententia reſoluimus in præcedenti limita
tione.ergo vbi non interfuit tabellio, eius
defectus ſatis ſuperq; ſupplebitur per in-
teruẽtum duorum teſtium. Et re vera iſte
eſt verus ſenſus illius tex.

*Teſtamẽtũ nũcup. etiã iure regio requirit ſeptem teſtes, quando teſtes nõ erãt incolæ illius oppidi, ubi teſtamẽtum fiebat contra Micha.*

19 Neq; ad rẽ pertinet, quòd.d.l.1.ſubdit.
E otroſi mandamos, que vala el teſtamen
to que fuere hecho con buenos teſtimo
nios. Nam fateor horum verborum ſen-
ſum eſſe teſtamentum valere nuncupati-
uum cum interuẽtu ſeptem teſtium, etiã
ſi illi teſtes non eſſent oriundi, vel incolæ
illius oppidi, vbi teſtam. fiebat, licèt quan
do fieret cũ quinq; tantùm teſtibus opor-
teret illos eſſe incolas illius oppidi, vbi te-
ſtam.fiebat, quod de iure communi non
20 deſiderabatur.Ergo in teſtamento nuncu *Intell.d.l.1. tit.2.libr.5. ordi.*
patiuo iure regio aut interfuerunt ſeptem
teſtes, & valet teſtam. licèt illi teſtes nec
ſint incolę illius loci, neq; etiã interueniat
tabellio. Aut interfuerunt quinq; tãtùm
teſtes, & tũc valet teſtam. ſine tabellione,
licèt tabellionis copia eſſet, dummodò te-
ſtes eſſent incolæ illius loci, vbi teſtamen.
fiebat, contra Micha.Cifontinum in.d.l.3.
Aut interfuerunt tres tantùm teſtes, & ſi-
militer valet teſtam. dummodò & inter-
ueniat tabellio, & teſtes ſint incolæ illius
loci. Niſi ibi non eſſet copia tabellionis,
quo caſu ſoli tres teſtes ſufficerent, incolæ
tamen: nam ſi ibi non eſſent accolæ, non
valeret teſtam. licèt alij teſtes inueniri nõ
poſſent. Hęc omnia probantur in dict.l.1.

*Teſtamẽtũ in ſcriptis iure regio deſiderat ſignacula teſtium cõtra noſtrates. Aliud tamẽ obſeruat cõſuetudo.*

21 In teſtamento autem in ſcriptis deſideran
tur ſeptem teſtes, omniumq; eorum ſub-
ſcriptiones, & præterea ſubſcriptio teſtato
ris, & ſignaculum tabellionis. vt. d.l.3. Si-
gnacula autem teſtium, quæ iure cõmu-
ni deſiderantur.l.ad teſtium.§. fi. ff. de te-
ſtam.§.ſed cùm paulatim. Inſtit. eod.tit.l.
hac conſultiſſ.C.de teſtam. non videntur
requiri iure regio.vt. d. l.3. Vnde inſignis
Didacus de Couar. in. c. cùm eſſes. de te-
ſtam.in princip.ait per.d.l.3. remitti ſigna
cula teſtium. Quod verum non eſt.non
enim hæc ſolennitas per illam legem re-
miſſa eſt, ſed tantùm prætermiſſa, vnde is
caſus

caſus remanet in diſpoſitione iuris cōmunis,cùm ſit omiſſus a lege noua.l.commodiſsimè.ff.de lib. & poſt.& conſequenter cùm leges nouæ recipiant declarationem per leges veteres.l.ſed & poſteriores.ff. de legibus.l.1.§.lex falcidia.vbi latè Alex.poſt alios.ff.ad leg.falcid.Roderi. Xuarez in.l. quoniam in prioribus. ſuper lege regia ibi inſerta. in princip. C.de inofficioſo teſtamento. ſupereſt, vt etiam iure regio ſignacula teſtium requirantur,cùm hæc ſolennitas expreſsim remiſſa nō reperiatur, adhuc tamen contrarium tenent Didacus de Couar.vbi ſuprà.Gometius Arias,Micha.Ciſontinus,Didacus Caſtellus, & alij in dict.l.3. Tauri. quorum opinio licèt iure non probetur, puto ſequendam in vſu forenſi authoritate conſuetudinis, quę ita obſeruat,& eſt optima legum interpres. l.cùm de interpretatione.ff.de legibus.

*Intell.§. nō tamen.Inſt. quib. mod. teſt.infi.*

Illud autem non ineleganter tentari poteſt,quòd teſtam. etiam in terminis iuris communis valeret citra teſtium ſignacula.argum.§.non tamē.Inſti. quib.mod. teſtam.infir.&.l. poſthumus. in princi. ff. de iniuſt.rup. vbi in eo teſtamento, quod cōſtitit ab initio valuiſſe, & poſtea ruptū, aut irritum factum fuit, cum negaretur iure ciuili conualeſcere,& dubitaretur, an iure prætorio conualeſcere poſſet,illa iura aiunt,iure pretorio cōualiturum,ſi modò ſeptem teſtium ſignis ſignatum fuiſſet: vnde ſignificant à ſui primordio valuiſſe, etiam ſi ſeptem teſtium ſignis ſignatum non fuiſſet,quaſi per abſceſſum ſolennitatis pretoriæ teſtam.valere non deſiiſſet(ſolennitas.n.ſignaculorū prætoris inuētum fuit, non legis ciuilis.§.ſed cùm paulatim. Inſt.de teſtam.)verùm id teſtam. ab initio firmum ſi qua ratione poſtea rūperetur, conualeſcere minimè poſſet iure ciuili, quia eo iure res ſemel extincta nunquàm reſurgit.l.qui res.§.aream. ff. de ſolut.l.inter ſtip.§. ſacram.ff.de verbo.oblig.l.ſi ſeruus.§.fi.ff.de adi.leg. verùm iure prætorio conualeſcere poſſet, ſi interfuit illius iuris ſolennitas,ideſt ſignacula, ſin minus, etiam eo iure conualeſcere non poſſet,initio autem valere non deſiiſſet iure ciuili per defectum ſignaculorum,ſicq; per defectum ſolennitatis prætoriæ.

Sed tutius eſt hac in re tenere communes ſententias.Et ad.d.§. non tamen. cum ſimilibus. reſponde, quòd loquuntur, nō de primordiali teſtamēti validitate, & forma,aut creatione:nam cùm agitur de teſtamenti creatione,& formatione, pariter ius ciuile & prætorium coēunt, inq; vnā conſonantiam ierunt.vt.§.ſed cùm paulatim.Inſti.de teſtam. verùm poſtquàm teſtam.ſemel ritè confectum ac cōſummatum fuit,ſi poſtea quacunq; ratione infirmetur, iure ciuili conſurgere aut renaſci non poteſt,licèt poſsit iure prætorio.vt dictis legibus.Ratio differentiæ,quia ius ciuile naturam inuiolabiliter imitatur.§.minorem.Inſt.de adopti.l.adoptio. ff. eod.l. filio quem.l.ſi quis poſthumos. in princi. ff.de lib.& poſth. Vnde vt natura non vnquàm permiſit hominem ſemel extinctū renaſci:ita quoque & ius ciuile teſtam.ſemel extinctum renaſci etiam cauſa ceſſante non permiſit.l.inter ſtipul.§. ſacram. ff. de verb.oblig.§.1. Inſtit. de inutilib. nō ſic de iure prætorio, quod ſolam æquitatem intuetur,hac nimia ſcrupuloſaq; imitatione prætermiſſa.l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco.

*Declaratio alia. l. 3. Tauri.*

Illud autem quæri poteſt, an ſignaculum tabellionis iure regio in teſtamento in ſcriptis deſideretur? Quod firmat Micha.Ciſon.in.d.l.3. Tauri. per tex.ibi.Contrarium tenet ibi Caſtellus, quem ſequitur Gregorius Lupus in.d.l.1.tit.1. part. 6.

Sed verior eſt prior ſententia,vt iure regio teſtam.in ſcriptis deſideret tabellionis interuētum.Primùm per. d.l.3. Tauri. ibi. Pero enel teſtamēto cerrado, que en latin ſe dize in ſcriptis, mandamos, que entreuengā alomenos ſiete teſtigos cō vn eſcriuano. Ecce vbi interuentus tabellionis neceſſariò exigitur. Nec dubium eſt, quin

lex illa



lex illa licèt diſpoſitiuè tantùm loquatur, inducat formam pręciſam,non aliter,atq; ſi loqueretur prohibitiuè, aut anullatiuè, vt diſſerimus ſuprà.§.4.num.10.

Secundò expendimus illa verba, alòmenos. cuius ſenſus planè fuit ex ſolennitate ibi expreſſa circa interuentum teſtiū & tabellionis nihil poſſe detrahi.

Tertiò expendimus eūd.tex.ibi,de manera que ſean ocho firmas, y mas el ſigno del eſcriuano.vbi præter octo ſubſcriptiones, ſcilicet ſeptem teſtium, & ipſius teſtatoris, deſiderari tabellionis ſignum, lex tam apertè iubet, vt apertiùs loqui nō poſſet. Niſi geſtias ipſam legem mutam, atq; depictam loqui palàm, voceq; aperta,non aliter, atq; quondam imagines pictas loquutas fuiſſe poētarum nonnulli fabulantur.

Quartò expendimus text. ferè expreſſum in ſimili iuncta gloſ. ab omnibus ibi & vbiq; approbata in.l.ſi quando.in prin. C.de inofficioſo teſtamento. vbi ſi princeps cuiq; dedit teſtandi facultatem, ſemper intelligitur ſeruatis tamen debitis ſolennitatibus,ne legum correctio inducatur.facit.l.11.tit.10.lib.6.ordi. Quod tamē intelligendum eſt, quādo aliquid ea principis cōceſsio hac interpretatione admiſſa operari potuit: cæterùm ſi recepta hac interpretatione conceſsio illa operaretur nihil,tunc interpretamur, vt conceſsio illa intelligatur etiam non ſeruatis iuris ſolennitatibus, quaſi tolerabilius ſit legem correctam eſſe interpretari, quàm legis, aut principis diſpoſitionem otioſam, inanemq; fateri. Sic ergo & in ſpecie noſtra, tolerabilius eſt agnoſcere hac in parte ius commune per dict.l.3.corrigi, vt præter ſeptem teſtes requiratur etiam tabellionis interuentus, quàm palàm fateri legem illam non ſemel tantùm, verùm etiam bis per verba geminata (quæ geminatio enixam voluntatem præciſamq; ſignificat, vt plenè diſſerimus ſuprà.§.3.) loquentem nihil operari,otioſam, inanemq; eſſe. Per quod excluditur fund.Gregorij,& Caſtelli in legum tantùm correctione vitanda nitentium.Sicq; intelligo correctam, aut (vt rectiùs loquar) ſuppletam eſſe.l.1. &. 2.tit.1.par.6.

*L.1.titul. 1. par.6. ſuppletur per. l.3.Tauri.*

Et ea communis opi.de qua ſuprà.§.4. num.28.quę habet,formæ addi nihil poſſe nō magis quàm detrahi,probatur optimè in dict.l.3.ibi, entreuengan alomenos ſiete teſtigos. Cuius verbi(alomenos)ſenſus eſt, quòd etiam ſi plures teſtes interfuiſſent,non vitiaretur diſpoſitio:& quòd etiam ſi plures teſtes accerſiri teſtator iuſſiſſet, non vitiaretur teſtam. licèt ſeptem tantùm adeſſent, quaſi formæ nil à teſtatore addi poſſet nō magis quàm detrahi. Eſtq; noſtrum inuentum ad.d.l.3.

*Declaratio alia. l. 3. Tauri.*

*Intell.l.1.ti. de los teſtamen.libr.5. ordi.*

Illud autem not.eſt,ꝙ teſtamentum in ſcriptis ſi facere deſtinaui, & adhibui ſolennitatem ſufficientem ad teſtam. nuncupatiuum tantùm,non etiam ad teſtam. in ſcriptis, tunc iure regio id teſtamētum valet in vim teſtamenti nuncupatiui. per l.1.titu.de los teſtam.lib.5.ordi.ſecundùm noſtrum intellectū, quem aſsignauimus in.§.14.numero.95.& pleniùs.§.11.in principio.

*Teſtamētū iure regio requirit ſolēnitates omnes iuris cōis, præter ſpecialiter derogatas.*

22 Stat ergo,quòd iure regio in teſtamento in ſcriptis deſiderantur ſeptem teſtes, & reliqua ſuprà memorata. Hi autem teſtes oportet ꝙ ſint ingenui,maſculi, puberes, rogati, & deniq; ꝙ habeant reliquas qualitates,quæ deſiderantur de iure communi,de quibus ſuprà mentionem habuimus,neq; vllus vnquàm tenuit,aut tentauit contrarium,licèt in.d.l.1.& in.d.l.3.huiuſmodi qualitates ſint prætermiſſæ. Vnde apparet,ꝙ ſignacula teſtium,quæ ſimiliter prætermiſſa ſunt in. d. l. 3. remanent in diſpoſitione iuris communis,quod deſiderat ſignaculorum interuentū, vt iam probauimus.Licèt non abnegem,quin de conſuetudine hmōi ſignacula nō ſoleant interuenire,id quod infrà ſubijciā.Limita, vt etiam iure regio in teſtamento militis hæc ſolēnitas teſtium, & reliqua id genus

cc non

non requirantur, ſed ſufficiat ſolénitas iu-
ris gentium.vt ferè per totum.ff. de milit.
teſtamento.§.planè. Inſtit.de mili. teſta-
23 mento.l. militis. & per totum. C. eodem
*Teſtaměti ſolěnitas iure regio requiſita fallit in teſtamento militis.*
titulo. Quia.l.regia generaliter loquens,
non comprehendit teſtamentum militis,
quod quidem teſtamentum habet ſpe-
ciale priuilegium in hac materia. Ita eſt
communis op. in ſimili.vt reſoluit etiam
Deci.conſ.5.idem Decius in.l. ex teſtamé-
to.C.vnde lib.Alciatus lib.4.paradoxorũ
c.10.Tiraq.in tractatu.de vtroq; retractu.
in gl. 14. nu.91.Crottus in.l.nemo poteſt.
num.18.ff.de leg.1.& ibi Ripa.num.52. &
Hannibalis num.369.& ita tenent pleriq;
noſtrorum in.d.l.3.Tauri.

24 Secũdò limita.ſcd̃m pleroſq; noſtrorũ
*Limit.2.*
in.d l.3. vt nõ ꝓcedat ĩ teſtaméto ꝑegrini,
q̃d hac in re æq̃paratur teſtaměto militis.

25 Tertiò limita.ſcd̃m pleroſq; noſtrorũ
*Limit.3.*
in.d.l.3.vt nõ procedat in teſtaměto facto
in terris eccleſiæ,q̃d teſtamétũ valeret re-
gulariter cũ quatuor teſtibus.argu.tex. in
c.cùm eſſes. de teſtam. ſcd̃m ꝙ declaraui-
mus ſuprà in.1.limitatione principali.

26 Quartò limita. ſecũdùm pleroſq; no-
*Limit.4.*
ſtrorũ, vt nõ procedat in teſtaméto facto
ad pias cauſas,in quo ſolénitas tãtùm iuris
gentiũ attenditur, etiã ſi res ageretur corã
iudice ſeculari, vt notant Abb. & reliqui
cõmuniter in.d.c.cùm eſſes.Bar.in.l.1.col.
1.& in repe.col.pe.C.de ſacro.eccle. & ibi
Salicet.& Iaſ.1.lect.nu.36.& in.2. num.29.
Fortunius in tractatu de vltimo fine. illa-
tione. 15. prout eos refert & ſequitur Co-
uar.in dict.cap.cùm eſſes.num.1.

27 Quintò limita. vt non procedat in te-
*Limit.5.*
ſtamento facto coram presbytero paro-
chiali, in quo non ſolennitas iuris regij,
ſed ſolennitas requiſita in. d. c. cùm eſſes.
& in.d.c.relatum.videtur obſeruãda. arg.
eorum, quæ in ſimi. ſuprà ſæpe diximus.

28 Sextò limita. vt non procedat & in te-
*Limit.6.*
ſtamento facto in ſcriptis inter liberos, in
quo ſeptem teſtes non deſiderãtur etiam
de iure regio, ſed tantùm ea ſolennitas, de
qua ſuprà mentionem habuimus.

29 Septimò limita.vt non procedat in te- *Limit.7.*
ſtaméto facto tẽpore peſtis,in quo etiã iu
re regio ſecũdùm pleroſq; noſtrorũ in.d.l
3.Tauri breuior ſolénitas d̃ſideratur, vt in
frà dicemus. & ſuprà attigimus in ſimili.

30 Octauò limita. vt nõ procedat in teſta *Limit.8.*
mento facto tempore belli, in quo etiam
iure regio breuior ſolennitas deſideratur.
vt ſuprà in ſimili dictũ eſt,&infrà dicetur.

31 Nonò limita.vt non procedat in teſta- *Limit.9.*
měto facto in carcere tyranni, in quo etiã
iure regio breuior ſolennitas requiritur.
vt ſuprà in ſimili diſſeruimus.

32 Decimò limita.vt non procedat,vbi eſ *Limit.10.*
ſet hominum, vel teſtium penuria, nam
tunc etiam iure regio breuior ſolennitas
ſufficeret. vt ſuprà in ſimili admonuimꝰ.

33 Vndecimò limita. in teſtamento ruri *Limit.11.*
facto, in quo ſeruanda eſt ſolennitas, de
qua in.l.fi.C.de teſtam.

34 Duodecimò limita.vt etiam iure regio *Limit.12.*
breuior ſolennitas ſufficiat in teſtamento
facto coram principe.vt in.l.omnium.C.
de teſtam.

35 Decimotertiò limita.vt etiam iure re- *Limit.13.*
gio breuior ſolennitas ſufficiat in teſtamẽ
to facto ab ipſo principe.argu.d.l.omniũ.
& quæ ſuprà in ſimili diſſeruimus.

36 Decimoquartò limita. vt nõ procedat *Limit. 14.*
in teſtamento facto ab eo, qui habet me-
rum imperium in loco, vbi teſtabatur, in
quo teſtamento etiã iure regio breuior ſo
lennitas ſufficit. vt in ſimili ſuprà admo-
nuimus.arg.d.l.omniũ. Cõtrarium tamẽ
tenet Didacus Caſtellus in.d.l.3.in.9.limi
tatione. Vtcũq; tamẽ ſit, Duces, Comites,
& Marchiones huius regni citra commu
nẽ ſolennnitatẽ teſtari non poſſunt,q̃a eo
rum nullus eſt, qui habeat merum impe
rium.

37 Decimoquintò limita. vt nõ ꝓcedat *Limit.15.*
in teſtamento facto apud acta iudicis, in
quo etiam iure regio breuior ſolennitas
ſufficit.argum.d.l. omnium. & argu. eo-
rum,quæ in ſimili ſuprà diximus.

Decimo



38 Decimoſextò limita. niſi conſuetudo
*Limita.16.*
aliud induceret, quæ etiam iure regio ſer-
uanda eſſet.argum. text.in dict.l.1.titul.2.
lib.5.ord.

39 Decimoſeptimò limita. ſecũdùm quoſ
*Limita. 17.*
dam in teſtaměto facto coram epiſcopo,
in quo etiam iure regio breuior ſolénitas
ſufficit. Quod tamen impugnat Didacus
Caſtellus in.d.l.3.fallentia.10.

40 Decimooctauò limita. in teſtaměto fa
*Limita. 18.*
cto inter clericos, in quo etiam iure regio
breuior ſolénitas ſufficit.argum. cap.fi.de
teſtam. Quod tamen dic vt per eundem
in.d.l.3.fallentia.11.

41 Decimononò limita. vt non procedat
*Limita. 19.*
in pugnantibus in mare. vt per eundem
ibidem in.4.fallentia.

42 Viceſimò limita.vt nõ procedat in do-
*Limita.20.*
ctoribus legum ſtantibus in bello pro iu-
ſtitia exhibẽda,& in medicis,& ſimilibus.
arg.l.1.de profeſſoribus & medicis. lib.10.
& per Didacum Caſtellum vbi ſuprà.in.3.
fallentia.Quod dic vt per nouiſsimos in.l.
Centurio.in prin.ff.de vulgari.

Illud autem quæri poteſt, an ſi coram
legitimo numero teſtiũ teſtator dixerit
ſe velle bona ſua Titio relinquere, ea bo-
na,& hæreditas ad Titium pertineant, li-
cèt is, cuius de hæreditate agebatur, vltrà
non proceſſerit ad actum teſtandi? Et cèr-
tè de iure communi nõ pertinebunt.arg.l.
diuus.ff.de milit. teſtam.l. ſi quis cùm te-
ſtamẽtum.ff.de teſta.§.planè Inſt.de mili.
teſtamẽ. De iure regio aliud videtur, quia
eo iure ſola deſtinatio eſt in conſideratio-
ne in cõtractibus.arg. l.3. tit. de las excep-
cio.lib.3.ordin. vnde cùm valeat argu. de
contractibus ad vlti. vol. l. ſeruum filij. §.
eum qui.ff.de lega.1.videtur.&c. Contra-
rium tamen puto per iura ſuprà adducta,
43 & aliam fuiſſe apparet mentem.d.l.3.
*Intell.l.3. titu.delas excepc.libr.3. ordi.*
Et quatenus dicit.d.l. ordinamenti, ꝙ
quomodocunq; apparuerit aliquem vo-
luiſſe ſe obligare, obligatus efficaciter ſit.
Inde primò infero,ꝙ ex pollicitatione iu
re regio regulariter oritur actio, & obliga
tio, licèt in contrarium foret ius commu-
ne.Secundò infero, quòd caſus ſpeciales,
in quibus actio oriebatur ex pollicitatio-
ne de iure communi, iam per.l.regiã ſunt
non ſpeciales,ſed communes. Tertiò infe
ro, quòd nulla diffe.inter ius canonicum
& noſtrũ regium ius ciuile erit. Nõ enim
minus ex conſenſu actio efficax oritur de
iure ciuili regio, quàm de iure canonico.
per cap.1.de pactis.quinimò magis oritur,
cùm de iure canonico ita demum oriatur
ſi interueniat duorum conſenſus: at de iu
re noſtro etiam ſi vnius tantùm, veluti ex
pollicitatione. Et effectus eſt duplex. Pri-
mus,quia de iure etiam canonico qui pol
licebatur abſenti, poterat pœnitere ante
acceptationem illius,ſed de iure regio cre
do quòd non poterit. Moueor,quia de vo
luntate pollicentis dubitari non poteſt,
quin obligare ſe abſenti voluerit, quando
quidem id mõſtrant eius verba.ergo.&c.
l.Labeo.ff.de ſupell.leg. eiuſq; volũtatem
ratificat.l.regia, de cuius poteſtate dubita
ri non poteſt.Quia vt lex ciuilis potuit fa-
cere, quòd hæres adeũdo obligaretur etiã
abſentibus,& ignorãtibus, nec poſſet pœ
nitere, etiam illis non acceptantibus. l. ſi-
cut. C. de rep. hær. ita id facere potuit ex
cauſa cõtractus. Quartò infero, quòd cor-
rigitur.l.abſenti.ff.de donat. Nam ſi ab-
ſenti fiat donatio, ſtatim & valet,& irreuo
cabiliter valet. Quintò infero, ꝙ ſi actum
eſſet inter contrahentes, quòd dicendo.a.
intelligeretur promittis, & reſpondendo.
b.intelligeretur promitto, quòd tunc in-
duceretur efficax obligatio, quia conſtat
de volun.Et corrigatur gloſ. approb. in.§.
ſed olim. Inſtit.de verbo.Puto tamen no-
uiter, quòd non oriatur actio ex ſtipula-
tione,quia eius forma omiſſa eſt,ſed quòd
oriatur condictio ex lege regia,vt magis
cõſenſu, quàm verbis obligatus ille videa
tur.Sextò infero correctũ eſſe.§. ſi quis ita.
l.1.ff.de verb.ob.in cuius terminis per.l.re
giã orietur efficax ciuilis,& nat.obligatio
licèt d̃ iure cõi etiã naturalis nõ oriebatur.

 Intelli-

Intelligo tamen, quòd non obligatur ex ſtipulatione, quia eius forma omiſſa fuit. Septimò infero, quòd ſi per buccinam loquerentur ſtipulatores, efficaciter obligarentur, licèt non verbis, ſed conſenſu. Quod olim non erat, quinimò nullatenus obligabantur de iure communi. Octauò infero, ꝙ in cõtractibus innominatis ſtatim poſt cõuẽtionẽ oriebatur efficax obligatio, & actio, vt etiã ante traditionẽ nõ ſit locus pœnitẽtię. Sed dũ loquebamur de ſtip. inutilibus, cõſidera, ꝙ qua ratione de iure cõmuni nõ oriebatur naturalis, ead. ratione de iure regio etiã naturalis nõ oritur. Lex enim in cõtractibus præſumit, ꝙ q̃ inſtituit ſtip. facere, deinde eius formã neglexit, nõ habuit animũ obligãdi ſeſe, ſed ioci cauſa id fecit. ita. l. an inutilis. ff. de acceptil. Sicut & qui adijcit cõtractui cond. impoſsibilẽ, pręſumitur, ꝙ iocabatur, & nõ conſentiebat. l. non ſolùm. ff. de act. & oblig. quia pręſumitur defectus voluntatis, & cõſequenter ceſſat cõd. ſub qua. l. regia pollicetur actionem, ſcilicèt ſi appareat conſenſiſſe: at nõ apparet, quinimò apparet contrarium per præſumptionem legis, quæ eſt liquidiſsima probatio. Nec obſt. regula, Si non valet quod ago vt ago, valeat vt meliùs valere poteſt. Quia procedit, nõ cùm agitur de obligatione inducenda, ſed tollẽda. vt. l. ſi vnus. §. ſi acceptilatio. ff. de pact. Tandem lex loquitur, quãdo apparet, ꝙ cõtrahentes voluerunt ſe obligare, quando autem videantur voluiſſe, non dicit, ſicq́; remanet in terminis iuris communis, ergo poteſtatem auget, circa voluntatem autem nil inducit.

Niſi dixeris, ꝙ nominatim ipſa lex ſeſe reduxiſſe videtur ad terminos ſtipulationis, inducens, vt defectus verborum impedimento nõ ſit, quo minus oriatur obligatio: ergo in his terminis licèt iure communi defectus voluntatis & cõſenſus præſumeretur, tamen iure regio non præſumitur talis defectus per illam legem, quinimò tentari poteſt, ꝙ etiam ſit verborum obligatio, quia licèt eius forma deficiat inſpecto iure cõmuni, tamen inſpecto iure regio defeciſſe nõ videtur, quia lex illa intelligenda eſt loqui in verborum obligatione. Quia cùm contrahentium præſentia in nulla alia obligatione deſideretur, & verborum conceptio in nulla alia obligatione deſideretur præterquàm in ſtipulatione, & hos defectus nil obeſſe lex illa dixerit, planè ſenſit verborum obligationem ſine verbis & contrahentium præſentia contrahi poſſe, nam & de iure communi forma verborũ aliqua ex parte fuit immutata. §. ſed olim. Inſtit. de verborum obligation. Quæ nota, quia dict. l. regia variè in vſu forenſi practicatur, & diximus alibi de eius intell.

44 Redeundo ad noſtram materiam caſuum ſpecialium, dic ꝙ ſolennis teſtamentorum obſeruatio de qua ſuprà, tertiò & principaliter limitatur, vt non procedat, quando ſolennitas teſtamentorũ leuior, & breuior per cõſuetudinem patriæ etiã principem ſuperiorem recognoſcentis introducta eſſet. Iſta eſt communis op. vt reſoluit Guiliel. Bened. in cap. Rainutius. de teſtam. in verbo, teſtamentum. el. 1. nu. 54. Bar. in. l. 1. C. de ſumma trinitate. verſ. Tertiò quæritur. Speculator, & Ioan. And. in tit. de inſtrumentorum editione. §. cõpendioſe. verſ. Sed nunquid de conſuetudine. Bar. Bal. & alij in. l. fi. C. de teſtamentis. Abbas. in. c. 2. de probationibus. col. 5. Ange. Bal. & Imol. in. l. 3. ff. de teſtamentis. Bal. in authen. defuncto. ad finem. C. ad Tertullianum. Paulus in. d. l. fi. & ibi Iaſ. num. 10. idem Iaſ. in. d. l. 1. C. de ſumma trinitate. facit tex. in. l. 1. titul. De los teſtamentos. lib. 5. ordinamenti.

*Teſta. ſolẽnitas per cõſuetudinem uel legẽ poteſt relaxari cum cõi.*

Vnde infertur quarta limitatio ſecundùm communem opinionem eorũ, quos modò retulimus vt idẽ ſit etiam in ſtatuto, per q̃d poteſt coarctari ſolennitas teſtamentorũ. De quo referũt varia ſtatuta Iaſ. & Guiliel. vbi ſuprà. & vide notanter per Corn. conſil. 154. Licèt. lib. 3.

Quintò



Quintò limita. vt ſolennitas teſtamentorum regularis poſsit relaxari ex priuilegio per principem dato alicui ciuitati, vel caſtro. vt reſoluit Guiliel. vbi ſuprà per. l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam.

Sextò limita. vt ſimiliter longè faciliùs relaxari poſſet per legem generalem, quia teſtamentorum ſolennitas vt lege poſitiua inducta fuit, ita contraria lege remitti poteſt. vt hæc omnia latè diſſerim⁹ ſuprà.

45 Septimò limita. in teſtamẽto facto à patre inter liberos, in quo breuior ſolennitas deſideratur. tex. vbi cõmuniter doct. in. l. hac cõſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. text. vbi cõmuniter docto. in. l. fi. C. fam. her. l. 7. tit. 1. part. 6. & latè reſoluit Decius cõſi. 159. Caſus. nu. 3. Vnde infertur, ꝙ ſi teſtator totam volũtatẽ ſuam ſcripſit in

*Teſtamẽtũ minus ſolenne ualet inter liberos. cũ cõmuni.*

46 ſchedula, & deceſsit anteq̃ eã publicaret, tunc tale teſtamẽtũ dicitur perfectum ratione volũtatis, ſed imperfectũ ratione ſolẽnitatis, & cõſequẽter valet inter liberos: Et hæc videtur cõmunis op. quã etiam tenuit Bar. in. l. fideicõ. §. 1. ff. de leg. 3. & in. l. ſi quis cùm teſtamẽtũ. in verſi. Quæro q̃d ſi teſtator. ff. de teſtam. & Alexã. in. d. §. ex imperfecto. Quod etiã procederet in teſtamento facto ad pias cauſas ſecundùm Imol. & Areti. in. d. l. ſi quis cùm teſtamentum. & Decius vbi ſuprà. Quinimò etiã imperfectũ ratione volũtatis valet ad pias cauſas ſecũdùm Deciũ, Alex. & Imol. vbi ſuprà. Ang. in. §. ex eo. Inſt. q̃b. mod. teſtamẽtũ infirmetur. idẽ Alex. in. l. ſi certis annis. col. 2. C. de pact. & in cõſ. 105. Viſo. col. 3. lib. 4. vt refert Decius vbi ſuprà. Et ꝙ teſtamẽtũ minus ſolẽne valeat inter liberos, tenuit idẽ Decius cõſ. 488. In cauſa & lite. num. 8. vbi ſimiliter tenet, ꝙ ſi teſtator in ſchedula totã ſuã volũtatẽ ſcripſit, & ante q̃ eã publicaret, deceſsit, valet teſtamentũ. Et refert idẽ tenuiſſe Ioan. de Ana. cõſ. 87. Viſis, & conſideratis. circa finẽ. Bal. in. l. fi. col. pe. C. fam. her. Alex. in. d. §. ex imperfecto. & in cõſ. 4. Attentis narratis. idẽ tenet Decius cõſ. 610. Viſo. nu. 2. vbi ſubdit tale teſtamẽtũ valere cũ duobus teſtibus, etiã nõ rogatis. Q̃d etiã tenuit gl. in. l. fi. §. fi. C. d̃ codicillis. in verbo, excepto teſtamẽto. q̃ cõiter app. eſt ſcd̃m Deciũ ĩ. d. cõſ. 610. n. 2.

*Teſtamẽtum minus ſolenne ratione uolũtatis, an ualeat inter liberos, uel ad pias cauſas.*

47 Et ꝙ teſtamẽtũ minus ſolẽne valeat inter liberos, nouiſsimè tenet Emanuel in. l. gallus. §. & q̃d ſi tãtùm. part. 1. n. 43. ff. de lib. & poſthu. q̃ ſubdit, ꝙ in tali teſtamẽto nõ ab inteſtato, ſed ex teſtamẽto ſucceditur. Nã & teſtamẽtũ militis minus ſolẽne nõ impedit, q̃n ex teſtamẽto ſuccedi intelligatur. Et hãc dicit cõem opi. ipſe Acoſta. Eãdẽ dicit cõem ſentẽtiã Decius in. d. cõſ. 610. nu. 3. & eſt cõis. vt per Alex. in. d. §. ex imperfecto. n. 2. Quã opi. ſeq̃tur, & dicit cõem ibidẽ Curti. iuni. n. 23. poſt Bar. Fulgo. & alios ibi. p̃ tex. in authẽ. de teſtam. imp̃fectis. Licèt contrarium, & malè, tenuerit gl. & Iaſ. colum. penul. in dict. §. ex imperfecto.

*Teſtamẽto minus ſolẽne inter liberos facto uidetur ex teſtamento nõ ab inteſtato ſuccedi cũ cõmuni. idẽ in teſtamẽto militis. cũ cõmuni.*

48 Vnde infertur, an tale teſtamẽtũ dicatur ꝓpriè teſtamẽtũ. Et Iaſ. in. d. §. ex imp̃fecto. col. pe. & ibi Curti. n. 24. poſt Bar. in repetitione. l. 1. C. de ſacro. eccle. tenẽt tale teſtamẽtũ eſſe imꝓpriũ. Sed in contrariũ eſt veritas, q̃a teſtamẽti ſolennitas eſt de iure poſitiuo, vnde per ius poſitiuũ põt minui, vel augeri. vt eſt receptiſsima ſententia. & diſſeruim⁹ ſuprà in. §. 1. Vnde nõ minus ꝓpriũ eſt teſtamẽtũ cũ duobus teſtibus, q̃ ſi cẽtũ teſtes haberet, ſi p̃ legẽ poſitiuã tale teſtamentũ ſuſtineatur. Neq; ad rẽ p̃tinet, ꝙ id teſtamẽtũ imperfectũ appelletur. Quia imp̃fectũ dicitur in genere, & ĩſpecta cõi forma, tñ in ſua ſpecie, vel indiuiduo p̃fectũ eſt, & valet. Nec obeſt, ꝙ nõ valeat quo ad extraneos. Nã teſtamẽtũ pagani, q̃d habet cõditionẽ turpẽ, vel impoſsibilẽ, vel legauit rẽ ſacrã, vel religioſam, quo ad iſthęc non valet, & nihilominus dicitur p̃fectũ teſtamentum. arg. l. 1. & l. cõditiones. ff. de cõd. inſt. l. ſi impoſsibilis. ff. de hær. inſt. §. ſi impoſsibilis. Inſt. eod. l. 3. ff. d̃ cõd. & dem.

*Teſtamẽtũ inter liberos eſt propriè teſtamentum cõtra Iaſ. & Curti. iuni. licèt ſit minus ſolẽne.*

49 Intellige tamen perfectũ eſſe teſtam. & propriũ, dũmodò ſit in eo hæredis inſtitutio, aliàs enim teſtam. non eſſet, ſed tãtùm codicillus, vel alia vltima voluntas. arg. l.

*Teſtamẽtũ inter liberos carens hæredis inſtitutione ualet ut codicillus.*

proximè.ff.de his quæ in teſtam. delétur.
50 l.1.§.fi.ff.de vulg.Ita intelligo.l.fi. C. fam. her.& probatur in.l.5.tit.8. par.6.& in.l.1. tit.2.lib.5.ordi.Cogita,quia nõ firmo. Vnde apparet ſuſpectum eſſe nouiſsimum illum intellectum, quẽ egregius Emanuel vbi ſuprà aſsignauit ad.d.l.gallus. in prin.

*L.1.tit.2. lib. 5. ordi.*

51 ff.de lib.& poſt.Si enim(inquit) cùm filiũ expreſsim non inſtituiſſem,adieci,ſi filius meus viuo me deceſſerit, tũc nepos ex eo hæres mihi eſto. hoc caſu (inquit)teſtam. valeret, licèt filius non reperiatur expreſſim inſtitutus, quia mentaliter, & intellectualiter videtur filij inſtitutio pręcedere, quod ſufficit in teſtamento inter liberos. vt.l.fi.C.fam.her.Sed errat,quia illud quo ad ſuccedendum abinteſtato, vbi expreſſim nullus erat hæres ſcriptus: at hîc fuit nepos hæres expreſsim ſubſtitutus, & ſic agebatur de ſucceſsione ex teſtamento, non abinteſtato.

*Teſtamẽtũ nõ ualet in terminis. l. gallus .ſi filius ſit præteritus.contra nouiſſ.*

52 Illud autem dubium eſt,an teſtamentum imperfectum valeat inter liberos ab inteſtato non ſucceſsibiles, putà quia ex forma ſtatuti fœminæ ſtantibus maſculis non poterant ſuccedere abinteſtato, vel quia tales fœminæ fecerũt pactum de nõ ſuccedendo cum iuramento. Et his caſibus communis opi.eſt, tale teſtamentum valere etiam inter has filias non ſucceſsibiles. Quia licèt abinteſtato ſuccedere non poſsint, poſſunt tamen ſuccedere ex teſtamento. Hanc opinionem tenet & dicit communem Guiliel. Bened.in.c. Rainutius. de teſtam. in verbo, teſtamentum. 1. num.81. qui allegat idem tenuiſſe Fulgoſ. in.l. hac conſultiſsima.in.§.per nuncupationem.C.de teſtam. Roman. conſil.179. Alex.& Iaſ.col.6.in.d.§.ex imperfecto.

*Teſtamẽtũ imperfectũ ualet inter liberos, etiam non ſucceſsibiles. cũ cõi.*

53 Deniq; cõtrouerſum eſt, an naturales liberi gaudeãt hoc priuilegio, vt imperfectum teſtamentum à patre inter eos factũ valeat? Qua in re communis opinio eſt vt non valeat ſecundùm Decium conſi.610. Viſo themate.num.3.latè per Alex.in.d.§. ex imperfecto.vbi Curti.iuni.nu.16. Guiliel.Bened.vbi ſuprà.num.83.& Angel.in dict.§.ex imperfecto.in fi.vbi firmat ita cõſultum fuiſſe per plures docto.Bal.in.l. fi. colum.2.C.fam.her.vbi refert plures id tenentes.Idem ſentit Bal.in.l.ſi qua illuſtris. colum.2.C. ad ſenatusconſultum Orficianum.Bal. & Imol.in. l. qui teſtamento.§. mulier.ff.de teſtam.Ang.in.l.filio præterito.colum. 1. ff. de iniuſto rupt. vbi refert ita fuiſſe iudicatum.Mouentur per.l. filiũ eum diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

*Teſtamẽtũ imperfectũ inter liberos naturales tantùm non ualet. cũ cõmuni.*

Contrariam partem tenet Guiliel. vbi ſuprà.& Speculator in tit. De inſtrumentorum editione.§.compendioſe.verſ.quid ſi pater naturalis.Qua de re per Bar. & Salice.in.d.l.fi.C.fam.her.Bal.in.l. parentes. ff.de in ius vocando.& in. l. humanitatis. C.de naturalibus liberis.& in.l.fi.C. de cõfirmãdo tutore. Ang.in.d.l.filium. Imol. in.l.ex facto.§.ſi quis rogatos.ff.ad Trebe. Roman.conſil.179.Ampliſsimi docto.& Corneus col.1.in.d.§.ex imperfecto.

Sed verior eſt communis opi. per. d.l. fi.C. fam. her. iuncto. d.§. ex imperfecto. Nam.d.l.fi. loquitur in ijs, qui abinteſtato poſſunt ſuccedere, & præterea ſunt ſui hęredes,vel emancipati,quos prætor pariter cum ſuis vocat ad ſucceſsionem inteſtati.Sed in.d.§.ex imperfecto.ſolùm fit extenſio ratione gradus, vt. d.l. extendatur ad omnes liberos cuiuſcunq; gradus,non autem cuiuſcunq; qualitatis, ſecundùm Soci.in.l.2.ff.de vulga.col.6. Ergo is caſus remanet in diſpoſitione iuris communis, quæ habet,teſtamentum non ſolenne nõ valere. Neque hoc caſu extenſio fieri debet, cùm ſit longè minor ratio. Præterea lex interpretans, debet intelligi iuxta terminos legis interpretatæ. in authen. de filijs ante dotali.inſtrumenta natis. in fi.tradunt Alex.Corn.Iaſ. Decius, & alij in.l. ſi pater.C.de inſtitutionibus, & ſubſti. Rodericus Xuarez in.l. quoniam in prioribus.ampliatione.1.C.de inoffi.teſtamẽto. ſed. d.l. fi. loquebatur in liberis legitimis, qui



qui abinteſtato ſuccedere poterant. Ergo d.§.ex imperfecto. qui venit ad interpretationem.d.l.fi.debet ſimiliter intelligi in liberis abinteſtato primum locum tenentibus,non autem in naturalibus, qui abinteſtato non ſuccedunt.

54 Vnde infertur idem fore in liberis ſpurijs ſecundùm magis communem ſententiam ſuprà relatam. Licèt Guiliel. & reliqui contrarium tenuerint in liberis ſpurijs,non ſecùs,quàm in naturalibus.

*Teſtamẽtũ imperfectũ inter liberos ſpurios non ualet. cũ cõmuni.*

Cæterùm ſi teſtamentum fieret à ma-
55 tre inter liberos, omnes vtriuſque partis fautores cõueniunt,vt tale teſtamentum valeat, etiam inter liberos naturales, vel ſpurios, quia hi matri abinteſtato ſuccedunt,non ſecùs,quàm legitimi. §. nouiſsimè.Inſtit.de orficiano.cum ſimilibus.niſi mater eſſet illuſtris. vt in.l.ſi qua illuſtris. C.eod.titul.

*Teſtamẽtũ imperfectũ ualet ſi fiat à matre inter filios etiã ſpurios. cũ cõmuni.*

56 Quid autẽ in legitimatis, an inter eos teſtamentum minus ſolenne factum à patre valeat? Et Guiliel.Bened.vbi ſuprà.nu. 83.tenet valere.Bald.in. d.l. ſi qua illuſtris. idem Bal.in.c.de cauſis.de offi.delegati.tenet Iaſ. in ſimili in authen. ſi qua mulier. col.10.C.de ſacro.eccle. tenet Iaſ.in.d.§.ex imperfecto.num.20.vbi Curti.num.5.

*Teſtamẽtũ imperfectũ ualet inter liberos etiã legitimatos cum cõi cõtra Deciũ & alios.*

Contrarium tenet Decius conſil. 610. nu.3.Sed prior op.longè verior eſt. Et hoc probatur primò,quia legitimatis datur facultas ſuccedẽdi in illas ſucceſsiones, quas habẽt illi, qui ab initio legitimè naſcũtur. vt in authen.quib.mod.nat.effi.ſui.§. reliqui.Secundò, quia efficiuntur ſui. vt ibid. §.illud. Tertiò, quia nil differunt à legitimis. vt ibid.ibi, nil à legitimis differentes. ergo.&c.vt.l.Iulianus.de lega.3. Ad idem authen.quib.mod. nat.eff. legitimi.§. igitur.ibi, ad ſuorum ius perueniunt. & ibi, cõnumerẽtur ſui. & ibi, inter ſuos cõſcribi.& ibid.§.liceat igitur.ibi,ſuos de cætero & ſub poteſtate habere.& ibid.§.ſit igitur. ibi, vt ſub poteſtate eius conſiſtant nil à legitimis filijs differentes.

Vnde cõmuniter receptum eſt, quòd
57 legitimati filij præteritione teſtamentum vitiatur ipſo iure,non ſecùs, quàm præteritione filij legitimi & naturalis. vt latère ſoluunt Iaſ.& Soci.col.1. & Alciatus in rubri.ff.de lib.& poſt. Vnde ſi exæquantur legitimis & naturalibus in ſucceſsione cõtra teſtamentum,longè faciliùs exæquandi ſunt quo ad ſuccedendum ex teſtamẽto,ſiue illud perfectum ſit, ſiue imperfectum. argum.tex.in.§.eadem.Inſtit.de hæreditatibus quæ ab inteſtato.& in.l.in arenam.C.de inof.teſtamento. & diſſerimus alibi.

*Teſtamentũ uitiatur præteritione filij legitimati. cum communi.*

58 Item in tali teſtamẽto inter liberos duo teſtes ſufficiant. Iſta eſt communis opin. vt per Alexan.conſil.76.num.2.& conſil. 12.lib.3.Iaſ.in dict.§.ex imperfecto.num.6. Et ſufficit quòd teſtes ſint fœminæ ſecundùm eoſd.idẽ tenet gloſ. in authen. quod ſine. quã ibi omnes ſequuntur. C. de teſtam.præſertim Bal. & Salice.Bar.& alij in dict.§.ex imperfecto.glo. & communiter docto.in.l.fi.C.fam.her.gloſ.in.§.& quod ſæpe.in authen.de triente & ſemiſſe. Et ſimiliter non eſt neceſſe quòd teſtes ſint rogati in tali teſtamento, ex mente eorum, quos modò retulimus.& in ſpecie tenent gloſ.Bald.Sali.& communiter docto.in.l. fi.§.fi.C.de codicillis.& Iaſ.in authen. nouiſsima.C.de inoffi. teſtamento. num.16. Fulgo.in authen.quod ſine.C. de teſtam. Ange.Paul.& Iaſ.num.6.in.d.§. ex imperfecto. Et in tali teſtamento quòd ſufficiãt duo teſtes,etiam fœminæ,& etiam ſi non fuerint rogati,neq; ſubſcripſerint teſtamẽtum,tenet Guiliel.in dict.cap.Rainu.§.teſtamentum.el.1.num.74.&. num.77. idẽ tenet Corn.conſi.215.Videtur.lib.2. num. 4.vt in teſtamẽto inter liberos, vel ad pias cauſas ſufficiant duo teſtes etiam non rogati,& etiam ſi ſint fœminæ. idem Corn. conſil. 261. In hac conſultatione. lib.3. & ita tenet & dicit communem ſententiam Didacus de Couarru. in cap. relatum. 1. de teſtam.num.4.& num.5.Stant ergo ex ſuperioribus tres communes concluſiones

*Teſtamẽtũ inter liberos ualet cũ duobus teſtibus. cum communi. etiam ſi nõ ſint rogati. cum cõmuni. & etiã ſi ſint fœminæ. cum cõmuni cõtra Curti. iuni.*

nes.Prima, quòd teſtamentum inter liberos valet cum duobus teſtibus. Secunda, quòd valet etiã ſi teſtes fœminæ ſint. Sed contra iſtam ſecundam opinionem tenet Curti.iuni.in.d.§. ex imperfecto.num.10. motus per.§.planè.Inſt.de milit.teſtamento.& per.l.diuus.ff.eod.tit. vbi in teſtamẽto militis requiritur teſtes eſſe rogatos.

*Teſtamẽtũ inter liberos fauorabilius eſt, quàm teſtamentum militis.cũ cõi.*

59 Sed non obeſt. Nam plus iuris & priuilegij hac in re tribuitur patri teſtanti inter liberos,quàm militi teſtãti inter extraneos. vt eſt communis op. de qua per Iaſ.num. 7.vbi Paul.& alij in dict. §. ex imperfecto. Quia de leuiore præiudicio agitur, cùm pater teſtatur inter liberos, quàm cùm miles teſtatur inter extraneos,& ideo quibuſcunq; verbis,& quibuſcunq; indicijs probetur teſtamentum inter liberos, valet.vt d.l.fi. C. fam. her. Ergo longè magis valebit,ſi probetur duobus teſtibus, licèt ſint fœminæ,& non rogatæ. Quod non eſt in teſtamento militis. vt.d. legibus. De iure tamen regio oportet teſtes eſſe maſculos etiam in teſtamento inter liberos. vt. l. 7. tit.1.part.6.quæ an per.l.1.tit.2.libr.5. ordi. abrogata ſit,infrà dicemus.

*Teſtamẽto inter liberos iure regio requiritur rogitus teſtium.*

60 Denique contra tertiam communem concluſionem,vt in teſtamento inter liberos ſufficiant teſtes nõ rogati,tenuit Curti.iuni.vbi ſuprà.num.11.motus per.d.l.diuus. Sed verior eſt communis ſententia per.l.fi.C.fam.her.ibi,quibuſcunq; verbis vel indicijs. Licèt op. Curtij hodie ſit probata de iure regio per.d.l.7.tit.1.par.6.quę fortè hodie abrogata eſt per. l.1.tit.2. lib.5. ordi.vt infrà dicam.

*Teſtamẽtũ imperfectũ inter parentes nõ ualet cum cõi cõtra Cur.iu.*

61 Illud ſimiliter quæri ſolet, an teſtamẽ. imperfectum factum à filio inter ſuos parentes valeat,non ſecùs,quàm ſi fieret à patre inter liberos?Et communis op. eſt non valere. Ita reſoluit Rodericus Xuarez in dict.l.quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtamento.in vltima ampliatione.fol.45. & ſecundùm Salicetum & alios in. d. l. fi. C.fam.her.Guilie.Bened.in.c. Rainutius. de teſtam. in verb. teſtamentum.1. nu. 85. Bald.in.l.fi.C.fam.her.idem Bald. in.d.l.ſi qua illuſtris.C.ad Orfici.Specul.in titu.de inſtr.edit.§. compendioſe.verſi. quid ſi filius.Iaſ.num.4.in dict.§. ex imperfecto.& eſt communis op.

Contrarium nouiſsimè tenet Curtius iunior.num.4.in.d.§. ex imperfecto. Sed communis ſententia verior eſt.Et op.Curtij nullo iure probatur.Et rationes,quibus vtitur,leuiores ſunt, quàm noſtra refutatione egeant.

Deniq; vehementer cõtrouerſum eſt, an ex teſtamento imperfecto inter liberos ſuccedatur ex teſtamento, an abinteſtato,an verò nec ex teſtamento, neq; abinteſtato? Qua in re ſunt tres opiniones. Prima,vt ſuccedatur ex teſtamẽto, & hæc eſt vera & communis. Altera, vt ſuccedatur abinteſtato. Tertia vt ſuccedatur non ex teſtamento,vel abinteſtato, ſed alio tertio modo. vt tenet Iaſ. contra communẽ in.d.§.ex imperfecto.col.penul.vbi Curti. iuni.num.23.Sed hæc.3.op. nullo caſu defendi poteſt.Prima verò & ſecunda ad cõcordiam poſſent & debẽt reduci, vt ſuprà diximus.

*Teſtamẽtũ imperfectũ inter liberos ratione uolũtatis an ualeat.*

62 In ſumma ſciendum eſt, teſtamentum inter liberos minus ſolenne ex defectu voluntatis non valere. Iſta eſt vera & cómunis op.per text.in.l. ſi quis cùm teſtamentum.ff. de teſtam. de quo per Curti. iuni. num.12.in.d.§.ex imperfecto.vbi Iaſ.col.1. in fi.& Alex.num.3.Bar.in.d.§.ex imperfecto.gloſ.in.d.l. ſi quis cùm teſtamentum. gloſ.in.l.fi.in verbo, completum. C. fam. her.vbi Guiliel.de Cunio.Bal.& Sali. Vnde multa inferuntur,vt ibi per eos, & notabiliter per Corn. in. d. §. ex imperfecto. num.2. qui hanc dicit communem ſentẽtiam.

*Teſtamẽtũ imperfectũ rõne præteritionis nõ ualet etiam inter liberos. cũ communi.*

63 Et ſubdit Corn.quòd ſi eſſet imperfectum ratione præteritionis alicuius filij ſimiliter nõ valeret.& eſt communis opi. vt per eund.ibi.& per Alexã. & alios.Et ꝙ imperfectum ratione voluntatis non valeat etiam inter liberos,eſt communis op. ſecundùm Durandum in ſuo opuſculo titul.2.



tit.2.cap.11.Corn.conſil.118.lib.3. colum.1. Alex.conſil.76.num.13.lib.3.& conſil.105. num.2.lib.7.Corn.conſi.118.lib.3. num.4. cum ſeq.

*Teſtamẽtũ imperfectũ inter liberos uidetur habere clauſulam codi. cũ cõmuni.*

64 Et tale teſtamentum minus ſolẽne factum inter liberos cenſetur habere clauſulam codicillarem ſecundùm Alex. Corn.Iaſ.Curti.iuni.& alios in.d.§. ex imperfecto.& pleroſq; eorum,quos ſuprà retulimus.

*Teſtamẽtũ imperfectũ inter liberos uitiat primum teſtamentum cũ cõmuni.*

65 Et ſimiliter per tale teſtamẽtum etiam imperfectum infirmatur & reuocatur primum teſtamentum ſecũdùm eoſd. & eſt communis vt per Alexan.conſil.163.nu.1. & num.6.&.8.lib.7. & conſil.172. num.1. lib.7.& conſil.159.num.6.eod.lib.& conſ. 105.num.6.lib.7.Guiliel. Bened.in.c. Rainuti.de teſtam. in verbo, teſtamentum.1. num.82.

Et tale teſtamentum videtur habere hanc clauſulam, vt valeat eo meliore modo,quo valere poſsit, ſecundùm eundem Guiliel. & communiter alios ſuprà relatos.& per Alexan.conſil.6. num.4.libr.6. Et quòd teſtamentum inter liberos non valeat,quando eſt minus ſolenne ratione præteritionis alterius filij,latè reſoluit Guiliel.Bened.in dict.c.Rainutius. de teſtam. in verbo,teſtamentum.1.num.89.

*Teſtamentũ cæci minus ſolenne ualet inter liberos. cũ cõmuni cõtra Iaſ.*

66 Illud autem controuerſum eſt, an teſtamentum cæci minus ſolenne valeat inter liberos.Qua in re communis op.eſt,tale teſtamentum valere.Ita tenent Bar. Angel.Salice.Paul.& Alex.in.l.hac conſultiſſima.C. qui teſta.facere poſ. Decius num. 37.ibidem. Contrariam ſententiam tenet Iaſ.ibidem.num.4.Sed communis op. verior eſt per text.in.l.fi. C. fam.her.ibi.quibuſcunq; verbis,vel indicijs.quæ ratio militat etiam in teſtamento cæci: cæcitas.n. ipſius non impedit verba,vel indicia.

*Teſtamẽtũ imperfectũ inter liberos etiã inæqualiter honoratos ualet. cum cõmuni cõtra nouiſſ.*

67 An autem teſtamentum minus ſolenne inter liberos inæqualiter inſtitutos valeat,controuerſum eſt. Et quidam dicunt procedere, etiam ſi inæqualiter ſint inſtituti. Iſta eſt communis opi. vt per Iaſ.nu. 4.& Decium. num.37. in dict.l. hac conſultiſsima. idem Paul. ibidem. & in.d.§. ex imperfecto.Alex.conſ.146.Viſo themate. colum.2.Cuma.conſil.113.col.1. & Areti. in dict.§.ex imperfecto.

Contrariam ſententiam tenet Decius. conſil.105.col.fi.Roma.conſ.179.Ampliſſime. col.7.& conſi.385.In caſu præmiſſo. col.2.Couar.in.c.Rainutius.§.1.de teſtam. Tertia fuit op.exiſtimantium, vt ſi ſit magna inæqualitas, non valeat teſtamẽtum, aliàs ſecùs.Ita tenet Curti.iuni.in dict.§. ex imperfecto.Tu tene primam opi. quæ cõmunis eſt:quia parẽtibus liberum eſt etiã inter viuos bona ſua diuidere inter filios etiam inæqualiter, dummodò per talem inæqualitatem nullius legitima lædatur, vel minuatur.l.parentibus.C.de inofficioſo teſtamento. l. ſi pater &.l. quæ pater.ff. fam. her.l.quoties.C. eod.tit. & in tali diuiſione facta inter liberos non dubiũ eſt, quin valeret probatio & ſolennitas iuris gẽtiũ. Ergo ſimiliter eadem ſolennitas ſufficere debet,quãdo id fecit pater in vltima volũtate.vt.d.l.fi.& dict. §.ex imperfecto. Probatur in ſimili per gloſ. communiter app.in.l.3.in verbo, virilem.C.de inofficioſo teſtamento. Ergo ſi liberi diſpariter inſtituti integras habebant legitimas, bene erit,nam teſtamentum valebit.Sin autem alicuius legitima diminuta ſit, tunc teſtamẽtum ſimiliter valebit, & legitima ſuppletur.vt in.l.omnimodò.C.de inofficioſo teſtamento.

*Teſtamẽtũ imperfectũ inter liberos an requirat legitimã relinqui titulo inſtitutionis, noua cõcordia.*

68 Illud autem dubium eſt, an in teſtamẽto imperfecto inter liberos legitima ſit relinquenda titulo inſtitutionis. Qua in re communis op.eſt, quòd titulo inſtitutionis relinqui debeat. Iſtam opinionem ita tenent Butrigarius, & Iacobus de Aren.in authen.nouiſsima.C. de inofficioſo teſtamento.& ibi Petrus, Salic.& Fulgo.& eſt communis ſecundùm Iaſ.ibi.num. 16. ſequitur & dicit communem Curti.iuni.in dict.§.ex imperfecto.num.13.Bald.& Sali. in.l.fi.C.fam.her.Alex.in.l.inter cętera.ff. de lib.& poſt.

Contra-

Contrariam partem tenet Iaſ. vbi ſu-
prà.& Azo.in ſumma. C.de inofficioſo te
ſtamento.gloſ.in cap.ſi pater.in verbo,in
ſtituit. de teſtam.in.6. & alij quamplures
per Iaſ.relati vbi ſuprà. Quæ res licèt ſum-
moperè controuerſa ſit,mihi tamen expe
dita videtur. Nam communis & vera opi
nio eſt, vt ſuprà diximus, quòd teſtamen
tum minus ſolenne inter liberos inſtitu-
tos vitiatur præteritione alterius filij. Præ-
teritus autem intelligitur, qui inſtitutus
non eſt, quantumcunq; alio titulo acce-
perit.authen.vt cùm de appellatione cog.
§. illud.authen. non licet.C. de lib. præt.l.
ita tamē.§.qui rogatus.ff.ad Trebel. Ergo
ſi pater meus meos fratres inſtituit, me
præterito, teſtamentum cum duobus te-
ſtibus non valet, quia etiam cum ſeptem
teſtibus non valeret. Quòd ſi neminem
69 hæredem inſtituit,tunc abinteſtato ſucce
ditur.vt ſuprà reſoluimus.per.l. fi.C. fam.
her.& probat tex.in.l.5.tit.8.par.6. & nul-
la dubitatio eſt. Itaq; aut filiorum quidā
ſunt inſtituti in teſtamento minus ſolen-
ni facto à patre inter liberos,quidam verò
præteriti,& tunc indubitanter præteritio-
ne iſtorum teſtamē. eſt ipſo iure nullum,
nam idem etiam eſſet licèt teſtam.ſeptem
teſtes haberet.Aut in illo teſtamento mi-
nus ſolenni nullus fuit inſtitutus,ſed inter
omnes filios teſtatoris bona æquè, vel di-
ſpariter diuiſa ſunt, & tunc ſimiliter ſine
dubio id teſtam. valet in vim vltimæ vo-
luntatis. vt in dict. l. fi. C. fam.her.vt iam
diximus. Et eſt ipſa veritas à nullo ſic de-
clarata.Et vi.per Couar. de teſtam.§.1. nu.
3.Decium in.l.1.C.vnde liberi.Soci. iunio-
rem conſ.189.lib.2.num.87.Antoni.Rub.
conſ.6.colum.2.Soci.conſ.5.lib.3 .col.fi.&
alios, quos ipſe Didacus allegat, præter il-
los,quos iam enumerauimus.

*L.5.titu.8. part.6.*

70 Deniq; codicillus, qui à patre fieret in-
ter liberos, non egeret hodie iure regio
poſt.d.l.3. Tauri maiore ſolēnitate,quàm
egebat iure communi. Quia lex illa,quæ
innouat ſolennitatem codicillorum,cùm
generaliter loquatur, non comprehendit
perſonas ſpeciale priuilegium habētes in
hac codicillorum materia, qua de agitur.
vt docemur in.§.35.num.5.ſed ſpeciale pri
uilegium habent parentes cùm inter libe
ros codicillantur.l.fi.C.fam.her.d.§.ex im
perfecto.ergo non comprehenduntur.&
d.l.3.cùm loquitur de codicillis,non ſe re-
fert ad patrem inter liberos codicillātem,
vt in ea patet.licèt hæc non fuerint ſic præ
uiſa per gloſſatores.d.l.3.

*Intell.l.3. Tauri.*

71 Verùm cùm dilationes legales currant
etiam priuilegiatis, vt diſſerimus in. §. 10.
n. 51. etiam ſine ſpe reſtitutionis de iure re
gio.arg.l.1.tit.3.lib.3.ordi. nō dubito,quin
ſi filius infra legitimum tempus vel inuē-
tarium non fecerit, vel ſeſe hæreditati nō
immiſcuerit, noceat ſibi, nec reſtituatur,
quia hac in re non reperitur habere ſpe-
cialem prouiſionem,aut priuilegium.

*L.1.titul.3. libr.3.ordi. extēditur.*

Illud autem quæri poteſt, an cùm pa-
ter inter liberos teſtatur ſolenniter, poſsit
inſtituere filium ſpurium alterius clerici,
vel(quod facilius eſt)ei aliquid per legatū
relinquere,quando is teſtator erat cogna-
tus ipſius clerici? Et loquimur inſpecto iu
re regio.Mouet quæſtionem, quia iure re
gio regulariter non licet cuiquam teſtato
ri filio ſpurio cognati ſui clerici legare.vt
in.l.fi.tit.3.lib.5.ordi.&.l.22.tit.3.lib.1. ord.
Per contrarium videtur vt liceat hoc caſu,
quaſi illa prohibitio ſit excludenda, cùm
teſtatur pater inter liberos, in quo teſta-
mento ius ſingulare eſt, nec lex generali-
ter loquens comprehendit perſonas ſpe-
ciale priuilegium in re illa qua de agitur
habentes.vt diximus in.§.35.nu.5. probat.
l.cùm quæſtio. C. de lega.l.talis ſcriptura.
ff.de lega.1.l.doli clauſula.ff.de verb. obli
ga.tex.optimus in.l.3.tit.10.part.6.vbi per
Grego.Lupum,& per eundem in.l.2.tit.1.
par.6.

*L.22. tit.3. libr.1.& l. fi.tit.3.libr. 5.ordi.extēduntur.*

Sed magis adhuc eſt vt hoc in caſu ille
ſpurius honorari non poſsit. Quia licèt pa
terfami.dum teſtatur inter liberos habeat
ſpeciale priuilegium, tamen illud eſt quo
ad



ad ſolennitatem teſtandi, non quo ad ca-
pacitatem eorum, quibus quid relictum
eſt,quinimò circa hanc rem eius poteſtas
magis reſtricta eſt, quàm in reliquis teſta-
toribus. vt probat. l. hac conſultiſsima. §.
ex imperfecto. C. de teſtam. Et ita vſibus
forenſibus receptum eſt. Per quod dict.l.
22.& dict.l.fi. non inutilem extenſionem
recipiunt.

72 In ſumma prætermittendum non eſt,
pleraq; ſolennium,quę in teſtamento for
mali deſiderantur, remitti ſolere in teſta-
mento, quod à parente fit inter liberos,
quaſi id teſtamentum informe eſſe intel-
ligatur, neq; ad eius firmitatē quicquam
deſideretur, præter legitimam probatio-
nem,qualis eſt illa, quæ in actibus inter vi
uos requiritur. Ad quam rem præmitte,
quòd ratio expreſſa in lege habetur pro le
ge,etiam in correctorijs,& pœnalibus.

*Teſtamētū inter liberos eſt informe, & propriū teſtamentum tam iure cōmuni, quàm regio noua declaratio.*

Iſta eſt vera & communis op.quam te
nent gloſ.in auth.de hæred.ab.§.fi.verbo,
ordine.quam dicit vnicam Bald.in.l.fi.ff.
de hęr.inſti.idem Bal.in.l.fi.C.de lib.pręt.
gloſ.in clemētina.1.verbo,eligatur.de ele-
ctione.Alex. in.l. cùm mulier.col.5.ff.ſol.
matrimonio. Paul.in.l.quāuis.C.de fidei
com.Iaſ.in auth.quas actiones. nume.22.
C.de ſacroſ.eccle.Bald.ibi.colū.2.Georgi.
Nat. in cap.quanuis.de pactis. in.6.num.
32.Cuma.in dict.l.cùm mulier.§.1. per tex.
ibi.ff.ſolut. matrimonio. Curti.iuni. in.l.
humanitatis.per tex.ibi.num.15.C.de im-
pub.vbi Iaſ.num.6.Alexā. num.5.Corne.
num.15.Iaſ.in.l.ſtipulatio hoc modo.ff.de
verbo.obligat.col.5.ad fi.num. 12. Purpu.
in.l.fi.C.de pact. num.23. vbi Curti.iuni.
nume.9.Deci.num.15.Deci.conſi.372.nu.
7.Crottus in.l.ſi conſtante.ff.ſolut.matri-
monio.lect.2.ſuper.7.quæſtione Bar.For-
tu.in.l.gallus. §. & quid ſi tantùm.col.87.
ff.de lib. & poſt.Iaſ.in.l.tranſigere. nu. 15.
C.de tranſact. Iaſ. in.l. Marcellus. in prin.
ad Trebel.Ripa.in.l. nemo poteſt. nu. 50.
ff.de leg.1.vbi Hannib.nume.349.Couar.
in cap.Rainal.§.3.nu.6.de teſtamē. Tiraq.
de cauſa ceſſante.par.1.n. 135. cum ſeq. per
legem.his ſolis.C.de reb.dona.l. ſi fratres.
§.idem Papi.ff.pro ſocio.l.2.§.idem quoq;
&.§.ſi duo.ff.de coll.bo.l.fi.ff.de hær.inſt.
Iaſ.in.l.de quibus.num.14.ff.de legib.De
ci.in authen. ex teſtamento.colū. 4.C. de
coll. Quinimò cùm ratio expreſſa in lege
eſt generalis, & deciſio particularis, tunc
ea deciſio loco exempli habetur,& ipſa ra
tio generalis habetur pro lege.vt ex com-
muni opi. reſoluunt Tiraq. de cauſa ceſſ.
par.1.num.152.Alexan.conſil.75. Videtur
in præſenti.colum.1.lib.5.Bal.in repet.l.de
quib.col.12.ff.de legib.verſic.Item nota ꝙ
non videtur.Iaſ.in.l.à Titio.in prin.col.fi.
ff.de verbo.oblig.idem Tiraq. in.l. ſi vn-
quam.C.de reu.dona.verb. libertatis.nu.
45.Deniq; ratio generalis cùm in lege ex-
preſſa eſt,omnes caſus ſub ſe comprehen-
dit non ſecùs, quàm genus ſub ſe omnes
ſpecies amplectitur, non ex vi extenſiua,
ſed ex vi comprehenſiua.vt ex communi
opi.reſoluūt Tiraq.de cauſa ceſſante.par.
1.num. 137. Petrus, & Cinus in.l.iura non
in ſingulas.ff.de legib. Vnde ratio legis in
ducit, & eſt ipſa lex. vt reſoluit plenè Ti-
raq.vbi ſuprà.num.135.cum ſeq. qui quā-
plures citat huius ſententiæ authores. Sed
in.l.fi.C. fam. her. illa ratio expreſſa eſt, ꝙ
vltima diſpoſitio facta inter liberos non
eget legum ſolennitate. Item illa ratio, ꝙ
firma eſſe debet, quibuſcunq; verbis, vel
indicijs facta proponatur: ergo ſupereſt
nullam ibi ſolēnitatem requiri, ſed firmā
eſſe citra ſolennium interuentum,recteq;
probatam videri,cùm legitimè probatur,
etiam ſi probatio non ſit ſecundùm for-
mam teſtamentorum.Idq; teſtamentum
perfectum eſſe probauimus ſuprà. num.
48.contra Iaſ.in.l. hac conſultiſsima. §. ex
imperfecto.col. penul. & fi. C. de teſtam.
73 Pro nobis de iure regio eſt text. expreſſus
in.l.7.tit.1. par.6. vbi expreſſum eſt valere
tale teſtam. non ſecùs, quàm valeret, ſi ſe-
ptem teſtes,reliquaq; ſolennia haberet. Er
go aut interfuit hæredis inſtitutio,& tunc
ſine

*L.7.titul.1. par.6.*

ſine dubio erit teſtam. non codicillus ab-
inteſtato tantùm.vt.d.l.7.&.l.1.tit.2.lib.5.
ordi.&.l.hac conſultiſsima.§.ex imperfe-
cto.C.de teſtam.l.fi.C.fam.her. Aut non
interfuit hęredis inſtitutio, & tunc magis
dubium,quia hęredis inſtitutio eſt initiũ,
caput,& fundamentum teſtamenti.l.pro
ximè.ff.quæ in teſta.delen.§.ante hæredis.
Inſt.de lega.l.1.in fi.l.2.§.prius.ff.de vulg.
Sed tamen etiam hoc caſu magis eſt, vt in
vim non codicillorum tantùm,ſed etiam
teſtamenti valere poſsit.Nam ſi tres filios
habebam, & eorum duos hæredes ſcripſi,
tertiumq́; exhæredaui,vt iſto caſu valeret
teſtam.cum duobus tantùm teſtibus, ita
quoq; valeret, ſi illos duos hæredes non
ſcriberem,ſed bona mea inter eos diuide-
rem, tertio filio exhæredato. per generali-
tatem dict.§.ex imperfecto.& dict.l.fi.fa-
cit.l.ſi pater.&.l.quę pater.ff.fam.her.l.pa
rentibus.C.de inofficioſo teſtamento.l.
quoties.C.fam.her.& quia id in teſtamen
to militis indubitanter admitteretur.l.ſi-
cut certi.l.ſi cùm vel in vtero.C.de teſta.
mil.§.pe.& fi.Inſtit.de exh.lib. Nec dubiũ
eſt,quin fauorabilius ſit teſtam.inter libe-
ros,quàm teſtam.militis. vt ſuprà reſolui-
mus. Tene ergo contra Iaſ.in dict.§.ex im
perfecto.colum.penul.& fi. teſtam.inter
liberos proprium eſſe teſtam.ſiue in eo in
terfuerit hæredis inſtitutio, ſiue non inter
fuerit, ſi quoquo modo intelligi poſsit
patrem teſtari voluiſſe: quòd ſi inteſtatus
decedere voluit, tunc ea voluntas in vim
codicillorum valebit.Et ita procedit dict.
l.fi.ibi,ſiue epiſtola vel codicillus.&c.

Stat ergo ſolennium pleraq; remitti in
teſtamento facto à patre inter liberos. Vn
de nouè dicebam, quòd licèt in cõſpectu
teſtatoris teſtes teſtamento adhibitos de
iure cõi eſſe oporteat,vt eſt cõmunis op.
quam tenent & reſoluunt Decius conſil.
354.In caſu propoſito.nu.1.Bal.in.l.ſi non
ſpeciali.C.de teſtam. vbi Iaſ.in princip. &
rurſus in tertio notab. Pariſius conſil.33.
colum.1.lib.2.Corn.conſil.18. In nomine
domini.lib.2.num.4.Imol.& Abb.in ca.
2.de conſuetu.eſtq́; communis op. ſecun
dùm Corn.vbi ſuprà.num.6.Bar.Sali.Ful-
go.Paul.& Bened.de plumbi.in dict.l.ſi
non ſpeciali.Cinus & Alexan. in dict.l.ſi
non ſpeciali.vbi etiam Albe.per tex.ibi in
verbo, in conſpectu teſtatoris. & in.l.ſi
vnus.in verbo,coram teſtatore.C.de te-
ſtam.facit.l.qui teſtamento.§.veteres.ff.
eod.tit. tamen id intelligitur in teſtamen
to formali, nõ ſic in teſtamento informi,
quale eſt,quod fit inter liberos. per dict.§.
ex imperfecto. cũ ſimil. ſuprà. all.in quo
ea ſolennitas probationis,quæ ſufficit in
actibus inter viuos,ſat eſt:at in actibus in-
ter viuos non eſt neceſſe teſtes eſſe coram
contrahentibus ſecundùm veram & cõ-
munem ſententiam, quam tenet gloſ.in
l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua pluui.arcen.
quam communiter app. dicunt Alexan.
num.6.& Iaſ.num.9. in dict.l.ſi non ſpe-
ciali.per Canoniſtas in cap.præterea.de te
ſtib.& in.c.ex literis.de conſue.Bar.Imol.
& Paul.in dict.§.idem Labeo. Abb.in.c.
cùm cauſam.de teſtib. Innocenti.& Ioã.
And.in dict.cap.præterea.Bal.in.l.cõuen-
ticulam.colum.7.de epiſco.& cle.

*Teſtamẽtũ inter liberos non requirit teſtes oculatos noua opi.*

74 Deniq; licèt regulariter teſtes in teſta-
mento cęci eſſe non poſsint ſecundùm ve
riorem & receptiorem ſentẽtiam.vt reſol-
uit Corn.conſ.18.num.3.lib.2.Deci.conſi.
354.In caſu propoſito.col.1. Cinus,Albe.
Butriga.Bar.Bal.Sali.Fulgoſ.Paul.Corne.
Alexan.& Iaſ.in dict.l.ſi non ſpeciali. per
tex.ib. in verbo,in conſpectu teſtatoris.&
in.l.ſi vnus.eod.tit.de teſtam.C.in verbo,
coram teſtatore.tamen in teſtamento in-
ter liberos cęcus nõ ꝓhibebitur eſſe teſtis:
tum,quòd id teſtam. informe eſt, in quo
hæc ſolennitas (vt nos interpretamur) re-
mittitur,vt reliquæ: tum etiã,quòd in tali
informi teſtamento nihil ſolennium de-
ſideratur,non magis,quàm in actibus in-
ter viuos:at in actibus inter viuos teſtem
cæcum adhibere fas eſt.vt eſt vera & com
munis op.vt per Alex.in dict.l.ſi non ſpe-
ciali.



ciali.vbi Corn.numero.6.& Iaſ.nume.7.
gl.in dict.l.2.§.idẽ Labeo.ff.de aqua plu-
ui.arcen. vbi Bar.Paul.Imol.Pariſi.conſi-
lio.33.colũ.1.lib.2.per docto.in.l.teſtium.
C.de teſtib.per tex.ibi.vbi teſtis poteſt de-
ponere de his quæ percepit per quemli-
bet ſenſum corporeum, nec dubium eſt,
quin cæcus licèt careat ſenſu videndi,non
tamen careat ſenſu audiendi,& tangendi,
& olfaciendi,& guſtãdi. Quod nota,quia
alij non aduertunt.

*Teſtamentum inter liberos nõ requirit teſtes toti teſtamẽto fuiſſe præſentes noua declaratio.*

75 Vnde nouè dicebam, quòd licèt de iu-
re ciuili teſtes teſtamento adhibitos opor-
teat vt toti teſtamento fuerint præſentes.
vt in.l.cùm antiquitas. & in.l.caſus.C.de
teſtamen. & in.l.qui teſtamento.§.vete-
res.ff.eod.titu.& eſt cõmunis op.vt per Pa
riſi.conſilio.33. Et ſi prima facie. numero.
28.cum ſeq.lib.2. Alexãd.Corne.& Iaſ.
nume.8.& nume.12.in dict.l.cùm anti-
quitas.de teſtamen.C.vbi Cinus,Bal.Sali.
Paul. & alij. Corneus conſilio.238. Re-
perio.nume.3.lib.4.per docto.in.l.furio-
ſum.per tex.ibi.C.qui teſtam.fa.poſ. vn-
de vna pars teſtamenti non poteſt proba-
ri per ſeptem teſtes, dicentes ſe ſcire partẽ
tantùm eorum,quæ teſtamento ordinata
fuerunt, & per alios ſeptem teſtes, dicen-
tes ſe ſcire aliam tantùm partem eorũ,quæ
in eod. teſtamento ordinata fuerunt. vt
eſt cõmunis opi.Bal.Paul.Alexãd.& Iaſ.
nume.9.vbi alij in dict.l.cùm antiquitas.
per Cinum, & Bal. in.l.ſi præſidi.C.de do
nat. ante nupt. Alexand. conſilio.177.
Viſo themate.lib.2. Roma.conſilio.80.
Viſis. Quam doctrinam vehementer cõ
mendat Iaſ. vbi ſuprà. Alexand. & alij
in dict.l.cùm antiquitas. tamen id in te-
ſtamentis formalibus intelligendum eſt,
non ſic in teſtamento informi, quale eſt
quod fit inter liberos,in quo hæc ſolenni-
tas(vt nouè interpretamur) remiſſa eſt,nõ
ſecùs, quàm reliquæ ſolennitates, aut nõ
aliter,quàm in actibus inter viuos, in qui-
bus non reperitur vetitum, quòd teſtium
pars deponat de parte contractus, alia
verò contractus pars per alios probetur.
Quinimò in actibus inter viuos etiã de iu
re ciuili admittitur vt mẽbratim fiat pro-
batio,vt ſic vna pars contractus poſſit pro
bari per duos teſtes,alia verò pars per alios
duos teſtes.argumento tex.in.l.Gallus.§.
ille caſus.ibi,duobus quaſi capitibus legis
commixtis.ff.de lib.& poſt. vbi in ſimili
per omnes.& in cap.licèt ex quadam.per
text.ibi.de teſtib. docet Iaſ.nume.11.in
dict.l.cùm antiquitas.Bal in ſimili in.l.te-
ſtium C.de teſtib.col.5.idem Bal.in ſimili
in.l.1.8.quæſtione.C.de teſtam.

*Teſtamẽtũ inter lib.nõ eget rogitu tabellionis noua declaratio.*

76 Pręterea infertur,quòd licèt in teſtamẽ
to in ſcriptis oporteat tabellionem, qui il-
lud conficit, fuiſſe rogatum, vt ex vera &
communi opi. reſoluit Alexand.conſilio
153. lib.2.colum.2.per tex.in authenti.de
tabel.§.nos autem. vbi Accurſi.& alij.gl.
& alij in cap.cũ.p.tabellio.de fide inſtru.
nec tabellionis rogitus præſumitur, niſi
vel probetur,vel ipſe id in ipſo inſtrumen
to atteſtetur.Inno. & alij in cap.1.de fide
inſtru.Specul.& Io.An.de inſtru.edi.§.bre
uiter.Bar.& alij in.l.ſciendum.ff.de verb.
oblig. & eſt communis opi. ſecundùm
Alexan.vbi ſuprà nume.9.idem in dict.l.
ſciendum.nume.42.vbi Imol.Ange.in.l.
quæcunq;.§.fin.ff.de publi. tamen id in
telligendũ in teſtamentis formalibus,non
ſic in teſtamento inter liberos, quod infor
me eſſe oſtendimus, in quo (vt nos aduer
timus nouè) hæc ſolennitas neceſſaria nõ
eſt,nõ magis q̃ reliquæ. Q̃d intellige,quã
do teſtator, qui in ſcriptis teſtari inter libe
ros volebat.iuxta.l.7.titu.1.par.6.iuſsit ta-
bellionem accerſiri, nam aliàs teſtamen-
tum citra tabellionem conſcribi poteſt
manu propria teſtatoris vel alterius, vt ex
receptiore ſententia reſoluit Corne.conſi
lio.226.Licèt in hac.nume.2.lib.3.per.§.
ſed cùm paulatim.Inſti.de teſtamen.l.hac
conſul.C.eod.titulo. vbi inter reliqua te-
ſtamentorum requiſita non adijcitur ta-
bellionis interuentus.

Præterea intellige, quòd licèt de iure ci

77 uili in teſtamento nuncupatiuo requiratur, quòd teſtator proprio ore nuncupauerit nomen hæredis, vel illud propria manu ſcripſerit. vt in.l. iubemus. C. de teſta. adeò, vt ſi teſtator alio hæredem nominãte agnouerit nutu capitis, vel per verbum, ſic vel ita, quanuis quaſi receptiſsimũ plerią; teneant talem hæredis inſtitutionem valere, quales ſunt gl. & omnes in dict.l. iubemus. vbi Iaſ. num. 10. Bar. & omnes in.l. hæredes palàm. in prin. ff. de teſtam. Ange. in.l. in fraudem.§.1.ff. de milit. teſtamento. Anto. & Imol. in cap. cùm tibi. de teſtamen. Roma. conſilio. 306. Propoſita. idẽ in.l.1.§. ſi quis ita. ff. de verborũ obligationibus. eſt cõmunis opinio ſecundùm Alexand. conſil. 33. Ponderatis verbis. lib. 3. Cinus. Bald. & Angel. qui hanc dicit cõmunem, & vſu approbatam in dict.l. iubemus. Angel. in prin. Inſtitu. de teſtam. Couar. de teſtamen. in cap. cùm tibi. num. 4. & 5. Iaſ. in.l. vbi autem non apparet.§. illud. ff. de verborũ obligationibus. Alex. in dict.l. iubemus. per tex. in.l. quoniam indignum. C. de teſtamen. Deci. conſilio. 489. In caſu occurrenti. nume. 3. Alexand. conſil. 12. Viſo inſtrumento. lib. 1. nume. 6. Alexand. conſi. 47. Abundè. lib. 2. nume. 7. Pariſi. conſilio. 19. Conſideratis. nume. 13. lib. 3. Corne. in.l. hac conſul.§. per nuncupa. C. de teſtamen. Alexãd. conſil. 176. colum. 2. libr. 5. idem in conſil. 14. Viſis. nume. 15. lib. 6. Soci. in.l. ſi ita ſcripſero. col. 1. ff. de condi. & dem. Tamen contrariam opi. vt de iure ciuili inſtitutio hæredis facta ad interrogationem alterius non valeat, tenet Iacob. de Are. in dict.l. hæredes palàm. in prin. poſt plures relatos per Corneũ vbi ſuprà. & per Iaſ. qui tenet contra communem in dict.l. iubemus. num. 10. Corne. conſilio. 77. Viſo themate. lib. 4. nume. 1. Quarum opinionum vtranuis teneas, id tamen in teſtamentis formalibus controuerti poteſt, non ſic in teſtamento informi, quale eſt, quod fit à patre inter liberos, in quo (vt nos nouè exiſtimamus) compertum eſſe debet, hanc ſolennitatẽ nõ deſiderari non magis, quàm reliquæ, de quibus ſuprà mentionem habuimus.

*Teſtamen. inter libe. poteſt fieri ad interrogationẽ alterius.*

78 Hinc aduertimus, quòd licèt de iure ciuili nullus poſsit ꝑ aliũ teſtari, ſed tãtũ ꝑ ſemetipſum.l. captatoriæ. ff. de leg. 1.l. captatorias. C. de teſtam. mili.l. ſenatus.§. legatũ ff. de lega. 1. quod & iure canonico ꝓcedit regulariter, niſi fauore piæ cauſæ, vt ſentiunt nonnulli eorum, quos ſuprà proximè retulimus. ſequitur & dicit communem opinio. Deci. in dict.l. captatorias. vbi etiam Corneus, Alexand. & Iaſ. poſt alios. Calderi. conſil. fin. de conſtitu. Couar. in cap. cùm tibi. per tex. ibi de teſtamen. Abbas conſilio. 26. Videtur. lib. 1. Abb. conſil. 32. Circa duo. lib. 2. colum. 2. vbi hanc dicit communem ſententiam. idem Abb. conſil. 110. lib. 2. In cauſa. col. pe. tamen in teſtamento irregulari, quod fit citra ſolẽnium interuentum à patre inter liberos, non temerè tentari poſſet, vt per alium teſtari fas eſſet. Neq; ad rem pertinere id à milite fieri non poſſe. Nam longè fauorabilius eſſe teſtam. factum à patre inter liberos, quàm militis teſtamen. ſuprà oſtendimus. Id tamen non firmo in terminis iuris communis, licèt iure regio hodie expeditum ſit per.l. 31. cum ſeq. in leg. Tauri.

*Teſtamentum inter. libe. an per alium fieri poſsit.*

79 Deniq; infertur, quòd licèt de iure ciuili per præteritionẽ filijſ. vitietur teſtam. ipſo iure.l. inter cętera.l. pe. et. fi. ff. de lib. et poſt.l. 1. ff. de iniuſt. rupt.l. fin. C. de contra tabul. in prin. Inſti. de exhæreda. liberorum. quinimò hodie licèt eſſet exhæredatus, teſtamen. foret nullum ipſo iure, niſi iuſta cauſa exhæredandi expreſſa eſſet. vt eſt cõmunis op. quam tenet gl. in auth. de hære. & fal.§. exhæredatos. verb. noluit. eſt cõmunis op. ſecundũ Iaſ. in auth. nõ licet col. 3. idẽ Iaſ. i auth. ex cauſa. col. 3. C. de lib. præt. idẽ in.l. in ſuis. col. fi. ff. de lib. & poſt. idẽ in.l. ſi mater. in prin. ff. de vulg. idẽ in.l. fi. nu. 18. C. de cõ. tab. Crot. in.l. gallus.§. &

*Teſtamentum inter. libe. non uitiatur præteritione filiorum noua op.*





quid ſi tantùm. nume. 52. ff. de lib. & poſt. Ange. de Perigl. in tracta. ſuita. quæſtio. fi. Alexan. in. d.l. in ſuis. num. 12. Bart. in dict. authenti. ex cauſa. num. 12. vbi per Albe. Odofre. Petr. Cinum, Bald. Angel. Salice. Fulgoſ. Paul. Corne. Alexan. Iaſ. Curti. iuni. & alios. gloſ. 2. in princip. Inſti. de inofficioſo teſtamento. & vtrobiq; communiter docto. Grego. Lupus. in.l. 5. tit. 8. par. 6. Bart. num. 10. in.l. in quartam. ff. ad leg. falci. vbi Picus. num. 6. & Ripa. num. 143. licèt hoc vltimum ſolitus ſim impugnare. Tamen quòd filio præterito teſtamen. vitietur, procedit regulariter, ſecùs ſi pater inter liberos teſtetur, nam tunc licèt extranei hæredes inſtituerentur, ipſi autem minimè, valeret teſtam. extraneorumq́; portiones ipſis accreſcerent.l. hac conſultiſsima.§. ex imperfecto. C. de teſtamentis. ſi modò aliquid eis relictum eſſet. iuxta.l. omnimodo. C. de inofficioſo teſtamento.

80 Præterea infertur ex ſuperioribus, ꝙ licèt de iure ciuili oporteat quòd omnes teſtes intelligant omnia in teſtamento contenta, ita vt nullam particulam etiam minimam deſinãt intelligere tempore quo teſtam. fiebat ſinguli teſtes, nec enim ſatis eſt quòd fuerint præſentes, vt proximè dicebamus, niſi præterea omnia, quæ ibi agebantur, plenè intellexerint. vt ex communi opinio. reſoluunt Corn. conſil. 304. Circa hanc conſultationem. num. 20. lib. 1. in ſimili per Bal. & Paul. in. d.l. cùm antiquitas. Corne. conſ. 226. Licèt in hac. lib. 3. num. 5. & conſ. 77. num. 3. & num. 11. lib. 4. & Guiliel. Bene. in. c. Rainuti. de teſta. parte. 1. in verbo, in extremis poſitus. nu. 40. Bart. in.l. fideicom.§. quoties. ff. de leg. 3. Corn. conſ. 307. Videtur prima facie. nu. 1. lib. 3. vt ſic de iure ciuili licèt teſtes ſint pręſentes toti teſtamento, id non ſufficiat, niſi totũ intellexerint, & ſenſu perceperint: nec per contrarium ſufficiat, ꝙ totum intellexerint, niſi præſentes fuerint (potuerunt enim ante vel poſt actum teſtãdi ab ipſo teſtatore de contentis in teſtamento certiores fieri, id quod minimè ſufficeret) tamen quanuis teſtes habere notitiam cõtentorum in teſtamento non ſufficiat regulariter, niſi eam notitiam perceperint tẽpore quo teſtabatur, id nos interpretamur procedere regulariter, non ſic in teſtamento inter liberos, quod putamus valere per prædicta, licèt teſtes teſtamentarij teſtamenti tẽpore nihil intellexerint, ſed anteà, vel poſteà. Quod nota, quia pleraq; noua ſunt, à nullo eorum, in quorum ſcripta inciderim, præuiſa.

*Teſtamẽtũ inter libe. ualet, licèt quo tẽpore fiebat teſtes nõ perciperent ibi diſpoſita. noua opi.*

81 Præterea intellige, quòd licèt de iure ciuili vitietur teſtamentum ſi ſcribatur per notas, ſeu abbreuiaturas inſolitas, vt ex cõmuni opi. differunt Alexan. conſ. 153. Videtur prima conſideratione. nume. 6. libr. 2. Bar. in dict.l. ſed cum patrono.§. fi. & in.l. 2. C. de vetere iure enucleando. Bart. & omnes in authen. quod ſine. per text. ibi. C. de teſtam. tex. in.l. ſed cum patrono.§. fi. ff. de bono. poſſeſ. & in.l. vnica. ff. ſi tabulæ teſtamenti ſtabunt. ibi, quia ex coniectura non propriè ſcriptus videtur. Specula. de inſtrumentorum editione.§. inſtrumẽtum. verſic. item opponitur quòd inſtrumentum eſt factum per notas. Guiliel. Bene. in. c. Rainuti. de teſtam. par. 1. num. 61. verbo, teſtamentum. 1. in ſimili per Speculatorem. de inſtru. edi.§. oſtenſo. verſ. quid ſi abbreuiatura. tamen id intelligitur in teſtamentis formalibus, non ſic in teſtamẽto informi, quale eſt, quod fit à patre inter liberos, in quo non reperitur excluſa coniecturarum probatio, quinimò expreſsim admittitur in.l. fi. C. fam. herciſ. ibi, quibuſcunq; verbis aut indicijs. facit.l. licèt Imperator. vbi per omnes in ſimili. ff. de legatis. primo.

*Teſt. inter libe. poteſt ſcribi ꝑ notas inſolitas noua declaratio.*

82 Deniq; cùm ſit teſtamentum inter liberos, videndum eſt, quid ſi teſtator fuerit coactus, quo caſu teſtamen. iure ciuili nõ valet. vt per totũ. ff. & C. ſi quis aliquẽ teſtari ꝓhib. Quid præterea ſi ipſe teſtam. cãcellauerit, quo caſu ſimiliter teſtamen. iure ciuili infirmatur. vt per totum. ff.

*Teſtamentũ inter lib. non ſuſtinetur in quibus caſibus eſt defectus uoluntatis.*

de his quæ in teſtamento delentur. Quid præterea ſi teſtator ſe in arrogationem dedit, quo caſu iure ciuili teſtamentum infirmatur. l. pe. §. penulti. ff. de ſecundùm tab. §. non tamen. Inſtit. quib. mod. teſta. infir. In ſumma quid ſi præceſſit clauſula derogatoria, quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtamen. infirmum eſt. vt in l. ſi quis in pr. teſtamenti. ff. de leg. 3. cum ibi notatis per Bart. & alios. & in. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. vbi per Aretin. Alexand. Iaſ. & alios. Aut quid ſi voluntas conſummata non fuerit, quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtam. nullum eſt. l. ſi quis cùm teſtamentum. ff. de teſtam.

Item quid ſi teſtator errauerat circa perſonam hæredis ſcripti, quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtamen. nullum eſt. l. ſi pater. l. neque apud. C. de hær. inſti. l. ſi. ff. eod. titulo. Aut quid ſi teſtam. id eſt hæredis inſtitutio, fiat in bonis alienis, quo caſu non valet. vt docemur ſuprà. §. 17. num. 21. Et in his ſpeciebus cùm non tam de ſolennitate agatur, quàm de voluntate, magis eſt idem iuris eſſe in teſtamento inter liberos, quod futurū eſt in reliquis teſtamentis formalibus.

*Suitas non tollitur datione cohæredis extranei. cū multis contra communē.*

83 Suitas tollitur datione cohæredis extranei. Iſta eſt communis opinio, quam tenent Dinus in. l. 1. ff. de acquiren. hæredita. Cinus in. l. precib. in materia vulga. ſubſti. C. de impub. Bald. in. l. ſi fratris. C. de iure delib. Alexand. num. 20. in. l. ſi filius qui patri. ff. de vulgar. vbi hanc dicit communem. quod & tenent Iacobus de Arena, Angel. Imol. Paul. Aretin. & alij ibi. Bald. & Salicet. in. l. quidam elogio. C. de iure deliberan. Cinus in. l. 2. C. de teſtamen. tutel. Dinus, Iacobus de Arena, Bar. Angel. Imol. & Alexand. num. 4. in. l. apud Iuli. §. idem Iulianus. ff. ad Trebel. Bald. in dict. l. ſi filius qui patri. vbi Iaſ. num. 3. & num. 17. idem in. l. ſi filius hæres. ff. de liber. & poſth. communis ſecundùm Soci. in dict. l. ſi filius qui patri. num. 20. eſt communis ſecundùm Corn. in. l. 3. num. 10. C. de iure deliberan. idem Corn. in. l. non iuſtam. num. 5. ad Trebellian. C. idem in. l. cum antiquioribus. C. de iure deliberā. Iaſ. in. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu. idem in. l. 3. C. de iure deliberan. idem Iaſ. in. l. fina. colum. 1. in fine. C. de rep. hær. communis eſt ſecundùm Bened. in cap. Rainuti. de teſtamen. verbo, mortuo itaque. el. 2. nume. 7. & rurſus ibi nume. 208. communis eſt ſecundùm Mainerium in l. inuito. num. 6. ff. de regulis iuris. eſt communis ſecundùm eund. in. l. nemo poteſt mutare. num. 115. eodem titul. Bar. in dict. l. quidam elogio. communem dicit Iaſ. in. l. Lucius. num. 2. ff. de vulga. firmat eſſe communem Aretin. in. l. ſi filius hæres. ſuprà alleg. colum. 11. communem dicit Corneus in dict. l. ſi. C. de repud. hær.

Contrariam partem negatiuam, vt ſuitas non tollatur datione cohæredis extranei, tenent Argēti. Bal. & Cumanus in. d. l. ſi filius qui patri. Fulgoſ. in dict. l. 3. per tex. ibi. C. de iure deliberan. Roman. in. d. §. idem Iulia. Chriſtophorus de Caſtellionis, & Alciatus num. 44. in dict. l. ſi filius qui patri. & alij plures, quos allegat Corneus num. 10. & 11. in. l. 3. C. de iure delib.

Receptior tamen opi. eſt, vt proximè dicebamus, quòd datio cohæredis extranei tollit ſuitatem. Id quod in primis probatur ratione. Quia paterfami. qui cohæredem filio dedit, videtur diffidere de legis prouiſione, ſicq; ab ea diſcedere intelligitur. argumen. l. ſi. C. de pact. Quo leuius nihil dici potuit: quia nemo pluribus vti remedijs prohibetur, vt in regula iuris. & cap. nullus pluribus. de regulis iuris. in. 6. & quia datio cohæredis facta quo magis per interuentum plurium perſonarum teſtamen. confirmetur, non debet tollere ſuitatem, vel neceſsitatem filij, nam ſic teſtamen. minus firmum redderetur. argumento. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de contra tab. & l. legata inutiliter. ff. de legatis primo. l. legata inutiliter. ff. de adimendis legatis. Et quia re vera cùm hæreditas pro-



propter bene merita hæredis ſcripti data intelligatur. l. nec adiecit. ff. pro ſocio. magis eſt, vt cohæredem filio dediſſe ideo videar, quòd beneficio afficere volui cohæredem, quàm quòd de legis diſpoſitione diffiderem. Cùm enim diffiderem de legis prouiſione, procliuiùs, & conſultiùs eſſet ſubſtitutū dare filio, quàm cohæredē. argum. l. 1. in prin. ff. ad Treb. iuncta. l. vn. in prin. C. de cad. tollen. & in prin. Inſt. de vulg.

Secundò adducitur. l. ſed ſi plures. §. filio. verſ. idemq;. ff. de vulg. qui nihil facit, vt etiam ipſi, qui communem ſentētiam tuentur, agnoſcunt.

Tertiò allegatur. l. quæſitum. in fi. ff. de acq. hær. cuius inductionem & reſponſionem omitto, quia (vt ipſi etiam fatentur) nihil facit.

Quartò allegatur. l. qui plures liberos. §. fi. ff. de vulg. quæ ſimiliter nihil facit, quia ibi neq; fuit filio datus cohæres, neq; vulgaris ſubſtitutus, ſicq; ineptè tex. ille allegatur.

Quintò allegatur. l. qui fundum. §. qui filium. ibi, ſi filius antequàm patri hæres exiſteret. & in. §. qui filios. ead. l. ibi, hæres exiſtat. Sed nihil facit, nam non negatur, quin filius iure ſuitatis ſtatim poſt mortē patris hęres eſſe poſſet, licèt non ſtatim hęres iure immiſtionis fuiſſet, de qua hæredis exiſtentia, vt ibi patet, loquitur ille tex. Simile in. l. ſed ſi plures. §. filio impuberi. ff. de vulg. ibi, extitit patri filius hæres. iūcta lege. filius qui ſe paterna. & l. ſi pupillus. ff. de acqui. hær.

Sextò allegatur. l. ſi Titio & Mæuio. §. Iulianus. ff. de lega. 2. vbi datio cohæredis quaſi ſubſtitutio quædā eſſe intelligitur, vnde vt datione ſubſtituti tollitur ſuitas, ſimiliter tollitur etiam datione cohæredis. Sed reſpōdetur verum non eſſe, quòd datione ſubſtituti tollatur ſuitas, vt iam diſſeruimus alibi. Preterea in dict. §. Iulianus. licèt datio cohæredis habeatur impropriè pro quadam ſubſtitutione, tamen illud procedit quo ad hoc, vt cohæres ille videatur inuitatus ad repudiantis portionem, non quo ad hoc, vt repudiandi, abſtinendiue facultas data videatur vni hæredum per adiectionem cohæredis.

*Intell. l. apud Iulianum. §. idē Iulianus. ff. ad Treb.*

84 Sed quia huius tam controuerſi articuli veritas pendet ex vero intellectu tex. dictæ legis. apud Iulianum. ideo in primis quæro de intell. dict. l. apud Iuli. §. idem Iuli. ff. ad Trebel. Dic, vt ſi ipſe filius pupillus ſibi faceret teſtam. hæredemq; rogaret reſtituere, tunc hærede recuſante, fideicom. vniu. eum compelleret: ita & ibi ſubſtituti pupillares, id eſt, hæredes impuberis rogati reſtituere ſuſpectam hęreditatē dicentes compelluntur per fideicom. Nam ſubſtitutis non adeuntibus tunc licèt ex potentia ſuitatis teſtamē. pupillare dicamus valere ab initio, & etiam paternum. vt. l. ſi pupillus. de acq. hæ. tamen quid prodeſt valuiſſe, ſi hæres pupilli repudiat, & ſic fideicom. vni. decipit? vt. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebel. l. eam quam. C. de fideicom. Et ad tex. dicētem (hoc enim facto, confirmatisq; patris tabulis) intellige irreuocabiliter, nam ita deſideratur ad validitatem pupillarium. l. 2. §. adeò. ff. de vulg. Et dum tex. ſubdit, poterunt ex ſubſtitutiōe ambo cogi adire. id ideo fit, quia aliàs teſtam. pupill. periret, & per hoc fideicom. ſecundis tab. relictum. vt dict. §. ſi de teſtamento. Sed quæro. Iam video vtilitatem ſecundæ compulſionis, tamen quæro quare fiat prima compulſio? nam cùm paternum teſtam. ſit confirmatum ſuitate impuberis. vt dict. l. ſi pupillus. non eſt cur compellatur hæres in teſtamento paterno ſcriptus adire ex paterno. Reſp. Imò eſt. Quia licèt pupillus ex potentia ſuitatis tranſmittat portionē, in qua fuit ſcriptus, tamen & tranſmittit eam ad ſubſtitutos pupillares, & vt ipſe, ita & eius hæres poſſet abſtinere. l. ſi quis filium. §. 1. de acqui. hær. Vnde ſubſtituti pupill. portionem paternam nondum agnitam per pupillum, quam ad eos tranſmiſit pupillus, poſſent

repudiare, & cōpulſi pupillarem adire, ſo-
lam pupillarem reſtituerent, ſicque fieret
fraus fideicom. qui etiam paternam vo-
lebat, quam etiam cōſequitur virtute pri-
mæ compulſionis. Itaq; ſubſtituti pupill.
dicebant ſe nolle hæreditatem patris nec
filij, & fideicom. compellenti dicebant
ſe velle pupillarem tantùm adire & reſti-
tuere, ſed paternam pupillari iure ſuitatis
iniunctam reſpuere, quod eis bene liceret
ſi ꝑ fideicō. onerati nō eſſent. vt in. l. ſi pu-
pillus. & in. l. ſi quis filiū. §. 1. de acq. hær. &
in. l. ſi filius ꝗ ſe paterna. eod. l. ſi filius ꝗ pa
tri. de vulg. Sed tamen quando fideicom.
grauati fuerunt, oportet quòd vtranque
adeant, & reſtituant. Sed opp. quòd ſim-
pliciter pupillarem adeundo, etiam pater-
nam acquirerent, vt pote pupillari iure ſui
tatis iniunctam, ſicq; ſecunda compulſio
ſufficeret, & prima ſuperfluit. Sol. Fateor,
quòd & paternam cum pupillari acqui-
rit adeundo etiam compulſus, ſed tamen
pupillarem irreuocabiliter, paternam ve-
rò reuocabiliter. argumen. d. §. vt ergo ne-
queat amplius illā paternam repudiare,
compellitur etiam paternam expreſsim
adire. Itaq; ſi ponas, quòd in terminis. d. §.
idem Iulianus. ſubſtitutus pupillaris fuiſ-
ſet coactus pupillarem tantùm hæredita-
tem adire, & non etiam paternam, quam
quidē paternam iam ſuſpectam dixerat,
tunc fideicommiſſarius vniuerſalis, qui tā
paternam, quàm pupillarem ſibi reſtitui
volebat, non vtranq;, ſed ſolam pupillarē
conſequeretur: nam per repudiationē taci
tam vel expreſſam ſubſtituti pupillaris,
quam fecit de hæreditate paterna, agno-
ſcens tantùm pupillarem, iam ille hæredi-
tates ſeparatæ eſſe cœperunt, ſicq; dum cō
pulſus adit, & reſtituit pupillarem, pater-
næ hæreditatis abſceſſus contingit, ſicq;
altera compulſio neceſſaria eſt, vt hæredi
tas paterna per compulſionem adeatur,
ſicq; reſtituatur fideicommiſſario. Nec
mutat, quòd dict. §. idem Iulianus. dicat,
hoc enim facto, confirmatiſque patris
tabulis. nam verum eſt, quòd ad con-
firmationem tabularum pupillarium re-
uocabilem licèt ſufficiat ſuitas ipſius pu-
pilli, tamen ad confirmationem irreuoca-
bilem (de qua hîc agebatur quæque vtilis
erat) opus erat vera paternæ hæreditatis
aditione. Eſt verus & nouus intell. ad. d. §.
idē Iulianus. quē ſpero poſteros ꝓbaturos.

*Suitate an firmentur tabulæ pupillares.*

85 Deniq; alios ſeptem intellectus ad. d. §.
idem Iulianus. aſsignat, & reprobat Cor-
neus in. l. 3. C. de iure delib. nume. 11. Neq;
omittendum eſt illum tex. d. §. idem Iulia-
nus. minimè communem ſententiam tue
ri, niſi retenta altera communi opinione,
quæ habet, quòd tabulæ pupillares confir
mantur ſuitate filij impuberis, quaſi te-
ſtam. paternum filij impuberis ſuitate, cui
pupillaris facta fuit, confirmetur. Quod
non ſatis certum eſt. Quia ſi ex teſtamēto
paterno non adeatur hæreditas, vt reliqua
in eo teſtamento cōtenta infirmantur. vt
in prin. Inſt. de hære. abi. l. ſi nemo. ff. de re
gul. iur. l. ſi nemo. ff. de teſt. tut. ita quo
q; infirmatur teſtam pupillare. l. 2. §. adeò.
ff. de vulg. l. quæſitum. in fi. ff. de acq. hær.
l. ꝗ plures liberos. §. fi. ff. de vulg. quia pars
teſtamenti paterni videtur eſſe teſtamen.
pupillare. vt dictis iuribus. & l. 2. §. prius
ff. de vulgar. & Inſtitu. de pupill. §. liberis.
Vnde fideicommiſſarius vniu. honoratus
in teſtamento pupillari, poteſt compelle-
re adire hæredes, nō ſolùm qui ſcripti fue-
runt in teſtamēto pupillari, ſed etiam ſcri-
ptos in teſtamento paterno, vt adeant pa-
tris hæreditatem, ſicq; firmetur teſtam. pa
ternum, vt ſic, & teſtam. pupillare firmari
poſsit aditione pupillaris ſubſtituti. d. §. idē
Iulianus. l. ita tamē. §. à patre. ff. ad Trebel.
d. l. qui plures liberos. §. fi. l. 2. §. interdum.
ff. de vulg. Quæ quatuor iura cùm ſimpli
citer loquantur, debent intelligi, ſiue ille
impubes, cui pupillaris facta fuit, eſſet à pa
tre inſtitutus, ſiue etiā eſſet exhæredatus.
Vnde ſi eo caſu, quo impubes ſit inſtitu-
tus, ſiue ex aſſe, ſiue ex parte ſola ſuitas
ipſius impuberis non ſufficit ad confirmā
dum



dum teſtam. paternum, nec etiam ad con
firmandum teſtamen. pupillare (vt planè
oſtendunt illa quatuor iura, & etiam. d. §.
adeò. & d. §. liberis. & d. l. quæſitum. ſicq;
ſunt ſeptem iura) ſupereſt verum nō eſſe,
quòd ſola ſuitas non adita hæreditate ex
teſtamento paterno cōfirmet tabulas pu-
pillares, non magis, quàm ſufficeret ad cō
firmationem legatorum & fideicommiſ-
ſorum relictorum in teſtamēto paterno.
Et ad. l. filius qui ſe paterna. & l. ſi pupil-
lus. & l. quæſitum. in prin. ff. de acq. hær.
in qua fundantur qui tenent, quòd ſola
ſuitas firmat tabulas pupillares, reſp. quòd
ibi principaliter agebatur, an qui vellet
amplecti pupillarem repudiata paterna te
neretur creditoribus paternis, quod abne
gatur, quaſi liceat pupillarem amplecti re
pudiata paterna. Intelligitur tamē pro cō-
ſtanti, paternam fuiſſe alterius cohæredis
aditione (præter ipſum ſubſtitutum pu-
pillarem, qui à paterna abſtinuerat) cōfir-
matam, paternumq; teſtam. fuiſſe confir-
matum. Aliud enim eſt quærere, an hęres
ſcriptus in teſtamēto tam paterno quàm
pupillari poſsit amplecti hæreditatem pu
pillarem repudiata paterna ſine metu cre
ditorum paternorum. idq; conceditur, dū
modo paternum teſtam. eſſet aditione al-
terius cohæredis confirmatum. ita proce-
dit. d. l. quæſitum. d. l. filius qui ſe paterna.
d. l. ſi pupillus. Aliudq; eſt quærere, an li-
ceat pupillarem hæreditatem amplecti re
pudiata paterna quo ad hoc, vt teſtam. pu
pillare valeat. idq; abnegatur in. d. §. adeò.
cum ſeptem iuribus ſuprà allegatis. niſi al
terius cohæredis aditione paternum te-
ſtam. eſſet confirmatum. Et is eſt verus ſen
ſus. d. §. idem Iulianus. licèt in horum ple-
riſq; in contrarium habeat ſe communis
opi. & tam ſecundùm hunc intellectum,
quàm ſuperiorem. d. §. idem Iulianus. nō
probat datione cohæredis ſublatam vide-
86 ri ſuitatem.

*Contra cō munē arg.*

Vnde nos facimus hanc concluſionē,
quòd regulariter ſuitas datione cohęredis
extranei non tollitur. Pro quo allegatur
tex. expreſſus in. l. 3. C. de iure delib. Secun
dò allegatur. l. cùm hæreditate. ff. de acq.
hær. Tertiò allegatur. l. 2. in fi. ff. de vſu-
cap. pro hęr. Quartò allegatur. l. pro hæ
rede. §. Papinianus. ff. de acq. hær. Quin-
tò allegatur. l. filio quem pater. & l. nam
nec emancipatus. ff. de lega. 1. Sextò alle-
gatur. l. ſi filus qui patri. ff. de vulg. Septi-
mò allegatur. l. eius qui in prouincia. ff. ſi
cert. pet. Octauò allegatur. l. ex parte. ff.
de acq. hær. Nonò allegatur. l. ei qui ſol-
uendo non eſt euenit. ff. de hær. inſt. De
cimò allegatur. l. pater. ff. de priuilegi. cre-
ditorum. Vndecimò facit. l. fi. C. de inſt.
& ſubſt. Quæ iura inducit Alexander nu.
20. in. l. ſi filius qui patri. ff. de vulg. Duo-
decimò facit pro nobis. l. Papinianus. §. ſi
ex cauſa. ibi, ſuus. ff. de inofficioſo teſta-
mento. vbi etiam expreſſa exhæredatio
non ſufficit ad tollendam filij ſuitatem, li-
cèt aditione hæredis eſſet confirmata, vn-
de reſciſſo poſtea teſtamēto, filius ſuus hæ
res eſſe incipit. Decimotertiò per. l. filiū.
§. ſed cùm exhæredatio. ff. de contra tab.
eod. modo inducendo. Decimoquartò,
quia ius patriæ poteſtatis & ſuitatis tolli-
tur per modos, de quibus in titulo Inſti-
tut. quib. mod. ius patriæ poteſt. ſoluitur.
inter quos modos non enumeratur datio
cohæredis extranei. ergo. &c. Decimo-
quintò, quia etiam ſi filius ſub conditione
poteſtatiua eſſet inſtitutus, adhuc ſuitas
nō videretur ſublata. l. conditionibus pu-
pillus. ibi, iure poteſtatis. vbi not. per Soci.
colum. penul. & antep. ff. de condi. & de-
monſt. ergo longè minus per dationem
cohęredis. Nam longè magis euidenter
videtur paterfa. dediſſe filio facultatem
abſtinendi per appoſitionem talis condi-
tionis, quàm per dationem cohæredis.
Decimoſextò, quia emancipatio, per quā
ſuitas, & patria poteſtas ſoluitur, non po-
teſt fieri per patrem inuito filio. glo. com
muniter app. in. l. filijs matrem. C. de inof
ficioſo teſtamento. Bart. & Iaſ. num. 14. in


l. qui-

l.quidam cùm filium.ff.de verbo.obliga. ergo ſimiliter pater ſuitatem filio tollere non poterit per dationem cohæredis, quã facit filio ignaro,vel inuito. Decimoſeptimò facit.l. vn.C.qui ante apert. tab. Decimooctauò facit. l. fi. ff. de condi. inſtit. Decimononò facit.l.iã dubitari.ff.de hęr. inſt. Viceſimò facit.l.ſi ſolus.in prin.ff.de acq.hær.in quibus probatur,quòd per dationem cohæredis,vel ſubſtituti nũquàm videtur data facultas abſtinendi, ſicque nunquàm videtur pater tollere voluiſſe ſuitatem. Poſtremò hæc pars probata eſt eo ipſo, quòd efficaciter non probatur contrarium per.§.ſui.Inſti.de hær.quali.§. ſui. Inſti.de hær.ab.l.neceſſarijs.ff.de acq. hær.l.Cornelius.l.iam dubitari.ff.de hær. inſt.l.verba.ff.de cond.inſt.l.fi. eod. Itaq; noſtra op. noſtraq; fundamenta eò tẽdũt, vt neq; paterf.per dationem cohæredis videatur velle tollere ſuitatem, nec etiam ſi vellet, poſſet. Et communis ſententia à mente iureconſultorum tantum diſtare nobis videtur,quantum diſtat lucis occaſusq; ſolis ab ortu. In ſumma pro nobis tex.expreſſus in.l.non iuſtam. C. ad Trebel. Viceſimotertiò facit.l.fi.C.fam. hęr. vbi fuit cohęres extraneus,& tamen inter ſuos illos hæredes adhuc viget ſuitas, firmumq; manet teſtamẽ.illud imperfectũ, quod eo tempore non valebat,niſi tãtùm inter ſuos hæredes, licèt poſtea id beneficium ampliatum fuerit per.l. hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſtam. Viceſimoquartò per.l. ſi iure. ff. de lega.3.§. poſteriore.Inſt.qb.mod.teſt.infir.vbi ſub hac demum conditione videor à priore diſpoſitione receſsiſſe, ſi poſterior locum habeat,quaſi prior diſpoſitio nulla ex parte per poſteriorem infirmetur, donec locum fieri poſteriori certum ſit.

87 Deniq; ſunt plures caſus,in quibus oẽs admittunt ſuitatem non tolli datione cohæredis extranei. Primus eſt quo ad tranſmiſsionem,quæ per dationem cohæredis extranei non tollitur,vt tradunt communiter doct. præſertim Bal. Sali.Fulg.Paul. Areti. Corn.& Iaſ.in.l.3.per text.ibi. C. de iure delib.Guiliel.Bened.in.c. Rainuti.de teſtam.in verbo,mortuo itaq; teſtatore.2. num.209.ad idem eſt tex.in.l.2.§.ibidem. ff.de coll.bo.facit.l.Lucius. ſecundùm intell.Ange.ibi.ff.de vulga.tradit Bar.in.l.ſi filius qui patri.eod.titu.Alex.ibi col.10.in prin.num.20. verſi. hanc tamen op.& eſt communis ſententia,vt firmant Corn. & Iaſ.in.l.fi.C.de repud.hær. vterq; in.2.col. licèt contrarium nouiſsimè teneat Mainerius in.l.nemo poteſt mutare.nu.113. cum ſeq.ff.de reg.iur.Sed prior op.verior eſt,& receptior plura ſuprà alleg. & eſt indubitata ſententia,retẽta noſtra opinione, qui contendimus, datione cohæredis nunq̃ tolli ſuitatem.

*Suitas datione cohæredis nõ tollitur quoad trãſm. cum communi.*

88 Secundus caſus eſt in datione cohæredis ſui,quæ non tollit ſuitatem.Iſta eſt cõmunis opi. quam tenent plerique eorum, quos retulimus tenere communem ſententiam exiſtimantium datione cohæredis extranei tolli ſuitatem.tradit Alexã.in d.l.ſi filius qui patri.col.11.num. 20. verſi. ſecunda principalis.vbi Iaſ.nu.3. per text. ibi.vbi Bar.col.3.quem omnes ibi ſequuntur.aſsignat rationem Guiliel. Bened. vbi ſuprà.num.210. *Caſus.2.*

89 Tertius caſus eſt,quãdo filius vltra cohæredem extraneum habuit etiam ſubſtitutum fideicom.Ita reſoluunt ex communi ſententia Alex.vbi ſuprà.verſ.Tertiò limita.& Guiliel.Benedict.vbi ſuprà num. 210.Bal.in.l.non iuſtam.per text.ibi.C. ad Trebel.tex.in.l.ita tamẽ.§.ſi pater. ff. eod. tit.tenet Bal.in.l.in ſuis.ff.de lib.& poſt.Facit,quòd per dationem ſubſtituti vulgaris non tollitur ſuitas, ſi adſit præterea ſubſtitutus fideicom.ſecundùm Bal.in.d.l.non iuſtam.Iaſ.in.d.l.ſi filius hæres.num.55.Soci.in.l.1.de vulga.nu.47.Guiliel.in.d. verbo,mortuo itaq;.el.2.num.197.licèt Alex. vbi ſuprà.contrarium velit,cuius op.indubitanter vera non eſt ſecundùm noſtram ſententiam, qui defendimus datione cohæredis *Caſus.3.*

hæredis



redis extranei etiam regulariter non tolli ſuitatem.

90 Quartus caſus, quando cohæres extraneus in re tantùm certa datus eſſet, tunc enim non tollitur ſuitas, cùm ille loco legatarij habeatur.l.quoties.C.de hær. inſt. Ita tenet Ange.multùm eleganter in.l. ex facto.in magna.ff.de hære. inſti. ſequitur Alexan.in.d.l. ſi filius qui patri.col. 11. nu. 20.verſ.Quartò principaliter. licèt variare videatur. tenet Guiliel. vbi ſuprà. nu.210. verſi.Quartò limi.Bald.in repe.l.in ſuis.in 7.quæſtione.ff.de lib.& poſt.Quod & receptius videtur,& indubitatum eſt,retenta noſtra opinione,qui defendimus datione cohæredis extranei etiam regulariter non tolli ſuitatem. *Caſus.4.*

91 Quintus caſus, quando filius emancipatus datus eſſet cohæres, quia tunc non tollitur ſuitas,cùm ex neceſsitate eum teneatur pater legitima donare. Ita tenent Ange.Imol.Alexan.qui hanc firmat communem ſententiam in dict. l. ſi filius qui patri.col.11. verſ. inquantum verò.Benedictus vbi ſuprà.num.210.verſ.& ſic ex hoc poſſet is.licèt contrarium & malè tenuerit Sali.in.l.quidam elogio.C.de iure delibe. & cogitandum reliquerit Bart.in.d.l. ſi filius qui patri.Sed communis opi.indubitata eſt,retẽta noſtra opinione, qui defendimus ſuitatem non tolli etiam regulariter datione cohęredis extranei.Et nobiſcũ in ſpecie dicit eſſe communem ſentẽtiam Alexan.vbi ſuprà. *Caſus.5.*

92 Sextus caſus ſecundùm Guiliel. vbi ſuprà in filia, vel in nepote ex filio præmortuo,cùm & his hodie debeatur legitima titu.inſtitutionis, ſecundùm communem ſententiam.vt in.§. aliud quoq;.in authẽ. vt cùm de appel.cog.licèt olim aliud eſſet vt in.l.fi.C.de lib.præt. *Caſus.6.*

93 Septimus caſus,quando cohæres extraneus poſt mortem patris repudiauit hæreditatem, quia tunc non tollitur ſuitas, ſecũdùm Bal.in.l.3.C.de iure delibe. Quod dictũ ſequitur & pulchrũ appellat Alexã. in. d.l.ſi filius qui patri.col.12.verſ. Quinta principalis.Paul.in.l.cùm hęreditate.ff. de acq.hær.Bal.in repe.d.l.in ſuis. idem in l.ex duobus.§.fi.ff.de vulg. Guiliel. in.d.§. mortuo itaq;.2.num.210.verſi.6. limit. licèt re vera in contrarium inclinent tam Alexan. quàm Guiliel. vbi ſuprà. & Bald. ſibi contrarius in.l. quidam elogio. C. de iure delib.& Cuman.in.d.l.ſi filius qui patri. per. l. ſed & ſi plures. §. filio. in fi. ff.de vulg. Quorum ſententia verior eſſet retẽta communi opinione exiſtimãtium tolli ſuitatem datione cohæredis, nam ſi ſemel ſublata eſſet,ſuſcitari nõ poſſet.l. qui res.§.aream.ff.de ſolutio. l. inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verbo.oblig. Sed cùm etiam regulariter nos teneamus datione cohæredis non tolli ſuitatem, ſupereſt, vt iſto caſu longè faciliùs conſeruetur. Qua de re vi. etiam Iaſ. in. d. l. ſi filius hæres.ff. de lib.& poſth.num.59. *Caſus.7.*

94 Octauus caſus, quando datio cohæredis rupta fuiſſet per contra tab.Ita Bald.in d.l. ex duobus. in fi. quod dicit eſſe egregium.ſequitur Ange.in.l.etiam ſi contra. ff.de vulgar. Paul. in.d.l.cum hæreditate. idem in ſimili notat Bal. in.l. ſi mater. §.1. ff.de vulga.Soci.in.l.1.n.41.eod.tit. Iaſ.nume.58.in.l.ſi filius hęres.ff.de lib.&poſth. Guiliel.in.d.verbo,mortuo itaq;.el.2.nu. 201.& iterum num.210. circa fi.licèt contrariũ & malè teneat Imol. in.d.l. ex duobus. Cuius op. indubitanter vera non eſt ſecundùm nos, qui defendimus ſuitatem nunquàm tolli datione cohæredis. *Caſus.8.*

95 Nonus caſus,quando datio cohæredis viuo teſtatore fieret caduca. vt in ſimili notant Iaſ.num.58.in.l.ſi filius hęres.ff.de lib.&poſt.Soci.num.47.in.l.1.ff. de vulg. Guiliel.n.201.i.d.verbo,mortuo itaq;.el.2. *Caſus.9.*

96 Decimus caſus, quando cohæres tempore teſtamenti erat extraneus, ſed tempore mortis teſtatoris erat ſuus, nam & tunc ſuitas non tolleretur ſecundùm nos, qui tenemus nunquàm tolli datione cohæredis. Licèt hunc caſum indeciſum relique *Caſus.10.*

lique

reliquerint Alex.in. d.l. ſi filius qui patri.
num.20.circa fi.& Guiliel.vbi ſuprà num.
210.in fi.& Bal.in.d.l.in ſuis.circa finem.

97 Vndecimus caſus,quando teſtator ex-
*Caſus.11.* preſsim diſpoſuit, ne per dationem cohæ-
redis extranei ſuitas tolleretur, tunc enim
non tollitur.Ita Bal.in.c. Cumana.de ele-
ctione. Iaſ.in.l. in pupillari. ff.de vulg. &
eſt cōis op.quam & ſequitur idem Iaſ.in.l.
ſi filius hæres.nu.fi.ff.de lib.& poſt. Guili.
Bened.in.c. Rainutius.de teſtamen. verb.
mortuo itaq; teſtatore.2. nu. 210.in fi.col.
fi.per.l.in conditionibus primum locū. ff.
de cond.& dem.

98 Duodecimus eadem ratione idem dicē
*Caſus.12.* dum,etiā ſi id non colligeretur ex expreſ-
ſa teſtatoris diſpoſitione, ſed tantùm ex ta
cita. Nam tacita voluntas teſtatoris,quæ
ex coniecturis colligitur,quo ad ſui obſer
uationem expreſſę volūtati æquiparatur.
l.licèt Imperator.cum ibi plenè notatis.ff.
de lega.1.

99 Decimustertius caſus eſt, cùm agitur
*Suitas non tollitur datione cohæredis quo ad beneſi.l. fi.C.de rep. hær.cū cōmuni cōtra alteram cōmunem.*
de reuocando beneficio abſtenſionis, tūc
enim non videtur ſublata ſuitas per datio
nem cohæredis extranei:ideò ſi filius inſti-
tutus habens cohæredem extraneum ab
ſtinuit, poterit infra triennium reuoca-
re ſuam abſtenſionem, non ſecùs,quàm
ſi cohæredem extraneum non habuiſſet.
Ita tenet Guiliel. Bened. in cap. Rainu-
tius.ſuprà all.verb.mortuo itaq;.2.nu.210.
in pr.Ang.Corn.& Iaſ.in.l.fi.C. de repud.
hær. vbi Iaſ.col.2.in prin. firmat hanc eſſe
communem ſententiam per.l.3. C.de iure
delib.Licèt contrariam partē teneat & fir-
met cōmuniter teneri Mainerius in.l. ne-
mo poteſt mutare.num.114. ff.de reg.iur.

100 Sed ſuperior ſentētia longè verior eſt per
*Caſus.13.* d.l.3. vbi Corn.Iaſ. Areti. Paul. Ful. Bal.&
alij firmant quo ad ea, quæ pendent ex te-
ſtamento datione cohæredis nūquàm tol
li ſuitatem. ergo. &c. Id quod indubita-
tum eſt, retenta noſtra ſententia, qui tue-
mur datione cohęredis nūquàm tolli ſui-
tatem.

101 Decimuſquartus caſus ſecundùm nos
*Accreſcit cohæredi inuito etiam præcisè portio hæreditatis repudiata.cōtra cōmunem tres conclu.*
eſt,quo ad ius accreſcendi. Nam licèt por-
tio hæreditatis repudiata accreſcat cohęre
di inuito,qui ſuam portionem adiuerat.§.
his ita.C.de cad.toll.l.ſi duo.l.1.&.2.l. ſi tu
ex parte. ff.de acq. hær.l. quidā elogio.C.
de iure delib. tñ ſi filius cum extraneo fuit
hæres ſcriptus,isq; extraneus adiuit, dein-
de filius ille abſtinuit,portio illa cohæredi
extraneo nō accreſcit inuito, ſed demū vo

102 lēti.Ratio(& hoc eſt quod perpendimus) *Caſus. 14.*
quia iure ſuitatis(quæ per dationem cohæ
redis hoc caſu ſublata non fuit) ea portio
ſtatim poſt mortem patris fuit filio quæſi
ta.§.ſui.Inſt.de hær.qua.§.ſui. Inſt. de hær.
ab.l.neceſſarijs.ff.de acq.hær. In portione
autem ſemel quæſita ceſſat regulariter ius
accreſcendi.l.1.§. interdū.ff. de vſufr.accr.
Vnde ea portio ſemel filio iure ſuitatis quę
ſita,non potuit cohæredi, præſertim inui-
to,accreſcere, cōtra regulam.d.§. interdū.
nec beneficium prætoris,qui liberis conce
dit ab hæreditate parentum abſtinere, de-
buit conuerti in perniciem illius cohære-
dis extranei nolentis, ꝙ ſibi accreſcat por-
tio iure ſingulari ab illo filio omiſſa, cùm
ei eſſet priùs acquiſita.argu.l.nec auus. C.
de emā.lib.Ergo iſto caſu cōſtat per datio
nē cohęredis extranei non tolli ſuitatē.Nā
ſi ſublata eſſet ea portio, etiam mero iure
filio quæſita nō eſſet, ſicq; poſtea repudia
ta iure cōmuni accreſceret cohæredi etiā
inuito per generalitatē legum ſuprà alle-
gatarum. &.l.teſtamento.C.de impub.&
l.q plures.ff.de vulg.l.vnica. C.quādo nō
petentiū partes.l.ſi ex pluribus.ff.de legit.
hær.§.fi.Inſti.de ſenatuſconſul. orficiano.
l.ſi ex parte.ff. de acq. hær.l.1. &.2. &.l. ſi
duo.&.l.ſi ſolus.in prin.&.§.1.&.l.ſi hæres
inſtitutus.eod.tit.§. videamus. &.§. ſi plu-
res.&.§.hæreditas.cū ſeq.Inſti.de hær.inſt.
l.item quod Sabinus.§.1. cum ſeq. l.1.§.ſi
ex fundo.&.l.ſi alterius.&.l.ſi quis ita hæ-
redes.ff.de hær. inſt.l. qui ex duabus.in fi.
&.l.ſi ego.ff.de acq.hær.l.ſi te ſolum.ff.de
hęr. inſti.l.ex ſemiſſe. &.l. qui patri.ff.de
acq.



acq.hær.l.antepe.ff.ad Trebel.l. recuſare.
§.Titius.eod.tit.l.2.§. ſi duo.ff. de ſecundū
tab.l.pe.ff.de iniuſt.rup.§.his ita.C.de cad.
toll. l. liber homo. §. fin. ff. de hær. inſtit.
l.ſi libertus ꝑterito.ff. de bo.liber.l.quidā
elogio. C. de iure delib.l. ſi duobus. C.de
teſta.milit.l.cùm hæres.§.fi.de acq.hær. ff.
cum mille ſimilibus. Neq; ad rem perti-
net,ꝙ contra generalitatem iſtarū omniū
legum cum mille ſimilibus docto.cōmu-
niter reſpondere ſolent,quòd portio hære
ditatis cohęredi non inuito præcisè accre-
ſcit,ſed tātū cauſatiuè,ſcilicet ſi velit portio
nem ſuam retinere.&ita aiunt debere limi
tari,& rectiùs dicerent,truncari,vel dilace
rari omnes leges ſuprà alleg. & alias innu-
meras,quod quàm abſurdum ſit,quàmq;
contra generalitatem dictarū legum nul-
lus modò ſanus abnegauerit. Ita tamen te
nent in ſpecie Bar.Paul. Areti. Alex.Iaſ.&
alij in.l.ſi teſtamēto. C.de impub.per tex.
ibi, quē Accurſi.ibid.ita etiā intellexit. idē
tenent glo.Bar.Ange.Imol.Paul.& Areti.
col.fin.in.l.cū hæreditate.ff.de acqui.hær.
Bar.in.l. quidam elogio.col.2.ad fin.C.de
iure delib.idē in.l.fi.col.1.in prin.ff.de acq.
hær. Deci.in.d.l.ſi teſtamēto.n.4.Bar.in.l.
re cōiuncti.nu.51.vbi Ripa.n.185.ff.de leg.
3.Iaſ.in d.l.quidā elogio.n.4.Coraſ.in.d.l.
ſi teſtamēto.nu.13.vbi Fulgo. col.3.in.fin.

103 Mouentur omnes per.l.cū hæredita-
*De ead.re.* te.ſuprà alle.ex qua deducunt hanc cōclu
ſionem,quòd in hæreditatibus ſuam por-
tionem adeunti cohæredis portio poſteà
repudiata non accreſcit inuito: quia ſi por
tionem ſuam velit omittere, repudiatam
portionem à cohærede ſuo capere nō co-
gitur.d.l.cum hæreditate.de acq.hær. Fal-
lit,quando hæredes erant inuicem ſubſti-
tuti,nam tunc etiam ſi velit ſuam omitte-
re, adhuc repudiatam capere cogitur.d.l.
teſtamento.Vtrunq; puto falſum,tam re-
gula,quàm fallentia.Regula,quòd nō ac-
creſcat inuito,ſi ſuam portionem repudia
re velit,eſt cōtra generalitatem.§. his ita.C.
de cad.toll.&.l.qui duabus.§.fi.&.l.ſi duo.
de acq.hær.l.ſi tu ex parte. eod. cum ſimi.
ſuprà all.&.l.ſi quis hæres.eod.tit.Item fal
lentia eſt contra generalitatem.d.l. cū hæ-
reditate.& vtraq; regula eſt contra ratio-
nem.Nam ſubſtitutio ſuapte natura eſt vo
luntaria.l.nec emere. C.de iure delib. ius
autem accreſcendi eſt volūtarium ſuapte
natura.d.§.his ita.cum ſimi. vnde ſi cōiun
gantur, potiùs eſſet dicēdum,quòd rigor,
& neceſsitas iuris accreſcendi leniretur, &
temperaretur,quàm quòd augeatur. Vn-
de.d.§.his ita.cum ſimi.intelligo prout ia-
cet, quòd etiam ſi portionē quam adiui,
velim repudiare, nihilominus accreſcen-
tem agnoſcere compellar. Quod quidem
comprobatur. Quia contra regulas eſt, vt
qui ſemel adiuit, poſsit repudiare.l. ſicut
maior.C.de repu.hær.& qui per quaſi con
tractū aditionis obligatus eſt (vt.§. hæres
quoq;.de oblig.quę quaſi ex cōtract.) poſ
ſit ſe inuito creditore liberare ab illa obli-
gatione cōtra.l.ſicut ab initio.C. de actio.
& obli. & contra regulā, quę habet,vt ius
mihi quæſitum ſine facto meo auferri mi
hi nequeat.l.id quod noſtrum.de reg.iur.
Vnde ne iſta regula inducatur contra tot
iura,& rationes,ego intelligo.d.l. cum hæ
reditate.prout iacet,quando filius ſuus hæ
res abſtinuit.Ratio autem erit,quia portio
illa, quam ſuus omittit,beneficio prætoris
ſibi ſemel fuit ipſo iure quæſita.l.ſi quis fi-
lium.§.1.de acqui.hær.l.ſi poſt mortem.in
prin.l.quæſitum.§.præſente.l. filio pater.l.
nam nec emancipatus.de leg.1.l.fin. C. de
repu. hær. l.ſi optio. de opt.leg.l. neceſſa-
rijs.ff.de acqui.hær.§.ſui.Inſti.de hęr.qual.
& diff.l.fin.de cond.inſti. in quibus appa-
ret,quòd filius ſtatim poſt mortem paren
tis portionem illam quęſiuit.Cōfirmatur,
quia aliàs abſtinere nō poſſet.l. decem.de
verb.ob.l.eius qui.ſi cert.pet.§.ſeruus.Inſt.
de capit.dimi.ſed portio ſemel alteri quęſi
ta nūquàm mihi accreſcit inuito,imò nec
etiā volenti.l.aquā.ff. quemad. ſer.amit.l.
1.§. interdum. de vſufru. accreſ. ergo por-
tio,quam filius per abſtenſionem abiecit,
cohæ-

cohæredi inuito accreſcere non debet. Cōfirmatur, quia beneficium prętoris nunquàm alteri debet eſſe nociuū. l. cū auus. de emancip. lib. C. l. quoties. C. de precib. Imper. off. vnde cùm abſtenſio fiat beneficio prætoris. d. l. neceſſarijs. d. §. ſui. ergo. &c. Item quatenus limitatur. d. l. cum hæreditate. vt ſi cohæres filij & coniūctus, & ſubſtitutus eſſet filio, tunc ei inuito portio per abſt. omiſſa accreſceret, ſimiliter eſt falſum, quia per hoc contra regulas portio ſemel alteri quæſita inuito accreſceret. Itē beneficium prætoris alteri noceret, vnde etiam ſi eſſet & coniunctus, & ſubſtitutus idem erit, maximè cùm vtrobiq; ſit ead. ratio. ergo. &c. l. illud. ad. l. Aquil. nam rationem differentię nullus aſsignat in dict. l. teſtamento. præter Paul. & quam ipſe aſsignat, eſt minus vera.

104 Et ex his infertur verum non eſſe quod communiter eorū, quos ſuprà retulimus, pleriq; firmant, vt ſi ex duobus hæredibus ſuis & neceſſarijs alter ſe hæreditati immiſceat, alter verò vſus beneficio prætoris abſtineat, tunc inquiunt abſtinentis portionem cohæredi ſuo etiam inuito præcisè accreſcere, quaſi licèt velit portionem ſuam omittere, nequeat. Mouentur, quia cùm per dationem cohæredis ſui non tollatur ſuitas. l. ſi filius ꝗ patri. vbi omnes. ff. vulg. & dixi ſuprà. euenit, vt portio illa repudiata, quę antea mero iure quęſita fuerat, huic cohæredi ſuo, ſi quidem & coniunctus ſit (nam in his terminis loquimur) inuito accedat, nec ab ea ſe poſsit liberare, licèt ſuā omittere paratus ſit. per. l. ſi. teſtamēto. C. de impub. Sed ſanè verius eſt, huic cohæredi dari electionem, vtrùm accreſcentem accipere velit, an verò vtrāq; omittere. per d. l. cum hęreditate. Simile in. l. ſi minor. ff. de acq. hær. Ratio eſt, ne beneficium prætoris damnoſum eſſe incipiat huic cohæredi, cōtra. d. l. nec auus. Et. d. l. teſtamento. C. de impuberum. procedit, quādo qui repudiauit, nō erat ſuus, ſicq; hæreditatis portio ipſo iure & quæſita nō fuerat, & ſic repudiauit iure communi, nō beneficio prætoris, in cuius terminis ſimiliter oēs leges ſuprà allegatę loquūtur, quæ portionē repudiatā cohęredi inuito accreſcere diſponūt. Ita Deci. nu. 4. in. d. l. teſtamēto. Areti. in. d. l. cum hæreditate. col. fi. Iaſ. in. d. l. quidā elogio. nu. 4. Fulgo. col. 3. in. fi. & Cora. nu. 13. in. d. l. teſtamēto. Politus in. d. l. re cōiūcti. nu. 62. vbi etiam Crottus nu. 90. qui. dict. l. cū hæreditate. intelligunt prout & nos interpretati ſumus. Vnde is intellectus videtur communis nouiſsimorū, licèt omnes veteres indifferenter aliter intellexerint illum tex.

*De ead. re.*

105 Stat ergo ex ſuperioribus ſuitatem non tolli datione cohæredis extranei. Vnde in primis deducitur. Scis enim quòd pater & filius vna perſona reputentur. l. fi. C. de impub. vnde inferuntur plura, de quibus per doct. ibi. ſed cogita, an is non tam ſuitatis, q̃ filiationis priuilegium ſit, vnde vtriuſq; vox vna cenſetur. §. ei verò. Inſti. de inut. ſtip. & vna eademq́; caro cēſentur. l. cùm ſcimus. §. fi. de agri. & cenſ. lib. 10. cap. cōtra dicimus. §. 1. 35. quæſtione. 3. Quæ conueniūt patri, cōueniunt etiā filio. gl. iūcto tex. in. l. ſi operarū. ff. de bo. libe. Quę omnia intellige in eo, ꝗ erat in poteſtate, ſecùs ſi emācipatus. gl. l. ſi mater. §. ſi quis hominē. ff. de excep. rei. iud. vi. latiſsi. per Iaſ. num. 13. vſq; ad num. 25. in dict. l. in ſuis. per Coraſ. in. d. l. fi. num. 7. Cùm ergo iſthæc omnia procedant in filiof. nō etiam in emancipato, vel aliàs à patris poteſtate & ſuitate liberato; eueniet, vt per dationem cohæredis extranei hæc omnia ceſſent in filiof. cui datus fuit cohæres extraneus, ſecundùm communem opinio. volentem tunc ſublatam videri ſuitatem. Sed ſecundùm nos, qui contrarium defendimus, in tali filio hæc omnia locum habebunt nō ſecùs, quàm ſi cohæredē extraneū nō habuiſſet.

*Illatio. 1. cōtra mētem communis op.*

Sed quod gloſ. l. 2. C. qui ætate ſe excu. lib. 10. ait, ſcilicet, quòd ſtimum patris & filij eſt vnū & idē, licèt iure veteri cùm erat in poteſtate patris verū eſſe poſſet, tamē hodie





die ſecùs. vt. l. cùm oportet. de bo. quæ lib. C. §. 1. cum ſequē. Inſtit. per quas perſ. nob. acq. & pro nobis expreſſum in. l. cùm facultatis. C. qui numero liberorum. lib. 10. licèt gloſ. ſequantur, & dicant ſing. Iaſ. in d. l. in ſuis. nume. 15. Coraſ. in dict. l. fi. nu. 9. & illa gloſ. eſt communiter app. ſecūdùm Iaſ. in. l. ſciēdum. num. 25. ff. qui ſatiſ. cog. Adde quòd nobiſcum ſentit gloſ. d. l. 2. Adde etiam, quòd pater & filius reputentur vna tantùm perſona, id intelligitur in filio in poteſtate, non in emancipato ſecundùm Iaſ. in dict. l. in ſuis. colū. 1. vt iam dixi. cuius contrarium tenet Salicetus in l. fina. de impub. C. vbi Corneus, Decius, Curtius iunior. num. 9. & iterum col. fin. Decius conſilio. 320. colum. fin. vbi hanc opinio, dicit communem quòd procedat etiam in emancipato, intellige quo ad terminos. d. l. fi. ſecundùm communem. vt per Alex. ibi. col. penul. in fi. etiam attēto iure nouo, quo iure filius ſibi acquirit. Sed hæc communis non contradicit nobis, quia fateor, quòd in terminis illius. l. poſſunt vna perſona etiam hodie videri, non ſic in terminis noſtris quo ad effectū, de quo proximè mentionem habuimus. Quod enim pater & filius etiā emancipatus vna eademq́; perſona reputentur quo ad effectum, de quo in. d. l. fi. C. de impub. id communiter receptum eſt. Verùm ꝙ vna perſona reputentur quo ad hunc effectū, vt vtriuſq; domus, & ſtimū, ſeu patrimonium vnum idemq́ue intelligatur, id nobis non probatur.

106 Deinde ex noſtra opinione infertur. Scis quòd filius etiam viuo patre cenſetur dominus paternorum bonorum. d. l. in ſuis. & l. licet. §. paternos. ff. de verbo. ſign. vnde plures effectus reſultant. vt per Iaſ. in dict. l. in ſuis. num. 13. cum. 11. ſeq. per Coraſ. in. l. fi. num. 7. cum pluri. ſequent. C. de impub. Sed an id dominium ſit verum, nécne, vi. Paul. in. l. cùm hæredes. in prin. ff. de acquirenda poſſeſsione. & vi. l. 1. §. domini. ff. ad Sillanian. vi. Acoſtam in dict. §. & quid ſi tantùm. pag. 176. in. l. gallus. ff. de lib. & poſthu. Verùm licèt filius qui ſuus eſſe deſinit, non poſsit videri dominus paternorum bonorum viuo patre ſecundùm omnes, tamen per dationem cohæredis extranei non deſinet etiam viuo patre videri dominus paternorum bonorum, quia per hoc ſecundùm nos non videtur ſuus eſſe deſinere. Licèt contrarium reſpōderent, qui communem ſententiam tuentur.

*Illatio. 2. cōtra mentem communis op.*

107 Præterea etiam ex noſtra opinione infertur. Scis, quòd filius etiam viuo patre dicitur habere poſſeſsionem rerum paternarum. dict. l. in ſuis. ibi, itaq; poſt mortem patris non hæreditatem percipere videntur, ſed magis liberam bonorum adminiſtrationem. ergo ſi nil eis defuerat præter liberam bonorum admi. ſequitur, quòd habebant non ſolùm dominium, ſed etiā poſſeſsionem. Confirma. quia hac ratione etiam poſt mortem nequeunt pro hærede vſucapere. Sed reſp. ꝙ vſucapio in ſuis titulo pro hærede non ex defectu poſſeſsionis, ſed tituli impeditur: nam & ſi apprehendiſſent poſſeſsionem bonorum, adhuc non vſucaperent, non magis, quàm parentes ſui, non enim noua dominij, poſſeſsioniſue acquiſitio contingit, ſed magis vetus continuatur. Et pro nobis expreſſum in. l. 2. §. filium. ff. pro hær. ibi, quia exiſtimabat naturalem poſſeſsionem penes eum fuiſſe viuo patre. ita tenet expreſsim gloſ. in dict. l. in ſuis. in verbo. quodammodo. & gloſ. in. §. ſui. Inſti. de hær. qual. in verbo, exiſtimantur. licèt aliter ſentiat gloſ. in. l. cùm miles. ff. quibus ex cauſis mai. & gloſ. in. l. cùm hæredes. in princip. ff. de acquirenda poſſeſsione. & licèt in contrarium ſe habet communis opinio, ſecundùm Alexand. in dict. l. in ſuis. numer. 8. & Iaſ. numer. 29. poſt Bart. ibid. nu. 5. & in. l. cùm hæredes. in pr. ff. de acquirenda poſſeſsione. Verùm per dationem cohæredis extranei licèt filius indubitāter poſt mortē patris non videretur

*Illatio. 3. cōtra mētem communis op.*

habere poſſeſsionem bonorum paterno-
rum ſine noua apprehenſione, tamen ſe-
cundùm nos videbitur eam habere, quia
cõtendimus tunc ſuitatem non videri ſub
latam. Deniq; licèt retenta communi opi.
vſucapere pro hærede poſſet filius, cui da-
tus eſſet vulga. ſubſtitutus propter remo-
tionem ſuitatis, tamen cõtra communem
contendimus pro hærede eum non poſſe
vſucapere (propterea quòd ſuitas adhuc
durat) non magis, quàm ſi ei cohæres ex-
traneus non eſſet adiunctus.

Deniq; retenta opi. noſtra, vt mortuo
patre in filium ſuum hæredem trãſeat poſ
ſeſsio non ſecùs, quàm dominium, magis
eſſe videtur, vt tranſeat vtraq; poſſeſsio tã
ciuilis, quàm naturalis, cùm hoc. d. leges
voluiſſe videantur, nec de poteſtate legis
ſit dubitandum. vt per Bar. & omnes in. l.
cùm hæredes. in pri. ff. de acq. poſ. tex. egre
gius in ſimili in. l. Tauri. 45.

108 Poſſeſsio enim alia eſt ciuilis, alia natu-
ralis. Iſta eſt communis opi. quã tenet &
communem firmat Iaſ. in. l. 1. in prin. ff. de
acq. poſ. hanc dicit communem idẽ Iaſ. in
d. l. 1. §. ſi vir. num. 22. Hermanotius in. d. l.
1. in pr. num. 23. & eſt communis op. ſecun
dùm Ripam num. 28. licèt ipſe contrariũ
teneat in. d. l. 1. in pr. & eſt communis opi.
ſecundùm Soci. in. d. l. 1. in pr. col. fi. in fina
lib. verbis. licèt ipſe contrarium teneat. &
ſecundùm eund. in rubri. de cauſa poſſeſ-
ſionis & proprietatis. num. 18. cum ſequẽ-
tibus. vbi etiam in contrarium inclinat. &
eſt communis op. ſecundùm Imol. in. d. l.
1. in pr. num. 13. vbi Ang. num. 5. neutram
partem firmat. & ibi Zaſi. num. 15. hanc di
cit cõmunem. licèt contrariam teneant. &
eſt communis opi. ſecundùm Aretin. ibi.
num. 18. & Alex. ibi nume. 53. hanc ſequi-
tur & dicit communem.

*Vnicã eſſe poſſ. ſ. naturalem cum cõmuni cõtra alterã cõmunem.*

Contrariam partẽ tenet gl. in. l. licèt. C.
de acqui. poſ. Azo & Placenti. quos refert
Bar. in. d. l. 1. ff. de acq. poſ. qui firmant vni
cã tantùm eſſe ſpeciem poſſeſsionis, ſcili-
cet naturalis. & hanc partẽ ſequuntur So-
ci. & Zaſi. qui refert Soci. vbi ſuprà dixiſſe
hanc partem communiter teneri per mo-
dernos. & hanc ſequitur Ripa vbi ſuprà.
qui pleniſsimè procedit. ſequitur Petrus
de Vexutio in. d. l. 1. in pr. ff. de acq. poſ. ſe-
quitur & dicit cõmunem Collectarius in
c. cùm dilectus. num. 6. de cauſa poſſeſsio-
nis & proprietatis. & ſequuntur alij, quos
refert Zaſi. vbi ſuprà. Et re vera hęc pars vi
detur ex mẽte iuris, vt vnica ſit poſſeſsio,
licèt varios producat effectus. vt per Are-
ti. vbi ſuprà. & meliùs per Zaſi. & Ripam.
licèt Bar. in. d. l. 1. in pr. num. 7. & Angel. in
repe. l. ſi quis vi. §. differẽtia. ff. de acq. poſ.
tenuerunt triplicem eſſe poſſeſsionem, nẽ
pe ciuilem, & naturalem, & corporalem.

109 Deniq; ſiue naturalem & ciuilem poſ-
ſeſsionem, ſiue ciuilem tãtùm dixeris trã-
ſire in filium f. mortuo patre, ſemper intel-
ligendum eſt in hoc eſſe vtilem, vt ratio-
ne iſtius ciuilis poſſeſsionis detur huic fi-
lio interdictum recuperandæ, non ſecùs,
quàm ſi naturaliter poſſediſſet. Nam cùm
tenuerimus, quòd in filium ſuum hæredẽ
trãſeat poſſeſsio ſtatim à morte defuncti,
etiam ſine vlla apprehenſione, id quod in
ſpecie tenent Bart. in. l. 2. §. filium. ff. pro hæ
rede. Bal. in. l. in ſuis. in repet. col. 3. ff. de lib.
& poſth. quod & fatetur Alexand. ſaltem
impropriè in. l. cùm hæredes. ff. de acquir.
poſ. nu. 10. certè ſupereſt, vt ſi quis rei hæ-
reditariæ poſſeſsionem occupauerit, huic
filio detur interdictũ recuperandę. vt in ſi
mili per Bal. in rub. de cau. poſ. & propri.
Decius conſ. 84. Excellentiſsimi. col. 1. & 2
Iaſ. conſ. 85. lib. 3. colũ. 2. Soci. in. l. rem quæ
nobis. num. 13. verſ. circa quintam. ff. de ac
quir. poſ. eſt communis ſecũdùm Ripam
lib. 1. reſp. c. 1. in ſimili per Alci. de præſum
pti. regula. 2. præſumptione. 21. & 22. & 23.
Hi enim omnes tenent, quòd ſtante ſtatu
to, vt ſtatim poſt mortem defuncti poſſeſ
ſio trãſeat in hæredem, tunc ſi ante appre-
henſam ab ipſo poſſeſsionem alius medio
tempore cœperit poſsidere, dabitur con-
tra eum interdictum recuperandæ poſſ.

*Suitatis iure poſſ. trãſit in ſuum hæredẽ poſt mortem defuncti, & dabitur interdictũ recupe. Et uera poſ. interdum acquiritur ſine actu naturali cõtra cõem conclu. 3.*

Contra-



Contrarium tamen tenet in hoc Alex.
in princi. l. cùm hæredes. ff. de acquirenda
poſſeſsione. num. 3. & num. 10. Iaſ. colum.
2. in. l. ſi ſorori. C. de iure deliberand. Bald.
in authenti. defuncto. quæſtione. 3. C. ad
Tertulian. in ſimili per eum in. l. 1. ad fi. C.
de appella. Faber in. §. ſui. Inſt. de hær. qua-
li. Alexand. conſil. 37. In cauſa mota. lib. 1.
colum. 3. idem conſil. 83. lib. 2. columna. 6.
plenè per Pariſi. conſ. 1. nu. 158. lib. 1. Corne.
conſ. 166. Circa primũ. lib. 1. Decius in. l. fi.
C. de edict. diui Adr. nu. 3. cũ ſeq. & Alexã.
in. d. l. cùm hęredes. dicit hãc partẽ teneri
per doct. Mouẽtur tenẽtes hãc vltimã par
tem, quia (inquiũt) per tale ſtatutũ ciuiliſ-
ſima tãtùm poſſeſsio trãsfertur, quę nõ ſuf
ficit, vt cùm ab alio eſt poſſeſsio corpora-
liter apprehẽſa et occupata, videatur dãdũ
interdictũ recuperãdæ hæredi: ſed id, vt ſit
ciuilis tãtùm poſſeſsio & inefficax trãſla-
ta ꝑ ſtatutũ negarẽt cõtrariæ partis fauto-
res, vt patet ex Soci. in d. l. rem quæ nobis.
quinta quæſtione. nu. 13. in ſimili per Bar.
in. l. quod meo. in prin. ff. de acq. poſſ. per
oẽs ꝑ tex. ibi in. l. 1. §. ſi iuſſerim. cũ ibi nota
tis. ff. eod. titu. Nã in terminis illius ſtatuti
nõ fictiſsima (vt poſterioris partis fauto-
res falsò opinãtur) ſed vera poſſeſsio tranſ-
fertur, licèt trãsferatur per modũ nõ natu-
ralẽ, ſed ciuilẽ. Poſſeſsio enim ſiue natura-
lis, ſiue ciuilis, ſiue mixta habet effectus de
lege poſitiua accõmodatos, inter quos eſt,
vt interdictũ recuperãdę mihi detur, ſi al-
ter rei poſſeſsionẽ, quã ego poſsidebã, ſine
facto & volũtate mea occupauit, isq; effe-
ctus ciuilis nõ eſt cur nõ poſsit per legẽ ac
cõmodari ei, qui poſſeſsionẽ habuit à lege,
ſiue illã nactus ſit per actũ apprehẽſionis
naturalẽ, ſiue ex legis tãtùm diſpoſitione.
Stat ergo cũ hac cõmuni ſentẽtia cõtra ſu
periorẽ ferè cõmunem, ꝙ in terminis dicti
ſtatuti vera poſſeſsio trãſit in hæredẽ, licèt
per modũ ciuilẽ tãtùm, nõ etiã naturalẽ. Se
cũdò, ꝙ huic hæredi dabitur interdictũ re
cuperãdę. Tertiò, ꝙ ſimiliter etiã in termi
nis iuris cõmunis ſtatim poſt mortẽ patris
filius verã habet poſſeſsionẽ etiã ante natu
ralẽ apprehenſionẽ. Quartò, ꝙ per hoc ſibi
dabitur remediũ recuperãdæ cõtra eum,
qui medio tempore res paternas occupaſ-
ſet. Et hæc duo poſteriora procedunt ſe-
cundùm noſtram opi. Nam agnoſco in
his duobus vltimis in contrarium ſe ha-
bere mentem communiter doctorũ, quo
rum pleriq; intelligunt poſt mortem pa-
tris in filium fa. non continuari poſſeſsio-
nem. vt firmat Alex. num. 9. & num. 10. in
d. l. cùm hæredes.

110 Ex his infertur notabilis declaratio &
ampliatio ad. l. 45. Tauri, quæ ait, poſſeſ-
ſionem maioratus ſtatim poſt mortem
poſſeſſoris tranſire in ſequentem, vt intel-
ligatur per modũ ciuilem veram poſſeſ-
ſionem tranſlatam eſſe, quæ omnes illos
effectus habebit, quos habitura eſſet poſ-
ſeſsio per naturalem apprehenſionem ac-
quiſita. Nec dubium eſt, quin lex illa fir-
mam reddat illam communem opi. quã
nos ſequuti ſumus. Nam cùm. l. illa ani-
maduerteret vehementer controuerſum
eſſe in terminis iuris communis, an in ter-
minis dicti ſtatuti, & d. legis tranſiret ciui
liſsima tantùm poſſeſsio, an etiam natura
lis & vera, expreſsit ciuilem & naturalem
poſſeſsionem tranſire per hæc verba. La
poſſeſsion natural y ciuil. quod quantum
ad poſsidendi omnes effectus intelligen-
dum eſt. Et conſequenter omnia interdi-
111 cta huic quoq; poſsũt accõmodari. Quia
interdicta prætoris nõ ſolùm ijs, qui à præ
tore vocantur, ſed etiam ijs, qui vocantur
à lege ciuili accõmodantur. ita tenet gloſ.
in rubri. quorum bo. quæ app. communi
ter ſecundùm Ripam ibi. colũ. 2. licèt ali-
qui teneant contrà. facit. §. ſunt autẽ. Inſti.
de bo. poſ. & per totum. ff. de contratab.
& per totum. ff. de ſecundùm tab.

*Intell. l. 45. Tauri.*

*Poſſeſſoria interdicta dantur etiã uocatis à lege ciuili.*

112 Et eſt magna vtilitas, vt pro tali poſſeſ-
ſione, quæ ipſo iure poſt mortem patris
tranſit in filium ſuum hæredem, den-
tur remedia poſſeſſoria, quia in illis ſuf-
ficiunt ſemiplenæ probationes ſecun-

*Poſſeſſorijs in cauſis non ſufficit probatio ſemi-*

 dùm

*plenâ. cum cõmuni cõtra alterã communẽ.*

dùm Bar.in.l.1.nu.5.C.quorum bon. Ma-
theſel.not.2.Bart.in.l.2.§.fi.in pr. C. vbi in
rem actio. Curtius iunior in.l. admonẽdi.
ff.de iurei.num.68.col.17.Iaſ.in repe.l.ad-
monendi.de iurei.num.273.Bar.in.l. mo-
mentanee. C. qui leg. pars. non hab. De-
cius in.l.fi.nu.2.C. de Carb. edict. Mathe-
ſel.quem allegaui in not. 2. aliàs eſt in no-
tab.3.Decius in.l.fi.num.15. C. de edict.di
ui.idem conſ. 56.num.2. idem Decius nu.
4.in fi.in.c.cùm cauſam.de proba.Decius
conſ.252.Agitur cauſa.nume. 2.idem De-
cius conſ.663.In cauſa mota.col.1.num.2.
Curtius ſenior in.l.admonendi. ſuprà all.
col.27.quorũ hãc op.nõnulli putãt cõem.

Contrariam tamen opinionem,vt etiã
in iudicio poſſeſſorio nõ ſufficiat ſemiple
na probatio,ſed plena requiratur,tenet,&
dicit cõmunem Alex.lib.6.conſ.139.nu.fi.
incipit.Circa primum.tenet gl.mag.verb.
filium.in.d.l.1. C. quorum bonorum. cũ
qua ſecundùm Alex. vbi ſuprà tranſeunt
Butrig.Ang.Bal.& alij communiter.Sali.
in dict.l.1.Bar.in extrauaganti.ad reprim.
verb.ſummarie.Anchar.in clemen.Sæpe.
de verb.ſig.Alex.conſ.187.Viſa copia.nu.
fi.libr.7. vbi hanc dicit cõmunem Decius
in.c. cauſam quæ.de iudici.col. 2. num. 3.
eſt communis ſecundùm Cagnol. nu. 4.
in.l.in pari. ff. de regulis iuris. & hæc pars
æquior eſt,& vſibus receptior.

113 Eſt tamẽ verum, ꝙ poſſeſſio poteſt pro
bari per teſtes ſingulares.Intellige,quãdo
in modo concludendi ſunt ſingulares, ta-
men concordãt in aliquo generico probã
do,præſertim quando agitur de poſſeſſio
ne habẽte tractũ ſucceſſiuũ, vt ſi agatur đ
probãda poſſeſſione iuriſdictionis,cõcor-
des enim viderẽtur teſtes, ſi vterq; diceret
talẽ habere in tali loco iuriſdictionẽ, licèt
alter diceret ideo ſe ſcire, quia vidit illũ iu-
dicẽ quendam hominem decapitare,alter
verò teſtis diceret, quia vidit alterũ homi-
nem flagellis cædere.Iſta eſt cõmunis op.
quã tenẽt Iaſ.& nõ pauci eorũ,quos ſuprà
retulimus.ſentit gl. fi.in.l.ob carmẽ.§.fi.ff.

*Poſſe. an ꝓbetur ꝑ teſtes ſingulares cum cõmuni.*

de teſtib.vbi Fulgo.hãc dicit cõem op.ple
niſsimè per Corn.cõſil.286.Pro præſentis.
lib.3.col.4.nu.7.Butriga. & Bart.in.d.§. fi.
Cinus, Petrus, & Iacob.de Aren.in.l.2.C.
quæ ſit lõga cõſuetudo. facit quod tradit
Panor.in.c.cùm dilecti.de electione.Ang.
in ſua diſputatione,quæ incipit.Haſtenſis
miles.Paul.de Leaz.in quæſt.ſua, quę inci
pit.Cõtra inſtrumẽtũ. Bal.in repe.l.de qui
bus.charta pe.ff.de legib.idẽ in.l.actor qđ
aſſeuerat.C.de ꝓbat. Specul. de inquiſitio
ne.§.nũc tractemus.verſi.itẽ ſufficit. idẽ in
tit.de teſte. §. nũc verò de interrogatorijs.
verſ.itẽ qđ de tẽpore.Anto.in.c.cùm opor
teat.de accuſatio.Hoſtiẽ.& Ioã.And.in.c.
qualiter & quãdo.el. 2. de accuſa. vbi etiã
Inno.facit gl.in.l.2.in pr.ff. de donat. iun-
cta gl.in.l.certi cõd.in pr.& gl.in rubri.ff.
ſi cert.pet.&in.l.ſi idẽ cũ eodẽ.§. ſi vna. ff.
de iuriſd.omni.iud. Ioã. de Mõte Sperello
in.d.rubri.Specula.de teſte.§. antepe. poſt
princi.Ioã.And.in.c.1.de arbitris. Bal.in.l.
imperiũ.ff.de iuriſdi.omni. iud. idẽ in.l.1.
C.de teſtam. Imol. in.l.inter pares.2. &.3.
col.ff.de re.iud.Butriga.in.l.Arriani.C. de
hæreti.Bal. in.l.1.C. q nũero tutelarũ. ple-
nè ꝑ Iacobi.in.l.de qbus.ff.de legib.n.44.

114 Quod autẽ diximus cõſuetudinẽ ꝓba
ri poſſe per teſtes ſingulares deponẽtes de
cõſuetudine decimãdi, vel đ cõſuetudine
iuriſdictionis exercẽdæ, & cætera id genꝰ,
id quidẽ intelligitur, etiã ſi in cõtradicto-
rio iudicio obtẽtũ nõ fuerit.Ita tenet & fir
mat cõmuniter teneri Soci.cõſ.99.In cau-
ſa eximij docto. lib.1.n.3. Petrus & Cinus
in.l.2.C. quæ ſit lõga cõſuetudo.Bart.Bal.
& alij in.l.de qbus.ff. de legib.Ange.in.§.
ex nõ ſcripto.Inſt.đ iure nat.Anto.in.c. fi.
de cõſuet.cõmunis ſcđm Aimon. de anti-
quitate tẽporũ.fol.118.n.33.ſequitur & di-
cit cõmunẽ Imol.in.c.fi.de conſuet. Quia
cõſuetudo nõ differt à lege, niſi tanq̃ taci-
tũ & expreſſum. l. de quibus. cum ſeq. ff.
de legi. Vnde vt lex inducitur abſq; actu
iudiciario, ita & conſuetudo citra actum
iudiciariũ induci poteſt. & eſt text.in.l.an
in to-

*Cõſuetudo induci põt a q; cõtradictorio iudicio cũ cõmuni cõtra alterã cõmunem.*



in totum.C.de ędificijs priuatis.&in.l.1.C.
quæ ſit lõga conſuet.& eſt communis op.
ſecundùm Corn.conſi.293.Circa ſuprà di-
ctam.num.19.tenent Io. An. Anto. Imol.
Panor.& alij in cap. fin. de conſuet. Licèt
contrarium teneant gloſ.in.§. ex non ſcri-
pto.Inſti.de iure natu. cum qua tranſeunt
ibi plerique ſcribentium. & gloſ.in. l.1. C.
quæ ſit longa conſuetudo. cum qua tran-
ſeunt ibi docto.& gloſ. magna in cap. fin.
de conſuet.Bar.in.l.de quibus.ff.de legib.
& vide per Iaſ.ibi. nu.51. Sed ſuperior opi.
verior eſt, pro qua etiam facit.l. ſed ea.cũ
duabus ſeq.ff.de legib. Et ad legem. cùm
de conſuetudine.ff.de legib. in verb. con-
tradicto aliquando iudicio. reſpon.vt per
Iaſ.vbi ſuprà.quòd firmior redditur cõſue
tudo, euidentiùsq; probatur, quando in
contradictorio iudicio ſæpe obtẽtum eſt,
nõ tamen ad inducendã conſuetudinem
id neceſſe eſt,licèt ad probandum conſue
tudinem iam inductam vtile videatur.

Conſuetudo autẽ inducitur decennio,
quãdo eſt præter legẽ.Et idẽ ſi ſit cõtra ius
ciuile ſecundùm doct. cõmuniter in locis
ſuprà citatis.& per Iaſ. in. d.l. de qbus.nu.
45.& plenè per Corn.vbi ſuprà. Cæterùm
ſi ſit contra ius canonicum, non induci-
tur minori tempore, quàm.40.annorũ.gl.
in cap.fi.de conſuet. lib.6. eſt communis
ſecundùm Iacobi.nu.30.in.d.l.de quibus.

Sed indiſtinctè ꝙ ſufficiant decẽ anni,
etiã ſi ſit cõtra ius canonicum, tenet,& fir
mat cõiter teneri Imola ĩ.c. fi. de cõſuet.n.
16.per Iaſ.in.d.l.de qbus.ff.de legib.nu.45.
cũ ſeq.Neq; ad rẽ pertinet,ꝙ in pręſcriptio
ne rei eccleſiaſticę requirãtur anni.40.Nã
longè faciliùs & frequẽtiùs cõtingit, ꝙ res
ſingulę poſsideãtur à nõ dominis,& negli
gantur à dominis ſuis, & per hoc præſcri-
bantur, quàm contingat ꝙ in vniuerſum
diſcedatur in aliqua re, vel articulo, vel ma
teria per omnes omnino perſonas à diſpo-
ſitione iuris canonici,ſicque non bene ar-
guitur de præſcriptione ad conſuetudinẽ.

Deniq; dũ ſuprà circa interpretationẽ.

115 d.l.45. Tauri tenuimus, in rebus maiora-
tus ſtatim poſt mortẽ illius qui maioratũ
tenebat, inſequentẽ trãſire poſſeſsionẽ tã
ciuilẽ,q̃ naturalẽ quo ad omnes effectus,
quos lex ciuilis poſſeſsioni tã ciuili q̃ natu-
rali accõmodauit,hinc infertur,ꝙ ille ſuc-
ceſſor ex titulo pro hærede nõ poterit vſu
capere,non magis q̃ prædeceſſor q vitioſè
poſsidebat.Nã ſi fortè res aliena erat in illo
maioratu,quã prædeceſſor mala fide poſsi
debat,vel ſine titulo poſsidebat, hîc & illa
mala fides nocet ſequenti in gradu. iuxta
auth.malę fidei. C.de long.tem.pręſ.§. rur
ſus.in authen.vt ſponſalitia largitas.& præ
terea ille nõ tam videtur nouum titulum
acquirere,quàm in ſe recipere,& continua
ri priſtinum titulum,qui erat apud præde
ceſſorem.argumento dict.l.45.iuncta.l.2.
§. filium. ff. pro hærede. iuncta etiam. l.
nihil.pro hærede.C. Cogita tamẽ,quia nõ
firmo.Licèt enim ſuus hęres etiam viuo pa
tre dominus intelligatur, ſicq; etiam poſ-
ſeſſor.vt tenet Bar.per tex.ibi in.d.§.filium.
Bal. in repet.l. in ſuis.colum.3. ff. de lib.&
poſth. per illum text. Alexand. in.l. cùm
hæredes.in prin.colum.fin. ff. de acq. poſ.
qui id admittit quo ad dominium, nõ ſic
quo ad poſſeſsionem,tamen ſucceſſor ma
ioratus nullo iure fingitur dominus, aut
poſſeſſor viuo prædeceſſore,licèt ſine vlla
apprehenſione in eũ cõtinuetur,vel(vt re-
ctiùs loquar) ei adiungatur poſſeſsio, &
ius, ſicq; morte ꝓdeceſſoris titulus & poſ-
ſeſsio eius finitur,quia mors omnia ſoluit.
auth.de nupti.§.deinceps.eaq; poſſeſsio &
titulus ſtatim & denuò renaſcũtur in per-
ſona ſequẽtis.per.d.l. 45. quod nõ deberet
impedire præſcriptionem ex illo nouo ti-
tulo,licèt ſtatim cõtinuato, nã & ſimiliter
ſtatim poſt mortem teſtatoris dominium
cõtinuatur in legatariũ.l.à Titio.ff.de fur-
tis.l.ſi tibi homo.§. cùm ſeruus. vbi per gl.
& omnes.præſertim per Alex.ff.de lega.1.
& tamen nihilominus contingere poteſt
vſucapio ex titulo pro legato. vt per totũ
ff.&.C.pro legato.

*Maioratus ſucceſſor an quaſi ex nouo titu.præſcribat.*

*Mala fides an impediat præſc. in dignitate, officio, uel maioratu noua declara*

116 Illud autem nouum dubium eſſe vide
tur, an vt mala fides authoris non nocet
ſucceſſori in officio, vel in dignitate, vt eſt
communis op. quam poſt alios reſoluunt
Alex. & Iaſ. vterq;. col. pe. in. l. Pōponius.
§. cùm qs. ff. de acq. poſ. Dida. Couarru. in.
c. poſſeſſor. §. 9. nu. 6. in fi. de regul. iur. in. 6.
gl. in. c. cura. de iure patr. & in cap. de quar
ta. de præſcrip. & in cap. in primis. 2. quæ-
ſtione. 1. Abbas & Felinus num. 23. in. d. ca.
de quarta. Vincentius Hercul. & alij in. d.
§. cùm quis. an (inquam) mala fides autho-
ris non noceat ſucceſſori in maioratu quo
minus præſcribere poſsit, quaſi in dignita
te ſucceſſor eſſe intelligatur. Et magis eſt
vt noceat: tum, quia ſuperior communis
op. vt infrà docemur, vera non videtur: tū,
quia licèt vera eſſet, adhuc ille ſucceſſor in
telligitur ſingularis, quaſi in re certa, vel
certo iure, aut emolumento potiùs, quàm
in honore vel dignitate tantū. Et licèt ali-
quando præſumatur mala fides in præſcri
bente ſine titulo, tamē ea præſumptio ma
læ fidei ſemper tollitur ꝑ lapſum. 30. anno
rum. vt per Abb. in. c. fin. in fi. de præſcrip.
Imol. in. l. Celſus. col. fin. ff. de vſucap. per
Ripam num. 99. cum præc. & ſeq. in rubr.
de cau. poſ. & propr.

*Mala fides ſuperueniēs poſt præſc. completam non nocet. cū cōmuni.*

117 Quòd ſi poſt præſcriptionem iam cō-
pletam ſuperueniret mala fides, tunc cer-
tum eſt nō vitiari, aut infectam reddi vſu
capionem. argumento cap. factum legiti-
mè. de reg. iuris in. 6. & in. l. ſi quis hæredē.
C. de inſti. & ſubſ. l. in bello. §. factæ. ff. de
capti. Et ita in ſpecie tenēt non tātùm in fo
ro contentioſo, ſed etiam in foro conſcien
tię. gl. in. ca. vltim. de pręſcrip. & ibi Inno.
& Hoſtien. col. 2. & Imol. qui hāc dicit cō
munem op. col. 15. vbi Abb. col. 7. gl. in ca.
1. in verbo. pellendi. de conceſsione prębē-
dę. Felin. Bal. & Abb. & Cardi. in cap. vigi-
lanti. de præſcrip. plenè per Tiraq. de cauſ.
ceſſ. limit. 12. num. 16. Ange. in repet. l. 1. C.
de iudicijs. col. antepe. cū duabus ſeq. Abb.
con. 89. In quæſtione quę ad pręſens. colū.
3. Roma. in repet. rubricę. col. 1. de arbitris.
& in. l. filiusf. de donat. ff. Corn. conſil. 177.
In hac re. col. 2. lib. 2. Iaſ. in. l. poſt diuiſionē.
colū. 2. C. de iuris & facti ignoran. Deci. in
authen. pręterea. col. 6. C. vnde vir & vxor.
Areti. conſil. 92. Viſo legato. col. 2. Deci. in
cap. 1. col. 7. de cōſti. Balb. de pręſcrip. in. 9.
quęſtione. 3. partis principa. licèt non pau-
ci teneant contrarium, vt refert Ange. vbi
ſuprà.

Illud autē nouè defendi poſſet, ꝙ ſi præ
deceſſor erat in mala fide, & ſucceſſor vni
uerſalis inchoauit à ſe, & ꝑfecit pręſcriptio
nē (quod per. 30. annos cōtingit, nō obſtā
te auth. malę fidei. C. de pręſ. long. temp.
vt eſt cōmunis op. quam reſoluit Socinus
cōſ. 203. 1. 2. & . 3. col. lib. 2. & infrà dicemus)
tūc ſi cœperit intelligere, quòd defunctus
illam rem mala fide poſsidebat, fortè tene
bitur eam reſtituere, nō quidem vt liberet
ſeſe à peccato (ipſe enim nihil peccauit)
ſed magis, vt defunctū liberet à peccato,
quia eius conſcientiam exonerare tene-
tur. vt docet Anto. in caſu ſimili in cap. ſi
diligenti. de præſcript. Alex. nu. 21. in. l. Pō-
ponius. §. cùm quis. vbi Vincentius & Iaſ.
col. pe. ff. de acq. poſſ. per. ca. fi. de ſepultu.
& . c. ſuper eo. de raptori. Cogita tamē, quia
in regione noſtra & vbiq; innumeri ſunt
procerum & magnatū, qui ſe tuentur præ
ſcriptione completa earū rerum, quas ſui
prædeceſſores non ignorant violenter oc-
cupaſſe.

*Mala fides reſpectu uni us, impedit præſc. reſpectu alterius. cū cōmuni cōtra alterā ferè cōmunem.*

118 Illud autē dubiū eſt, an mala fides reſpe
ctu vnius impediat præſcriptionē reſpectu
alterius, quale eſt, cùm poſsideo rem, quæ
reuera Titij erat, & ipſe putabam ad te per
tinere. Et hac in re Bar. in. l. naturaliter. nu.
11. & . nu. 14. ff. de vſucap. tenet partem ne-
gatiuam, vt non impediatur præſcriptio.
ſequūtur Aegidius in. cap. vigilanti. num.
35. de præſcrip. Butrius in. c. illud. vbi Felin.
num. 1. & . 2. & Imol. in cap. fin. num. 25.
eod. tit. ſequitur & dicit communem opi.
Soci conſil. 47. Facti narratione. num. 17.
lib. 3. ſentit Salice. in. l. cùm notiſsimi. §. 1. de
præſ. 30. annorum. C. Anchara. in cap. 1. de
præſcrip.



pręſcrip. lib. 6. & eſt communis opi. ſecun
dùm Balbū de præſcrip. 3. par. 6. partis prin
cipa. quæſtione. 3. quam etiam dicit com-
munem Hannib. in. d. l. naturaliter. num.
156. ſentit glo. in. l. ſicut. C. de præſcrip. 30.
annorum.

Contrariam partem tenet Abb. in dict.
cap. illud. nume. 8. Areti. conſil. 17. Con
ſideratis diligentiſsimè. nume. 12. ſequūtur
Balb. vbi ſuprà. & Hannib. vbi ſuprà. nu.
160. Claudi. in dict. l. naturaliter. col. 3. Bel-
lamera vbi ſuprà. Soci. ſibi contrarius in. l.
1. §. item acquirimus. ff. de acq. poſ. vbi Vin
centi. num. 24. quod & ſentit Areti. ibi nu.
56. idem in. l. 3. §. Neratius. col. fin. & rurſus
in. l. Pōponius. §. ex facto. ff. de. acq. poſ. ſe
quitur & dicit hanc partem ſibi videri cō-
munem Couar. in ca. poſſeſſor. de reg. iur.
2. par. §. 8. num. 5. probat tex. in dict. cap. vi-
gilanti. & in dict. cap. fin. de pręſcrip. Nam
cùm ibi generaliter negetur præſcribere
poſſe malæ fidei poſſeſſorē, ſequitur hunc
quoq; caſum cōprehendi nō ſecùs, quàm
reliquos. Et fortiùs in dict. iuribus ſæpe ex-
preſſa eſt ratio peccati vitandi, quæ quidē
ratio militat in ſpecie noſtra, non ſecùs, ꝙ̄
ſi poſſeſſor non erraſſet. Nec dubium eſt,
quin ratio expreſſa in lege ſit lex ipſa, adeò,
vt deciſio loco exēpli habeatur. vt ex cō-
muni op. reſoluunt Bal. in repet. l. de qui-
bus. col. 12. ff. de legib. verſic. itē nota quòd
nō videtur. Alex. conſil. 75. Videtur in prę
ſenti. col. 1. lib. 5. Iaſ. in. l. à Titio. in prin. cól.
fin. ff. de verbo. obliga. Tiraq. de cau. ceſſ.
par. 1. nu. 135. & nu. 152. idem in. l. ſi vnquā.
C. de reu. donat. verbo, libertis. num. 45. Et
ad iura in contrarium adducta ſufficiēter
ſatisfaciunt Areti. & Couar. vbi ſuprà.

Facit, quia quòd occidēs occidatur, nō
fit vt occiſus reſurgat (id enim poſsibile
nō eſt. l. in bello. §. factæ. ff. de capti.) ſed po
tiùs fit, vt reliqui hominū huiuſmodi pœ-
na perterriti, à ſimilium facinorum perpe-
tratione abſtineant. argumento. l. 1. ff. de
iuſt. & iur. Facit, nam & ſimiliter qui iurat
ſe non alienaturum, licèt poſtea alienet cū
iuramento, tamen nihil egiſſe videtur. tex.
per quem ita communiter tenetur in cap.
quanto. de iureiur. Idq; non ideo receptū
eſt, vt euitetur periurium illius, qui cùm
priùs iuraſſet ſe nō alienaturum, poſtea cō
trarium fecit: ſed vt homines ſcientes ſe nō
poſſe contrauenire ei, quod ſemel cum iu-
ramento fecerunt, abſtinebunt à tali con-
trauētione, quam inutilem fore intelligūt,
qui non ſic fortè abſtinerent, ſi contrauen
tionem vtilem & impunitā fore ſperarent.
Sic & in propoſito, licèt in rebus alienis ma
la fide præſcribendis peccatum nō vltimo
die, quo cōpletur præſcriptio, conſumme-
tur, & perpetretur (erat enim ille poſſeſſor
antea in peccato) tn̄ expedit, ne homines
ex tali peccato vllū etiā rerū humanarū cō
pendium & lucrū ſe facturos ſperent, quo
magis in poſterum à rerum alienarū re-

*Præſc. mala fide non cōtingit etiā in actionibus. cum cōmuni contra alteram communē.*

119 tentione abſtineant. Nam & hac ratione
intelligo nō poſſe defendi leges ciuiles prę
ſcriptionem cum mala fide permittentes.
Licèt enim quibuſdā videretur in hac rei
alienæ præſcriptione, ſeu acquiſitione etiā
cum mala fide contingēte nullū eſſe diſpē
dium ſalutis æternę, quaſi non vltimo die,
quo expletur præſcriptio, ille impius poſ-
ſeſſor in peccato cōſtituatur, quaſi diu re-
tro in illo peccato eſſet irretitus, tamen ex-
pedierat ad illius peccati occaſionem vitā
dam, quòd homines intelligerēt ex illa diu
tina, & improba rei alienę poſſeſsione nul
lum ſe lucrum facturos, vt ſic properātiùs
ab alienarum rerum detentione abſtine-
rent. Pertinet enim ad legiſlatorem non
modò peccatum iam perpetratum puni-
re, ſed etiam peccandi occaſionem remo-
uere. gl. communiter app. in. l. ſcire. C. vt
in poſſeſsionem legatorum. tex. elegās in
l. de fideico. C. de tranſact. ibi, remoto mor
tis captādæ voto. l. fin. C. de pact. l. 1. ibi, nō
iniquis rationibus. eod. titulo. cap. ne cap-
tandæ. & cap. deteſtanda. de conceſsione
præbēdæ. in. 6. Tradit plura in ſimili de oc
caſione Tiraq, de cau. ceſſ. limit. 13. Et ita in
ſpecie vt cum mala fide præſcriptio non

procedat de iure ciuili nō magis quàm de iure canonico, tenet poſt multa, & dicit cōmuniter teneri Balb.in.2. par.3. partis principa.quæſtione.13.in tracta.præſcrip.gl.& Inno.Butrius.& Imol.nu.19. & Felin. col. 2.in cap.fi.de præſcrip.Imol in.l. ſequitur. §.ſi viam.ff. de vſucap. & Imol. vtrobiq; hanc dicit communem ſententiam Abb. in cap.quod clericis.de foro compe.idem in.d.cap.fin.col.2.Io.Bap. de ſancto Seueri.in.l.omnes populi.ff.de iuſtitia & iu.col. 24. Ancharanus & Francus.col. 2. poſt gl. ibi.vbi etiam Couar.§.11.nu.3.in cap.poſſeſſor.de reg.iur.in.6.Cuma.conſil.77. Statuto ciuitatis.col.1.Alexand.conſi.82. Videtur prima facie.col.2.lib.4.idem conſilio. 185.Viſo tit.lib.2.& cōſi.33.Viſo ꝓceſſu.col. 1.lib.3.idē cōſ.99.lib.4.col.2.& cōſ.102.col fi.lib.1.Paul.cōſi.98. lib.2.Crot.in.l. nemo poteſt. charta antepe.ff.de leg.1.vbi Ripa. n.116. ſequitur & dicit cōmunē op.Præpoſitus in.§.ſi quis per triginta.ad fi.ſi de feudo fuerit controuerſia.Gomezi. in prin. Inſti.de actio.num.68.

Contrariam ſententiam, vt licèt cū mala fide præſcriptio non procedat in rebus corporeis, vel actionibus realibus admittatur tamen in perſonalibus, tenent Bar.in l.ſequitur.§.ſi viam. ff.de vſucap. idem in l.hæc autem iura.ff.de ſeruituti. verbanorum prædiorum.Hoſtien.in ſumma. titu. de præſcrip. rerum immobiliū.§. quæ res. col.1.ſentit Bal. in dict.§.ſi quis per triginta.col.3.practica Papien. in forma reſpōſionis rei conuenti.verbo, prꝰſcriptio. vbi firmat hanc partem communiter practicari tanquam veriorem.Marianus Socinus cōſilio.203. Circa primū conſultationis articulum.vbi firmat hanc eſſe communem op.Roma.in dict.§.ſi viam. Aegidius Bellamera in dict.cap.fi.num.6.Bal.conſ.437. lib.1.Corn.conſi.176. Ad euidentiam. col 2.& conſ.138.Videtur.lib.1.idem conſ.206. Circa thema.lib. 2. Toloſana deciſio. 73. idem Corn.conſil.251.In hac conſultatione.lib.3.& conſil.275.Quanquā.col.1.eod. lib.& cōſi.277.Ad euidētiam.lib.4.Moli. ad Alex.conſil.99.lib.4.colū.2. vbi firmat hanc eſſe cōmunē, & veriorē, & vſu foréſi receptā.Nanq; dict.c. vigilāti. &. d.c.fi.loquuntur nominatim in præſcriptione rerum corporalium, vnde non debent extēdi ad præſcriptionem actionum perſonaliū, cùm ſimus in materia correctoria. Quę ratio leuis eſt, quia in dict.cap.vigilanti.& dict.cap.fi. expreſſa eſt non ſemel, ſed pluries ratio peccati vitandi, quæ militat in actionibus perſonalibus, non ſecùs, quàm in actionibus realibus, vel in rebus corporeis: & cùm ratio expreſſa eſt in lege, tunc fit extēſio etiam ad correctionem legis, & etiam in pœnalibus.vt tenet gl.in authen. de hæred.ab.venienti.§.fin.verbo, ordine. Iſtaq; eſt vera & communis op. quam gl. in auth.de hær.ab.§.fi.verbo, ordinem. dicit vnicam Bal.in.l.fi.ff.de hær. inſti. idem Bal.in.l.fi.C.de lib.præt. Alexād.in.l. cùm mulier.col.5.ff.ſol.matrimonio. gl. in cle. 1.verbo, eligatur.de electione. plenè ꝑ Iaſ. in.l.re coniūcti.num.181.ff.de leg.3. Iaſ. in authen.quas actiones.nu.22. C.de ſacroſ. eccle.Bal.ibi.col.2.Paul.in.l.quanuis.C.de fideico.Cuma.in.d.l.cū mulier.§.1. per tex. ibi.ff.ſolu.matrimonio.Georgi. Nat.in.c. quanuis.de pact.in.6.num.32. Curti.iuni. in.l.humanitatis.per tex.ibi.num. 15. C.de impub.vbi Iaſ.num.6.Alexād.nu.5.Corn. num.15.Purpu.in.l.fin.C. de pact. num.23. vbi Curti. iuni.num.9.Deci.nu.15.Iaſ. in.l. ſtipulatio hoc modo.ff.de verb.oblig.col. 5.ad fin.nu.12.Deci.conſi.372.nu.7.Fortu. in.l.gallus.§.& quid ſi tātum.col. 87. ff.de lib.& poſt.Crottus in.l.ſi conſtante.ff.ſol. matrimonio.lect.2.ſuper.7.quęſtione Bar. Iaſ.in.l.tranſigere. n.15. C.de trāſact.Ripa in.l. nemo poteſt. num.50.ff. de leg.1. vbi Hānib.nu.349.Iaſ.in.l.Marcellus. in prin. ad Trebel.Couar.in ca.Rainal.§.3.num.6. de teſtam.Deci.in authen. ex teſtamento. col.4.C.de coll.Iaſ.in.l.de quibus.nu. 14. ff.de legib.Tiraq.de cauſ.ceſſ.par.1. num. 135.cum ſeq.per legem.his ſolis. C. de reu.

donat.



donat.l.ſi fratres.§.idem Papi.ff.pro ſocio. l.2.§.idem quoq;.&.§.ſi duo.ff.de coll.bo. l.fi.ff.de hær.inſti. Quòd adeò verum eſt, vt hoc caſu cùm legis ratio expreſſa eſt, & eſt generalis, tunc ipſa ratio pro lege habetur, & deciſio ſi erat particularis, habetur loco exempli.vt cōmuni op. reſoluūt Tiraq.de cauſ.ceſ.par.1. nu. 152. Bal. in repet. l.de quibus.col.12.ff.de legi. verſic.Itē notā ꝙ non videtur.Alex.conſil.75. Videtur in præſenti.colū.1.lib.5. Iaſ.in. l.à Titio.in prin.col.fi.ff.de verb. obli.idem Tiraq. in l.ſi vnquàm.C.de reuo.donat.verbo, libertis. nu.45. Nam & ratio generalis expreſſa in.l.oēs caſus amplectitur ex vi comprehenſiua, nō ex vi extēſiua, nō ſecùs, quàm genus ſub ſe comprehēdit omnes ſpecies. vt ex communi op.reſoluūt Tiraquel. de cau.ceſſ. par.1. nu. 137. Petrus & Cinus in l.iura non in ſingulas.ff.de legib. Vnde ratio legis inducit, & eſt ipſa lex. vt reſoluit plenè Tiraq.vbi ſuprà num. 135. cum ſeq. qui quamplures citat huius ſententię authores. Vnde cùm in.d.c.vigilanti. &.d.c. fin. ſæpiſsimè illa ratio peccati vitandi expreſſa ſit, quæ ratio militat in actionibus perſonalibus non ſecùs quàm in realibus, ſupereſt, vt actionum etiam perſonalium præſcriptio non ſecùs quàm realium impedita videatur, quandoquidem ratio legis in ea expreſſa pro ipſa lege habetur, & deciſio particularis loco exēpli eſt, quod non arctat regulam.vt dictis iuribus & locis probatur.

Nec oberit, quòd.d.c.vigilanti.&.d.c. fi.nitantur in iniuſta poſſeſſione rem alienam detinentis. Nam & debitor ſimiliter videtur id quod debet poſsidere. l. etiam. §. 1. ff. de peti. hæreditatis. & cùm omnis præſcriptio nitatur in poſſeſsione ciuili.l. 1.§. per ſeruum qui in fuga. ff. de acq.poſ. ſupereſt, vt debitor qualem qualem poſſeſsionem ciuilem in eo, quod debet, habere videatur. Præterea aut ipſe debitor habet animum præſcribendi, & ſic debitum non ſoluendi, ſed alienum occupandi, & tunc iam eſt in peccato, & mala fide, & ceſſat præſcriptio. Aut habet animum ſoluendi, & non præſcribendi, & tūc cùm illa poſſeſsio illius quantitatis debitæ in animo conſiſtere deberet, & animo poſsidendi ceſſante, ceſſet ipſa poſſeſsio.l.3.§. in omittenda.ff.de acq. poſ.ſupereſt, vt præſcriptio nullo tempore contingat, quaſi ceſſante omnino poſſeſsione.c.ſine poſſeſſione.de reg.iur.in.6.

120 Redeundo ad noſtram materiam ſuitatis, ſimiliter ex noſtra op.infertur. Scis, *Illa.4. contra mentē cōis opi.* quòd imperfectum teſtamentum valeat inter ſolos ſuos hæredes.l.fi. C. famil. her. quod hodie extenſum ad omnes liberos. l.hac cōſultiſſ.§. ex imperfecto. de teſtam. C.ergo per dationem cohæredis extranei inſpecta communi opinione eueniret, vt teſtam.imperfectum inter liberos non valeret, cuius contrariū in ſpecie probat tex. in. l.fi. C. fam. her.vbi extraneus cohæres datus fuit, & nihilominus teſtam.illud imperfectum valuit inter ſuos hæredes, quia ſuitas per talem cohæredis extranei dationem ſublata non fuit.

121 Præterea ex noſtra opinione infertur ſimiliter. *Illa.5. contra mentē cōis opi.* Scis, quòd vt viuo patre domini dicuntur, ita & eo etiam viuo poſsint filij hęredes appellari.Bart. in.l. gallus. §. etiam ſi parente.num. 2. vbi plura bona accumulat Cor.nu.14.in.l.3.de iure delib. C. Acoſta in.d.§.& quid ſi tantùm.pag.167.in pr. probatur in.l. gallus. §. nunc de lege.&.§. etiam ſi parente.ibi, ſi quis ex ſuis hæredibus ſuus hæres eſſe deſierit.& in.l. poſthumorum.ff.de iniuſt.rupt.§. poſthumorū. Inſtit.eod. Ratio dubitandi, quia viuentis non eſt hæres.vt.ff.de hær.vel acti. vendi. l.1.ff.de vulga. l.1.§. interdum. ibi, improbum.l.qui ſuperſtitis.ff.de acq.hær. l.1. C. pro hærede.l.opinione. &.l.nec nos prætерit.C.de captiuis.Ita intelligo.l.ſi quis Titio. ff. de vſufruct. leg. vbi ſenſus eſt, non quòd Titius viuēs dimidiam vſusfructus alteram verò dimidiam hæredes eius iam defuncti habere incipiēt, ſed magis, quòd

ipſe

ipſe dimidiam, alteram verò eius filij ſtatim habere incipiant. Et idem quod Bart. tenent Soci.in.l.ſi filius qui patri. de vulg. num.16. licèt contrarium tenuerit glo.de ſierit.Inſt.de hær.qual.§.ſui.& Curti.iuni. in.l.fi.vnde lib.num.8.quorum nullus allegauit Bar.in.d.num.2. Verùm licèt hæc non procedant in filio emancipato,& per dationem cohæredis extranei tollatur(ſecundùm communem op.)ſuitas,& conſequenter is filius hæres viuo patre dici non poſsit, tamen nos intelligimus ſuitatem non eſſe ſublatam, ſicq́; contra mentem communis op. eum filium etiam viuo patre hæredem videri poſſe.

*Illatio.6.*

122 Infertur ſimiliter ex opinione noſtra. Scis,quòd ſuis tantùm poſsit fieri pupillaris. Segura in. l. cohæredi. §. cùm filiæ. de vulg.num.8.ff.argum.tex.in.l.2.verſi. nepotibus etiam poſſumus. ff. de vulg.ergo ei qui hæredem extraneum accepit, quique per hoc ſuus eſſe deſijt,pupillaris fieri non poſſet ex mente communis opi. volentis datione cohæredis tolli ſuitatem:verùm cùm nos tenuerimus non tolli ſuitatem,eueniet,vt hoc caſu(contra mentem communis op.)poſsit fieri pupillaris. Verùm op.Seguræ ſuprà relata, vt pupillaris niſi ſuis fieri nequeat, ſuſpecta eſt, vt per nos alibi.

*Illatio.7.*

123 Præterea ex noſtra opinione infertur. Scis,quòd ipſo iure tranſit & continuatur dominium in ſuos.§.ſui.Inſt.de hære. abi. ibi,quaſi continuatur dominium.Ad idẽ dict.l.in ſuis.&.l.cùm ratio.ff.de bo.dam. illudq́; dominiũ eſt verum, licèt acquiratur per modum fictum, etenim olim dominium quærebatur per naturalem poſſeſsionis apprehenſionem. l.1.in princi.ff. de acq.poſ.l.traditionibus.C.de pact.Idq́; cùm in ſuis tantùm procedat ex mente cõmunis op.ſuprà relatæ,in filio,cui datus ſit cohæres extraneus,locum habere non poterit: at ſecundùm nos, qui ſuitatem perdurare defendimus, etiam in tali filio dominiũ cõtinuabitur cõtra mẽtẽ cõis opi.

*Illatio.8.cõtra mẽtem cõis opi.*

124 Infertur ſimiliter ex noſtra opinione. Scis,quòd in ſuis non eſt hæreditas iacens. tex.in.d.l.in ſuis.gloſ. in.l. cùm hæreditas. C. depoſi.Iaſ.num.10.in.l.in ſuis.Chriſtophorus in.§.ſui.de hær.quali.Iaſ. in.l. ſi filius qui patri.num.5.& vtrobiq;.d. glo. dicit ſingularem.Vnde licèt hæreditati iacẽti non fiat furtum,tamẽ poſt mortem patris ante immiſtionem filij dicitur furtum fieri.Verùm licèt is filius haberet cohæredem extraneum, quia etiam tunc ſuitatẽ perdurare contendimus, nõ diceretur hæreditas iacens contra mentem communis opi. ſuprà relatæ, & huic hæreditati etiam ante filij immiſtionem furtum fieri diceretur.

Deniq; quatenus ſuprà diximus,quòd in ſuis non eſt vſucapio pro hærede.vi. Soci.in.l.ſi filius qui patri.de vulga. num.16. vi Iaſ.in.l.in ſuis.num.7. Et limi. ſecũdùm cõmunem,niſi filius,qui repudiauit vnde liberi bo. poſ.accipiat vnde legitimi.vt.l.2. in pr.ff. de ſuis & legit. Quòd autẽ in ſuis hęredibus nec ſit hęreditas iacens,nec vſucapio pro hærede,ideo eſt,quia ipſis, vt dixi,ſtatim poſt mortem defuncti quæritur dominium hæreditatis, reuocabiliter tamen:nam ſi poſtea abſtinuerint, tenebuntur reſtituere fructus etiã natos inter mortem teſtatoris,& abſtenſionem. Simile in legatario,qui licèt à morte teſtatoris dominus rei legatæ intelligatur.l. à Titio. ff. de furtis.tamẽ ſi poſtea repudiat, omnes etiã fructus pertinent ad hæredem.ſecundùm Bart.Alexã.Iaſ. & alios in.l.ſi tibi homo.§. cùm ſeruus.ff.de lega.1.Iaſ.in.l. ſeruo legato.in prin.eod.tit.argum. d.§.cùm ſeruus. &.l.legatarius.ff.eod.tit.

*Fructus hæreditate iacente pertinent ad hæredem, non ad legatarium. cum cõmuni cõtra alterã. communẽ.*

125 Illud autem dubium eſt, ſi legatarius adierit hæreditatem, an fructus nati hæreditate iacente ad eum pertineant,an verò ij duntaxat ad eum pertineant,qui naſcũtur poſt aditam hæreditatem? Qua in re communis opi. eſt ſecundùm Iaſ.in.l. ſeruo legato. in fi.pr. ſuprà allegata. ꝙ etiam fructus nati, hæreditate iacente pertineãt

ad lega-



ad legatarium, quia hæres eos fructus legatario,qui legatum agnouit,reſtituere tenebitur. Quòd & vult glo.Bar.& alij in.l. quod ſeruus.ff.de lega.1. Vexuti.in.d.l.ſeruo legato.

Contrarium tamen tenent Bar. Alexã. & Iaſ.nu.3. in.l. ſi tibi.§. cùm ſeruus. ſuprà all.per tex.ibi. vt demum ab adita hæreditate tales fructus ad legatarium pertineãt, non etiam à morte teſtatoris.gloſ. Petrus, Cinus,Corne.& alij in.l.fi.C.de vſufruct. legato.eſt cõmunis ſecundùm Iaſ.& Corne. vbi ſuprà. & ſecundùm Gualdenſ. de arte teſtandi.tit.6.cautela.11. per text.in.d. §. cùm ſeruus.ibi, ex die aditæ hæreditatis.

*L.37. titu. 9.part.6.*

126 & per.l. equis.&.l.Herennius.1.ff.de vſuris.Et hæc pars hodie ap̃pbata eſt per.l.37. tit.9.part.6.& cùm omnes leges partitarũ factæ fuerint ad declarationem iuris communis,hanc partem etiam in terminis iuris communis veriorem eſſe nobis Hiſpanis indubitatum eſſe debet.

*Renũtiatio hæreditatis nocet etiam in legitima contra cõmunem.*

127 Deniq; quòd filijs ſuis hæredibus diximus ipſo iure quæri, deberiq́; ſucceſsionẽ patris, adeò verum eſt, vt etiam ſi is filius generaliter renuntiauerit ſucceſsioni,aut hæreditati patris, adhuc tamen ea renuntiatio non videtur legitimam comprehẽdere, niſi nominatim de legitima mentio fieret. Quod accipiendum eſt dupliciter. Primùm, quando poſt mortem patris fieret ſimplex renuntiatio.vt in.l.ſi quando. §.& generaliter.C. de inofficioſo teſtamẽto. Deinde etiam ſi viuo patre fieret cum iuramento.vt in terminis cap.quanuis pactum.de pact.in.6.per tex.ibi.Iſta eſt communis opinio,quam tenent promiſcuè loquentes, alij in ſimplici renuntiatione facta poſt mortem patris, alij verò in renuntiatione iurata facta viuo patre.Guiliel.de Cugno.Bal.Ange.Salice.Paul.& alij in.d. §.& generaliter.idem Guiliel.Albe.Bal.& Ange.in.l.de his. ff.de tranſact. Bal.in rubri.ff.de iureiu.col.fi.idem in.l. Papinia.§. quarta.ff.de inofficioſo teſtamento.idem in.l.quãdiu.la.1.ff. de acq.hære. idem in.l. ſcimus.in pr.in.5. quæſtione. C. de inofficioſo teſtamento.Bald.& Roma.in.l.vnica.C. quando non petentium partes. Angel.in.l.iubemus.C. ad Trebel. idem in.l. ſi pater.C.de inſt.& ſubſti.Paul.& Roma. in.l.1.ff.de acq.hære. Paul. conſil.73.Licèt iſta domina.lib.1.Roma.in.l.qui ſuperſtitis.limit.3.ff.de acq.hære.Alexã.conſil.89. vtrùm emphyteuſis.col.fi.lib.4. idem cõſil.209.Ponderatis his.col.fi.lib.6.Areti.in l.1.§.ſi quis ita.col.5.ff.de verbo. oblig. Iaſ. in.l.hæres inſti.ad fi.C.de impub.idem in l.1.col.3.ff.ſolu. matrimonio.Georg. Nat. ď ſtatutis fœminas exclu.quęſt.20.2.quæſtionis princip.Barba.conſ.19.Scripſit propheta.col.fi.lib.1.idem conſil.25.Scribitur Sapientiæ.eod.lib.plenè per Tiraq.de primogenitura. quæſt.55.Barba.in.d.§.ſi quis ita.col.12.Paul.in.l.in ratione.la.2. in prin. ff.ad leg.fal.Ripa in rubri.ff.de verb. obligat.col.2.num.4.idem libr.3. reſpon.c.15. Deci.conſ.180.& conſ.181.Alex.conſi.181. Perſpectis.ad medium.lib.5. Tiraq.in.l. ſi vnquàm. in pr. qui plures allegat nu. 139. verſ.ſed quoniam.C.de reuo. donat.Mouentur omnes per tex. qui nihil probat in l.ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffi. teſtamento.ibi enim filius in minore portione quàm legitima inſtitutus fuit, nec (vt doct.falſò opinantur)renuntiauit hæreditati, aut ſucceſsioni patris defuncti, ſed agnouit portionem ſibi relictam,ſecuritatemq́; hæredibus fecit,ideſt literas,quibus fatebatur ſe recepiſſe id quod ſibi relictum fuerat,dedit, quo caſu licèt per hoc iure.ff. videretur teſtam. approbaſſe, ſicq́; nec teſtam.deinceps impugnare,nec plus petere poſſet.l.pe.& fi.ff.de inoffi. teſtam. l.parentibus.C.eod. tamen iure nouo per d.§.& generaliter.inductum fuit,vt tali teſtamenti approbatione non obſtãte, poſſet adhuc petere legitimę ſupplemẽtum, niſi & tali ſupplemento nominatim renũtiaſſet.Et is eſt verus ſenſus illius tex. Et ita illum ſcitè interpretãtur plerique ſcribentiũ ibi.&.l.5. tit. 8.par.6. Secũdùm quæ ibi

nulla

nulla fuit renuntiatio totius hæreditatis,
nec etiam partis ipſius. Quinimò & ſi vlla
inter fuiſſet renuntiatio, neceſſariò ad legi
timam referretur, ne aliàs operaretur ni-
hil. Ei enim qui teſtamento patris minus
quàm legitima portione relictum fuit, ni
hil plus debetur, quàm legitimæ ſupple-
mētum. vt ibi. & l. omnimodo. & l. quo-
niam in prioribus. & l. ſcimus. & l. quę nu
per. eod. titu. §. cæterùm. in authen. vt cùm
de appell. cog. l. fi. ibi, & ſi ſecundum. C. de
lib. præt. Ergo qui in terminis illius tex. re-
nuntiaret legitima, ſeu legitimæ ſupple-
mento, excluderetur, ne nihil egiſſe vide-
retur. Cùm ergo communis op. nullo iu-
re probetur, contraria op. probatur. Quia
renuntiatio hæreditatis ſimpliciter facta,
ad totam hæreditatem trahenda eſt. l. con
iunctim. ff. de lega. 3. ibi, totam hæredita-
tem. & rurſus ibi, totum legatum. l. Mæ-
uio. in prin. ff. de lega. 2. ibi. totus fundus. l.
ſi pluribus. ff. de lega. 1. l. re cōiuncti. ff. de
leg. 3. §. vbi autem. ad fin. C. de cad. toll. l. 1.
§. interdū. verb. totius. & l. inde Neratius.
verb. ſolidum. ff. de vſufr. accreſc. l. ſi ſepa-
ratim. verb. totus. & l. hæc ſcriptura. §. fi. ff.
de condi. & dem. & l. cùm quæſtio. C. de
lega. In quibus legibus, & etiam in. §. ſi ea
dem res. Inſt. de lega. etiam ſi ad plures per
ſonas ſermo ſimpliciter referatur, adhuc
appellatione rei, integra res continetur.
ergo multò magis ſi ad vnam tantùm per
ſonam referretur. argumēto. l. vn. C. ſi plu
res vna ſententia. ad idem. l. qui vſumfru-
ctum. ff. de verbo. obliga. l. ſi quis cùm to-
tum. ff. de excepti. rei iudi. l. 5. §. pe. & fi. cū
ibi notatis per doct. ff. de legatis. 1. bonus
tex. in. l. Titius. in princi. ff. de lib. & poſt-
hum. qui loquitur in materia exhæreda-
tionis, quæ odioſa eſt. l. cùm quidam. ff.
eod. tit. tex. in. l. ſi pluribus. ff. de lega. 2. &
in. l. ſi plures. ff. de lega. 3. facit. l. 2. ff. de lib.
& poſth. §. nominatim. Inſt. de exhær. lib.
Facit, nam legitima eſt pars hæreditatis.
tex. clarus in. l. ſi quis in ſuo. in prin. C. de
inoffi. teſtam. l. cùm quæritur. l. parenti-
bus. eod. tit. §. fi. Inſt. eod. l. Papi. §. quarta. &
§. quoniam autem. & l. ſi non mortis. ff.
eod. Neq; ad rem pertinet, quòd legitima
deducatur libera ab ære alieno. vt dict. §.
quarta. Nam verus ſenſus illius text. eſt, ꝙ
ſi res hæreditariæ valebant centum, & te-
ſtator debebat quinquaginta, quarta, quę
pro legitima eo tempore debebatur, non
erit. 25. ne onus debitorum ſoluendorum
ex toto oneret hæredem. Non quoq; in-
tegra quinquaginta æquis ex partibus per
ſoluentur ab ipſo filio, cui legitima tātùm
relicta fuit, & ab ipſo hærede vniuerſali:
ſic enim ſi filius dimidiam æris alieni par-
tē, ideſt. 25. perſolueret, nihil ſibi legitimæ
nomine relinqueretur. Ergo vt cōputatio
rectè fiat, primùm illa. 50. quæ debebātur,
deducentur, & reliqua. 50. quę ſuperſunt,
in bonis tantùm eſſe intelligentur, deq; il
lis quartam partem legitimæ nomine fi-
lius feret. & vi. per Couar. in cap. quanuis.
3. par. §. 3. num. 3. Vnde apparet verum nō
eſſe quod communiter doct. putant filiū
poſſe repudiata hæreditate legitimam re-
tinere. vt per Socin. in. l. 1. de vulgar. in. 4.
quæſtio. prin. in primo effectu vulg. ſubſ.
8. quæſtio. Iaſ. in. d. auth. nouiſsima. in pr.
Coraſ. nume. 12. in. l. hæres inſtituta. C. de
impub. Segura in. l. cùm patronus. num.
49. ff. de lega. 2. quod alibi diximus.

128 Itaq; reſideo contra communem ſen-
tentiam, vt renūtiatio hæreditatis, vel ſuc-
ceſsionis excludat renuntiantem etiam à
legitima. Quod primùm intelligitur in le
gitima, quæ debetur liberis primi gradus,
qui ſunt reliquis omnibus fauorabiliores.
argu. l. iubemus. C. ad Treb. cum ibi not.
per omnes doct. pręſertim per Corneum.

*Declara. 1. contra mē tem cōmunis opi.*

129 Secundò intelligitur etiam in liberis vl
terioris gradus, quales ſunt nepotes, & de-
inceps, qui aliquando concurrunt cum li
beris primi gradus. §. cùm filius. Inſtitu. de
hær. ab.

*Decla. 2. contra mē tem cōmunis op.*

130 Tertiò intelligitur etiā in poſthumis,
qui poſt mortem eius, cuius de ſucceſsio-
ne agitur, naſcerentur, & renuntiarent. hi
enim

*Declara. 3. contra mē tem cōmunis op.*



enim plerunq; eiuſdem iuris eſſe ſolent,
acſi viuo eo naſcerentur. §. poſthumi. Inſt.
de hær. ab in. l. poſthumorū. ff. de iniuſto
rupt. §. poſthumorum. Inſt. de exhær. lib.

131 Quartò in liberis adoptiuis, in quibus
caſibus eis legitima debetur. argum. l. cer-
tum. ff. de iniuſto rupto. & argumento. l.
cùm in adoptiuis. cum ibi traditis. C. de
adoptiuis.

*Declaratio 4. cōtra mē tē communis op.*

132 Quintò etiam in arrogatis, in caſibus
tamen argum. l. ſi arrogator. ff. de adop.
cum ibi plenè traditis per Iaſ. & alios.

*Declaratio 5. cōtra mē tē cōmunis op.*

133 Sextò in liberis legitimatis. argumē. eo
rum, quæ plenè traduntur per Socin. Iaſ.
& Alciatum in rubri. ff. de liberis & poſt-
humis. per Iaſ. & alios in rubri. C. de poſt-
hu. hær. inſti. Quod hodie ſanè intellige
vt in. l. Tauri. 12.

*Declaratio 6. cōtra mē tem cōmunis op.*

134 Septimò intellige etiam in renuntiatio
ne parentum, quibus ſimiliter legitima
deberi poteſt. argum. l. nam & ſi parenti-
bus. ff. de inoffi. teſtam. l. cùm filium. C.
eod. & in pr. Inſt. eod. tit.

*Declaratio 7. cōtra mē tem cōmunis opi.*

135 Octauò intellige etiam in tranſuerſo-
rum nonnullis, quales ſunt fratres, quibus
etiam legitima deberi poteſt. argumen. l.
fratres. vbi per doct. C. de inofficioſo te-
ſtamento. l. ſi fratris. eod. titul. tradit Ro-
dericus Xuarez in. l. quoniam in priori-
bus. circa principium. eod. titul. diximus
plenè ſuprà. §. 10. in vltima parte. Quæ o-
mnia intellige. Primùm quando renuntia
tio erat generalis. Secundò, quando inde-
finita. Tertiò, quando eſſet iurata, facta vi
uo eo, cuius de ſucceſsione agitur. Licèt in
omnibus his contrarium intelligant, qui
communem ſententiam tuentur, quæ o-
mnia iuſtificantur ex quæſtione ſequen.

*Declaratio 8. cōtra mē tem cōmunis op.*

136 Stat ergo, quòd renuntiatio hæredita-
tis ſimplex, vel iurata trahitur ad legitimā
non ſecùs, quàm ad reliquum hæredita-
tis. Quòd ſi ab ſtatuto qs repellatur à ſuc-
ceſsione patris, dubium eſt, an à legitima
repelli videatur, non aliter, atq; à reliqua
hæreditatis parte. Qua in re communis
opinio eſſe videtur, vt non repellatur à le-
gitima. Ita Salicet. in repet. l. 2. colū. penul.
C. de noxalibus. idem in. l. ſancimus. ad fi.
C. de nuptijs. idem in authen. nouiſsima.
col. 6. C. de inofficioſo teſtamento. Alex.
conſil. 7. Viſis & diligenter. colū. 2. lib. 2.
idem conſil. 88. col. 3. lib. 6. Marianus Soci.
conſ. 30. Quanuis. col. 13. ſequitur Bartho-
lo. Soci. in. l. Gallus. §. & qd ſi tantùm. col.
3. ff. de liberis & poſthumis. idē conſ. 124.
Viſo initio. col. 4. Barba. conſi. 61. Illud de
ducitur. colū. 2. lib. 4. Curti. ſeni. conſil. 13.
Statuto Ianuę. colum. pe. idem conſil. 27.
Magnificus. col. 14. Iaſ. in. d. auth. nouiſsi.
colū. pe. plenè Tiraq. de iure primig. quæ-
ſtione. 55. num. 8. Fernandus Loazes in. l. ſi
liusf. §. diui. num. 66. ff. de leg. 1. per Deci. in
ſimili in. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. vbi
Maineri & Cagnol. Quorum non pauci
eò nituntur, quòd exiſtimant legitimam
per ſtatutum tolli non poſſe, id quod ple-
nè impugnauimus ſuprà. §. 20. in interpre-
tatione dict. authenticę. nouiſsima. ibi in-
ſerta.

*Legitimam etiā cōprehendit ſtatutum, quo à ſucceſſione repellimur, cum cōmuni cōtra alterā communem.*

Contrariam partem, vt per tale ſtatutū
filius à legitima etiam repellatur, tenuerūt
Bar. & Paul. colum. fin. in. l. Titio centum.
§. Titio genero. vbi Imol. variat. ff. de cōd.
& dem. Bal. in dict. §. & quid ſi tantùm.
colum. 3. vbi Imol. colum. pe. & Areti. col.
8. & Alexand. colum. 7. cum ſeq. Bal. in. l.
fina. quæſtione fin. C. de lib. præt. Cuma.
conſil. 124. Dominus Antonius. colū. pe.
Abb. conſilio. 75. Primò videndum. lib. 1.
Roma. conſ. 6. Viſo themate. colum. fina.
idem conſilio. 32. Viſa municipali. ad fi.
Alexand. & Iaſ. in. l. ſi emancipati. 6. colū.
C. de coll. Alexand. conſil. 68. Circa præ-
miſſam. colum. pe. lib. 4. Curti. ſeni. conſ.
35. Statuto. colum. 12. Bened. Capra. conſil.
165. Cùm vt facto. colum. 2. Corn. conſil.
150. Hanc quæſtionem. lib. 1. Soci. conſil.
246. Eleganter. colum. 3. & conſil. 288. Cir-
ca. colum. 8. lib. 2. vbi hāc firmat commu-
nem opin. Deci. conſil. 276. Proponitur.
colum. 2. idem conſi. 299. In cauſa. colum.
2. Guiliel. in ca. Rainuti. de teſtam. verbo,
ff duas

duas habens filias.nu.179.Politus in.l.filiũ
quem.fol.13. C.fam.her. plenè per Tiraq.
de iure primig.quæſtione.55.nu.9.qui plu
res alios allegat.Deci.& ibi plenè per addi.
in dict.l.iura ſanguinis. qui in hac ſunt ſen
tentia, vt filius poſsit repelli per ſtatutum
etiã à legitima.Id quod plenè defendimus
ſuprà.§.20.circa.d.auth.nouiſsi. Quinimò
non tãtùm volunt,vt id fieri poſſet per ſta-
tutum,ſed etiam vt in re dubia id voluiſſe
videantur ſtatuentes,dum ſimpliciter, vel
generaliter aliquẽ excludunt à ſucceſsione
paterna. Quod veriſsimũ puto per noſtra
argumenta ſuperiùs relata in concluſione
proxima, quæ hîc quoq; aptantur.Et quia
licèt huiuſmodi perſonis, & omnibus libe
ris impium eſſet alimenta,aut dotem dene
gari.c. cùm haberet.de eo qui duxit in ma
trimonium quam polluit. tamen longè
minor quantitas alimentorum quàm legi
timæ nomine poteſt eis aſsignari. Con
ſtat enim omnibus liberis etiam natura-
libus tantùm,nõ etiam legitimis, & etiam
ſpurijs aliméta deberi.vt.d.c.cùm haberet.
& plenè diximus ſuprà. §.20. ſuper authẽ.
nouiſsima.C. de inof.teſtam.& tamẽ illis ſi
137 militer conſtat legitimam nõ deberi. Et ri-
diculum eſſet legẽ verbis imponere,ſi non
minorem quantitatem alimentorum no-
mine, quàm nomine legitimæ aſsigna-
re poſſemus. Licèt contrariũ tenuerint De
cius conſ.180.& cõſ.181. & Ripa lib.3. reſp.
c.15.exiſtimantes nõ minorẽ quantitatem
alimentorũ,quàm ligitimæ nomine poſſe
aſsignari, quod falſum eſſe euidentius eſt,
quàm vlla contentione ageat.

*Alimenta non deberi ad menſuram legitimæ contra Deciũ & Rip.*

138 Redeundo ad eãdem materiam ſuitatis,
præterea etiam infertur ex noſtra opinio-
ne.Scis quòd ſuis hæreditas quæratur ſine
aditione. l. 1.§. qui ſunt in poteſtate. ff. ſi
quis om.cau.teſta. Intellige in ſucceſsione
abinteſtato.l.in ſuis.ff.de ſuis. & legit.§.ſui
Inſti. de hæred.ab.§. ſui. de hær. qual.dict.
l.in ſuis. Idem in ſucceſsione ex teſtamen-
to.l. qui in aliena.§.interdũ.de acq. hær.ff.
dict.l.in ſuis.l. cùm ratio. ff.de bo. dam.Id
quod ex mente communis opi. ceſſabit in
ſuo, q habuit cohęredẽ extraneũ: ſed cùm
nos tenuerimus ſuitatẽ per dationẽ cohę-
redis non tolli, hęreditas ſine aditione fi-
lio acquiretur non ſecùs, quàm ſi cohære-
dem non accepiſſet.

*Illatio.9 cõtra mẽtem communis opi.*

139 Infertur præterea ex opinione noſtra.
Scis q in ſuis quæritur hæreditas abſq; vllo
temporis interuallo. l. ſi poſt mortem.in
prin.ff.de leg.1. vbi Iaſ. Idem in ſucceſsio-
ne abinteſtato.§.ſui.de hęr. ab. ibi, ſtatim.
&.§.ſui.de hære. qual.dict.l. in ſuis. Quod
contra mentem communis opi. procedet
etiam in ſuo, qui cohæredem extraneum
accepiſſet,cùm adhuc ſecundùm nos ſui-
tas perduret.

*Illatio.10. contra mẽtem cõmunis op.*

140 In ſumma ex noſtra opinione ſimiliter
infertur. Scis quòd ſuis etiam ignorãtibus
acquiritur hæreditas.§.ſui.de hær. qual.ſe-
cùs in extraneis.l.cùm quidam.§. quod di-
citur.&.§.ſuum.ff.de acq.hær.l. hæres inſti
tutus.eod.l.nec nos.C.de capti.nã nec du-
bitantibus,vt ibi.ratio.vt.l.fi.C.de cond.in
deb.facit.l.qui ſeruum.ff.de acqui.hæredi.
vbi adeò ignorantibus non quæritur hæ-
reditas, vt voluntas perprius declarata nõ
ſufficiat.&.l.Antiſtius.§.fi.eod.titu.vi.l.1.§.
ſcientiam. ff. de ſecundùm tab. facit ratio
legis. qa poterat.ff.ad Trebel. l. quia autẽ.
in principio.&. §. 1.ff. quæ in frau. cred .Id
quod extenditur ſecundùm nos vt proce-
dat, etiam ſi ſuus hæres cohæredem extra-
neum receperit, quia per hoc non tollitur
ſuitas ſecundùm nos, licèt qui communẽ
opinio.tuentur, contrarium non dubiè re
ſponderent.

*Illatio.11. contra mẽtem cõmunis op.*

141 Deniq; ex opinione noſtra ſimiliter in-
fertur. Scis quòd ſuis etiam impuberibus
acquiritur hæreditas abſq; tutorum autho
ritate,ergo ceſſat.l.1.ff.de bo.poſ.furioſo in
fan.l.impuberibus.ff.de acq.hær. Amplia.
vt.l.conditionibus pupillus.ff.de cond. &
demonſtra. Id quod(ſecundùm nos con-
tra mentem communis op.)procedit,licèt
impubes habuerit cohæredem extraneũ,
cùm adhuc ſuitatem perdurare tueamur.
Præterea

*Illatio.12. contra mẽtem cõmunis op.*



142 Præterea ex opinione noſtra ſimiliter
infertur.Scis quòd ſuis etiam furioſis quæ
ritur hæreditas ſine authoritate curato-
ris,ſicque ceſſat. l.1. ff. de bonorum poſ-
ſeſsione infanti furio. l. Antiſtius. §. fi. ff.
de acquirenda hæreditate.§.ſui. de hæred.
qual.Inſti. Quod ſecundùm nos contra
mentem communis opinio.procedit,etiã
ſi furioſo datus eſſet cohæres,quia nec tũc
ſuitatem tolli contendimus.

*Illatio.13. contra mẽtem cõmunis op.*

143 Infertur ſimiliter ex opinione noſtra.
Scis quòd ſuus etiam in vltimo vitæ ſpi-
ritu quærit hæreditatem. per text. opti-
mũ in.l.fin.ff.de conditio.inſtitutio.extra
nei autem eo tempore hæreditatem ne-
queunt acquirere.vt ibid.&.l.fi.cum glo.
ff.quando dies legati cedat. Id quod ſe-
cundùm nos contra mentem communis
opinio. procedit, etiam ſi huic filio cohæ-
res datus ſit, quia nec tunc ſuitatem tolli
tuemur.

*Illatio. 14. contra mẽtem cõmunis op.*

144 Infertur ſimiliter ex opinione noſtra.
Scis quòd ſuus per implem. cond. acqui-
rit hæreditatem.l.conditionibus.ff. de cõ
ditio. & demonſtratio. aliud in extraneis.
l.1.§.1.de cond.cauſ.data.ff.am pl.vt acqui
ratur etiam irreuocabiliter contra Bald.
ibid.argum.l.iam dubitari.in fi. ff. de hær.
inſt. Id quod intelligo etiam ſi cohæredẽ
extraneum ille filius haberet contra men
tem communis opinio. quia etiam tunc
perdurat ſuitas ſecundùm nos.

*Illatio.15. contra mẽtem cõmunis op.*

145 Infertur ſimiliter ex opinione noſtra.
Scis quòd ſuus per expilationem hæredi-
tatis acquirit hæreditatem irreuocabili-
ter, aliud in extraneis.l.ſi ſeruum,§.ait præ
tor.cum ibi notatis per gloſ.& doct. ff.de
acquirenda hæreditate. l. iam dubitari. in
fi.ff.de hæred.inſti. Id quod ſecundùm
nos contra mentem communis opinio.
extenditur ad filium, qui cohæredem ha-
buit, quia adhuc defendimus perdurare
ſuitatem.

*Illatio.16. contra mẽtem cõmunis op.*

146 Verùm licèt beneficio prætoris circa
abſtenſionem hæreditatis filius priuetur
per hæreditatis expilationem, non tamen
hæreditate poſſet à patre priuari filius per
ſimile delictum, ſed demum per atrocio-
ra, quæ præbent iuſtam cauſam exhære-
dationis.vt in.§.cauſas.in authen. vt cùm
de appellatione cog. vel per alia facinora
illis ſimilia. vt traditur per Alexan. Corn.
Iaſ. & poſteriores in authen. non licet. C.
de lib.præt.Deniq; illæ cauſæ ingratitudi-
nis, quæ præbent iuſtam cauſam exhære-
dandi filium ab hæreditate patris,repu-
tantur idoneæ, ſatisque præſtantes ad ex-
hæredandum, ſeu priuandum filium à
maioratu etiam antiquo, licèt ad illum
non tam à patre exhæredante,quàm à pri
mo maioratus inſtitutore is filius inuita-
tus videatur.l. vnũ ex familia. §. 1. ff. de le-
gat.2.Ita in ſpecie docent Tiraquel.de iu-
re primig.quæſtio. 21. numer.12. per Ho-
ſtien.Ioan.An.Anto.& Imol.in cap.ſi hæ
redes. de teſtament. vbi Cardi. Florentin.
Abbas,& Barba.Oldral.conſilio. 94. Ele-
ganter.colum.5.Marti.Lauden. de primo
geni. poſt princi. Alexand. conſilio.38.
Opportunè.colum.8.lib.1.Bal.in authen.
Hoc amplius.C.de fideicommiſ. vbi Sali-
cet.5.quæſtione.& Paul.colum. 3. Iacobi.
in.l.cum antiquioribus.colum.fin. C. de
iure delib. Corſetus de poteſtate & excel-
lentia Regis.quæſtione.71.

*Maioratu poteſt quis priuari à patre propter ingratitudinẽ cũ communi.*

147 Nam etiam ex ſimili ingratitudinis
cauſa poſſet quis Regno priuari. vt in. d.
locis habetur. vt plenè per Tiraq. in dict.
quæſtione.21.numer.5.& num.10.Bened.
in cap. Rainuti. de teſtam. verbo. in eod.
teſtaméto.el primero. Cirier de primoge.
lib.3.quæſtione.6.Molinæ.in conſuet.Pa-
riſi.tit.1.§.7.gloſ.3.quæſtione.3.

*Regni ſucceſsionẽ poteſt pater filio ingrato adimere.*

148 Quòd ſi primogenitus eſſet furioſus,
demens, vel alio vitio inhabilitatis labo-
raret,an regno, vel maioratu poſsit priua-
ri? Et in regno magis eſt vt poſsit.ita Bald.
in authenti.hoc amplius.colum.2.C.de fi
deicommiſ. Lauden. de principibus. ver-
ſic.22.Aretinus in.l.ex duobus.col.2.ff.de
vulga.Tiraq.in.d. quæſtio.21. nu. 11. Feli.
in cap.prudentiam.columna.2. de officio
ff 2 dele-

*Regnũ nõ datur furioſis, & ſimilibus. Aliud in ſimplici maioratu.*

de legati. Iaſ. in. l. nemo poteſt. colum. 1. vbi Ripa colum. 2. ff. de leg. 1. Lupus in cap. per veſtras. de donat. inter virum. §. 26. colum. 3. Corſetus de poteſtate Regis. quæſtione. 10.

Hoc amplius non ſolùm pater poteſt eum Regno priuare, ſed etiam debet, vel ſi omiſerit, ipſo iure Regnum defertur ſecundo genito habili. vt plenè reſoluit Tiraquel. vbi ſuprà. quæſtione. 23. Corn. conſil. 42. Videtur prima. libr. 4. Molinæus in conſuetudi. Pariſi. titul. 1. §. 8. gloſ. 1. quæſtione. 3. Verùm licèt id in regno & feudo procedat, aliud tamen in ſimplici maioratu. ita Tiraq. dict. quæſtione. 23. nume. 5. Ange. in. l. humanitatis. C. de impub. Oldral. conſil. 94. Eleganter. licèt Soci. contrarium tenuerit conſil. 47. Facti narratione. colum. 2. & 3. lib. 3. cuius argumentis ſatisfacit Tiraq. vbi ſuprà. numer. 8. cum ſeq. facit quod traditur per nouiſsi. in. l. ſi quis poſthumos. in pr. ff. de lib. & poſth. bonus text. in. l. humanitatis. C. de impub. & in. l. ex facto. ff. de vulg. §. qua ratione. Inſti. de pupill. l. 1. ff. de bo. poſ. furioſo & infanti competente.

*Ingratus emancipatur inuitus*

149 Denique filius ingratus erga patrem vt maioratu, hæreditate, & regno priuari poteſt, vt proximè dicebamus: ita quoq; poteſt inuitus emancipari. vt in. l. quidã cùm filium. ff. de verborum obligatio. vbi Bar. num. 3. & Iaſ post alios num. 14. licèt ſi nihil deliquiſſet, inuitus emancipari nõ poſſet. vt per gloſ. communiter ibi app. in. l. ſi filijs matrem. C. de inofficioſo teſtamento. & per Bar. & Iaſ. vbi ſuprà.

*Legitimus quis inuitus non fit licèt matrem occultaſſet cũ nouiſsimis contra communem.*

150 Quinimò licèt filius naturalis tantùm non poſsit inuitus fieri à patre legitimus. vt in authẽ. quib. mod. nat. effi. ſui. §. generaliter. tamen ſi filius deliquit, quia matrẽ occultauit, ne pater eam in vxorem duceret, tunc inuitus poteſt à patre fieri legitimus, & ſubijci eius poteſtati. Iſta videtur communis opin. quam tenet Roma. not. 227. poſt Angel. quem refert in quæſtione incipiente. Nobilis quidam. Anto. de Roſellis de legitimatione lib. 2. c. de cauſa materiali. num. 8. Præpoſitus in cap. per venerabilem. §. quod autem. num. 51. qui filij ſint legiti. Boëri. deciſione. 160. in fi. Soci. in. l. gallus. §. forſitan. nume. 5. ff. de libe. & poſthu. per tex. in authen. quib. mod. nat. effi. legitimi. §. ſit igitur licentia. verbo, & nec fraudare. & argumento dict. §. generaliter.

Sed contrariam ſententiam tenet nouiſsimè Emanuel de Acoſta in. l. gallus. §. & quid ſi tantùm. nu. 108. par. 2. ff. de lib. & poſt. per text. ſatis expreſſum in. d. §. generaliter. iuncto. §. illud. vbi expreſſum eſt, quòd licèt filius matrem occultaſſet, non tamen per hoc à patre fieri poterit legitimus, niſi velit, vel niſi reſcriptum impetrauerit principis hoc nominatim quaſi in illius delicti punitionem concedẽtis. Itaq; licèt concurrant illud filij delictum, & reſcriptum principis legitimationẽ ſimpliciter concedentis, adhuc ille non fiet legitimus, niſi vel conſentiat, vel princeps in reſcripto hoc nominatim concedat. Neq; ad rem pertinet, quòd filius à patre emancipatus ſi poſtea ingratus eſſe cœperit, poteſt inuitus à patre redigi in poteſtatem. l. 1. ibi, reſciſſa. C. de ingratis liberis. Bar. & alij in. l. qui liberatus. ff. de adoptio. Platea & Angel. in. §. fi. Inſtit. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. Nam illud procedit in filio, qui legitimè natus eſt, & poſtea recepit beneficium emancipationis, quod beneficium ſatis grande reputatur. l. cùm oportet. §. cùm autem. C. de bon. quæ liber. Non ſic in filio naturali, qui nullo emancipationis beneficio à patre affectus fuit, is enim & ſi matrem occultauerit, non ſubijcitur denuò patris poteſtati, quia hæc pœna nullo iure ſtatuta eſt, ſed potiùs excluſa. argumen. dict. §. generaliter. in ſimili per Fulgoſ. in l. fin. ff. qui ſunt ſui vel alieni iuris. Ludouicus à Sardis in tractat. de legitimatione. c. de legitimatione per reſcriptum. §. Tertiò quæritur. Romanus conſilio. 194. Andræas



Andræas Siculus conſi. 34. lib. 4. Iaſ. conſi. 125. col. 4. lib. 4. qui ſentiũt eũ, qui inuitus emancipari poteſt, non propterea poſſe inuitum ſubijci patris poteſtati, ſi nũquàm ſub eius poteſtate fuit, licèt poſſet, ſi ſub eius poteſtate antea fuiſſet, & beneficium emancipationis ab eo recepiſſet.

*Legitimus nullus fit inuitus etiam ꝑ ſubſequẽs matrimonium cũ cõmuni contra nõnullus.*

151 Quinimò etiam per ſubſequens matrimonium filius inuitus non fit legitimus. vt probat tex. in dict. §. generaliter. ibi, per inſtrumentorum celebrationẽ. iuncto. §. illud. & §. ſi quis igitur dotalia. in dict. authen. quib. mod. nat. effi. ſui. Iſta eſt communis opin. quam tenent Iacob. de Bello viſo ibi i. d. §. & generaliter. Alber. Guiliel. de Cugno, Fulgo. & Paul. in. l. benignius. ff. de legib. Ludoui. de Sardis. de legitimatione. cap. de requiſitis in legitimatione. numer. 2. Laudenſis de legitimatione num. 80. Ange. in. §. fina. nume. 9. Inſti. de nupti. Anto. de Roſellis de legitimatione. lib. 1. cap. de cauſa formali de legitimatione. circa fin. Nicolaus de Vbaldis de ſucceſsio. abinteſtato. part. 1. nume. 64. Andræas Siculus in. l. cùm acutiſsimi. C. de fideico. Areti. & Soci. nume. 5. in dict. §. forſitã. prout refert, & ſequitur Emanuel de Acoſta vbi ſuprà nume. 111. Licèt contrarium, & malè, voluerint Ange. conſil. 17. colu. 2. Salice. in diſputatione incipienti, Mediolanenſis. Lupus in cap. per veſtras. §. 21. nume. 17. de donat. inter virum. Præpoſitus in cap. tanta. quæſtione. 13. nu. 23. idem in cap. per venerabilem. §. quod autem. nu. 17. qui filij ſint legiti. Sed prior opin. verior eſt, quæ probatur in dict. §. generaliter.

*L. 12. tauri.*

152 Vnde infertur noua declaratio ad legẽ Tauri. 12. dum ait pleniorem eſſe legitimationem, quæ contingit per ſubſequens matrimonium, quàm ea, quæ fit per reſcriptum principis. Nam id procedit quantũ ad effectum legitimationis iam productę, nõ ſic quo ad ſui creationem, nã in vtraq; pariter deſideratur cõſenſus filij legitimati, ne inuitus fiat legitimus.

*Legitimatio infantis & furioſi fit ſine eius cõſenſu quæ tamen eius ratihabitionem deſiderat.*

153 Denique hæc regulariter procedunt in homine integræ mentis, non ſic in infante, cuius conſenſus in legitimatione non deſideratur, ſiue illa fiat per ſubſequens matrimonium, ſiue etiam per reſcriptum. Ita tradunt Curtius iuni. conſil. 19. nume. 4. Siculus. conſil. 34. lib. 4. Iaſ. conſilio. 125. colum. 4. lib. 4. Roma. conſil. 194. nouiſsimi in. l. Gallus. §. forſitã. ff. de lib. & poſth. Qua ratione idem quoque in furioſo & demente dicendum eſt, cùm id beneficium in re dubia reputetur. argumento in ſimili. l. ex facto. ff. de vulg. §. qua ratione. Inſt. de pupill. l. humanitatis. C. de impub. Vnde vt beneficium exemplaris ſubſtitutionis ceſſat, cùm primùm illi vel integræ ætatis, vel mentis eſſe cœperint: ita quoq; & hoc beneficium legitimationis ceſſare intelligam, cùm primùm infans ille furioſus, vel demẽs integræ ætatis vel mẽtis eſſe cœperint, ſi quidem expreſsim vel tacitè illo beneficio vti noluerint. argumento dictorum iurium.

*Legitimatio nõ ceſſat ꝑ ſuperuentum legitimorum cum cõmuni cõtra alterã cõmunem.*

154 Confirmatur, quia cùm hoc caſu ceſſet cauſa diſpẽſandi quòd valeat legitimatio ſine conſenſu legitimati, debet ceſſare ipſa legitimatio. argumento. l. adigere. §. quanuis. ff. de iure patronatus. l. cùm pater. §. dulciſsimis. ff. de lega. 2. Nam & aliàs ceſſante cauſa legitimationis, ipſa quoq; legitimatio ceſſat, quale eſt, cùm multos habens filios naturales, nullum autem legitimum, naturales fecit legitimare, deinde ſuſcepit filios legitimos, tunc enim ceſſante cauſa, ob quam facta fuerat legitimatio, nempe ob defectum legitimorum, ipſa quoque legitimatio, ſaltem quo ad effectum ſuccedendi, euanuiſſe videtur. Hæc videtur communis opinio, quam tenẽt Guiliel. de Cugno, Albericus, & Paul. in. l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis. Guido Suza. in. l. humilem. C. de inceſt. nup. Guiliel. in. l. 1. C. de nat. lib. Ioannes Andræas ad Speculatorem. de ſucceſsionibus abinteſtato. §. 1. verſ. ſed ex facto. Oldral. conſi. 247. Factũ circa. Ang. in. l. gallus. §. & quid

ſi tantùm.col.pe.ff.de lib.& poſth. Bal. in
l.2.in fi. C. ſi in fraudem patroni. idem in
c.innotuit.col.3.de electione. Bened.in.c.
Rainuti.de teſtam.verbo,& vxorem. nu.
186.Tiraquel.de cauſ.ceſſ. par.1. num.123.
Paul.& Corn.in.l.ſi te parens.C.de ſuis &
legit.Bart.in.l.cùm acutiſsimi.col.4.C. de
fideicom. Paul. conſil.22. Viſis.col.1.lib.2.

Contrariam partem, vt per ſuperuen-
tum filiorum legitimorum nõ euaneſcat
legitimatio ritè facta per reſcriptum prin
cipis(de qua loquimur,non de ea, quæ fit
per ſubſequens matrimoniũ) tenent Rai-
neri.Cinus, & Salicet. in.l.ſi vnquam. C.
de reu.donat.Bal.Ange.Imol.Alexan. &
Iaſ.in.l.ex facto.in prin.ff.de vulga.Areti.
in.l.humanitatis.col.2.C.de impub.Curt.
ſeni. conſ.16.Clarus. col.10.idem conſ.74.
Super memorata.col.14.cum ſequen.De-
ci.conſil.37.Viſo puncto.col. penul.idem
conſil.258.In caſu domini.col.fi.vbi hanc
dicit communem ſententiam.idem conſ.
576.Pro reſolutione.col.2.Barba.conſ.49.
Clementiſsimum.col.4.lib.4.& hæc pars
receptior eſt & verior ſecundùm Tiraq.
vbi ſuprà.& pleniùs in.d.l.ſi vnquam.ver
bo,donatione largitus.queſt.16.num.281.
vbi plures allegat per.c. factum legitimè.
de reg.iur.in.6.l.ſi vt proponis.C. de con-
firmando tutore.l.ſancimus. C. de admi-
niſtratione tutorum.l.pluribus.§.& ſi pla
ceat.ff.de verb.obliga.l.poſt mortem.§.fi.
ff.de cõtra tab.l.Papi.§.fi.cum.l. ſeq. ff. de
inofficioſo teſtamento.l.ſicut. C. de libe-
rali cauſa.optimus tex.in.l.ſi quis hæredẽ.
quem nullus allegat. C. de inſti. & ſubſti.
Cauſa enim ceſſante,non ceſſat diſpoſitio
poſt effectum conſummatum. l. fi. in pr.
ff.vnde liber. l.patre furioſo. ff. de his qui
ſunt ſui vel alieni.l.tutelas.in prin.ff. de ca
pitis diminutione. quod pluribus ornat
exemplis Tiraq.de cauſ.ceſſ.limi.12.Neq;
ad rem pertinuit.d.l. ex facto.cum ſimili-
bus.Nam ibi diſpoſitio ſui natura nõ tam
perpetua erat, quàm temporalis, vt finita
pupillari ætate,vel dementia,finiatur quo
q; pupillaris,vel exemplaris. Non ſic in le
gitimatione facta de conſenſu etiam legi
timati, quæ cùm omni ex parte perfecta
ſit & perpetua,ex caſu poſtea ſuperueniẽ-
te infirmari non debet. Vnde apparet di-
uerſum eſſe in legitimatione infantis, vel
dementis, quæ cùm fiat ſine conſenſu le-
gitimati, ab ipſo initio non videtur omni
ex parte perfecta, & irreuocabilis, ſed ma-
gis videtur reſolubilis,cùm primùm reſpe
ctu legitimati cœperit eſſe iniqua, quod
accidit,quando ipſe integræ ætatis,vel mẽ
tis effectus,ratam non habuit legitimatio
nem. Sicq; militat hoc caſu ratio expreſſa
in.d.l.ex facto. quia modò incipit eſſe ini-
qua ea legitimatio, quæ in initio iniqua
non erat.optimus text. in ſimili in. l. fi.C.
de pact.

155 Redeundo ad noſtram materiam ſui- *Illatio. 17. contra mẽtem cõmunis opinio.*
tatis,infertur ſimiliter ex opinione noſtra.
Scis, quòd ſuus per expugnationem teſta
menti irreuocabiliter quærit hæreditatẽ,
aliud in extraneis.l.Papi.§. ſi ex cauſa. iun-
cta.l.poſthumus.§.ſi quis ex his.ff.de inof
ficio. teſtamento. qua ratione inuentũ eſ-
ſe intelligendum eſt remedium. l.2. C. de
inofficio.teſtamento.Id quod nos contra
mentem communis op. intelligimus pro
cedere, licèt datus ſit cohæres extraneus,
quia adhuc ſuitas perdurat.

156 Infertur ſimiliter ex opinione noſtra. *Illatio.18. contra mẽtem cõmunis opinio.*
Scis, quòd ſuus habet beneficium abſti-
nendi.l.neceſſarijs.ff.de acq. hær.§. ſed his
permittit.Inſti.de hær.qual.Id quod intel
ligo, etiam ſi ille haberet cohæredem ex-
traneum contra mentem communis opi.
quia ſuitas adhuc durat.

157 Infertur quòd beneficium reuocandæ *Illatio.19. contra mẽtem cõmunis opinio.*
abſtenſionis, quod ſuis accommodatur,
per talem cohæredis dationem non ceſſa
bit.& ita communiter tenetur ſecundùm
Iaſ.col.2.in pr.poſt Ang. & alios in.l.fi. C.
de rep.hær.per tex.ibi.licèt cõtrariam opi.
& malè,teneat,& dicat communem Mai
nerius in.l.nemo poteſt mutare.num.113.
ff.de reg.iur. Dum autem diximus, quòd
ſuus



ſuus habet beneficium reuocandæ abſten
ſionis.l.fi.C.de rep.hær.ſecùs in extraneis.
l.ſicut maior.eod. tit.vi.per Corn. & alios
in dict.l.fi.

158 Præterea ex noſtra opinione ſimiliter *Illatio. 20. contra mẽtem cõmunis opin.*
infertur. Scis, quòd ius accreſ. non datur
ſuis inuitis præciſè, ſed tantùm cauſatiuè.
l.cum hæreditate.ff.de acq.hær.

Vel aliter, ſi ſuus hæres, qui ipſo iure ex
legis diſpoſitione hæres patri extitit, ſpe-
ciali prætoris beneficio vtatur, & abſti-
neat,tunc portio,quæ ei mero iure quæſi-
ta fuerat,cohæredi accreſcit. d.l. cum hæ-
reditate. Et licèt regulariter in hæreditati-
bus portio accreſcat inuitis irreuocabili-
ter.l.vn.§.his ita.C. de cadu. tollen. tamen
hoc caſu ſpeciali beneficio ſuitatis datum
eſt, vt non inuito, ſed volenti talis portio
accreſcat.vt.d.l.cum hæreditate. At ſi per
dationem cohæredis extranei ſuitas ſubla
ta eſſet,tunc non dubiè inuitis cohæredi-
bus portio à ſuo cohærede omiſſa accre-
ſceret.Quod pleniùs ſuprà diximus.

159 Deniq; ex noſtra opinione infertur, ꝙ *Illatio. 21. contra mẽtem cõmunis opin.*
tranſmiſsio,quę contingit ex potentia ſui
tatis, non impedietur per dationem cohæ
redis extranei,id quod communiter rece-
ptum eſt, vt ſuprà docemur, eſtq; ſecun-
dùm noſtram ſententiam indubitatum,
licèt ſecundùm communem ſuprà impu
gnatam non facilè defendi poſsit.

160 Poſtremò ex noſtra opinione infertur, *Illatio. 22. contra mẽtem cõmunis opin.*
retẽta communi opinione, quæ habet ſui
tate confirmari tabulas pupillares. vt per
Bart. & omnes in.l. ſi filius qui patri.ff. de
vulga. l. filius qui ſe paterna. vbi omnes
doct.l.ſi pupillus. ff. de acquirenda hære-
ditate,quòd id procedit, etiam ſi filius ha-
beat cohæredem extraneum. Licèt nomi-
natim omnes in locis ſuprà citatis teneãt
contrarium,& etiam omnes illi, quos ſu-
prà retulimus tenere datione cohæredis
extranei tolli ſuitatem,per text. in.l. apud
Iulianum.§.idem Iulianus.ff.ad Trebelli.
qui nihil oberit ſecundùm noſtrum no-
uiſsimum intellectum ſuprà relatum.

161 Stat ergo ex ſuperioribus, quòd ſolen- *Amici cauſa ualet teſtamentum minus ſolẽue cum cõmuni.*
nis teſtamentorum obſeruatio fallit in te
ſtam.inter liberos, quæ quidem ſolenni-
tas fallit. 9. in teſtamento facto ad amicũ,
quod licèt imperfectum ſit, valere nõ de-
ſinit, quia intelligitur habere clauſulam
codicillarem, vnde amici ex teſtamento
etiam minus ſolenni legata capiunt. Ita te
nuit glo.notab.in.l.in teſtamento.ff. de fi
deicõm. libertatibus. ſingularis ſecũdùm
Bald.in.l.ſi iure.C.de teſta. manumiſ.Bar-
ba.conſil.3.Illud referam.col.3.lib.3. Iaſ.in
l.cùm alienam.col.2.C.de legat. Matheſe
la.not. 41. Nota mirabilem.idem Iaſ.in.l.
1.col.5.C. de ſumma.trinita. idem in.l. nõ
dubium.col.fi.C.de teſtam. plura per Iaſ.
in.l.exigendi.col.2.C. de procu. plenè per
Tiraquel.in.l. ſi vnquam. C. de reuo.do-
nat.verbo,libertis.numer.102. Barba.in.l.
cùm acutiſsimi.col.10.C. de fideicommi.
idem conſ.22.Clementiſsi.col.3.lib.4.per
dict.l. in teſtamẽto.& per.l.cùm alienam.
ſuprà alleg.

162 Vnde amor liciti amoris intelligitur *Amor inducit clauſulam codicillarẽ cũ communi.*
habere vim clauſulæ codicillaris. Ita Bal.
in.d.l.ſi iure.Roma.conſil.179. Ampliſsi-
me.col penul.idem in.l.ſi verò. §. de viro.
ff.ſolut.matrimonio.26.fallen. Alexan.in
d.l.cùm alienam.col.2.vbi Iaſ.limit.3.Bar-
ba. in.d.l.cùm acutiſsimi.colũ.11. idem in
tracta.de præſtantia Cardinalis. in.3. quæ
ſtione. 1. partis col. 1. Socin. conſil. 58. Io.
col.3.libr.1. Iaſ.in locis ſuprà citatis.& in.l.
eam quam.col.6.C. de fideicom. idem in
l.verbis ciuilibus.ff.de vulgar.idem in.l.ſi
mihi & tibi.§.in legatis. col.fi.ff. de lega.1.
Bened.in.c. Rainuti. de teſtam. verbo, te-
ſtamentum.el.3.num. 46. Alciat.in.l.late.
§.amicus.ff.de verb.ſigni. Catelianus Co-
ta in memorabilibus.verbo, amor licitus.
Alex.in.l.cùm alienam.col. 3. ſuprà alleg.
Felin.in.c.1.circa fi.de teſtib.

163 Quod procedit, quando teſtator perſe *De cad. re.*
uerauit in illa amicitia. Nam ſi poſt teſta-
mentum capitales inimicitiæ excitarẽtur,
tunc tale teſtamentum non valeret, nec

 intelli

intelligeretur habere clauſulam codicillarem.arg.tex.in.l.3.§. fi.ff. de adim. leg.l. ſi inimicitiæ. ff. quib. vt indig. Verùm ſi rurſus in amicitiam redierint, ea amicitia videbitur reſtituiſſe quod abſtulerat inimicitia.ita Bart. in.l.cùm ſeruus.ff. de adimen.leg.per tex.in.l.quarta.eod.tit. Tiraquel.de cauſ.ceſſ.part.1.num.24.

164 Deniq; amoris cauſa ceſſante, q amor
*De ead.re.* per interuentum affinitatis adeſſe intelligebatur, quiq; effugiſſe præſumitur, affinitate ſoluta, ceſſat quoque ipſe amor.vt ſentit gloſ. in l.ſed hoc.in prin.verbo,ſuccurrendum.ff. de re iudi. vt interpretatur Alexand.ibi,ſub lege non tantùm.col.fin. Bal.in l.affinitatis.C. com. de ſucce. Paul. & Iaſ.quos allegat Tiraq.vbi ſuprà. num. 27.Alex.conſ.207.Ponderatis.col. 3.lib.6.

In ſumma amicitiam efficaciorem eſſe quàm ſit fraternitas,teſtatur Albe.in.l.ſed & hæc perſona.ff.de in ius vo.

Vnde Manilius lib.2.Aſtronomi.

*Idcirco nihil ex ſemet natura creauit*
*Pectore amicitiæ maius,nec rarius unquam.*
*Vnus erat Pylades,unus qui mallet Oreſtes*
*Ipſe mori.lis una fuit,pericula mortis*
*Alter quod raperet,fatum non cederet alter.*
*Et duo qui potuère ſequi uix noxia pœnis,*
*Optauitq; reum ſponſor non poſſe reuerti:*
*Sponſoremq; reus timuit, ne ſolueret ipſum.*

Et Ouid.lib.3.de Ponto.

*Ire iubet Pylades charum periturus Oreſtem:*
*Hic negat,inq; uicem pugnat uterq; mori.*
*Extitit hoc unum quod non conuenerit illis:*
*Cætera pars concors,& ſine lite fuit.*

Proinde vt vera amicitia nihil vnquã laudabilius, nihilq; rarius: ita per contrarium ingratitudine amicitię nihil fœdius, aut turpius. Vt per diſertiſsimum Tiraq. in legib.connubi.l.9.num.27.Vnde ingra-
165 titudo futura remitti non poteſt ſecũdùm
*Ingratitudo futura remitti nõ poteſt cum communi.* Bal.in.l.fi.C.de bo.libert.Bar.Bal. & Paul. in.l.fi.C.de pact. Specul.de donat.§.1.verſ. quid ſi actũ eſt.Roma.in. l. ſtipulatio hoc modo.& ibi Alexan. ff.de verbo. obligat. Roma.conſil.26. Pro deciſione.col.fi. Tiraq.in.l.ſi vnquam.de reuo.donat. in præfatione.nume. 140 .Felin.in.c.ſi diligenti. col.7.de foro compe.Iaſ.in.l.fi.col.5. C.de pact.Bertrandus conſil.46. Viſo caſu.col. 1.lib.2.Alexan.conſi.40.Super primo.col. fi.lib.4.Rubeus conſil.114. Viſo inſtrumẽto.Anto.Anchara.& Cardi.Florenti.in.c. fi.de donat. eſtq; communis op.

Redeundo ad formam teſtandi, ſciendum ſimiliter eſt, quòd fallit.10.in teſtamẽto facto à patref.ad monaſteriũ,in quo filius teſtatoris monachus erat. Nam qua ratione teſtamentum imperfectum factũ à patre inter liberos valet,vt in l.fi. C. fam. her.l.hac cõſultiſsi.§. ex imperfecto. C.de teſtam.eadem quoq; ratione valebit teſta-
166 mentum à patref.erga monaſterium, in quo filius monachus erat, quia monaſterium habetur loco filij, vt tradunt cõmuniter docto.per tex.ibi in cap.in pręſentia. de probat.text.in.§. ſed & hoc præſenti.in auth.de ſanctiſsi.epiſ.auth. niſi rogati.vbi Corne.C.ad Trebel.Specula. de locato.§. nũc aliqua. verſic.153. in ſimili per gloſ.in l.ſi ita quis ꝓmiſerit. verbo, intereſt. ff.de verb.obli.Bal. & Aluarotus in. c. 1.de mil. vaſallo,qui arma bellica deponit.Bal.in.c. cùm in magiſtrum.de electione. idẽ cap. penul. colum. 1. de præſcrip. idem conſil. 253.Caſus talis.col.2.lib.3.idem conſi.426. Super puncto.col.2.lib.4.Anchara.conſi. 165.Quæſtio.col.1.& conſil.420.Quidam ſer.col.3.Imol.in dic.cap.in præſentia. col. pe.quinimò loco etiam poſthumi habetur.ſecundùm Bal.& Imol.in l. filius à patre.§.1.ff.de lib. & poſt.ideoq; infirmat teſtamentum prius factum. vt in authen. ſi qua mulier.vbi glo.Petrus,Cinus,Paul.& alij.C.de ſacroſ.eccle.Bal.conſil.9. Mulier fecit teſtamentum.lib.5.Bened. Capra cõſil.147.In nomine domini. Roma.conſil. 237.Oppo.Imol.in.l.1.colũ.6.ff.de teſtam. Tiraq.in.l.ſi vnquam.verbo,ſuſceperit liberos.num.42.C.de reuo.donat.Iaſ.in rubri.C.de poſthu.hær.inſti. idem Iaſ.in rubri.ff.de lib.& poſt.num.19.Bart.in.d.authen.ſi qua mulier.vbi Iaſ.nume.17. hanc dicit communem Deci.in. d.c. in præſentia.

*Monaſterium an habeatur loco filij cum cõmuni cõtra alteram cõmunem.*



tia.de probat.num. 61.Alciat. qui contrarium tenet,& dicit communiter teneri in rub.ff.de lib.& poſt.in fi.per Couar. in.c. 2.de teſtam.num.4.Aret.in.l.1.de teſtam. ff.num.5.Anto.Roſellis in authen.Ingreſſi. C. de ſacroſ.eccle. num.16. Abb.in.d.c. in præſentia.nu.52. Ripa in.l. ſi vnquam. ſuprà allega.quæſtione.35.& Deci.conſil. 31.Ripa in.l.ex facto. §.ſi quis rogatus.nu. 38.ff.ad Trebel. Felin. in.d.c.in præſentia. num.36.vbi Deci.num.58.idem Deci. cõſil. 259. Viſis his.in prin.idem conſil. 426. In duobus.in prin.

Contrariam partem, vt monaſterium non habeatur loco filij, tenent Bart. in. d. authen.ſi qua mulier.idem in dict.authẽ. niſi rogati. poſt Ricardum Malũbre. ibi. C.ad Trebel. & vtrobiq; ita tenẽt cõmuniter ferè omnes docto.ſecundùm Tiraq. vbi ſuprà. num. 47. firmat Bart. in. l. ſi ita quis.§.fi.ff.de leg.2.Angel.conſil.80.Hæc queſtio.col.2.Ioan.An.in.c.dilecto.col.2. de præbendis.Bar.conſil.1. Parmenſis.Sali.in authen.ſi qua mulier.colũ.1.C. de ſacroſ.eccleſ.Anto.in.d.c. In præſentia. col. 13.Calcane.conſil.7.Quia à me.idem conſil.21.Iſta quæſtio.col.4.& rurſus conſ.68. Magiſter.colũ.3.plenè per Barba.conſi.13. Clementiſsime.col.7.lib.1.Et Bar.in.d. authen.niſi rogati. ait in mundo non eſſe legem probantem,quòd monaſterium habeatur loco filij, & iſtud dicentes fatuos appellat Bal.in.l.filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni.& Salice.in.d. authen. ſi qua mulier.ait hanc ineptam loquutionẽ proceſsiſſe à communi errore.

Sed prior opi. longè verior eſt, & receptior per.d.c.in præſentia.verſi.quare.vbi Romanus Pontifex firmat ſine hærede non deceſsiſſe,qui monachus deceſsit.hæredis autem appellatione ibi planè intelligitur filius.vt ibi.iuncta lege.ex facto. §.fi. ff. ad Trebel. Præterea nullo alio argum. ſubſtitutus ibi tuebatur ſeſe, niſi ꝙ grauatus religionem non fuerat ritè profeſſus, intelligens, quòd quando ritè profiteretur, indubitãter monaſterium haberetur loco filij in illa materia. quod & planè probatur in authenti. de ſancti. epiſ. §. & hoc præſenti.& in.d.authen.niſi rogati.

Ergo ſunt tres caſus conſiderãdi, cùm quæritur, an monaſterium ſit loco filij. Primus,quando oneratus fuit iuſſus reſtituere ſub conditione,ſi ſine liberis decederet ſimpliciter. Alter caſus,quãdo fuit iuſſus reſtituere ſub hac conditione, ſi decederet ſine liberis ex ſuo corpore natis, vel ſine liberis legitimis & naturalibus, quo caſu potuit non cogitare de monaſterio, idq; dixiſſe ad excluſionem adoptiuorũ, qui ſi de monaſterio cogitaſſet, fortè illud non excluderet,non magis, quàm filios legitimos & naturales. Tertius caſus, quando expreſsis verbis teſtator excludere voluit monaſterium. Quartus caſus, quando licèt expreſsis verbis monaſteriũ non excluſit, tamen non potuit non habere animum excludendi monaſterium, quia expreſsit quòd ideo iubebat, vt ſi ſine liberis ex ſuo corpore natis ille decederet,reſtitueret, quia volebat vt id in familia ipſius maneret,& conſeruaretur.

167 Primo caſu tenendum eſt monaſteriũ haberi loco filij,vt proximè docuimus. Secundo caſu,quando nec meminit expreſſim de monaſterio, nec expreſsit vt id in familia permaneret, ſed ſolùm dixit, vt oneratus reſtitueret, ſi decederet ſine liberis ex ſuo corpore natis. & tunc communis op.eſſe videtur, vt monaſteriũ habeatur loco filij. Hanc tenet & dicit communiter teneri Felin.in.c.in præſentia.de proba.vbi dicit,quòd in practica ita communiter tenetur,licèt inter ſcribentes contraria op.ſit receptior. & eſt communis opi. ſecundùm Ripam in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus.num.37.& iterum num.39. ff. ad Trebel. communis eſt ſecundùm Alexã. conſil.92.Viſo themate.lib.4.eſt communis ſecundùm Deci.conſ.426. In duobus. in pr.idem conſ.259. Viſis his.per Deci. in c.in præſentia.ſuprà alleg.num.58.licèt ibi contra-

*Monaſt.nõ eſt loco filij in illa cõditione, ſi deceſſerit ſine filijs ex ſuo corpore natis.cũ cõmuni cõtra alterã communẽ.*

contrarium teneat. tenent Dinus, Ricar-
dus Malumbre, Bar. & Fulgo. in. l. ſi ita qs.
§. is cui. ff. de leg. 2. Bar. conſil. 1. Parmenſis
quidam. Raineri. Cinus, Alberi. Angel. &
Paul. in. d. authen. niſi rogati. Ange. in di-
ſputatione incipienti, Nobilis quidam. La
pus allegatione. 129. Factum ſuper. Ange.
conſil. 8. Quæſtio hæc. Anto. Abb. Areti.
& Felin. nu. 36. in. d. c. in præſentia. Vincē-
ti. de Herculanis in. d. l. ex facto. §. ſi quis
rogatus. Barba. conſ. 29. Illud afferam. col.
pe. cum ſeq. lib. 2. Alexan. conſil. 25. Super
contentis. lib. 3. idem conſ. 92. Viſo thema
te. lib. 4.

Contrariam partem, vt in illa conditio
ne, ſi deceſſerit ſine liberis ex ſuo corpore
natis, monaſterium non habeatur loco fi
lij, tenet & dicit communiter teneri Cor-
ne. in. d. authen. niſi rogati. C. ad Trebel.
col. 1. &. 2. & eſt communis ſecundùm Fe-
lin. vbi ſuprà. tenent Hoſtien. & Ioan. An.
in. c. Rainuti. de teſtam. Iacob. de Bello. in
d. §. ſed hoc præſenti. Bal. in. l. ſi quis poſt-
humos. in prin. ff. de lib. & poſt. idem in. l.
Deo nobis. 2. colū. C. de epiſ. & cleri. idem
Bald. in. l. ſi ita quis. §. fi. ff. de leg. 2. Bald. &
Imol. qui hanc partem dicit magis beni-
gnam in. l. Lucius. ff. de hær. inſti. Butriga.
Bal. & Salice. qui hanc dicit communem
ſententiam in auth. niſi rogati. C. ad Tre-
bel. Imol. & Bal. col. fi. & Deci. num. 57. in
d. c. in præſentia. ſequitur Ripa in. d. §. ſi qs
rogatus. num. 39. & Martinus ſilim. quem
refert Corn. vbi ſuprà. Fulgoſ. in. d. authē.
niſi rogati. poſt Cinum ibi. Et hæc pars ſe-
cundùm Fulgo. eſt in iudicio ſequenda tā
quàm communis; quam etiam ſequitur
Paul. ibi. Et hæc pars verior eſt, quia proxi-
mior voluntati teſtatoris. vt in. l. in condi-
tionibus primum locum. ff. de conditio.
& demonſtrat. authen. de nuptijs. in. §. di-
ſponat. & in ſpecie in. d. l. Deo nobis. §. hoc
etiam. vbi filius monaſterium ingreſſus,
quo ad poteſtatem, & effectum ſucceden
di eiuſdem iuris eſt, cuius futurus eſſet, ſi
non fuiſſet monachus. Vnde vt ſi mona-
chus nō eſſet, poſſet onerari per fideicō. in
eo, quod habuit vltra legitimam. l. quo-
niam in prio. l. ſcimus. §. quod autem. C.
de inoffic. teſtam. ita quoque & ſi mona-
chus ſit, poteſt onerari. Nec dubium eſt,
quin illa condi. ſi deceſſerit ſine liberis ex
ſuo corpore natis, non etiam ex vi ver-
borum, ſed etiam ex mente teſtatoris ex-
cludat omnem filium legalem, vel inter-
pretatiuum, veluti adoptiuum, vel mona
ſterium. Nec eſt, cur magis ea cond. adie-
cta videatur ad filium adoptiuum exclu-
dendum, quàm ad excludendum mona-
ſterium, vt ſic ceſſet ratio, in qua nitebatur
Decius in duobus conſilijs ſuprà citatis.
optimus text. in ſimili in. l. Titius. ff. de li-
ber. & poſth.

Denique teſtator poteſt hanc legem re
bus ſuis adijcere, ne tranſeant ad monaſte
rium. c. verum. de cond. appo. valet enim
condi. quòd bona non alienentur in eccle
ſiam, aut ſimilem manum mortuam. vt
notatur. in. l. fi. C. de iure emphy. nec teſta
tor cogitur benefacere. c. de Iudeis. 45. di-
ſtin. & in re ſua quilibet eſt moderator &
arbiter etiam abutendo. l. ſed & ſi lege. §.
conſuluit. ff. de peti. hæredi. Vnde nec de
poteſtate teſtatoris dubitandum eſt, nec
de eius volūtate, qui planè voluit omnem
ſucceſſorem excludere præter ſucceſſorē,
filiumq; carnalem verè & naturaliter, in
quo numero monaſterium non eſt.

*Monaſt. nō eſt loco filij ſi id teſtator expreſſit cū cōi.*

168 Vnde infertur deciſio tertij caſus, vt ſi
verbis expreſsis teſtator excluſum voluit
monaſterium, liberum ei eſſet. Et iſta eſt
communis opi. quam tenet Deci. in duo
bus conſilijs ſuprà citatis. & in d. c. in præ
ſentia. & Corn. col. 1. in. d. authen. niſi ro-
gati. Ripa nume. 39. in. d. §. ſi quis rogatus.
Paul. de Caſtro in. d. authen. niſi rogati. te
nent omnes, quos ſuprà retulimus tenere,
vt excludatur monaſterium per illam cō-
ditionem, ſi deceſſerit ſine liberis ex ſuo
corpore natis.

Quartus caſus, quādo teſtator iuſsit re-
ſtitui ſub hac conditione, ſi deceſſerit ſine
filijs



*Monaſt. nō eſt loco filij in eo, quod teſtator iuſſit in familia manere cum Decio cōtra Feli.*

169 filijs ex ſuo corpore natis, adijciens vt in fa
milia relinqueretur, & conſeruaretur, quæ
conſeruatio contingere nō poſſet, ſi penes
monaſterium maneret, & tūc excluditur
monaſterium. vt videtur cōmunis op. quā
tenent in ſpecie Decius in duobus cōſilijs
ſuprà relatis. & Ripa nu. 40. in. d. §. ſi quis
rogatus. & eſt ex mente eorum, qui tenent
monaſteriū excludi per illā cōditionē, ſi de
ceſſerit ſine filijs ex ſuo corpore natis. licèt
contrarium teneat Feli. vbi ſuprà.

*Monaſt. eſt loco filij etiam ad excluſionē filij teſtatoris ſubſtituti. cum Decio contra Ripam.*

170 Quid ſi pater ſubſtituit filium ſub con-
ditione, ſi alter filius oneratus decederet ſi
ne filijs ex ſuo corpore natis? Et Decius cōſ.
426. In duobus. col. fi. tenet adhuc mona-
ſteriū præferendū. Cōtrariū vult Ripa nu.
41. in. d. §. ſi quis rogatus. poſt Bal. quem re-
fert cōſ. 197. Teſtamentum Picharelli. lib. 1.
quorū op. apud me indubitata eſt, cùm te-
neāidē eſſe, etiā ſi extraneus ſubſtitutus eſ-
ſet ſub tali conditione. Quid ſi filius eſſet
ſubſtitutus ſub cōditione, ſi decederet ſine
filijs, nō adiecto illo verbo, ex ſuo corpore
natis? Et tunc Decius adhuc idē vbi ſuprà.
Ripa contrà vbi ſuprà. Decij tamē op. hoc
caſu verior eſſet per ſua ſatis fortia funda-
menta, ex quibus patet reſponſio ad ratio-
nem Ripæ. Addo optimum argum. de. §.
cùm autem in ſuperiore. C. de cad. toll. per
quem cōis opi. eſt vbiq; (vt alibi dixi) q̧ ius
tranſmiſsionis eſt potētius iure ſubſtitutio
nis, quaſi ille, qui ex legis diſpoſitione locū
grauati tenet, excludat ipſum ſubſtitutū
non ſecùs, quàm illum excluderet ipſemet
grauatus primò nominatus. Sic & hîc mo
naſterium ex legis interpretatione tenet lo
cum filij, qui filius etiā ex teſtatoris diſpoſi
tione excludebat ſubſtitutum. ergò. &c.

*Monachiſmum minoris ordinis an ſtatim pro morte habeatur, cum cōmuni cōtra alteram communem.*

171 Illud autem dubiū eſt, ſi iuſſus reſtitue-
re poſt mortem fiat monachus ordinis
mendicantium, qui nihil proprium habe-
re poſſunt in communi aut in particulari,
an ſtatim poſt monachationem fideicom.
repreſentetur ipſi fideicom. an verò ſpecta
ta morte naturali ipſius monachi interea
bona illa, quæ reſtituenda erant, permane
re debeāt apud veniētes ab inteſtato ipſius
monachi, qui poſt monachi deceſſum ea
bona reſtituent fideicom. ſi ſuperſtes fue-
rit, ſin minus ſibi retineant? Qua in re com
munis opin. modernorum eſſe videtur, vt
mors naturalis ſpectanda ſit. Ita reſoluit &
tenet Vincenti. de Hercula. col. 1. &. 2. in. l.
ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. vbi Alexā.
num. 5. &. 6. Soci. in. l. cùm auus. num. 104.
ff. de cond. & demonſt. Emanuel. de Aco-
ſta in. l. gallus. §. & quid ſi tantùm. part. 2.
num. 12. ff. de lib. & poſt. Sali. in. l. 1. num. 6.
C. de hær. inſti. Cuma. & Imol. in. l. cùm pa
ter. §. hæreditatem. primo. ff. de leg. 2. Felin.
in. c. in præſentia. de probat. num. 56. Crot-
tus in. d. §. & quid ſi tantùm num. 11. Ripa
in. d. §. ex facto. ſentit Iaſ. in auth. ſi qua mu
lier. num. fi. C. de ſacroſ. eccleſ. in ſimili per
Roma. ſingu. 434. & Roderi. Xuarez alle.
20. Cuma. in. l. 1. ff. de teſtam. Ioan. de Mon
te ferrato in. d. §. & quid ſi tantùm. colū. 10.

Contrarium tenēt Bart. & Bal. in. l. cùm
pater. §. hæreditatem. ſuprà alle. Bart. in tra-
cta. minoricarum. in. 4. parte. verſic. iſti etiā
hæredes. Paul. de Leaza. in diſputatione in-
cipiēti. Subſtitutus. Ioan. de Imol. & Paul.
in. d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. el. 2. quos
refert & ſequitur Alex. ſibi contrarius cōſ.
13. Circa primum. lib. 3. col. 1. ſentit Bar. in. l.
Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure
fiſci. Ange. in. d. §. ex facto. Anto. & Abb. in
d. c. in præſentia. eſt communis ſecundùm
Alex. in. d. conſ. 13. & ſecūdùm Ripam vbi
ſuprà. nu. 12. ſequitur & dicit communem
op. Soci. conſil. 92. Circa. lib. 1. col. 1. in ſimi
li per Alex. conſ. 121. Viſo. libr. 2. qui omnes
in hac ſunt ſententia, vt ſtatim poſt mona
chationem fideicom. admittatur irreuoca
biliter. Quia cùm monachi minores ſint
incapaces bonorum in particulari & in cō
muni. clementina. Exiui de paradiſo. de
verb. ſigni. is monachus habetur pro mor
tuo quo ad mundum, vnde fruſtra ſpecta-
retur cond. mortis naturalis. facit. l. interci-
dit. ff. de cond. & demon. facit. l. ex facto. §.
ex facto. ibi, quaſi ab alio. ff. ad Trebellia.
Sed

Sed pro priore ſententia fortiter facit.l. Statius Florus.§. Cornelio Felici.ff. de iure fiſci.vbi iuſſus reſtituere poſt morté, ſi deportatus ſit, nó ſtatim admittitur fideico. ſed demum poſt mortem naturalé illius, & interim fiſcus gaudet vſufructu bonorũ.Simile in.l.ſi Titio & ei.ff.de leg.2.vbi ſi duobus legatur, & alter incapax eſt ꝓpter delictum, portio incapacis nó accreſcit cóiuncto, ſed remanet apud fiſcum, licèt cóiunctus regulariter pro ſubſtituto habeatur.l.ſi Titio & Mçuio.§.Iulianus.ff.de leg.2.l.non iuſtam.C.ad Trebel.Sic & in propoſito, illa bona durante monachatione erunt apud legitimos monachi hæredes, vt ſi ſubſtitut⁹ monacho ſuperuixerit, ei reſtituant, ſint minus, ſibi retineant. Deniq; talis monachus non tam in metallum damnato, quàm deportato aſsimilatur ſecundùm Bar. in dict. §. hæreditatem. deportatus autem hac in re non habetur pro mortuo.dict.§.Cornelio Felici.& dict.l.intercidit. quinimò etiam damnatus in metallũ hodie non perdit libertatem.auth. ſed hodie.C.de donat.inter virum. Deniq; in códitionibus implendis mors ciuilis nunquã æquiparatur morti naturali. vt plenè per Acoſtam in dict.§.& quid ſi tantùm.2.par. circa. princi. quia conditiones expleri debent in ſpecifica forma.l. qui hæredi.in pr. l.Mæuius.ff.de condi. & dem. Et hæc pars longè verior, & çquior, & proximior eſt teſtatoris voluntati. Stat ergo, quòd inuitatus poſt mortem Titij, non ſtatim poſt illius monachationem admittitur, quinimò eo monachante, bona erunt apud eius legitimos hæredes. hoc primò. Item ſi is monachus ſuperuixerit fideicommiſſario, euaneſcit fideicómiſſum, vtrunq; contra cómunem opinio. quæ tamen hodie iam fortè deſijt eſſe communis. Vtrunq; in monacho minore intelligẽdũ, nó ſic in reliquis, qui aliquid poſſunt habere in particulari, vel etiam in communi: nã monaſteriũ durante vita monachi habebit, quòd ſi monach⁹ fideicómiſſario ſuperuixerit, adhuc monaſterium ſibi retinebit. argumento.l. hæres meus.ff.de cond.& dem.iũcto.§.ſin autem aliquid ſub conditione.C. de cad. toll. Verùm ſi fideicommiſſarius ſuperuixerit monacho, ei reſtituetur, vt eſt receptiſsima op. vtriuſq; partis fautorum, quos ſuprà retulimus.

172 Ex ſuperioribus infertur, quòd mors naturalis nunquàm æquiparatur morti ciuili, nec cótrà mors ciuilis naturali morti, niſi in caſibus à iure expreſsis. vt ſcitè declarat Acoſta in dict. §. & quid ſi tantum.§.2. in prin. & meritò. is enim mos loquendi apud Iure conſultorum nullum vnquàm repertus fuit, non magis, quàm ea differentia mutui ciuilis & naturalis. vt in.l.verũ.§. fin.ff.pro ſocio.iuncta gloſ.l.2.§.fin. vbi omnes.ff.ſi cer.pet. Et pro hac parte, vt mors ciuilis non exæquetur morti naturali, eſt tex.in.l.1.§.fin.verſic. & ſi pater.ff. de contra tabu. vbi filius deportatus fuit, & poſtea reſtitutus, & nepos ex eo non admittitur ad bo.poſ.contra tab.aui, qui indubitãter admitteretur, ſi pater ſuus naturaliter mortuus, nó deportatus fuiſſet. Idem probatur in dict.§.fin.verſ.ſed & ſi filius. qui loquitur in fortioribus terminis, nẽpe in dãnato in metallum. ad idem.l. ex ea parte.§. in inſulam.ff.de verbo.obliga.&.l.cùm pater.§.hæreditaté.el.2. ff.de leg.2.l. ex facto. §.ex facto.ff.ad Trebel.l.ſed ſi mors.§.cùm igitur.ff.de donat.inter virum.auth.de nuptijs.§.ſecundùm occaſionem.&.ff. de bo.damna.l. ſed & ſi.§.quòd ſi deportatur. & ita in ſpecie tenent gl.in cap.ſuſceptum.de reſcrip.in.6.& in cap. placuit. 17. quæſtione.1.Ripa in dict.§.ex facto. nu.11. Vincẽti. de Hercul.col.1. &.2. & Emanuel de Acoſta.2.par.in pr. in dict.§. & quid ſi tantùm. vbi Alexand.num.5.cum ſeq.& Soci.in.d. l.cùm auus.num.103.cum plu.ſeq.Felin in dict.cap.in pręſentia.de probat.num.55.cũ ſeq.& eſt communis opi.ſecundùm Boëri. deciſione.323.num.6.

*Mors ciuilis nõ æquiparatur morti naturali, niſi in caſibus à iure expreſſis cum cõmuni cõtra alteram communẽ.*

Eſt tamẽ verum, ꝙ Bar.in dict.§.in inſulam. ait mortem ciuilem exæquari morti naturali,



naturali, vbi mors ciuilis eundem effectũ ex neceſsitate operatur, quem induceret mors naturalis. & ita eſſe communem opinionem teſtatur Aretinus ibi. ſentiunt Bart. & Bald. in dict. §. hæreditatem. Alexand. conſilio.13. Circa primum.libro.3. Abbas in dict. cap. in præſentia. Socinus conſil.92. Circa.lib.1.colum.1. per legem. actione. §. publicatione. ff. pro ſocio.&.§. publicatione.Inſt.eod.l.quoties.in fi.ff.de nouat. l. ſi debitori deportato. ff. de fidei. Sed ſanè ſuperior ſententia tutior eſt, nam mors ciuilis eundem effectum nunquàm induceret, quem inducit mors naturalis, niſi id nominatim.l. poſitiua cautum eſſet. vt probat.d.verſi. & ſi pater.&.d.verſi. ſed & ſi filius. nec dubium eſt, quin vt per dd.§§.publicatione. cautum fuit, vt publicatione bonorum extingueretur ſocietas, poſſet caueri, vt non extingueretur, ſed tãtùm ſuſpenderetur, vt cautum fuit in dict. verſic.& ſi pater.& in.d. verſic. ſed & ſi filius. Ergo tutiùs eſt tenere, quòd mors ciuilis nunquàm æquiparetur morti naturali, niſi in caſibus tantùm à iure expreſsis, in quibus licèt mors ciuilis eundem habeat effectum, quem mors naturalis, tamen illud eſt, non ex neceſsitate naturæ, ſed magis ex legis ciuilis diſpoſitione.

173 Vnde infertur, quòd ſi iuſſus reſtituere poſt mortem, damnetur in metallum, nó ſtatim admittitur fideicó. ſed mors naturalis ſpectatur, vt interea bona ſint apud fiſcum, qui ſi fideicommiſſarius ſuperuixerit, damnato reſtituet ea bona, ſin minus, ſibi retinebit, non ſecùs, quàm ſi ille grauatus deportatus tantùm eſſet, non etiam in metallum damnatus. vt in ſpecie tenent Alex.nu.5.in.d.§.ex facto. Emanuel in.d.§. & quid ſi tantùm.par.2.nu.7.per tex.in.d. §.Cornelio Felici. iuncta authẽ. ſed hodie. C.de donat.inter virum. nam hodie dãnatus in metallum non amittit libertatem, ſed tantùm ciuitatem ad ſimilitudinem deportati. Et probatur ex æquiparatione, quam facit tex.in.l.1. §.fi. ff. de contra tab. vbi æquiparantur deportatus & in metallum damnatus. probat tex.in. d.§. in inſulam.& in.d.§.hæreditatem. & in.d.§.& qđ ſi tantùm.& in.d.§.ex facto.&.d.§.cùm igitur. d. §. ſecundùm occaſionẽ.d.§. quòd ſi deportetur. Licèt in ſpecie cótrariũ & malè teneant cóiter docto. quales ſunt Iacob. de Aren.& Albe.num.7. Ange.col.fi.in fi. Claudi.col.2.Nicola.de Neapo.& Cuma. in.d.§.ex facto. prout refert Ripa.ibi.nu.11. & Soci.in.d.§.& quid ſi tantùm.nu.4. Iaſ. conſ.92.nu.2.lib.2. decepti à.d.l.ex facto.§. ſi quis rogatus.el.2.ff.ad Trebel. vbi q iuſſus fuit reſtituere poſt mortem liberis ſuis, vel cui ex his voluiſſet, ſi nullo liberorũ cócepto, vel genito in metallum damnetur, amittit ius eligẽdi ſine ſpe recuperationis, vt ſic licèt poſtea reſtitutus eſſet, & liberos ſuſcepiſſet, nó poſſet inter eos eligere, quaſi nouus homo videatur. qui enim ex ſeruitute in libertaté peruenit, nouus homo videtur.l.ſi ſeruus.§.fi.ibi, nouus enim homo eſſe videtur.ff.de adim.legat. Non ſic in deportato, qui reſtitutus haberet ius eligendi. nec enim deportatio tam morti aſſimilatur, quàm damnatio in metallum. Sed certè ille caſus longè diſtat à noſtro, nam ibi priùs fuit conſummatum ius eligendi, deinde verò naſcuntur liberi: ſed in caſu noſtro longè priùs fideicommiſſ. fuit relictũ, quàm damnatio in metallum contingeret, vt ſic non debuerit per damnationis ſuperuentum ordo fideicommiſsi immutari.

*Morti non æquiparatur damnatio in metallum, cum cõmuni cõtra alterã communẽ.*

Illud autem dubium eſt, an generaliter ius eligendi deportatione deſinat extingui, vt proximè dicebamus, & ſi non extinguatur, an ſaltem ſuſpendatur. Qua de re per Emanu. vbi ſuprà.num.13.

174 Fallit in eo, qui cũ illicò vellet monachari, teſtament. fecit, quaſi is vt de ꝓximo religionem profeſſurus pro religioſo habeatur, & citra vllam iuris ſolennitatem teſtari poſsit, non ſecùs, q̃ miles terreſtris, quandoquidem is quaſi miles cæleſtis intelligendus ſit. quod ita tenent Abb. & Deci.

*Monachiſmum deſtinatũ an faciat ualere teſtam. minus ſolẽne.*

num.6.in dict.cap.in pręſentia.de probat. Bart.in authen.ſi qua mulier.colũ.4. & in l. 1. colum. 12. C. de ſacroſanctis eccleſijs. Anto.in dict.cap.in præſentia. Paul. in.d. authenti. ſi qua mulier. Abb. in cap. quia nos.el. 2. de teſtam. licèt cõtrarium teneat Salicet.in.d.authen. ſi qua mulier. & Roma.conſil.237.quod dic vt per Deci.vbi ſuprà.Illam tamen op.vt tale teſtam. citra interuentum ſolennium valeat,nimis nouã, & ſuſpectam puto.

*Monachiſmum an faciat legitimam repreſentari nõ ſpectata morte naturali. cũ cõi cõtra alteram cõem.*

175 Ea tamen retenta, dubium eſt, ſi in tali teſtamento pater ille legitimam,vel etiam plus filio reliquit, an cùm primùm pater monachus factus fuerit, ſtatim poſsit petere quod ſibi à patre relictum fuit,eius morte naturali nõ ſpectata? Et communis opinio Canoniſtarum eſt, vt poſsit.per cap. cùm ſimus.de regul.Ita tenet & firmat cõmuniter teneri Baldus nouellus. de dote. parte.1.colum.3. num. 11. ſequitur & dicit communem opinionem Canoniſtarum Iaſ.in authen.ſi qua mulier.C. de ſacroſanctis eccleſijs.num. 50. vbi idẽ tenent Paul. & Salicetus ſaltem de iure canonico.poſt Bal.ibi.Anchara.& Abb.in dict.cap. cùm ſimus.Abb.in cap. Rainutius. ad fi. de teſtam.& in cap.in pręſentia.de probati.Roma.in.l.ſi cùm dotem.in princip.ff.ſoluto matrimonio.Anani.in ca.2.de delict.puerorum.col.penul.diſputat gloſ.in.d. auth. ſi qua mulier. glo.in.§.illud. in authen. de monach.gloſ.in authenti.nunc autem.C. de ſacroſanctis eccleſijs. Couarru. in ca.2. num.7.de teſtam.

In contrarium ſe habet communis op. legiſtarum ſecundùm Iaſ. vbi ſuprà. Petrus,Cinus,& Bar.col.fi.in dict.authenti.ſi qua mulier. vbi Salicetus hanc dicit communem op.quod & firmat Fulgoſ. ibi ante finem.Bal.in rep.cap.ſi pater.de teſtam. in.6.colum.fin.Alexand.in.l.ſi cùm dotẽ. in principio.ff. ſoluto matrimonio. Areti. col.penul.in.l.1.ff.de teſtam.ſequitur & dicit communem op.Decius.num.67. in.d. cap.in præſentia.per Couar.in cap.quia ingredientibus.de teſtam.

Hæc communis op.negatiua, vt viuente patre monacho filius nequeat petere legitimam, eſt in terminis iuris ciuilis indubitata.per dict. authenti. ſi qua mulier. & ita ſentiunt vtriuſq; partis fautores.Sed de iure canonico ſunt opiniones ſuprà relatæ. Et in hanc partem procliuior ſum, vt etiam de iure canonico viuo patre monacho filio non debeatur legitima. Nam text. dict. cap. cùm ſimus.(vbi repoſitum eſt vnicum fundamentum eorum,qui cõtrariam partem tuentur) ſecurus, & incautus proceſsit,adeò, vt exinde appareat nihil noui inducere voluiſſe, ſed ſucceſsionem paternam filio, qui habitum monachalem ante profeſsionem depoſuerit, nõ denegaſſe,ſicq; tali filio ſucceſsionem patris defuncti tamen non etiam viuentis pollicetur,non ſecùs,quàm ſi is filius habitum monachalem nunquàm ſuſcepiſſet. Et hæc eſt vera mens, veruſq; ſenſus illius textus. Et cùm mors ciuilis nunquàm æquiparetur naturali morti,niſi tantùm in caſibus à iure expreſsis, vt ſuprà oſtendimus,nec is caſus expreſſus reperiatur, ſupereſt,vt hæc pars verior ſit.

*Matrimonij ſpiritualis cond.impeditiua an reijciatur. cum cõi cõtra alteram cõmunem.*

176 Illud autem dubium eſt,ſi filiæ ducenta reliqui ſub hac conditione, ſi nuberet, & eidem centum reliqui tantùm ſub hac conditione, ſi monacha fieret, eaque filia monacha facta fuit,non autem nupſit, an talis filia centum tantùm eo caſu ſibi relicta,an etiam ducenta accipere debeat? Et Bar.in.l.2.ff.de his quæ pœnæ nomine. & ibi Socinus colum.1.qui plures allegat, tenent non centum duntaxat, ſed ducenta eam filiam conſequuturam. Sequitur & dicit communem opinionem Decius cõſilio. 674. In teſtamento Bernardini. numer. 4. tenuit Thom. de Thomaginis in quæſtione paterfam.centum.quem refert & ſequitur Ioan.And.ad Speculat.in rub. d̄ ſtatu monach. ad medi.Alberi.in.l.Deo nobis.col.2.C.de epiſcop.& cleri. poſt Richar.Malũb. quẽ ipſe refert. idẽ Alberi.in tract.



ſtatu. par.2. quæſtione.104. Adhuc ex eodem themate quæro.Matheſel.not. 52.Butrius in cap.in præſentia.de probati. colum.19.vbi ſequitur Feli. qui plures allegat.num.37. Calcaneus conſil. 58. incipit. Magiſter Tominus.col. fi.ſequitur Areti. in dict. cap. in præſentia.col.16.Romanus in.l. ſtipulatio hoc modo concepta. col.5. ff.de verborum obligatio. Alexan. conſil. 35.Super contentis.lib.3.col.3.idem conſil. 121.Viſo themate.col.4.lib.2. Abb. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. colũ.31. Bal.in.d.c.in præſentia.col.5.

Contrariam partem, vt talis filia centũ tantùm, non etiam ducenta conſequi poſſit,tenet Decius ſibi contrarius in. d. ca.in pręſentia.de probati.num.59.Crottus nu. 42.in.l.nemo poteſt.ff.de lega.1.idem Decius,vbi hanc firmat eſſe communem ſententiam in conſil.419. Viſo eleganti conſilio.num.7.Bald. in.l. Deo nobis. colum.2. C. de epiſcop. & cleri. idem Bald. in.l. Lucius.ff.de hær.inſt.vbi etiam Imola. idem Bal.in authen.niſi rogati. C. ad Trebellianum. vbi Paulus, qui ait ſe ita conſuluiſſe cum pluribus doctoribus .& ita obſeruat conſuetudo ſecundùm Bal.in dict. l. Deo nobis. tenet Paul. in. l. quoties ſub conditione.ff.de conditio.& demonſtratio. Anchara.in repet.cap.nemo poteſt.de regulis iuris.libr.6.Paulus in.d.l.Deo nobis.idem in. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demonſtratio. & eſt æquior op.ſecundùm Imolam in.d.l. Lucius. col. fi.& ſecundùm Decium in.d.c. in præſentia.num.59. & longè proximior voluntati teſtantis ſecundùm Crottum vbi ſuprà.& verior de iure ſecundùm Decium in. d. n. 59.tenet Bald.conſi. 82.lib.5.Fulgoſ.in.d.l. Deo nobis.idem cõſ.53. Quoniã ſuperiùs.

Tenendo hanc partem per.l.in conditionibus primum locum. ff. de conditio. & demonſtratio.authen.de nupti.§. diſponat. & quia pro hac parte ſtant omnes regulæ iuris. tunc ad. l. Titiæ ſi non nupſerit.ff.de conditio.& demonſtratio.in qua ſola nititur contraria op.reſpondetur ſecũdùm Decium in.d.c.in præſentia.& ſecundùm Crottum vbi ſuprà. quorum reſponſiones optimæ ſunt,tenendo literam,quæ in quibuſdam libris habetur. Sed in pandectis, quas vidi, & habeo,ſuntq; reliquis codicibus longè caſtigatiores,& puriores, litera ita habet. Titiæ ſi nupſerit,ducenta, ſi non nupſerit,centum legauit, ſi nupſerit mulier ducenta, non etiam centum reſidua petit.ridiculum eſt enim eandem & vt viduam & vt nuptam admitti.Et ſecundùm hanc literam text. ille nihil facit pro muliere monachante,eiuſque legis ſenſus non fuit decidere illum arduum articulum, an contra voluntatem teſtatoris ea filia ducenta habitura ſit,ſed illum articulum expeditum, & planum decidere voluit, quòd vltra ducenta non etiam alia centum habebit: quia cùm alterutrũ tantùm ſibi relictum eſſet, vtranq; ſummam petere ridendum eſſet,& ideo Papinianus ibi dixit.ridiculum eſt enim. Et re vera, vt Crottus vbi ſuprà opportunè aduertit, in quæſtione noſtra teſtator non videtur cõtra religionem niti,ſed magis prudens cõſilium cepiſſe, animaduertens longè opulentiore, pleniore que dote egere filiam ad matrimonium contrahendum, quàm ad monachiſmum, idq; prudens conſilium non paruipendendum, ſed omnino ſequendum eſt, vt in ſimili ait Iureconſultus in.l.Lucius.2. ſuprà all. Et licèt cõditio quæ aduerſatur religioni reijci ſoleat.dict. l. Deo nobis. tamen hìc ſunt duo legata: alterum relictum ſub conditione,ſi nupſerit: alterum ſub cõditione,ſi monacha fuerit: & ſi reijcis conditionem nubendi, vel monachandi, tunc corrumpentur ipſa legata. vt in ſimili aiunt doctores poſt Bart. ibi in.l.commodiſsimè.per tex.ibi.ff.de liber.& poſth. Et demum ab iſta opinione nullus vnquàm(quę mea ſententia eſt)abſcederet,niſi corrupta haberetur olim litera.d.l.Titiæ.Et Decius in.d.c.in præſentia. n.59. firmat, ꝙ in.d.l.litera communis eſt,

quam nos habemus, ſecundùm quam tex. ille potiùs noſtram, quàm contrariam probat ſententiam.

*Monachiſmum uitiatur p cõd. quæ aduerſatur religioni. cum cõmuni cõtra alterã communẽ.*

177 Hæc omnia intelligenda ſunt, quando profeſsio ritè facta fuit, quod accidit per trium votorum ſubſtantialium interuentum, qualia ſunt caſtitas, paupertas, obedientia. Cæterùm ſi quis profiteretur religionem ſub conditione, quæ aduerſatur ſubſtantiæ, ſeu naturæ religionis, putà ſub conditione, vt aliquid proprium illi habere liceret, tunc talis profeſsio non valeret. argumento text. in cap. cùm ad monaſterium. & in cap. 2. & in cap. fina. de ſtatu monachorum. Ita in ſpecie tenet gloſ. in dict. cap. 2. verbo, adminiſtratione. ſentit glo. in authenti. ingreſsi. C. de ſacroſan. eccleſ. ſentit Bart. ibidem. Cardinalis & Panormitan. colum. fin. in cap. fi. per text. ibi de condi. appoſitis. Paul. & Cardi. in clementina. Eos. col. fi. de regularibus. Butriga. & Salicet. & Deci. numer. 21. in dict. authen. ingreſsi. gloſ. in. l. per ſeruum. ff. de vſu & habita. Angel. in. l. ſi ita quis. ff. de hære. inſti. in ſimili per Rubeum in. l. non ſolùm. §. morte. num. 191. ff. de noui operis nuntiatione. Facit quod tradit Bernardus Diaz, regula. 251. plenè per Roma. in. l. 1. §. ſi ſtipulanti. num. 18. cum pluri. ſequen. ff. de verb. obliga.

Contrariam ſententiam tenet & firmat communiter obſeruari Bal. in dict. authẽ. ingreſsi. & Angel. in dict. §. ſi ſtipulanti. Imol. in cap. cùm. m. de conſti. qui firmat communem eſſe ſententiam, vt talis profeſsio nõ vitietur per appoſitionem illius conditionis, ſed profeſsio firma ſit, & ea cond. reijciatur. allegat gloſ. in dict. authẽ. ingreſsi. & in capit. ſolet. 32. quæſtione. 2. Ioan. An. in dict. cap. fin. de condi. appoſi. ſentit Anto. in dict. cap. cùm. m. per Imol. in. d. clementi. Eos. col. pe. Bald. in. l. cætera. §. item quæri. ff. de legat. 1. Lapus allegatione. 29. Primò quæritur. 8. col. facit quod tradit Archidiaconus in cap. non dicatis. in princip. 12. quæſtione. 1. Bal. in. l. 1. prope finem. C. de latina libertate. Anchara. in regula, Nemo poteſt. de regulis iuris in. 6. Bal. in. l. ſi ita quis. ff. de hær. inſti. Imol. in l. vbi ita donatur. ff. de donat. cau. mor. Salicet. in. d. authen. ingreſsi. col. 6. Bald. in. l. ſi Titius. ff. de cond. inſti. Abb. in cap. pe. de voto. Anto. in ſuo repertorio. verbo, monachus. plenè per Iaſ. in dict. authenti. ingreſsi. numer. 30. ſentit gloſ. in. §. illud de monachis. gloſ. in. l. ſi pater. la. 1. de adoptio. Hoſtien. & alij in cap. inſinuante. qui clerici vel vouentes. Hoſtien. Ioan. An. & alij in dict. cap. fi. vbi Panormita. ait hanc eſſe communem opinio. Bald. in cap. 1. §. nulla. per quos fiat inueſtitura. Faber in. d. authen. ingreſsi. & eſt communis opinio ſecundùm Iaſ. vbi ſuprà.

Sed ſuperior op. verior videtur. Nam vt conditio contra ſubſtantiam matrimonij carnalis appoſita vitiat matrimonium. dict. cap. fi. de cond. appo. ita quoq; cond. contra ſubſtantiam religionis, ſeu matrimonij ſpiritualis vitiat religionis profeſſionem, quia regulariter de matrimonio carnali ad matrimonium ſpirituale valet argumentum. vt in cap. fi. & cap. quanto. vbi Anto. de trãſlatione prælatorum. Abbas in cap. innotuit. de electione. Deci. n. 22. in. d. authen. ingreſsi. Neq; ad rem pertinet, quòd conditio improbata non vitiet vltimam vol. vt in. l. 3. ff. de conditio. & demonſtratio. & in. l. 1. ff. de conditio. inſti. §. ſi impoſsibilis. Inſti. de hær. inſt. Nam talis conditio vitiat contractum, omnemq́; actum inter viuos. l. non ſolùm. ff. de act. & obligatio. facit. l. an inutilis. ff. de acceptil. Vnde cùm hîc ſimus in actibus inter viuos, magis eſt, vt talis conditio noceat, quàm vt actus valeat, conditione reiecta. facit. l. 1. §. ſi quis ita. cum ibi notatis per Bar. & omnes. ff. de verborum obligatio. Facit etiam, quia valere vltimæ voluntatis diſpoſitionẽ ſemper intelligitur intereſſe ipſius teſtatoris, cuius ſolius vtilitas inſpiciẽda eſt. l. quia hoc. ff. de interrogatio. act. & §. primo. Inſtitut. quibus alienare licet



licet vel non. non ſic eſt in actibus inter viuos. argumen. dict. l. non ſolùm. Præterea conditio inepta, vel improbata in vltimis voluntatibus reijcitur: quia ab eo teſtatore, qui ferè turbatus eſſet mortis cogitatione, adiecta videtur. l. hac conſultiſſima. §. at cùm humana. C. qui teſtamenta facere poſſunt. authen. de trien. & ſemi. §. illud. Non ſic eſt in actibus inter viuos, qui fiunt ab eo, qui nulla mortis cogitatione turbatus eſt, & ideo ſi in eis conditio apponatur vel impoſsibilis, vel inepta, vel ſubſtantiæ diſpoſitionis, quæ agebatur, aduerſa, ea conditio non reijcitur, ſed vitiat diſpoſitionem. l. in illa ſtipulatione ſi calendis. l. impoſsibilis. ff. de verborum obligatio. dict. l. non ſolùm. quia tunc qui talem conditionem adiecit, non tam animum ſeſe obligandi, quàm iocandi habere videtur. vt dict. l. non ſolùm. & dict. l. an inutilis. dict. §. ſi quis ita. vbi per omnes. Præterea contraria opinio, in ſola pietate & fauore religionis nititur. Sed re vera nihil vnquàm magis impium, inhumanũ, religioniq́ue aduerſum, pugnans, inimicum excogitari potuit, quàm velle eum religioni & monachiſmo obligare, qui non conſenſit. Nec dubium eſt, quin conditio illa impediat conſenſum profitentis, dum pendet conditio, & longè magis dũ deficit. l. cedere diem. ff. de verborum ſignificatio. §. ex conditionali. Inſtit. de verborũ obligatio. gloſ. communiter ibi app. in. l. item quia. §. 1. ff. de pact. Id quod in monachiſmo contrahendo longè fortiùs procedit, quàm in reliquis diſpoſitionibus inter viuos, cùm in monachiſmo agatur de libertate. argum. d. authen. ingreſsi. & d. c. cùm ad monaſterium. d. c. fi. de ſtatu monachorum. nec dubium eſt, quin libertas ſit cunctis rebus humanis pretioſior. l. filiusf. §. ſecundùm vulgarem. ff. de lega. 1.

Cùm autem monachus ritè profeſſus non eſſet per ſuperiorem conditionem ſubſtantiæ monachiſmi aduerſam, nulli dubium eſt, quin præfici poſsit eccleſiæ. Quòd ſi ritè profeſſus eſſet, tunc vehemẽter controuerſum eſt, an eccleſiæ præfici poſsit ſine diſpenſatione. Et quòd eccleſiæ curatæ non poſsit, ex communi opinione reſoluit Alexand. conſil. 70. In cauſa inter dom. lib. 3. num. 13. verſic. ſecundò principaliter. Anto. in clemẽ. 1. de electione. not. in. c. fi. de capell. monach.

*Monachus executor teſtamẽti eſſe nõ poteſt cum cõmuni cõtra alteram communem.*

178 Monachus autem ritè profeſſus executor teſtamentorum eſſe non poteſt. c. 2. de teſtam. in. 6. clementina. 1. eod. tit. clementina. Exiui. §. verum. de verbo. ſignificatio. qua de re plenè per Couar. de teſtam. in. c. tua. col. 1. Cæterùm ſi executio teſtamenti facta ſit per monachum ordinis minorum, non impetrata ſuperioris licentia, nec præcedente eius contradictione, dubitari ſolet, an ſuſtineatur talis executio. Quod videtur, argumento text. in. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni. vbi multa in ſimili per Iaſ. tenet in ſpecie Fredericus conſil. 293. col. fina. cuius opinio communis eſt ſecundùm Decium conſi. 494. Quod ſuprà maturè. num. 15. idem conſil. 499. In cauſa. num. 6. in ſimili per Hoſtien. & Ioan. An. in cap. ſicut. ne clerici vel monachi. Abb. in cap. decernimus. col. 2. de iudicijs. facit quod tradit Roma. conſil. 215. Duo ſunt. eſt communis opin. ſecundùm Couar. in dict. cap. tua. colũ. 2. in ſimili per Roma. conſil. 409. Quo ad primum. idem Roma. ſingu. 242. Deci. in l. in ambiguis. §. non eſt. ff. de regulis iuris. Felin. in cap. 2. col. 7. de iudicijs.

Contrariũ, vt talis executio infirmetur, tenet Deci. in duobus cõſilijs ſuprà allegatis. vbi ait noſtros interpretes volatiliũ morem ſequi, nam primam volãtem reliquæ omnes inſequuntur. & ſimiliter Couarru. vbi ſuprà. recedit à communi opi. per tex. in. d. §. verum. vbi his monachis talis executio prohibetur. Neque ad rem pertinuit, quòd ibi non ſit ſubiectum decretum irritans. Nam quando. l. prohibet, licèt vltrà non procedat actum expreſsim anullando, adhuc tranſgreſsio vitioſa



eſt, non

eſt, non ſecùs, quàm ſi lex vltrà ꝓcederet anullando. vt plenè traditur per Iaſ. num. 17. in. l. non dubium. per text. ibi. C. de legib. tradunt Alex. Iaſ. & Alciat. in. l. 1. ff. de lib. & poſt. eſt vera & communis opin. vt diſſeruimus ſuprà. §. 4. num. 16. cum plu. ſequen.

*Monachus ut non ſuccedat lege caueri quādo poßit nona op.*

179 Illud autem quæri ſolet, an valeat ſtatutum, quo cauetur, vt ingrediens monaſterium non ſit ſucceſsibilis. Et Bar. in. l. fi. C. de pact. tenet valere. Et ita videntur tenere Butriga. & Bald. in. l. Deo nobis. C. de epiſ. & cleri. prout eos refert Paul. in. l. ſi qs id quod. num. 8. ff. de iuriſdictione omni. iud. qui ait, quòd doctores communiter ita videntur tenere. Sequitur Zaſius in. l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verbor. obliga. num. 38.

Contrariam partem, vt non valeat tale ſtatutum, tenet, & firmat communiter teneri Ripa in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. el 1. num. 39. ff. ad Trebel. Felin. in cap. eccleſi. ſanctæ Marię. col. 28. de conſti. Alexan. in. l. fi. C. de pact. Ange. in diſputatione incipienti, Nobilis. per authen. de ſanctiſsi. epiſ. §. ſed hoc præſenti. eſt communis op. ſecundùm Zaſi. in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. num. 38. ff. de verbo. obliga. qui tamen cōtrarium tenet. & eſt communis ſecundùm Cagnolum in. l. fi. num. 178. C. de pact. tenet Paul. in. d. l. ſi quis id quod. num. 8.

Verùm cùm is qui religionem profitetur, caſtitatem, paupertatem, & abſtinentiam ſeruaturum ſe polliceatur. c. 2. c. cùm ad monaſterium. c. fi. de ſtatu monachorum. cùmq́; tali monacho debeātur à patre alimēta ſecundùm vtriuſq; partis fautores. vt nominatim per Zaſium vbi ſuprà. certè quòd his monachis adempta ſit ſuccedēdi poteſtas, quò magis ab opibus & diuitijs abſtineant, è religione ipſa eſſe videtur, tantum abeſt, vt ei aduerſari intelligatur. Præterea ſuccedendi poteſtas iure ciuili fuit data, & conceſſa. Decius, & alij in rubr. C. qui teſtam. fac. poſ. diximus plenè in. §. 1. ſuprà. poſt præludia. ergo eodem iure ciuili hæc ſuccedendi poteſtas poſſet auferri, & denegari citra vllam cauſam hominibus cunctis, & ex cauſa quibuſdam: nam citra vllam cauſam id non liceret, ne lex illa, aut ſtatutum reſpectu perſonarum deſinat eſſe generalis. contra c. erit autem lex. 4. diſtinct. & contra. l. 1. &. 2. ff. de legibus. ſicq́; videatur facta in læſionem tantùm & perniciem eccleſiæ, aut religionis. Sicq́; ſententiæ ſuprà relatæ inter ſe pugnantes ad concordiam reduci poſſunt.

*Eccleſia ex cauſa pōt per ſtatutū ſubijci tributis. cū cōmuni cōtra alteram cōmunem.*

180 Vnde ſi patrimonium eccleſiæ nimis cœpit augeri, laicorum verò diminui, tūc valet ſtatutum, vt omnia prædia fiant tributaria: ſicq́; id ſtatutum licèt non comprehendat prædia, quæ iam erant eccleſię tempore conditi ſtatuti, tamen reliqua omnia prædia comprehendit, vt ſic prędia, quæ poſtea ad eccleſiam peruenerint, tributaria eſſe intelligantur, nō ſecùs, quàm reliqua prædia laicorū. Hæc eſt communis op. vt reſoluit Iaſ. in. l. placet. lect. 2. nu. 20. C. de ſacroſ. eccle. idem in. d. l. placet. lect. 1. num. 19. & eſt ex mente Bart. in. d. l. placet. idem in. l. reſcripto. §. fi. ff. de munerib. & honori. idem in. l. fi. C. de exactoribus tributorum. lib. 10. Bal. in. c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. Id quod licèt communiter damnetur in ſtatuto laicorū ſuperiorem recognoſcentium, tamen ſuſtinetur, ſi ſtatuentes non recognoſcerēt ſuperiorem. vt per Iaſ. in dict. l. placet. 2. lect. num. 22. Ratio differentiæ, quia clerici nō ſunt immunes à tributis ordinarijs prędialibus, ſed tantùm ab extraordinarijs. per tex. in. d. l. placet. & in. c. tributum. 11. quæſtione. 1. &. c. tributum. 23. quæſtione. 8. facit. c. placuit. vbi Archidiaconus. 16. quæſtione. 1. Cæterùm licèt tributa impoſita ab Imperatore, vel eo, qui non recognoſcit ſuperiorem, ordinaria eſſe intelligantur, tamen ſi fiant à recognoſcente ſuperiorem, extraordinaria intelligūtur, à quibus immunes ſunt eccleſiæ, & eccleſiaſticæ perſonæ. vt per Iaſ. vbi ſuprà. poſt Bar. in. l. hi qui. ff. de iure immunitatis. & cum hac declaratione idem videntur ſentire Anchara. conſil. 238. Habet ſtatutum. Ange. conſil. 24. Eccleſia tenetur. & eſt communis op. teſte Iaſone in. d. l. placet. 2. lect. num. 20. plenè per Aimonem de antiquitate temporum. 4. par. c. circa. nu. 10. Curti. iuni. conſil. 68. num. 4. libr. 1. Dueñas in regula. 100. nu. 9. Itaq; ſi talia ſtatuta fiant ex cauſa, ne onera tributorum plus æquo onerent laicos, quorum prædia curſim ad eccleſias, aut eccleſiaſticas perſonas confluebant, verius, & æquius eſſe videtur, vt valeant, ſi modò fiant à non recognoſcente ſuperiorem, ne eccleſiæ ditentur cum iactura laicorum. ita Abb. in. c. quod clericis. col. 10. de foro compet.

Agnoſco tamen, quòd in contrarium videtur ſe habere receptior opi. vt etiā his caſibus ea ſtatuta non valeant. vt reſoluit Felin. in. d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. num. 76. & Iaſ. in locis ſuprà citatis. & in. l. fi. num. 24. C. de pact. Alexand. & Roma. & Imol. in. l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. per Abba. in. c. fi. in fi. de vita & honeſtate clericorum. per legem. quiſquis. C. de ſacroſ. eccle. Bal. in. d. l. placet. per tex. in authen. item nulla communitas. C. de epiſ. & cleri. Bal. in. l. fi. colum. fi. C. ſine cenſu vel reliquis. Abb. in. c. minus. de immunitate eccleſi. aliquid per Felin. in. c. verum. de foro competenti.

Sed tamen ſuperior op. verior eſt, dummodò ſtatutum fiat ab eo, qui non recognoſcit ſuperiorem, & re vera non fiat in læſionem ſolius eccleſię, aut eccleſiaſticarū perſonarum, & pręterea tributum ſit reale. per. d. l. placet. cum ſimil. ſuprà allega. Nec enim eccleſia, quæ debet eſſe cultrix iuſtitiæ, pietatis, & æquitatis, æquum, aut honeſtum eſt, vt ditetur cum ingenti læſione, iactura, & incommoditate laicorum. cōtra regulam, Nam hoc natura. ff. de cond. indeb. l. iure naturæ. ff. de regul. iur. & quia eccleſia, quæ omnes Chriſti fideles vt fratres habere & fouere debet, ęquū eſt, vt inter tam eccleſiaſticas, quàm laicas perſonas æqualitatem velit ſeruare, non ſecùs, quàm inter fratres ſeruari leges iuſtæ decernunt. vt in. l. cùm oportet. in princip. C. de bo. quę lib. Vnde hac in re veritas vincit. Nam ſi tempore, quo eccleſiæ ſunt ſufficienter, abundeque, vel fortè plus æquo dotatæ tale fiat ſtatutum, magis eſt, vt valeat: quia tunc negari non poteſt, quin fiat propter bonum publicum: factum autem propter bonum publicū, ſine dubio tenet eccleſiā, eccleſiaſticasq́; perſonas, non ſecùs, quàm reliquos. Non ſic ſi ſtatutum fieret tempore, quo eccleſiæ facultates tenues forent, quaſi tunc in eccleſiæ læſionem tenderet.

*Eccleſia tenetur cōtribuere ad uim hoſtiū repellendā, cum cōmuni contra alteram communem.*

181 Hinc eſt, quòd eccleſiæ tenentur contribuere ad collectam, quæ imponitur ꝓpter ſocietatem militum deprædantium repellendam. ſecundùm Bar. in. l. nullus. per illum tex. C. de decurio. lib. 10. Iaſ. nu. 13. in. d. l. placet. lect. 1. c. peruenit. de immunitate eccleſiarum. Anchara. in. c. non minus. ſuprà allega. Nam & generaliter qui habet immunitatem à collectis, non intelligitur exemptus ab his, quæ imponūtur propter guerram, ſeu bellum. vt ex cōmuni op. reſoluit Iaſ. in. l. ſi ex toto. in princip. num. 7. ff. de leg. 1. per tex. in. l. 1. C. vt nemini liceat ab ſemptione ſpe. ſe excuſare. lib. 10. vbi gloſ. in verbo. neceſsitate. & eſt cōmunis opin. vt firmat Iaſ. in. d. l. ſi ex toto. num. 10. & in. d. l. placet. lect. 1. num. 14. tenent Bal. & alij in. d. l. ſi ex toto. licèt contrarium teneat & dicat communiter practicari Abb. conſil. 3. lib. 1. & in. c. non minus. de immunitate eccleſiarum. & Sylueſter in parte, immunitas. ſecundùm quē communiter ſentiunt docto.

*Eccleſia tenetur cōtribuere ad refectionē uiarum publi. cum cōmuni.*

182 Sed prior op. verior eſt, & receptior. vt per Ripam lib. 2. de reſcriptis. c. 20. num. 6. Nam & ſimiliter eccleſiæ tenentur cōtribuere ad refectionem viarum publicarū. vt per Sali. in. d. l. placet. not. fi. Abb. in. d. conſil. 3. Cardi. in clementina. 1. quæſt. 17.

de vita & honeſtate clericorum. Iaſ. in. d. l. placet. lect. 1. num. 14. Alexan. conſ. 68. lib. 2. glo. in. l. ad inſtructiones. C. de ſacroſan. eccle. per tex. ibi. per Bal. conſi. 312. Si de iure. parte. 3. Butriga. & Bal. in. d. l. ad inſtructiones. Bal. in titulo. de pace conſtantiæ. col. 5. Quod intelligẽdum eſt, dummodò neceſsitas adſit: nam ſi nulla neceſsitas adeſſet, tũc licèt per refectionem murorum, põtium, vel viarum fortior aut pulchrior redderetur ciuitas, eccleſia, aut clerici, non tenerentur contribuere, licèt per talem refectionem conſultum videretur eccleſijs & clericis, non ſecùs, quàm laicis, quaſi eccleſia contribuere teneatur in caſu tãtùm neceſsitatis, non etiam in caſu vtilitatis, & longè minùs in caſu voluntatis. Ergo eccleſiæ tenentur non ad expenſas voluntarias, nec etiam ad vtiles, ſed tantùm ad neceſſarias, ſimulq́; vtilitatem communem reſpicientes. & in hoc caſu loquitur Abb. in. d. conſ. 3. Et ita poſſunt concordari opi. ſuprà relatæ. Facit in ſimili quod plenè tradit Bar. in. l. in fundo. ff. de rei. vendi.

*Suitas non tollitur datione ſubſt. uulga. cum multis contra commu nem.*

183 Suitas tollitur datione ſubſtituti vulgaris. Iſta eſt communis op. quam tenent gl. in. l. Papi. §. quarta. ff. de inof. teſtam. Cinus in. l. precibus. in materia vulgaris ſubſti. quæſtione. 4. C. de impub. Dinus, Iacobus de Are. Bar. Ange. Imo. & Alexan. num. 3. in. l. ſi filius hæres. ff. de lib. & poſt. Imol. in l. 1. 5. quæſtione principali. ff. de vulga. eſt communis ſecundùm Iaſ. in. l. Lucius. nu. 2. eod. tit. communis eſt ſecundùm Socin. in. d. l. 1. nu. 47. Bald. in. l. ſi arrogator. 5. oppo. ff. de adoptio. Iaſ. nu. 17. in. l. ſi filius qui patri. ff. de vulg. Bal. in repet. l. in ſuis. ante finem. ff. de lib. & poſt. idem in. l. fi. C. de repud. hær. communis eſt ſecundùm Corn. ibi col. 2. vbi Iaſ. dicit communem colũ. 1. in fi. Bal. in. l. poſt aditam. C. de impub. idẽ in. l. apud hoſtes. C. de ſuis & legit. idẽ Bal. in. c. Cumana. de electione. Bald. in. l. cùm proponas. C. de hęr. inſti. Imol. in. l. fi. ff. de condi. inſti. communis eſt ſecundùm Coraſ. in. c. 2. libr. 1. miſcellane. Imol. in. l. iam dubitari. ff. de hær. inſti. idem in. l. paterfa. eod. tit. eſt communis ſecundùm Maynerium in. l. nemo poteſt mutare. num. 115. ff. de regul. iur. dicit communem Alexan. in. d. l. ſi filius hęres. num. 3. & ibi Henricus Ferra. in addi. dicit communem Soci. in regula. 390. incipit. Suitas. Segura in. l. 3. §. fi. num. 149. ff. de lib. & poſt. idem in. l. cohæredi. §. cùm filiæ. num. 61. & rurſus ibi. nu. 270. ff. de lib. & poſt. Soci. conſil. 20. Viſis actis. nu. 15. lib. 1. qui ait hunc paſſum egere Cæſarea deciſione. Bart. in dict. l. ſi filius qui patri. num. 5. idem in. d. l. ſi filius hęres. col. 2. Bal. in. l. non iuſtam. C. ad Trebel. cõmunis eſt ſecundùm Corn. in. l. cum antiquioribus. col. 1. C. de iure delib. Alexand. in. d. l. ſi filius qui patri. num. 20. Alexand. conſil. 71. lib. 2. Ponderatis. col. 2. verſi. nec ſublata. communis eſt ſecundùm Alexã. in. d. §. idem Iulia. num. 5. Bart. & alij in. d. §. quarta. Emanuel de Acoſta in. l. gallus. §. & quid ſi tantùm. par. 4. num. 26. ff. de lib. & poſt. communis ſecũdùm Cuma. in. d. l. ſi filius hæres. vbi dicit communem Iaſ. num. 28. Soci. in. l. ſi filius qui patri. nu. 10. & nũ. 20. vbi dicit communem. & eſt cõmunis ſecundùm Corn. in. l. ſi fratris. nu. 11. in fi. & nu. 12. C. de iure delib. vbi Paul. dicit communem. tenet Bal. in. l. poteſt. ff. de vulga. & Bar. in. d. §. & quid ſi tantùm. Corn. in. d. l. non iuſtam. num. 5. eſt cõmunis ſecundùm Bened. in. c. Rainuti. de teſtam. in verbo, mortuo itaq;. el. 2. nu. 190. & in verbo, ſi abſq; liberis. num. 93.

*Tenẽtes cõtra cõem.*

184 Cõtrariam partem, nempe negatiuam, vt ſuitas nõ tollatur datione ſubſtituti vulgaris, tenent Ange. in. l. ſi pater. C. de inſti. & ſubſti. Fulgoſ. Paul. & Bened. de Plũbi. in. d. l. ſi fratris. C. de iure delib. Bal. Angel. Chriſtophorus de Caſtelionis. & Paul. in d. l. ſi filius hæres. ff. de lib. & poſt. Ange. in l. ſuus quoq;. §. fi. ff. de hær. inſti. idem in. d. l. iam dubitari. eod. tit. Ange. & Roma. in d. §. idem Iulianus. Bal. & Ange. in. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de vulga. Bal. in. l. Papi. §. quoniam autem quarta. ff. de inof. teſtam.



ſtam. variat Areti. in. d. l. ſi filius hæres. vbi hanc eſſe communem ſententiam modernorum firmat Cuma. Alciat. nume. 40. in d. l. ſi filius qui patri. ſequitur Coraſ. libr. 1. miſcellane. cap. 2.

*Argu. pro cõmuni opinione.*

185 Pro priore ſententia, quæ cõmunis eſt, adducitur. l. ſi filius hæres. ff. de lib. & poſt. cuius verba (ſi filius hæres inſtitutus ſit omiſſo poſthumo filioq́; ſubſtitutus nepos ex eo ſit poſthumo non nato nepotẽ tam patri quàm auo ſuum hæredem futurũ.) Vnde colligitur, quòd filij ſuitas ſublata fuit, eo quòd nepos ex eo fuit ſibi ſubſtitutus, aliter enim ipſe filius hæres iure ſuitatis fuiſſe ſtatim poſt mortem patris videretur, vnde poſtea nepos ex eo patri tantùm, non etiam auo hæres foret. argum. §. ita demum. Inſt. de hær. ab. Sed certè text. ille nihil probat. Nam ibi filius inſtitutus priùs deceſsit, quàm poſthumus præteritus per abortum perijſſet, ſicq́; is filius ſuus hæres eſſe per poſthumi pendentiam impeditus fuit, non per dationem ſubſtituti vulgaris. Quãdiu enim poſthumus naſci ſperatur, tandiu hæres ſcriptus non poteſt eſſe hæres neq; iure aditionis, vel immixtionis, neq; iure ſuitatis. vt ibi. &. ff. de contratab. l. illud. §. fi. cum. l. ſeq. Et ita rectiſsimè illum tex. intelligunt, qui ſecundã partem negatiuam tuentur. Itaq; pendente poſthumi natiuitate, filius ille ſuus hæres eſſe non poterat ex teſtamento, propter incertam teſtamenti validitatem. vt. dd. ll. & l. fi. ff. de cond. inſt. neq; ſuus eſſe poterat abinteſtato, quia quandiu locus eſſe poteſt ſucceſſioni ex teſtamẽto, ceſſat ſucceſsio abinteſtato. l. quandiu. ff. de acquirenda hæreditate.

Deinde adducitur pro cõmuni illa ratio, quòd per dationem ſubſtituti vulgaris filio videtur data à patre licentia, aut facultas abſtinendi. argum. l. ſi paterfa. ff. de hære. inſt. §. fi. Inſtit. de vulga. l. 3. C. de hær. inſt. Quo falſius nihil vnq̃ dici potuit, cùm (vt pleriq; eorum, qui contra cõmunem contendunt, ſcitè aduertunt) teſtator ſubſtitutum vulga. creauerit quo magis, non quo minùs certus ſit aliquis hæres ex teſtamento. l. vn. in prin. C. de cad. tollen. & in prin. Inſt. de vulg. at ſi per dationem ſubſtituti vulgaris videretur filius fieri de neceſſario voluntarius, iam minùs certus hæres eſſet, quàm antea erat. ergo. &c.

Tertiò allegatur, quòd per dationem ſubſtituti videtur pater filiũ facere de neceſſario voluntarium, vt proximè dicebã. Quod nihil eſt. Nam teſtator cùm non ignoraret filium inſtitutum ex multis caſibus impotentiæ (de quibus per tex. & oẽs in. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de lib. & poſthu.) poſſe hæres eſſe deſinere, id eſt hæredem non exiſtere, proſpexit teſtamẽto ſuo per dationem ſubſtituti, præſertim cùm etiam per nolũtatem poſſet filius abſtinere patris hæreditate. l. neceſſarijs. cum ſimi. ff. de acq. hær.

Quartò adducitur. §. in nouiſsimo. iuncto. §. cùm autem. C. de cad. toll. quæ iura nihil probant, ſed pro contraria parte magis faciunt, ſi rectè inſpiciantur.

Quintò adducitur. l. cùm ſeruus. ff. de condi. inſti. quæ nihil ad rem, ſi rectè inſpiciatur.

Sextò adducitur. l. ſuus quoq;. §. ſi filio. cum. l. ſeq. ff. de hær. inſtit. & l. ſed & ſi cõditioni. in princip. eod. titu. Sed illa iura nihil faciunt, & declarantur per. l. fi. ff. de cõdi. inſti. vt ſi filius ſit inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, quæ vltimo vitæ ſpiritu expleri poſsit, & habuerit ſubſtitutũ, tunc licèt ſuitas non tollatur, tamen impeditur quicquam operari: quia ex teſtamento ſuus hæres eſſe non poteſt propter pendẽtiam conditionis, neque abinteſtato propter pendentiam teſtamenti. l. quandiu. ff. de acquirenda hæreditate. ergo eo caſu ſuitas non tollitur, ſed temporaliter tantùm impeditur: & quidem impeditur, nõ per dationem ſubſtituti, ſed per adiectionem illius conditionis. Quinimò ea iura ſufficienter probant contrariam ſententiam, vt iam dicemus,

Allega-

Allegatur.7.l. qui fundum. §. qui filiũ.
ff.ad leg.falcid.ibi,ſi filius antequàm patri
hæres exiſteret. ſentiunt enim,quòd filius
non poſſet non eſſe hæres patri iure ſuita-
tis ſtatim poſt eius mortem,niſi ſuitas da-
tione ſubſtituti eſſet ſublata .Sed reuera ni
hil facit.Nam ſi rectè inſpicias,non agitur
ibi de exiſtentia ſui hæredis,quæ iure ſuita
tis contingat,quæq́; reuocabilis eſt per be
neficium abſtinendi à prætore cõceſſum.
d.l.neceſſarijs. ſed agitur de exiſtentia hæ-
redis irreuocabili, quæ per immiſtionem
contingit.l.ſicut maior.C.de rep.her.

Allegatur.8.l.& ſi ſine.§.quod Papinia
nus.ff.de mino. vbi pupillo abſtinente ve
rus hæres fit ſubſtitutus,quod eſſe nõ poſ-
ſet, niſi ſuitas datione ſubſtituti videretur
ſublata.Sed certè magis eſt,vt ſuitas abſté-
ſione videatur ita debilitata, non autem
datione ſubſtituti.Simile in.l.Papinianus.
§.ſi ex cauſa.ibi,ſuus. ff. de inof. teſtamen-
to.expreſsiùs in.l.nam nec emãcipatus. ff.
de legatis.1.

Poſtremò facit.l.ſi patronus teſtamen-
to.§.ſi patroni filius.ff. de bo. liber. Sed ibi
nõ dicitur,quòd per dationem ſubſtituti
filius ex voluntate patris poſsit hæres eſſe
deſinere, ſed quòd voluntate patris hæres
poterit exiſtere. Et re vera iſtorum omniũ
iurium, quæ pro communi opinione ad-
ducuntur,nullum eſt,quod communem
opinionem ſufficienter probauerit,neque
etiã proximè acceſſerit, neq; vlli vnquàm
Iureconſultorum id in mentem veniſſe
veroſimilius eſt, ſi omnia iura hinc inde
adducta penitiſsimè inſpexeris.

186 Pro cõtraria opinione, vt datione ſub-
ſtituti vulgaris ſuitas non tollatur, eſt tex.
expreſſus in.l.Papinia.§.ſi ex cauſa. verbo.
ſuus. ff. de inofficioſo teſtamento. vbi fi-
lius exhæredatus fuit, deinde per querelã
inoffici. teſt. teſtamentum reſciſſum fuit,
& Iureconſultus ait eum filium ſuum hæ
redem patri futurum exhæredatione non
obſtante, licèt etiam hæredis ſcripti aditio
ne fuerit confirmata. vbi planè probatur,
quòd etiam per expreſſam exhæredatio-
nem, certamq́;, & indubitatam patris vo-
luntatem filium excludere volentis ſuitas
non tollitur, vel ſui hæredis exiſtentia: quã
tò ergo minus vbi tacita tantùm vol. eſt,
vel veriùs nulla omnino voluntas eſt? Id
quod efficaciter ſtringit.

*Argum. cõtra cõmunem.*

Ad idem &.2.facit. l. filium. §. ſed cùm
exhæredatio.ff.de contra tab.vbi exhære-
datio filij ſequuta hæredis ſcripti repudia-
tione nullius momẽti redditur,euaneſcit-
q́;, nec iura ſui hæredis vlla ex parte ener-
uantur, non magis, quàm ſi exhæredatio
facta non fuiſſet: quantò ergo minus in
datione ſubſtituti vulgaris, quæ non tam
pertinet ad iura ſuorum hæredum extin-
guenda, quàm exhæredatio? vt per Bar. &
alios in.l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.

Tertiò facit, quia conſtat tacitam vul-
garem contentam ſub expreſſa pupillari
non tollere ſuitatem. l. quæſitum. l. filius
qui ſe paterna.l.ſi pupillus.ff. de acq. hær.
ergo idem in expreſſa, cùm taciti & expreſ
ſi par potentia ſit.l.3.ff.de lega.1. l. non re-
ctè.C.de fideiuſ.cum ſim.

Quartò facit, quia abſtinendi facultas
liberis conceſſa non iure ciuili, ſed tantùm
iure prętorio cõpetit.§.ſui.Inſt.d' hęr. qua.
§.ſui.Inſt.de hær.quæ ab.l.neceſſarijs.ff. de
acq. hære. neq; vllibi reperitur expreſſum
illam abſtinendi facultatem poſſe conce-
di per patremfa.

Quintò facit.l.ſi ſequens. ff. ad Sillani.
vbi ſi necem defuncti primus gradus non
vindicauit, ſed ſecundus, ſic tũc nihilomi-
nus hæreditas fiſco defertur, quàm ſi ſecũ
dus gradus non vindicaſſet, quaſi per da-
tionem ſubſtitutorum non videatur inſti
tutis data licentia necem defuncti negli-
gendi.

Sextò facit, quia nulli dubium, quin
tranſmiſsio ſit effectus ſuitatis.l. apud ho-
ſtes.C.de ſuis & leg.l.3.C. de iure delibe.l.
ſi infanti. vbi omnes.eod.tit. & tamen per
dationem ſubſtituti vulgaris conſtat non
impediri tranſmiſsionem.l.vn.in.§. in no-
uiſsi-



uiſsimo. iũcto. §. cùm autem in ſuperiore.
C.de cad.tollẽ. ergo ſimiliter non videtur
ſuitas ſublata, nam ſi ſublata eſſet, effectũ
tranſmiſsionis operari non poſſet. l. 2. in
princi.C.de lati.liber. toll.l.2.C.de indict.
vid.l.inter ſtipul.§.ſacram.ff.de verb.obli-
gat.§.1. Inſt.de inutil.ſtip.

Septimò facit, quia per dationem ſub-
ſtituti ſeruo hæredi ſcripto conſtat datam
non videri licentiam abſtinẽdi.l.inde Ne-
ratius.§.1.ff.ad leg.Aq.text. iuncta gloſ. in
verb.nouiſsimo.in princip.Inſt.de vulga.
nec dubium eſt, quin ſeruus & filius æqui
parentur.l.placet.ff.de acquirenda hæredi
tate.§.item vobis.Inſt.per quas perſo.nob.
acq.gloſ.app.in.l.ſi quis ſeruo alieno per-
ſuaſerit.C.de furtis.præſertim cùm libero-
rum ſucceſsio longè magis accedat voto
ſtudioq́; teſtatoris, quàm ſucceſsio ſeruo-
rum.l.ſcripto.ff.vnde lib.l.nam & ſi.ff. de
inof.teſtam.vnde per dationem ſubſtituti
longè minus videbitur data licentia abſti
nendi liberis, quàm ſeruis. Idq́; efficaciter
ſtringit.

Octauò eſt optimus text.in.l. Iulianus.
ff.ſi quis omi.ca.teſtam.ibi, quoniam filia
patri ſubſtituitur in caſu. & rurſus ibi, nõ
vt arbitrium eligendi relinquatur.Quod
& tertiò ſuadetur ibi in deciſione illius le-
gis, quæ in his tribus locis expreſsim decã
tat per dationem ſubſtituti hæredi ſcripto
non videri datam licentiam abſtinẽdi, ſed
tantùm in caſu (id eſt dato infortunio im-
potẽtiæ) proſpectum à teſtatore fuiſſe per
adiectionem ſubſtituti: etenim primò no-
minatum hæredem non exiſtere, quaſi in-
fortunium eſt teſtatori.argumen.l.fi.ff.de
hær.inſt.l.Lucius.eod.tit.l. quia hoc.ff. de
interrog.act.

Nonò optimus text.in.l.quia autem.§.
1.verſic.puto.ff.ſi quis.omi.ca.teſt.vbi qui
quædam legata reliquit ex teſtamento,
aliaq́; ab inteſtato, non videtur dediſſe li-
centiam ex teſtamento repudiandi.

Decimò optimus tex.in.l.ſi ſolus.in pr.
ff. de acquirenda hæreditate. vbi ex parte
fui inſtitutus, deinde ex alia parte per aliã
diſpoſitionem fui ſimiliter inſtitutus, in
qua habui ſubſtitutum, primam partem
adiui, alteram repudiaui in qua ſubſtitutũ
habui, quaſi per ſubſtituti dationem vide
rer licentiam illius partis repudiandæ ha-
bere, & tamen id ibi abnegatur, deciditur-
q́; partem etiã repudiatam mihi accreſce-
re, poſtquàm alteram partem adiui.

Vndecimò tex.optimus in.l.Lucius.ff.
de vulg.vbi ſubſtitutio reciproca, quę vul
gares cõtinet expreſſas verbis generalibus
non tollit ſuitatem. Quod patet, quia ibi
conſtat hæreditatem ad matrem impube
ris, cui illa ſubſtitutio facta fuit, pertinere
ſimul cum hæreditate patris, quam im-
puberi iure ſuitatis acquiſitam fuiſſe intel
ligendum eſt, quandoquidem iure aditio
nis, vel immixtionis non conſtat acquiſi-
tam fuiſſe, nec immixtio cùm ſit quid fa-
cti præſumitur niſi probetur. l. ſi emanci-
pati. C. de collati. l. in bello. §. factæ. ff. de
capti.

Duodecimò facit tex.reliquis efficacior
in.l.fi.ff.de cond.inſt.vbi ſi filius ſit inſtitu
tus ſub conditione dandi, quæ quidem cõ
ditio poteſt impleri in vltimo vitæ ſpiritu
(vt ibi probatur) isq́; filius deceſſerit pen-
dente cõditione illa, cùm ſubſtitutum vul
garem haberet, text. ait, quòd ſubſtitutus
hæres eſſe non poterit, donec filius ſit per-
fectè mortuus, quaſi primus gradus inſti-
tutionis etiam ſi filius ſit in vltimo vitæ
ſpiritu, non videatur euanuiſſe, ſed demũ
poſtquàm filius eſſet pfectè mortuus. At
cùm aditio hæreditatis in vltimo vitæ ſpi-
ritu fieri non poſſet.tex.cum gloſ.in.l.fi.ff.
quand.dies leg. ced. ſi filius ille non habe-
ret ſuitatem, cuius virtute in vltimo vitæ
ſpiritu hæres eſſe poſſet, longè minùs iure
aditionis in vltimo vitæ ſpiritu exiſtens
hæres fieri poſſet, ſicq́; tunc gradus inſtitu
tionis non ſpectata morte filij, euaneſce-
ret, locusq́; ſtatim fieret ſubſtituto ante-
quàm filius perfectè mortuus eſſet. Vnde
cùm ibi dicatur, quòd ſubſtituto locus nõ
ſit do-

ſit donec filius inſtitutus perfectè mortuus eſſet, planè intellexit Iureconſultus eum filium non obſtante ſubſtituti vulgaris datione ſuitatem ſuam retinuiſſe, ſicq́; ſi per alium ea conditio inſtitutionis in vltimo etiam filij vitæ ſpiritu expleta fuiſſet, filius ille ſtatim hæres iure ſuitatis fieret, excluderetur q́; ſubſtitutus. Sicq́; re vera tex. ille hanc decidit quæſtionem, cui nullus vnquàm ſanum reſponſum dedit.

Deinde pro noſtra ſententia etiam facit. Nam certum eſt, quòd quæ ſunt in cõditio. non ſunt in diſpoſitione. l. ſi quis ſub cond. dandorum decem. ff. ſi quis omiſſ. cau. teſta. l. 1. §. item ſi ita. ff. ad leg. fal. & l. ſi penum. ff. quando dies leg. ce. vnde cùm d̃ ſuitate huius filij nil diſpoſuerit teſtator, ſed eam duntaxat in conditione poſuerit, non poteſt dici, quòd ſit in diſpoſitione priuatiua, hoc eſt, quòd teſtator eam ſuſtulerit.

Decimoquartò pro hac parte adduco. Nam certum eſt, quòd expreſsio conditionis, quæ tacitè ineſt à lege, nil operatur. l. 3. de leg. 1. l. non rectè. C. de fidei. l. aliquãdo. de cond. & demon. l. aliquãdo. & l. ſi dies. ff. quando dies leg. ced. ſed iſta cond. ſi voluerit, inerat à lege. ergo. &c. Quòd ineſſet, eſt tex. in. §. ſed his permittit prætor. Inſti. de hær. qua. & in. l. neceſſarijs. de acqui. hær. Modò ſic. Iſta cond. legalis non tollit ſuitatem. tex. eſt in. l. ſi quis filium. §. 1. ff. de acq. hær. vbi filius, qui deliberans deceſsit, hæreditatem non agnitam ad hæredes ſuos ex vi ſuitatis cum beneficio abſtinendi tranſmiſit, ergo ead. cõd. ab homine expreſſa non debet ſuitatem tollere.

Decimoquintò probatur. Nam certũ eſt, quòd ſi per ſtatutum datur filijs licentia abſtinendi, tunc poſtquàm abſtinuerint, tollitur omnino ſuitas, & neceſsitas, ante tamen quàm abſtineant, nullatenus. vt tradunt communiter doctores in. l. qui ſe patris. C. vnde liberi. & alibi dixi. Modò ſic, licèt pater per appoſitionem huius cond. videretur filijs licentiam abſtinendi dediſſe, tamen illa licentia non tollit ſuitatem, vel neceſsitatem, antequàm deducatur ad actum, vnde ſupereſt, vt ſi filius hac licentia non vtatur, remaneat in diſpoſitione iuris communis, & conſequenter hæreditatem non agnitam cum beneficio abſtinendi tranſmittat. d. l. ſi quis filium. §. 1. dico ergo quòd remanebit in diſpoſitione iuris communis. argum. l. commodiſsimè. ff. de libe. & poſth. & l. ſi cùm dotem. in princip. ſolut. matrimonio. & l. ſi extraneus. ff. de cond. ob. cau.

Decimoſextò probatur. Nam homicidium adulteri ſit lege permittẽte. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adulte. & tamen lex non dicitur auctor illius homicidij. vt per Iaſ. in. l. ſi plagij. ff. de verbo. num. 5. & ideo homicida talis peccat mortaliter. vt per Iaſ. vbi ſuprà. num. 3. & 4. quia licèt lex permittat, nil tamen diſponit. Sic in propoſito, licèt pater permittat filio ſeparare à ſe hæreditatem paternam, & per hoc tollere ſibi ſuitatem, non tamen eum ſeparat ab hær. paterna, nec ei adimit ſuitatem.

Decimoſeptimò regulam habeo, quòd quando filius inſtituitur ſub conditione poteſtatiua, licèt tollatur neceſsitas, quia non implendo cond. hæres non erit, tamẽ ſuitas non tollitur. tex. not. & ibi Soci. in. l. conditionibus pupillus. ff. de conditio. & demonſ. & in. l. fi. ff. de cond. inſti. Sic & in propoſito, quando eſt cond. iſta, ſi voluerit, licèt tollatur neceſsitas. vt dict. l. Cornelius. d. l. verba. d. l. iam dubitari. tamen ſuitas non tollitur. non enim ſequitur, filius efficitur voluntarius, ergo & extraneus. Et iſta eſt veritas. Si ergo iſta cond. ſi voluerit, expreſsim appoſita, ſuitatem tollere non poteſt, quantò minùs ſi tacitè apponatur per dationẽ ſubſtituti vulg. Et ſi dixeris, ergo appoſitio huius cond. ſi voluerit, tacita, vel expreſſa nil operabitur, quod eſt abſurdum. argumen. l. ſi quando. de leg. 1. Reſp. non eſt abſurdum. argum. l. 3. de leg. 1. & quod ait Iaſ. ibid. Præterea etiam ſi fateamur abſurdum eſſe, adhuc non oberit. Nam



Nam hìc licèt nil operetur licentia per illã condi. à patre data antequàm deducatur ad actum, quia adhuc ſupereſt ſuitas, tamẽ poſtquàm deducitur ad actum, multùm operatur: nam filius, qui authoritate prætoris abſtinet, remanet hæres nomine, at ſi abſtineat authoritate & licentia patris, tunc etiam quo ad nudum nomen non remanebit hæres. argu. gloſſ. l. in ſubſtitutione. ff. de vulga. Hoc, quia diſpoſitio teſtatoris ęquiparatur diſpoſitioni iuris ciuilis (vt in authen. de nuptijs. §. diſponat & l. cùm pater. §. dulciſsimis. de lega. 2. l. filium quem habentem. C. fam. her.) ſed in licentia à iure ciuili data eſt expeditum. vt per gloſ. communiter app. in dict. l. in ſubſtitutione. Quod nota, quia nullus vnquàm tetigit. Aduerte tamen, nam ſi filius inſtitutus ſub hac condi. ſi voluerit, vel alia poteſtatiua non habeat cohæredem, vel ſubſtitutum, tunc quia non tollitur, ſed ſuſpenditur ſuitas, ſiquidem conditioni non paruerit, tunc poteſt patri hæres eſſe, vel non eſſe ſecundùm diſtinctio. l. fina. ff. de condi. inſtitu. & l. ſuus quoq́;. §. fin. cum. l. ſequen. de hęred. inſti. At ſi habeat ſubſtitutum, vel cohæredem, tunc ſi quidem potuit conditioni parere, nec fecit, excluditur, ſiue cohęres vel ſubſtitutus ſit nepos ex eo, ſiue extraneus. l. fin. de condi. inſtitu. l. ſuus quoque. in principio. & §. fin. cum. l. ſequenti. de hæredi. inſtitu. Quòd ſi conditioni parere non potuit, tũc fortè ab inteſtato erit hæres, excluſo ſubſtituto, vel cohærede extraneo. Quod dic vt per gloſſ. ſubmouendum. in. d. l. ſuus quoque. in princip.

Præterea & decimooctauò quòd non tollatur ſuitas, induco text. in. l. iam dubitari. de hæred. inſtit. verſi. pen. iuncto verſic. fi. vbi quòd filius ſit inſtitutus ſub hac conditione, ſi voluerit, vel ſub alia condi. poteſtatiua ęquiparatur, nã alterutra conditione impleta, efficitur hæres, non quidem iure immiſtionis, ſed iure ſuitatis. vt ibi probatur. iuncta. l. conditionibus pupillus. de conditio. & demon. & quod ibi ait Socin. 2. 3. & 4. column. ſed certum eſt, quòd cùm filius ſub alia conditione poteſtatiua, putà dandorum decem, inſtituitur, non tollitur ſuitas. l. fina. de condit. inſtitutionum. dicta. l. conditionibus. ergo. &c.

Decimononò probatur per dict. l. conditionibus. intelligẽdo eam generaliter, id eſt, tam in cõditione iſta, ſi voluerit, quàm in alia quauis conditione poteſtatiua.

Viceſimò pro hac parte dict. l. iam dubitari. verſicu. penu. aliter ponderãdo. Nã ibi dicitur, quòd per implementum conditionis huius, ſi voluerit, amittit filius beneficium abſtinendi: ergo à contrario ſenſu ſi eam nõ impleret, illud haberet, quod eſſe non poſſet, niſi propter ſuitatẽ. Et puto quòd ibi loquatur de beneficio abſti. quod habet à patre illam condi. apponente, per quod ceſſat beneficium prætoris. argumento. l. fin. C. de pact. conue.

Viceſimoprimò põdero dict. l. iam dubitari. alia conſideratione. Nã ſi ibi per implemẽtum conditionis illius, beneficium illud amittit, ergo neceſſe eſt fateri quòd illud habebat. l. decem. de verb. obliga. illud autem habere non poſſet, niſi virtute ſuitatis. ergo. &c.

Viceſimoſecundò ibi dicitur, Filius cõdi. illam implens ampliùs abſtinere nõ poteſt. ergo vt tex. ſeruiat de dubio. iuxta. l. quod Labeo. ff. de carbo. edicto. neceſſariò fatendum eſt, quòd niſi impleret, poſſet abſtinere, nam aliàs illa deciſio dubiũ non haberet, abſtinere aũt non poſſet, niſi ratione ſuitatis, quę per illã cond. non fuit ſublata. ergo. &c.

Viceſimotertiò ſuitatem tollere pater & ſi vellet, non poſſet. argumento gloſſ. app. in. l. filijs matrem. C. de inofficio. teſtamen. quę tenet emancipationem, per quã tollitur ſuitas, & patria poteſtas, à patre fieri non poſſe, niſi de conſenſu filij. per Bart. & Iaſ. num. 14. in. l. quidam cùm filium. ff. de verborum obligat. ergo ſimiliter pater

per dationem cohæredis vel ſubſtituti ſuitatem filij in hoc non conſentientis tollere non poteſt.

Poſtremò ſuitas,& patria poteſtas tollitur certis modis,qui enumerantur in titulo Inſtitut. quib. mod. ius patriæ poteſt. ſolu. inter quos non eſt datio cohæredis vel ſubſtituti.ergo.&c.

In ſumma hæc pars probata eſt eo ipſo, quòd non probatur contrarium, cùm filius ſui natura habeat ſuitatem.§. ſui.Inſtitut. de hæred. qualitat. §. ſui. Inſtitu. de hæred.ab.l.neceſſarijs.ff.de acquiren.hęredi. l. verba hæc.l. fin.ff. de condi.inſtitu.l. ſuus quoque. in princip.&.§.fin.cum.l.ſequent.l.iam dubitari.l. Cornelius.ff.de hęredi.inſtitu.& ademptio,priuatioq; odioſa eſt. argumentò. l.cùm quidam. ff.de liber.& poſthum. Quòd ſi animi noſtri ſententiam aperire fas eſt, communem ſententiam à mente, ſenſuque Iureconſultorum tam longè diſtare nobis ſemper viſa eſt,quàm diſtat ſolis luciſque occaſus ab ortu. Tandem eſt text. in .l. non iuſtam. C. ad Trebellianum. quem per te inducas.

Stat ergo ex ſuperioribus, quòd datione ſubſtituti vulgaris non tollitur ſuitas.

187 Hinc primùm infertur,quòd licèt ſuus hæres à patre (dato ſubſtituto vulgari) inſtitutus abſtineret ſeſe ab hæreditate patris,poſſet iure, & vi ſuitatis ſuã abſtenſionem reuocare. per.l. fin. C. de rep.hæredi. l.ſuus.ff.de iure de lib.quod extraneo non liceret.l.ſicut maior.C. de rep.hæredi.Neque ad rem pertinet,quòd beneficium dictę.l.fin.ijs tantùm concedatur, qui ſuitatem habent ſecundùm omnes ibidem. Vnde cùm ſecundùm communem ſententiam ſuitas tollatur datione ſubſtituti vulgaris, videbatur quòd hic filius cùm haberet ſubſtitutum vulgar. ſi ſemel abſtinuiſſet, ampliùs pœnitere non poſſet, id quod in ſpecie tenet Mainerius.ff.de regul.iur.l.nemo poteſt mutare.nume. 114. vbi refert plures idem in ſpecie tenentes, firmans hanc eſſe communem ſententiam,quæ eſt ex mente etiam Pauli in.l.final. ſuprà alleg. Nam reſpondetur dupliciter.Primùm, quòd per dationem ſubſtituti vulga. non tollitur ſuitas ſecundùm veriorem ſententiam, quam tuemur.Deinde, quòd etiam ſi teneremus communem ſententiam,adhuc non obeſſet,quia limitatur non procedere quo ad ea,quæ pendent ex teſtamento,quale eſt in ſpecie noſtra.Ita nominatim reſpondent Angelus,& Corneus columnn.2.& Iaſ.colum.2. in princip. in dict. l. fina. qui hanc in ſpecie eſſe communem ſententiam teſtatur, licèt contrariam communem dixerit Mainerius vbi ſuprà. Et in ſpecie pro nobis eſt text.clarus in.l. cum hæreditate. ff.de acquiren. hæredi. ſecundùm Corneum vbi ſuprà.

*Suitas non tollitur datione ſubſt. uulga. quo ad beneficiũ.l.fin.C. de rep. hæ. cum cõi cõtra alterã communẽ.*

188 Vnde ſubinfertur,quòd licèt per dationem cohæredis extranei ſecundùm communes opini. ſuprà relatas tollatur ſuitas, tamen cùm etiam eo caſu non tollatur ſuitas ſecundùm noſtras ſententias, quæ longè veriores ſunt,& etiam ſecũdùm vtriuſque partis fautores quo ad ea,quæ pendẽt ex teſtamento (quale eſt in ſpecie noſtra) ſuitas integra maneat,upereſt,vt ſi filiusfamiliâs ex parte inſtitutus ſit à patre dato cohærede, & abſtineat hæreditate patris, poſsit reuocare abſtenſionem, vſus beneficio dictę.l.fin.non ſecùs, quàm ſi cohæredem non haberet. Quod in ſpecie tenẽt etiam Angel. & Corne. columnn.2. & Iaſ. columnn.2. in princip.dict.l.fin.qui firmat hanc eſſe communem opin.Licèt contrarium in ſpecie teneat & aſſerat communiter teneri Mainerius numer. 113.in dicta.l. nemo poteſt mutare. ff.de regul. iur. Pro nobis tex. apertus in. l.cum hæreditate. ff. de acq.hær.quem vide.

*Idem in datione cohæredis extranei cum cõi contra alterã cõem.*

189 Illud autem notandum eſt, eſſe quamplures caſus, in quibus etiam ſecundùm ſententias à pleriſque ſcribentium receptas ſuitas non tollitur per dationem ſubſtituti vulgaris. Primus eſt in vulgari

*Suitas non tollitur datiõe ſubſt. uulg. in caſibus ſequẽ. cũ cõi.*



vulgari tacita contenta ſub expreſſa pupillari,quæ non tollit ſuitatem ſecundùm veram & communem ſententiam, quam tenet Bart. in.l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. colum.3.num.6.ff. de libe.& poſthum.& ibi Alexand.num.5.Iaſ.in.l.ſi filius hæres. numer. 54.eodem titu. Socin.in.l.1.nume. 47. verſicu. primò in tacita .ff. de vulgar. Guiliel.Benedi.in cap.Rainuti.de teſtam. verbo,mortuo itaq;.num. 194. Segura in l.3.§.fin.num. 149. ff.de libe. & poſthum. idem in.l.cohæredi.§.cùm filiæ.num.270. ff.de vulg.Bart.in.l.ſi filius qui patri. nu.5. ff.de vulga.idem in.d.l. ſi filius hæres. nu. 1.col.2.idem Segura in. d.§. cùm filiæ. nu. 61.per text.in.l.Iulianus. & in. l. filius qui ſe paterna.ff.de acquir.hæred. Quæ opin. ſecundùm noſtram ſententiam, qui tuemur datione ſubſtituti ſuitatem nũquàm tolli,indubitata eſt.

190 Secundus caſus, quãdo ſubſtitutus vulgaris datur in caſu tantùm impotentiæ, tunc enim nõ tollitur ſuitas.vt ex cõmuni opin.reſoluunt Iaſ.in dict.l.ſi filius hæres. col.pe.nu.55.& ibi Alex.col.pe.verſi.2.niſi.Bart.& alij in.d.§. & quid ſi tantùm.Bal. in.l. cùm proponas.C.de hær.inſtit.Imol. in.l.paterf.& in.l.iam dubitari.ff.eod.titu. Alciat.in.l.ſi filius qui patri. num.40.vbi hanc dicit communem ſententiam Guiliel.Bene.vbi ſuprà.Soci. in.d. l.1. num.47. ff.de vulga.per tex.in dict.l.ſi filius qui patri.Quæ ſententia ſecundùm noſtram op. indubitata eſt, quia contendimus etiã regulariter ſuitatem nõ tolli datione ſubſtituti vulgaris.

*2.Caſus.*

191 Tertius caſus,quando vulgaris ſubſtitutio fit tantùm in ſuitate. Iſta eſt vera & communis opin.vt reſoluunt Iaſ. numer. 57.in dict.l.ſi filius hæres. ſentiunt Bart.& alij in.l.ſi mater.§.fin.ff.de vulga. per text. ibi.Bart.in dict.§. & quid ſi tantùm. idem in.l.1.in princip.in.5. quæſtione princi. ff. de vulga.vbi Socin.nume.47. verſi.Quartò limita. Guiliel. Benedict.in. dict.c.Rainuti.verbo, mortuo itaq;.num.195. Quorum opinio indubitata eſt ſecundùm noſtram ſententiam ſuprà relatam.

*3.Caſus.*

192 Quartus caſus, quando filius in pluribus portionibus eſſet hæres inſtitutus, & in altera tantùm vel quibuſdam, non tamen in omnibus haberet ſubſtitutũ,tunc enim ſuitas non tolleretur. Iſta eſt vera & communis opin. vt reſoluunt Guiliel.vbi ſuprà numer.196.poſt Imol.in.l.apud Iuli. §.idem Iulia.ff.ad Trebel.qui de hoc dicit eſſe caſum ſingularem in.l.ſi ſolus.in princip.ff.de acquiren.hæred.vbi qui in pluribus portionibus inſtituitur, licèt in vna, vel quibuſdam habeat cohæredem, non per hoc videtur habuiſſe licentiam omittendi illam portionem, in qua habuerat ſubſtitutum. & idem per illum tex. tenet Socin. in.l.1.numer. 47.verſicu. 8. limita. ff.de vulga. Paul. in.l.ſi filius hæres. ſuprà allega.Quorum ſententia ſecundùm ſuperiorem noſtram opinionẽ indubitata eſt. *4.Caſus*

193 Quintus caſus, quando vltra ſubſtitutum vulgarem datus etiam fuit ſubſtitutus fideicõmiſ. Iſta eſt vera & communis opin.vt reſoluunt Alexand. in dict.l. ſi filius hæres.colum.penu.verſic.5.fallit.Bal. in. l.non iuſtam.per text.ibi.C.ad Trebel. idem Bald. in repeti. l.in ſuis.ff.de liber.& poſthum.Angel. & Imol. in.l.1.in princi. ff.de vulga. Iaſ.in.d. l.ſi filius hæres.num. 65.Guiliel.Benedict.vbi ſuprà nume. 197. Alexand.conſi.4. colum.5. lib.2.Fulgo.in dict.l.non iuſtam.per text. ibi.Paul.in.d.l. ſi filius hæres. *5.Caſus.*

194 Sextus caſus, quando filius fuit inſtitutus,& ipſemet fuit ſibi vulgariter ſubſtitutus,vel etiam per fideicõmi.tunc enim nõ tollitur ſuitas.argumento.l.Iulia.ff.ſi quis omiſ.cauſ.teſtam. ita Socin.vbi ſuprà.verſicu.5.limita.Et is caſus eò differt à ſuperiore,quia hîc loquimur, quando ipſe inſtitutus fuit ſibimet ſubſtitutus, ſuperiore autem caſu, quando alius erat ſubſtitutus. Idem Iaſ. num.58.in.l.ſi filius hæres. ſuprà alleg.Bald. in.l .1. in prima oppo.C.ſi quis omiſſa.cau.teſtamen. *6.Caſus.*

195 7.Caſus. Septimus caſus, quando filius fuit inſtitutus, & nepos ex eo fuit ſibi vulgariter ſubſtitutus ſub hac conditione, ſi filius viuo teſtatore moreretur. Ita tradit Emanuel de Acoſta in.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.in.4.par.num.26.ff.de liber. & poſthum.argumen.l.poſthumorum. Inſt. de exhæred.lib.

196 8.Caſus. Octauus caſus, quando filio inſtituto, nepos eſſet ſimpliciter citra vllam conditionem ſubſtitutus. Ita ſentiunt gloſſ. & Bart.in.l.Gallus.§.quidam rectè.ff. de lib. & poſthum. ſecundùm Emanuel.vbi ſuprà nu. 27. qui hoc nominatim tenet. Iaſ. in.d.l.ſi filius hæres.nu.15.&.num.57.Soc. in.d.l.1.ff.de vulga.num.47. Guilie.Bene. vbi ſuprà num.198.poſt Bald.& Angel.in l.1.ff.de vulg.p tex.in.l.Iulianus. ff. ſi quis omiſ.cauſa teſta.Ita Iaſ.in.dict.l. ſi filius hęres.num.58.& Bened.vbi ſuprà num.200. Alexan. vbi ſuprà col. pen.Bald.in.l.1.prima oppo.C.ſi quis omiſ.cau.

197 9.Caſus. Nonus caſus, quando per repudiationem inſtituti vitiarētur legata, quod accidit, quando nominatim fuerūt relicta ab inſtituto, ſicq; nō videntur repetita à ſubſtituto. vt per Paul.& alios in.l. ſi Titio & Mæuio.§.Iulianus. & in.l. Celſus.§. quod alicuius. ff.de leg.2.per oēs in.l.licèt Imperator.ff.de leg.1.p Bart.& omnes in.l.re cōiuncti.ff.de leg.3. per Corne. poſt alios in l.non iuſtam.C.ad Trebe.tunc enim non videtur inſtituto data licentia abſtinendi ne pereāt talia legata, ſicq; ſubuertatur iudicium teſtantis.contra legem tertiam.ff. de milit.teſtamen. Iſta eſt communis opi. quam tenent Bald.in.l.1.in prima oppoſitione.C.ſi quis omiſ.cau. teſtamen. Alex. in.d.l.ſi filius hæres.col.penul.verſi.ſeptimò fallit.vbi Iaſ. num.58.Socin. vbi ſuprà num.47.verſi.11.limita.Guiliel.Benedict. vbi ſuprà nu.199.

198 10.Caſus. Decimus caſus, quando vulgaris ſubſtitutio viuo teſtatore fit caduca. Iſta eſt cōmunis op.quam tenent Iaſ. vbi ſuprà nu. 58.verſi.5.limita.Bal.in.l.ſi mater.§.1.ff. de vulga.Guiliel.in dict. cap. Rainuti.de teſtamen.Socin.in.l.1.ff.de vulga.num.47. verſic.14.limit.Bald.in.l. quidam elogio. C.de iur.delib.Alexan.in dict.l.ſi filius hęres.col.fin.verſic.9.fallit. Sed contrarium tenet Imol.in dict.l.ſi mater.§.1. per. l. ſed ſi plures.§.ſi filio.ff.de vulg. & quia ſuitas ſemel extincta per dationē ſubſtituti vulgaris non videtur poſſe reuiuiſcere per caducitatem contingentem viuo teſtatore. argumen.l.qui res.§.aream.ff.de ſolu.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff. de verb.obli. §.1.Inſti.de inut.ſtipul. Verùm retenta noſtra ſententia, qui tuemur datione ſubſtitutivulgaris nō tolli ſuitatem, ceſſabit hęc controuerſia.

199 11.Caſus. Vndecimus caſus eſt quo ad legitimā filio debitā. Nam ſi filius ſit inſtitutus in maiore portione, quàm legitima, tunc per dationem ſubſtituti vulgaris non tollitur ſuitas quo ad legitimam, ne impediatur tranſmiſsio legitimæ, quæ fit ex vi ſuitatis: nam ſi impediretur, id videretur eſſe onus conſiderabile, & conſequenter reijceretur de legitima, per.l.quoniam in prio.&.l.ſcimus.in princip.&.§.cùm autem. C. de inofficio.teſtament.Ita in ſpecie ex communi opini.reſoluunt Iaſ.in dict.l.ſi filius hæres.ff. de liber.& poſthum.numer.61. vbi Alexand.colum.fin.verſicu.10.fallit.Guiliel.in .d.c. Rainuti. verbo, mortuo itaq;. num.202.de teſtamen.Bald.in.l. ſi arrogator.in.6.oppo.ff.de adoptio.poſt Butriga. quem ipſe refert.Socin. in.l. 1.ff. de vulga. numer.47.verſicu.quintodecimò.vbi firmat à pleriſq; modernorum hāc partem teneri, licèt contrarium teneat Bald. in repeti.l.in ſuis.in.2.quæſtione.ff.de liber. & poſthum.

200 12.Caſus. Duodecimus caſus in ſubſtitutione vulgari contenta in compendioſa, quæ non tollit ſuitatem, vt ex communi opinio.reſoluunt Angel.in.l.Papinia.§.quarta.column.fina.ff.de inofficio. teſtament. Segura in.l.3.§. fina.numer.150. ff.de liber. & poſthu.Paul.in dict.l.ſi filius hæres.vbi





Alexand.col.fin.verſi.11. fallit. vbi Iaſ.nu. 55.per Ange.conſi.151.Quidam Nicolaus. Guiliel.Bened.vbi ſuprà num.203. Socin. vbi ſuprà num.47.verſic.7.limita. Cuma. & Paul.in.d.l.ſi.filius hæres. Licèt contrarium teneat Imol.in.d.l.ſi filius hæres.Sed communis opin. verior eſt, & indubitata ſecundùm noſtram ſententiam, qui contēdimus datione ſubſtituti nunquàm tolli ſuitatem.

201 13.Caſus. Decimustertius caſus eſt in vulgari cōtenta ſub reciproca ſecūdùm quoſdā. Sed plerique ſcribentium, de quibus proximè mentionem habuimus, id communiter impugnant, exiſtimantes ſuitatem tolli per reciprocam reſtitutionem, non ſecùs, quàm per ſimplicem vulgarem, quoniam reciproca contineatur vulgàris expreſſa ſaltem verbis generalibus. Et hæc pars verior eſt, retenta communi opin.quę habet ſuitatem tolli per dationem ſubſtituti vulgaris.Sed ſecundùm noſtram opinio. qui contrarium defendimus, contraria opin. vt ſuitas non tollatur per reciprocam ſubſtitutionem, non ſolùm vera, ſed etiam indubitata eſt.

202 14. Caſus. Decimusquartus caſus in tacita ſubſtitutione legali, quale eſt in coniuncto, qui tacitè ſubſtitutus intelligitur. vt in.l.ſi Titio & Męuio.§. Iulianus.ff.de leg.2.iuncta l.3.C.de iure delib.tenet in ſpecie Iaſ.num. 54.in.d.l.filius hæres.Soci.vbi ſuprà. verſi. 2.limita.Quorum ſententia indubitanter vera non eſſet, retenta communi opi.quæ habet per dationē cohæredis extranei tolli ſuitatem. Sed ſecūdùm noſtram ſententiam, qui contrarium defendimus, eorum opin.in hac ſpecie indubitata erit.

203 15.Caſus. Decimusquintus caſus eſt in ſubſtitutione fideicomiſ. quæ non tollit ſuitatem ſecūdùm Iaſ.num.65.in. d.l.ſi filius hęres. per legem.ita tamen.§.ſi pater.ff.ad Treb. l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.eod.tit. Sed iſtud eſt indubitatū, nec ſatis aptatur materiæ noſtræ.

204 16.Caſus. Decimusſextus caſus, quādo in teſtamēto eſſet illa clauſula, quam quotidiè tabelliones inſerunt teſtamentis, nēpe inſtituit, ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicō.tunc enim ſuitas non videtur ſublata, quia non videtur data licentia abſtinēdi, cùm per interuentum fideicō.ſubſtitutionis hæres ſcriptus poſsit compelli adire & reſtituere.l.1.in princi.&.§.ſublata.&.l. quia poterat.ff.ad Trebel.Ita Bal.in.l.non iuſtā.prima oppo.C.ad Trebel.& ibi Fulgoſ.Bal.in repet.l.in ſuis.ff.de lib.& poſth. Angel. & Imol. in.l.1.ff.de.vulga. Paul.& Alexan.col.pe.& Iaſ.col.fi.nu.96.in. d.l.ſi filius hęres.Alex.cōſ.4.Videtur inſpectis. lib.2.& conſi.6.Ponderatis verbis.colū.2. eod.lib.Socin.in.d.l.1.nu.47.ff. de vulga. Guiliel.Benedi.num. 197.in.d.c.Rainuti. verbo, mortuo itaq;.

205 17.Caſus. Decimusſeptimus caſus, quādo ſubſtitutus mortuo teſtatore repudiat hæreditatem.Ita Soci.in dict.l.1. num.47 verſic.10. limita.poſt glo.in.l.Papi. §.quarta.ff.de inofficio.teſtamen.Licèt contrarium teneat Angel.ibi.cuius opinio verior eſſet ſecundùm communem ſententiam exiſtimantium ſuitatem tolli datione ſubſtituti vulgaris.Sed opin.gloſſ.verior eſt ſecundùm opi. noſtram, qui contrariū defendimus.

206 18.Caſus. Decimusoctauus caſus, quādo filius inſtitutus fuit non purè, ſed ſub conditione poteſtatiua, & habuit ſubſtitutū vulgarē ſecundùm Soci.in.l.1.num.47.ff.de vulg. verſ.16.limita.per.l.ſi. ff.de condi. inſtitu.

207 19.Caſus. Decimusnonus caſus, quando teſtator expreſsim cauit, ne per dationē ſubſtituti vulgaris ſuitas tolleretur. Ita in ſpecie eſt communis op.Bal.in cap.Cumana.de electione.Guiliel.Bene.in.d.c. Rainu.verbo, mortuo itaq;.num.204.Iaſ.in.l. in pupillari. ff.de vulg.idem in.d.l.ſi filius hæres.numer.fina.per legem.in conditionibus primum locum.

208 20.Caſus. Viceſimus caſus, quādo teſtator id voluiſſe ex cōiecturis colligeretur, quia tales cōiecturæ pro expreſſa iuſsione haberentur, argumen. legis.licèt Imperator.ff. de

leg.1.& quia communis op.nititur in prę
ſumpta voluntatẽ teſtatoris,quæ ratio ceſ
ſat,cùm perſpicuis probationibus contra-
rium colligeretur.Et hi omnes.20.caſus in
dubitati erunt ſecundùm noſtram ſenten
tiam,qui generaliter defendimus per ſub-
ſtitutum vulgarem non tolli ſuitatem,li-
cèt eorum caſuum nonnulli controuertã
tur,inſpecta communi opinione exiſtimã
tium ſuitatem tolli per dationem vulga-
ris ſubſtituti.

*Suitas non tollitur per conditi. ſi uelit. contra cõem.*

209 Suitas tollitur per illam conditionem,
ſi velit,appoſitam in filij inſtitutione. Ita
Benedict. in. c.Rainuti. de teſtam. verbo,
mortuo itaq;.el.2.num.205.Alexan.num.
20.in.l. ſi filius qui patri. ff. de vulgar. per
tex.in.l.iam dubitari.& in.l. Cornelius. ff.
de hær. inſt.Contrarium tamen tenet Al-
ciat.in.d.l.ſi filius qui patri.num.38.exiſti-
mans per talem conditionem ſuitatẽ non
tam tolli,quàm ſuſpendi. Et quòd ſuitas
per talem conditionem tollatur, tenent
communiter doctores in. l. ſi pater. C. de
inſt. & ſubſt. tradit Rodericus Xuarez in
l.quoniam in prioribus. C. de inofficioſo
teſtamento.ampliatione.1.tradunt Bal.&
Paul.in.l.ſuus quoq;.in princip.ff.de hær.
inſt.Quam op.tenet pleriq; eorum, quos
cateruatim ſuprà retulimus tenuiſſe, ꝙ
per dationem ſubſtituti vulgaris tollitur
ſuitas. Omnes enim illi aiunt ideo per da-
tionem ſubſtituti ſuitatem videri ſublatã,
quòd tunc filius quaſi ſub hac conditio-
ne, ſi hæres eſſe velit, inſtitutus videatur,
quo caſu per talem cõditionem ſuitatem
tolli quaſi expeditiſsimum exiſtimant.
Quod & tenent quamplures alij, vt di-
ximus ſuprà.§.10.ſuper interpretatione.l.
quoniam in prioribus.ſuprà all.in.3. parte
illius repetitionis.

Mouentur omnes per.d.l. iam dubita-
ri.&.l.Cornelius.ff.de hær.inſtitu.l. verba
hæc.ff.de cond. inſtit. aliquid per Soci. in
l.1.ff.de vulgar.in.2. quæſtione.4. quæſt.
princip. Quæ iura re vera nihil probant,
nam id ſolùm exprimunt,vt in inſtitutio
ne ſuorum conditio,ſi hæres eſſe velit,con
ditionem faciat, licèt non ſic in extraneo.
Vnde rectè infertur ſuitatem quandiu cõ
ditio pendet,ſuſpenſam eſſe, quia penden
te cõditione,is filius ſuus hæres ex teſtamẽ
to eſſe non poteſt propter pendentiam cõ
ditionis.l. cedere diem.ff. de verbo. ſigni.
§. ſin autem aliquid ſub conditione.C. de
cad.toll.neq; ab inteſtato,propter penden
tiam teſtamenti.l. quandiu .ff.de acqui.
hære. non autem inde infertur, quòd ſui-
tas fuerit extincta:nam ſi ſublata,extincta
que eſſet,reuiuiſcere, aut renaſci non poſ-
ſet.l.qui res.§.aream.ff.de ſoluti.l. inter ſti-
pulantem.§.ſacrã.ff. de verb.obli. & tamẽ
cõſtat talem filium poſſe ſuum hæredem
patri fieri ab inteſtato.l.fin.ff.de condi.in-
ſtit.Cùm primùm enim is filius in vltimo
vitæ ſpiritu eſſe cœperit,ſtatim illa condi-
tio,ſi velit, euaneſcit. vt ibi. & in.l.fin.iun-
cta ſua gloſ. ff. quando dies lega.ced. eaq́;
conditione deficiente, ſi non ſit cohæres,
vel ſubſtitutus, huic filio defertur ab inte-
ſtato hæreditas patris,delataq́;, ipſo iure ſi
bi quæritur quaſi ſuo ſine aditione. Simi-
le eſt,quando filius fuit exhæredatus, & te
ſtamen.querela vel aliter fuit reſciſſum,nã
deficiente teſtamento, & exhæredatione,
iure ſuitatis is filius quærit hæreditatem.l.
Pap.§.ſi ex cauſa. verbo, ſuus. ff. de inoffi-
cioſo teſtamento.& ibi Ang.Alexan.in.l.
ſi filius hæres.ff.de lib.& poſt.facit.l. filius
à patre.in princip.eod.tit.nec dubium eſt,
quin potentior eſſe deberet exhæredatio
ad ſuitatem tollendam, quàm illa condi-
tio,ſi velit. ergo.&c. Pro nobis text. opti-
mus in.l.conditionibus pupillus.ff. de cõ-
ditio. & demonſt. quem illico inducam.

*Suitatẽ nõ tolli per cond. poteſtat. cum Alciat. Socin. contra cõmunem.*

210 Item ſuitas tollitur nõ ſolùm per illam
conditionem, ſi velit, ſed etiam per aliam
quãuis conditionem poteſtatiuam, qua
lis eſt illa,ſi decem dederit. vel, Alexandriã
adierit.Ita Iaſ.num.13.in.l.ſi filius hæres.ff.
de lib.& poſt.Guiliel.in.d.c. Rainuti. ver-
bo,mortuo itaq;.el.2.nu.206.Alexã. in. d.
l.ſi filius qui patri. num.20.in princip.Al
ciat.



ciat. tamen in.d.l. ſi filius qui patri. nu.38.
intellexit ſuitatem nõ tolli per talem con-
ditionẽ,ſed tantùm ſuſpendi. licèt vt tolla
tur,& extinguatur, videãtur tenere com-
muniter doctores in locis ſuprà relatis in
quæſtione præcedenti.

Sed longè verior eſt Alciati ſententia,
quam & tenet Soci. in dict. l. conditioni-
bus pupillus.ff.de cond.& dem.per illum
text.ibi,iure poteſtatis. vbi ſuus hæres ſub
cõditione poteſtatiua hæres ſcriptus fuit.
& text.ait, quòd conditione impleta, ſta-
tim ille ſuus quæſiuit hæreditatẽ, non qui
dem iure aditionis (nam per implementũ
conditionis poteſtatiuæ nunquàm indu-
citur aditio, vel immixtio. vt ibi. &. l.1.ff.
de condi.ca. da.) ſed tantùm iure poteſta-
tis,vel ſuitatis,quam conſtitit ſublatã non
fuiſſe,ſed tantùm ſuſpẽſam, & impeditam
per talem conditionem poteſtatiuam ap-
poſitam in inſtitutione ſui hæredis.ad idẽ
l.fin.ff.de cond.inſt.

*Suitas non tollitur exhæredatione contra cõmunẽ.cũ Angel. & alijs.*

211 Deinde ſuitas tollitur exhæredatione:
vt reſoluit Alciat. in. d.l.ſi filius qui patri.
nu.33.Bened.in.d. verbo. mortuo itaque.
el.2.num.211.per Alexan. in.dict.l. ſi filius
qui patri.num.9.& num.20.in fi.Ange.in
l.Papi.§.ſi ex cauſa.ff.de inoffici.teſtamen.
vbi contrarium videtur tenere, vt non tol
latur ſuitas exhæredatione.idem in.l.filius
à patre.in prin.ff.de lib.& poſthu.Et Bart.
in.l.1.§.ſciendum.ff.de ſuis & legit. hæred.
expreſsim tenet,quòd tollatur ſuitas exhæ
redatione.per Soci.conſi. 75.nu.8.lib.3.idẽ
conſi.67.num.10.lib.4. per Iaſ.in.l. ſi quis
poſthumos.§.ſi filium.num.10.ff.de liber.
& poſthu.idem Iaſ.in. l.qui ſe patris.num.
57.C.vnde lib.Bart.in.l.2.§.ſed ſi ſint ſui.ff.
ad Tertul.per Soci.conſi.35.num.16. lib.4.
per Iaſ.in.l.ſi quis hæredem.col.2.C.de in-
ſtitu.& ſubſti.Bal.& Iſernia in. c.1.§. 1.epi-
ſcopũ vel abbatẽ.in feudis. Iaſ. in. l. 2.in.fi.
C.de poſthu.hære.inſti.Soci.conſi.12. nu.
1.&.2.lib.3.idem conſi.75.num.3.lib.3.

Sed opin. negatiua Angeli & ſequaciũ,
vt ſuitas exhæredatione ſuſpendatur tan-
tùm, non etiam tollatur, vt ſic reſciſſo te-
ſtamento quoquo modo filius fiat ſuus
hæres patri ab inteſtato, probatur expreſ-
ſim in. d. l. Papinianus. §. ſi ex cauſa.verb.
ſuus.& in.l.filium.§.ſed cùm exhęredatio.
ff.de contra tab.& in.l. filius à patre.in pr.
ff.de lib.& poſth. quæ iura apertiora ſunt,
quàm vlla inductione egeant.

*Suitas non tollitur monachiſmo cum cõmuni.*

212 Et ſuitas non tollitur, licèt filius renun-
tiet hæreditati paternæ.Cinus, Bal. & Sali.
in.l.quidam elogio.C. de iure delib. Gui-
liel.in.d.verbo,mortuo itaq;.el. 2. nu.211.
Quod intelligendũ eſt, quando poſt mor
tem patris renuntiauit.& ita etiam proce-
dit.l.fi.C.de repud. hęr. nã & ſimiliter per
filij monachiſmum non tolleretur ſuitas,
vt ex communi opinione reſoluit Guiliel
mus Benedictus in cap. Rainutius. de te-
ſtam.verb.ſi abſq; liberis.2.num.88.Alcia
tus in.l.ſi filius qui patri.ff.de vulga.num.
27.glo.in.l.ſi ex cauſa.§.1.ff.de minor. Bal.
in.l.Deo nobis.per text.ibi. C. de epiſcop.
& cleri. Guilielmus de Cuno, & Butriga.
in.l.fi.per tex.ibi.C.eod.tit.Bal.in.l.cùm in
adoptiuis.C.de adopti.Butriga.Bar.Bal.in
authen.ſi qua mulier.C. de ſacroſ. eccleſi.
Bald. in. l. apud hoſtes. C.de ſuis & legiti.
Bal.& Ang.in.l.nepotes.ff.qui ſunt ſui vel
ali.iur. Sunt enim nonnulla iura ſingula-
ria,in quibus extra regulas iuris commu-
nis quis eſt in ſuitate, licèt non ſit ſub pa-
tris poteſtate, vt dictis locis docemur.

*Suitas non tollitur renuntiatione iurata cõtra Alcia. & alios.*

213 Et ſuitas tollitur renuntiatione iurata.
Alciat.num. 32. in.l.ſi filius qui patri.ff.de
vulga. per.c.quanuis.de pact.in .6.qui ait
ita teneri ꝑ docto. in.l.pactum.C. de coll.
Sed contraria ſententia nobis verior ſem-
per viſa eſt, etenim renuntiatio paternæ
hæreditatis,quæ viuo patre fieret citra iu-
ramenti interuẽtum,nullius momenti fo-
ret.l.ſi quando.§.illud.C.de inofficioſo te-
ſtamento.l.fi.ff.de ſuis & leg. hær.l. pactũ
dotali. C. de collati. l. qui ſuperſtitis.ff. de
acquirenda hæreditatẽ. licèt ſi fieret poſt
mortem patris,ſine dubio valeret.l.ſi quã
do.ſuprà all. §. fi. verùm per interuentum

 iuramẽ

iuramenti diſpenſatur,& admittitur talis renuntiatio paternæ hæreditatis facta viuo etiam patre. per.d.c.quanuis. vt ſic renuntiatio facta viuo patre per interuentũ iuramenti firma ſit,non ſecùs, quàm ſi citra iuramentũ poſt mortem patris fieret, ſed licèt poſt mortem patris fieret renuntiatio,non tolleretur, ſed tantùm ſuſpēderetur ſuitas.vt in.l.fin.C.de rep.hæred.vbi omnes.& ſuprà ſæpe diximus.ergo longè minùs tolletur ſuitas per renuntiationem factam cum iuramēto viuo patre,quæ nō tam iure cōmuni, quàm quaſi diſpēſatiuè toleratur,contra regulam.l.non dubium, in fin.C. de legi. Neq; ad rem pertinuit.d. cap.quãuis pactum. quia agnoſcimus firmam eſſe renuntiationem per interuentũ iuramēti,non ſecùs,quàm firma eſt abſtēſio in terminis.d.l.fin. C.de rep.hæred.ſed tamen non per hoc ſequitur,ꝙ ſuitas tollatur,quinimò vtrobiq; ſuitas conſeruatur.

*Suitas non tollitur licèt filius ſit inſtitutus in re tantùm certa contra cōmunem.*

214 Suitas tollitur,ſi filius ſit inſtitutus in re certa dato cohærede vniuerſali.Ita Guilie. Benedi.in.d.verbo,mortuo itaq;.el.2.nu. 207.Bald.in.l.apud hoſtes.C.de ſuis & legit.Angel. & Imol. in.l. ſi filius qui patri. vbi Alexand.nu.20. verſic.4.tollit ur.Bal. in.l.quoties.colum.2.C. de hære.inſtitu.

Sed horum opi. nullo iure defendi poteſt, quinimò rectiùs dicetur ſuitatem ſuſpendi duntaxat,non etiam perimi. Patet, quia hæredi in re tantùm certa ſcripto tota hæreditas poteſt accreſcere,ſi quãdo noluntate, vel impotentia hæres ille vniuerſalis non ſucceſſerit. l.1.§. ſi ex fundo.&.l. ſi alterius.ff.de hæred.inſti.l.quoties.cum ibi notatis per glo.& doct.C. eod.tit.quo caſu non dubium eſt, quin filius ille in re certa inſtitutus, cui vniuerſa hæreditas accreuit,totam illam hæreditatem citra aditionem vel immiſtionē iure ſuitatis acquireret,nec impedimēto eſſet, quòd aliquo temporis ſpatio ſuitas eſſet ſuſpenſa.argu. dict.l.conditionibus pupillus.ff.de cond. & dem.&.l.fin.ff.de condi.inſt.& dict.l.filius à patre.in princip.ff.de liber.& poſth. &.l.Papi.§.ſi ex cauſa.verb.ſuus. ff.de inofficio.teſtament.dict.l.fi. C. de rep.hæredi. Ergo conſtat tunc ſuitatem ſuſpenſam tãtùm videri,non etiam extinctã,cùm res extincta ſuſcitari, aut renaſci nō poſſet. l.inter ſtipu.§.ſacram.ff.de verb. obliga.l. qui res.§.aream.ff.de ſoluti.§.1.Inſtitu.de inut. ſtipula.

*Suitas non tollitur etiã per expreſſam patris uol. contra Alciat. & cōmunem.*

215 Deniq; ſuitas tollitur ex voluntate patrisfam.Ita Alciat.in dict.l.ſi filius qui patri.ff.de vulga.num.37.Sed ſanè hęc opin. ſuſpecta eſt. Suitas enim, quæ ex patria poteſtate deſcēdit,nullibi vnquàm ſcriptũ reperitur,quòd poſsit perimi per ſolam patris voluntatem,vel per ſolam filij voluntatem,vel etiam per mutuam vtriuſq; voluntatem, niſi per certos modos, qui enumerãtur per titulũ cũ ibi notatis per gloſ. & docto.Inſtitu.quib.mod.ius patriæ poteſt.ſol.Ideo filius emancipari non poteſt, niſi de mutua volũtate tam ſua,quàm patris ſui.gloſ.appr. in.l.filius matrem. C.de inoffic.teſtamen.Bar.vbi.Iaſ.num.14.in.l. quidam cùm filium.ff. de verb. obli.facit l.filiusf.§.ſecundũ vulg.ff.de leg.1.Nã ſi inter patrem & filium cōueniſſet,vt filius eſſet extra patriam poteſtatem, & extra ſuitatem,talem conuentionem puto non ſufficere ad patriam poteſtatem, & ſuitatem extinguendã, niſi præterea interueniſſent ſolennia,quę in emancipatione deſiderantur.vt per totum. C. de emancipa.lib.&.§. præterea.Inſt.quib.mod.ius patrię poteſt. ſol.Simile in.l.ſi acceptolatum.ff.de acceptil. Simile in.l. obligationum fere.§.placet.ibi,nam quod ſemel deberi cœpit,certis modis deberi deſinit.ff.de act.& oblig. Simile in.§.ex eo.Inſtitu. quib. mod.teſta. infir. & .l. militis codicillis.§. veteranus.ff. de mili.teſtamen.Ratio,quia nihil tam naturale.&c.l.nihil tam naturale.ff. de regu. iur.ſed ſuitas & patria poteſtas non ex nuda patris & filij voluntate naſcuntur, ergo nec nuda voluntate tolli poterunt, & cùm ars imitetur naturam.§.minorem. Inſtitu.de adopti.l.adoptio.ff.eod.ergo.&c.

Agno



Agnoſco tamen, quòd opin.Alciat.eſt ex mente eorum omnium, qui (vt ſuprà retulimus)tenent ſuitatem tolli datione cohæredis, vel ſubſtituti. nam ſi tacitè tolli poteſt,multò magis expreſsim poterit.

*Suitas an tollatur petito tempore ad deliberandum contra cōmunem.*

216 Sed an tollatur ſuitas,quando filius petit tempus ad deliberandum?Mouet quęſtionem,quòd non ſolùm beneficium iuris deliberandi filijs conceſſum eorum ſuitatem antequàm deducatur ad actum nō tollit,ſed etiã ſi ad actum deducatur, quia filius petierit tempus ad deliberandũ, adhuc ſuitas non tollitur ſecundùm Roma. quem refert Alexand. in dict.l. cum antiquioribus.col.2.ad princi.argumen.l.ſuũ. iuncta.l.licet.C.de iur.delib. & argumen. l.3.ff.de milit.teſtamen. In contrarium tamen ſe habet communis opin.ſecundùm eund.Alexan.quod putat verius. Nam ꝙ ſuitas per tale beneficium antequã deducatur ad actum non tollatur,ideo eſt,quia ſiue lex permittat abſtinere,ſiue concedat ius deliberãdi,per quod abſtinere permittit,adhuc tamē nil diſponit, donec illa permiſsione, & facultate filius vtatur, & ſic antequàm ea vtatur,firma remanet ſuitas, vt ſuprà dixi. poſtquã verò vſus eſt, quin tollatur,dubium non(inquit)eſt. Nam vt antea authoritate legis ciuilis hæres factus fuit, ita & modò authoritate legis ciuilis hæres eſſe deſinit.vt notatur in.l.in ſubſtitutione.ff.de vulga.argumen.§. ſed naturalia.de iur.nat.Inſtitu.&.l.omnes populi. de iuſti.& iur.l.de quibus.ff.de legi.l.nil tã naturale. de reg. iur.l.fi.ff.de acceptil.§.fi. &.§.item per acceptilationem.Inſti. quib. mod. toll. obli.Sed tu conſidera tria tempora. Nam aut ſumus antequàm filius petierit tēpus ad deliberandum, poſtquàm tamen à lege illius temporis petendi facultas conceſſa eſt: aut ſumus poſtquàm filius illud tempus ad deliberandum petijt:aut ſumus poſtquàm illud tempus petijt,& virtute illius temporis ad deliberandum,& per conſequens ad repudiandum vel abſtinendũ conceſsi, abſtinuit expreſſim infra illud tempus, vel tacitè ſinendo labi tempus. iuxta.l.quandiu. la vlti.cum gloſſ.ff.de acquir.hæred. Primo tempore vel caſu, ſine dubio per talem facultatem à lege ciuili datam non tollitur ſuitas. Secũdo caſu,ſine dubio ſuitas ſublata eſt per abſtenſionem,vel repu. virtute legis ciuilis factam.Tertio autem caſu, puto quòd ſuitas nō ſit ſublata.Nam licèt ego per petitionem huius temporis velim cōſequi, & conſecutus ſim facultatem abſtinendi de iure ciuili, & conſequenter deſinendi hæres eſſe,interim tamen donec illa facultate vſus ſim,non deſino eſſe ipſo iure mediante ſuitate hæres, cùm ea quæ ſunt in permiſsione & conditione,nō ſint in actu (vt latè ſuperiùs dixi.)Nec dicatur,quòd talis temporis petitio non ſolùm neceſsitatem, ſed & ſuitatem tollit, quaſi cùm per prætorem eſſet iam neceſsitas ſublata, non vt neceſsitas iam ſublata iterum & ſic fruſtra tollatur,ſed vt ſuitas extinguatur facta ſit. Nam reſpon.quòd imò talis petitio ſit, vt neceſsitas per prætorem iam ſublata,iterũ tollatur, nec per hoc talis petitio erit fruſtratoria:nã cùm antea neceſsitas eſſet ſublata de iure prætorio, modò etiam de iure ciuili ſublata erit,cùm beneficium iuris delib. ſit iuris ciuilis.d.l.cũ antiquioribus. & per totum.C.&.ff.de iur.delib.Effectus erit,quòd poſtquàm vſus ſim illa facultate,id eſt abſtenſione,altero caſu adhuc ſaltem nudo nomine hæres remanerem,altero verò caſu non remanerem( vt ſuprà latè dixi.) Cùm ergo iſto quinto caſu ſuitas non ſit ſublata,remanet vt filius, qui tempus ad deliberandum petijt, ſi antequàm tale tempus pręterijſſet,renuntiauerit iuri deliber.hæreditatem trãſmittere poſsit ex potētia ſuitatis ad eũdem infra.30. annos. Quòd ſi priùs deceſsit, quàm iuri deliber. renuntiaſſet, tunc adhuc hæres eius ſi infra tempus ad deliberandum datum iuri delib.renuntiaſſet,hæreditatem ſibi ex potentia ſuitatis tranſmiſſam infra annos.30 adire poſſet,vt voluit Roma. quem refert

Alexan.

Alex.in.d.l. cum antiquioribus. colũ.2.in princi. licèt contrarium expreſsim teneat Bart.in.l. ex militari. in fi. ff.de teſtament. mil.cum quo eſt communis opin. ſecundùm Alexand. in.d.l.cum antiquioribus. col.1. Vnde teneo cõtra communé, quòd ſuitatem & tranſmiſsionis habilitatem ex potentia ſuitatis nõ amittit filius, qui tempus ad deliberandum petiuit.

Deniq; generaliter tenendum eſt, vt eo quòd quis petat tempus ad deliberãdum, nunquàm tollatur ſuitas. Nam eam hoc caſu tolli, nulla vnquàm lege probatur, & contrariũ peremptoria ratione oſtendi poteſt. Nam citra beneficium deliberãdi conſtat hæredem teſtamentarium, vel legitimum habere ad adeundum ſpatiũ vnius anni, vel centum dierum de iure prętorio, vel etiam triginta annorum de iure ciuili. vt notatur per gloſſ.& omnes in.l.licet.C. de iure delib. per text.gloſſ.& omnes in.l. 1.C.qui admitti. Deinde ſuperuenit ius ciuile, quod infra annum conceſsit, vt deliberantes hæreditatem etiam non aditam tranſmitterent.l.cum antiquioribus.C.de iure delib. non enim induxit vt hæres de iure ciuili (nã de illo loquitur illa lex) poſſet infra annum hæreditaté adire, id enim etiam infra annos triginta poterat ante illam.l.& poſtea, ſed induxit, vt licèt hæreditatem non aditam antea prætextu deliberationis nullus tranſmitteret, hodie infra annum tranſmittat. non ergo quò minùs hæreditas nobis delata acquiratur & tranſmittatur, ſed quò magis ea lex facta fuit. ergo vt ante illam legem ſuus hæreditaté non aditam iure ſuitatis ſtatim poſt mortem patris & acquirebat & tranſmittebat, ita & poſt illam legem talé hæreditatem & acquirit & trãſmittit. Neq; ad rem pertinet, quòd tempus ad deliberandum petierit ſuus, idq; tempus tranſierit, nam per hoc ſuus eſſe non deſinit. Non enim illud tempus aut à lege conceſſum, aut ab ipſo petitum intelligitur, vt ſuus hæres eſſe deſinat, vtq́ue abſtinere ſibi liceat (id enim antea licebat) ſed & à lege conceſſum, & ab ipſo petitum fuit ad poſtulationem creditorum legatariorum, & ſimilium, quo tempore elapſo, ius, poteſtasq; erit ſubſtitutis, vel coniunctis, vel fortè legitimis totam hæreditatem occupare: non ꝙ ille nõ mero iure ſuitatis hæres videatur extitiſſe, ſed quòd ſimilis eſt abſtinenti. Vnde vt ſi reuera abſtineret, non per hoc ſuus hæres eſſe deſineret, ſicq; poſſet abſtẽſionem ſuam reuocare.per.l.fi.C.de rep.hær.ita & longè faciliùs qui tempus ad deliberandũ ſibi aſsignatũ pręterire ſinit, interea quòd ſubſtituti, vel coniuncti, vel cohæredes non occupant hæreditatem, poteſt immiſcere ſe hæreditati, quaſi ſuus, cùm per hoc ſuitas non euanuerit. Nam poſtquàm cohæredes, vel ſubſtituti, vel creditores, vel legitimi hæredes eam hęreditatem apprehẽdiſſent, non liceret huic filio, qui tempus ad deliberandum ſibi aſsignatum prætermitti re paſſus eſt, pœnitere, hęreditatiq; iam in alios tranſlatę ſeſe immiſcere. Nã & ſimiliter id non liceret filio expreſsim abſtinenti etiam intra triẽnium ad reuocãdam abſtenſionem à lege conceſſum, id enim re tantùm integra licet, non poſtquàm ea hęreditas expreſsim vel tacitè omiſſa apud coniunctos, vel ſubſtitutos, vel legitimos, vel cohæredes eſſe cœpit. vt traditur per tex.glo.& oẽs doct.in.d.l.fi.C.de rep.hęr. Quæ omnia nota, quia in contrarium ſe habet (& ſi non lõgè decipimur) communis ſententia, vt plenè refert Alexand.in.d. l.cum antiquioribus. colũ.1. &.2. tenet in ſpecie Bart.in dict.l.ex militari.§.fin.in fin. ff.de mili.teſtamẽ.ſequitur eum vno verbo Iaſ. in dict.l. cum antiquioribus. colũ. 1.in fin.

*Suitas nõ tollitur abſtẽſione nec per diſpoſitiones hic ſubiectas.*

217 Illud autem nõ eſt prętermittendũ, ſuitatem ſublatam non videri ex eo, quòd filius vtatur beneficio abſtinendi à prætore conceſſo. vt ex receptiore ſententia tradit Alexan.in.d.l.cum antiquioribus.col.1.& 2.tradunt Iaſ.Paul.& Curt.Iuni. poſt alios in.l. qui ſe patris. C. vnde liberi. qua de re alibi pleniùs. licèt in contrarium faciat. l. nam nec emancipatus. ff.de lega.1. & contrarium teneat Angel.in.d.l. cũ antiquioribus.in princi. motus, quia ſecundùm eũ ius abſtinendi competit hodie etiam de iure ciuili: vnde qui iure ſuitatis extitit mero iure ciuili hæres, poteſt alio iure ciuili hæres eſſe deſinere. gloſ.communiter app.in l.in ſubſtitutione.ff.de vulga. Sed in contrarium ſe habet vera & communis ſentẽtia, vt ius abſtinendi etiam hodie intelligatur de iure tantùm prætorio non etiam ciuili competere, vt præter ſuprà allegatos attigimus ſuprà.§.1.nu. 5. Vnde licèt filius eo beneficio vſus abſtineat, non deſinit hęres eſſe mero iure, nec ſuitas ſublata intelligitur, cùm prætor non poſsit facere quem hæredem eſſe deſinere mero iure. §. quos autem.Inſt.de bo.poſ.

Stat ergo ex ſuperioribus, quòd ſuitas non tollitur, licèt filius inſtitutus ſubſtitutum vulgarem habuerit. hoc .1.cõtra magis communem opi.

Nec tollitur, etiam ſi filius ſit inſtitutus ſub hac conditione, ſi velit. hoc.2.contra magis communem ſententiam.

Nec tollitur per aliam conditioné poteſtatiuam, putà, ſi decem dederit, aut Capitolium aſcẽderit.hoc.3.contra receptiorem ſententiam.

Nec tollitur exhæredatione.hoc.4.cõtra ſententiam à pleriſq; receptam.

Nec tollitur, licèt ſuus petat tempus ad deliberandum.hoc.5.cõtra magis cõmunem opi.

Nec tollitur abſtenſione. hoc. 6. cõtra ſententiam plurimorum.

Nec tollitur, licèt pater expreſsim voluerit. hoc. 7. contra Alciati & aliorum ſententiam.

Nec tollitur renuntiatione iurata facta viuo patre, cuius de hęreditate agitur.hoc 8.contra ſententiam Alciati.

Nec tollitur, licèt filius ſit inſtitutus in certa re dato cohærede vniuerſali. hoc. 9. contra communem opi.



In pleriſq; tamen horum caſuum non nulli ſcribentium non tam ineptè ſentire, quàm ineptè loqui videntur. Quia dum ſuitatem per exhęredationem, vel per conditionem, ſi velit. vel per conditionem, ſi decem dederit. aut Capitolium aſcẽderit. & per abſtenſionem, & per petitionem tẽporis ad deliberandum, aut per renuntiationem iuratã viuo patre factam, aut per inſtitutionem factam in re certa dato cohærede vniuerſali, dum inquàm ſuitatem his caſibus rectè ſciteq; ſuſpendi ſentiunt, eam tolli ineptè dicunt.

*Illationes.8 contra mẽtẽ communis opi.*

218 Ergo ex ſuperioribus in primis infertur, quòd cùm pater & filius vna eademq; perſona reputentur. vt per tex. vbi omnes in.l.fin.C.de impub. quod ſecũdùm quoſdam in filio tãtùm ſuo, non etiam in emãcipato procedit. vt per Iaſ.in.l. in ſuis. nu. 13.cum.12.ſeq.ff.de liber.& poſthum. per Coraſ. in.d.l.fin.num.7. id quidem ſecundùm nos in primis extẽditur, vt procedat, etiam ſi is filius habuerit ſubſtitutum vulgarem, quia per hoc ſuitas nulla ex parte læditur. Secundò ampliatur, vt procedat, etiam ſi is filius ſit inſtitutus ſub illa conditione, ſi velit, quia nec tunc ſuitas ſecundùm nos læditur. Tertiò ampliatur, etiam ſi is filius ſub alia quauis conditione poteſtatiua inſtitutus foret, qualis eſt illa, ſi decem dederit, aut Capitolium aſcenderit. Quartò ampliatur, etiam ſi is filius fuerit exhæredatus. Quintò ampliatur, etiam ſi is filius à patris hæreditate abſtinuerit. Sextò ampliatur, etiam ſi petierit tempus ad deliberandum. Septimò ampliatur, etiam ſi patris viuentis hæreditati renuntiauerit. Octauò ampliatur, etiam ſi in re certa tantùm inſtitutus fuerit dato cohærede vniuerſali. Nonò ampliatur, etiam ſi pater expreſsim declarauerit ſe velle filij ſuitatem tolli. Nam in omnibus his caſibus, aut ſpeciebus nouè intelligo, quòd filius & pater vna eademq; perſona reputãtur, quaſi ſuitas extincta minimè ſit, licèt in eorum quibuſdam ſuſpenſa poſsit videri per noſtra ſuprà

ſuprà relata fundamenta. licèt in quibuſdam horum caſuum multi teneant ſuitatem tolli, quod omnes ferè videntur ſentire, quos ſuprà retulimus communes ſentētias ſequi, licèt in ſpecie noſtrum caſum nō attigerint. Quod nota, quia nullus vnquàm congeſsit.

219 *Illationes. 10. contra mētem cōis opin.*

Deinde & principaliter dum ſuitatem ex patria poteſtate regulariter deſcēdere, nec poſſe regulariter extingui, niſi ſublata primùm patria poteſtate edocti fuimus, infertur, quòd cùm ſtimum patris & ſtimum filij vnum idemq́; reputetur. vt per gloſſ. in. l. 2. C. qui ætate ſe excuſ. lib. 10. latè Iaſ. in. l. in ſuis. col. 1. cum ſeq. ff. de libe. & poſthum. Coraſ. Corne. & Curtius Iunior. nu. 9. in. l. fi. C. de impub. id quod de filio in poteſtate non etiam de emancipato intelligendum eſt ſecundùm Iaſ. vbi ſuprà poſt alios. vnum idemq́; ſtimum eſſe deſinere videretur, ſi filius à patre eſſet cū cohærede extraneo inſtitutus. Aut ſi datus ei eſſet ſubſtitutus vulgaris. Idē & tertiò, ſi ſub illa conditione, ſi vellet, eſſet hæres ſcriptus. Idem &. 4. ſi ſub alia quauis poteſtatiua conditione (putà, ſi decem dederit, vel in Capitolium aſcēderit) eſſet hæres inſtitutus. Idem &. 5. ſi pater expreſsim iuſsiſſet ſuitatem filij ſui extingui. Idem &. 6. ſi filium exhæredaſſet. Idem &. 7. ſi eum in re tātùm certa dato cohærede vniuerſali hæredem feciſſet. Idem &. 8. ſi is filius expreſsim patris hæreditate abſtinuiſſet. Idem &. 9. ſi petijſſet tempus ad deliberandum. Idem &. 10. ſi filius patris viuētis hæreditati renuntiaſſet cum iuramento. Nam in omnibus his ſpeciebus doctorum pleriq; ſuprà relati exiſtimant ſuitatē extingui. Nos autem licèt in horum caſuū nonnullis admiſerimus ſuitatem ſuſpēdi, tamen in nullo eorum ſuitatem videri extinctam, aut ſublatam contendimus. vt ſuprà docemur. quaſi quandiu ſupereſt patria poteſtas data gradus prioritate ſuitas nunquàm perēpta ex toto videatur: quin imò licèt aliquando impediatur quo ad quoſdam effectus, quo ad alios tamen ſuitatis effectus integra manebit.

220 *Intell. l. qui in aliena. §. interdū. ff. de acq. hæ. & l. fi. C. de rep. hæred.*

Vnde nouè & eleganter infero, quòd ſi filium exhæredaui, & nepotem ex eo hęredem ſcripſi, licèt ipſe nepos non etiam filius auo hęres videatur & ſuus hæres, ſicq́; filij ſuitas quo ad hoc ceſſare videatur, tamen ſuitas ipſius filij integra adhuc manet quoad reliquos ſuitatis effectus: vnde is filius exhæredatus, qui per nepotem hæreditatē patris quæſiuit, poterit ab illa hæreditate quaſi ſuus abſtinere. Ita intelligo l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acq. hære. Quinimò poſtquàm is filius abſtinuerit, poterit iure ſuitatis ſuam abſtenſionem reuocare more ſuorum hæredū: quod ſi ſuitas ex toto extincta eſſet, facere nō poſſet. Ita nouè extendo & amplio. l. fi. C. de rep. hære. & d. §. interdum. Patri enim licèt permiſſum fuerit filium exhæredando, & nepotem ex eo hæredem inſtituendo iure ff. filij ſuitatem lædere quo ad hoc, vt non perpriùs & immediatè hæreditatē patris acquireret, ſed demū per poſteriùs, & mediante perſona nepotis, tamen nullibi vnquàm legitur, eidem patri teſtanti permiſſum fuiſſe huic filio adimere beneficium. d. l. fi. & reliqua ſimilia beneficia, & priuilegia ſuitatis, vt ex ſuperioribus latè traditis planè euincitur.

221 *Illationes. 9 contra mētē cōis opi.*

Deinde etiam ex ſuperioribus colligitur, quòd cùm filiusfa. viuo etiā patre dn̄s reputetur paternorum bonorū. vt per. l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. l. licet. §. paternos ff. de verb. ſigni. certè is ſuitatis effectus filio adimi à patre expreſsim vel tacitè non poterit. Quod variè intelligitur. Primùm, quòd ei adimi non poterit per dationem cohæredis extranei. Deinde, quòd adimi non poterit datione ſubſtituti vulgaris. Tertiò idem in illa conditione, ſi velit. Quartò adimi non poſſe, licèt eū ſub alia quauis conditione poteſtatiua hæredem ſcribat. Quintò, quòd licèt filius viuo patre cum iuramento eius hæreditati renuntiet, aut poſt mortem patris eius hæredita-





tate abſtineat, aut &. 7. petat tempus ad deliberandum, aut &. 8. fuerit à patre exhæredatus, aut inſtitutus in re tantùm certa dato cohærede vniuerſali, aut pater iuſſerit, diſpoſueritq́ue expreſsim ſuitatem tolli, adhuc tamen licèt ſecundùm plurimorum ſententias ſuprà relatas dicendum eſſet ſuitatem extingui, & per hoc filium videri nunquàm fuiſſe dominum paternorum bonorum dū pater viuebat, tamen ſecundùm nos in nullo horum caſuum is filius deſinit videri dominus bonorum paternorum etiam patre viuo: quia contendimus vitam aut mortem ſuitatis ex arbitrio aut diſpoſitione tacita vel expreſſa patris non pendere niſi quo ad quoſdam caſus à lege expreſſos, & quo ad quoſdam effectus.

222 *Illationes 10. contra mentē cōis opin.*

Præterea ex noſtris ſententijs ſuprà relatis principaliter infertur, quòd cùm filiusfamiliàs facto ſuo vel patris nequeat ſeparare à ſe ſuitatem, & ex vi ſuitatis etiam viuo patre dicatur habere poſſeſsionem rerum paternarum, quaſi ſola bonorum adminiſtratio ei defuiſſe videatur ad ſimilitudinem pupillorum. vt per. l. in ſuis. ff. de liberis & poſthumis, & alia iura contra receptiorem ſententiam ſuprà oſtendimus. planè hoc poſſeſsionis beneficium non videbitur ſibi adimi per dationem cohæredis, non quoque per dationem ſubſtituti, nec nec etiam per expreſſam exhæredationem, non quoque per conditionem, ſi velit, appoſitam in eius inſtitutione, nec etiam per aliam quamuis conditionem poteſtatiuam, nec etiam ſi pater expreſsim diſpoſuerit ſuitatem filij perimi & tolli, nec etiam ſi pater filium in re tantùm certa dato cohærede vniuerſali hæredem fecerit. Non quoque ideo minus filius ille viuo patre videbitur fuiſſe poſſeſſor bonorum paternorum, quòd is filius poſtea patris hæreditate abſtinuerit, aut etiam petierit tempus ad deliberandum, vel fortè cum iuramento viuo patre eius ſucceſsioni renuntiauerit: nam ſuitatem ſeparari à filio non poſſe contendimus, niſi in caſibus à lege nominatim expreſſis, inter quos illi non enumerantur. Licèt plerique ſcribentium, qui communes ſententias tuentur, de quibus ſuprà mentionem habuimus, contrarium reſponderent, quia falsò opinantur ſuitatem à filio in ſuperioribus caſibus ſeparari poſſe facto tam patris quàm filij.

223 *Illationes 9. contra mentē cōis opini.*

Præterea infertur ex noſtris ſententijs ſuprà relatis. Scis quòd ſuus hæres nihil poteſt vſucapere titulo pro hærede. l. ſecunda. §. filium. ff. pro hærede. l. nihil. cum ibi notatis. C. eodem quod ſuprà attigimus. ſanè facto patris vel etiam filij hoc ſuitatis beneficium ab ipſo filio non poterit ſeparari, non magis, quàm reliqua ſuitatis beneficia, quæ ab ipſo non poſſe ſeparari contendimus, niſi in caſibus, & effectibus à lege nominatim expreſsis. Vnde per dationem ſubſtituti, aut per conditionem, ſi velit, appoſitam in filij inſtitutione, aut per aliam quamuis conditionem poteſtatiuam, aut per expreſſam exhæredationem, aut per expreſſam etiam patris voluntatem, aut per inſtitutionem filij factam in re tantùm certa dato cohærede vniuerſali, non ceſſabit hoc legis præceptum iubentis filium pro hærede vſucapere nihil poſſe. Idemq́ue erit, etiam ſi filius abſtinuerit, vel petierit tempus ad deliberandum, vel patris viuentis hæreditati renuntiauerit. Licèt ſcribentium plurimos contrarium reſponſuros credendum ſit, qui ſuitatem à filio ſeparari poſſe facto tam patris quàm filij generaliter exiſtimant.

224 Deniq; certum eſt teſtamẽt.factum à
*Illationes 10. contra mentẽ cõis op.*
patre inter ſuos hæredes valere, licèt ſit
minus ſolenne, idq́ue ſpeciali priuilegio
ſuitatis.l.fina. C.fam.herciſcun. vbi tra-
dunt omnes.notat Socin.in.l.2.column.
6.in principio.ff.de vulgar. idq́ue priui-
legium, vt ex opinionibus noſtris ſuprà
relatis infertur, & docemur, non peri-
bit per dationẽ ſubſtituti vulgaris. Non
quoque per conditionẽ, ſi velit, appoſi-
tam in filij inſtitutione. Nec etiam per
quamuis aliam conditionem poteſtati-
uam in eius inſtitutione appoſitam.
Non quoque per expreſſam volunta-
tem patris filijs ſuitatem adimere volen-
tis, idq́ue verbis expreſsis nuncupatim
declarantis. Quinimò idem licèt id fa-
ctis declararet, quale eſt expreſsim fi-
lium exhæredando. Nec etiam ſi filium
in re certa hæredem ſcriberet, dato co-
hærede vniuerſali. Quinimò nec id pri-
uilegium periret facto ipſius filij ab hæ-
reditate patris expreſsim abſtinentis,
vel etiam tempus ad deliberandum pe-
tentis, aut etiam viuo patre eius hære-
ditati futuræ cum iuramento renun-
tiantis. In omnibus enim his ſpeciebus
& ſimilibus intelligo teſtamentum mi-
nus ſolenne inter ſuos hæredes valitu-
rum, integrumq́ue eſſe illud ſuitatis pri
uilegium.

Licèt retentis receptioribus ſenten-
tijs, quæ his caſibus volunt ſuitatem
perimi, hunc quoque ſuitatis effectum
(vt inter ſuos hæredes teſtamentum
minus ſolenne valeat) ceſſare deberet,
hodie tamen imperfectum teſtamen-
tum valet etiam inter alios deſcenden-
tes, licèt ſui non ſint. per.l. hac con-
ſultiſsima.§.ex imperfecto. C. de te-
ſtament.per quam dicta.l.fina.fami.her-
ciſcund.ampliata eſt ſecundùm cõmu-
niter doctores vtrobique. & notat Soci.
vbi ſuprà.

225 Præterea certum eſt, quòd ſui hære-
*Illationes 10. contra mentẽ cõis opini.*
des viuo etiam eo, cuius de hæreditate a-
gitur, dicũtur hæredes, licèt regulariter
contrà.vt.l.qui ſuperſtitis.ff. de acquirẽ.
hæred.l.nec nos.C.de capti.l.2.§.interdũ
ff.de vulga.idq́ue priuilegium intelligo
non amitti per dationem ſubſtituti vul-
garis.& ita debere ampliari quod Barto.
ait in.l.Gallus.§.etiam ſi parente. nume.
2.per Emanuel.de Acoſta in dicta.l.Gal-
lus.§.& quid ſi tantùm.pagi.167. Corne.
numer.14.in.l.3.C.de iure deliberã. Qua
ratione hoc priuilegium minimè ceſſa-
re intelligam per tacitam filij exhæreda
tionem, quæ inducitur eo præterito. vt
l.ſicut certi.l.ſi cùm vel in vtero. C.de te
ſtamen. Nec per expreſſam etiam exhæ-
redationem. argument.l. Papinianus.§.
ſi ex cauſa.verb.ſuus.ff.de inoffi.teſtam.
l.filius à patre.in princi.ff.de lib.& poſt-
hum. Nec per expreſſam patrisfami. di-
ſpoſitionem ſuitatem adimere volentis.
argumen.gloſ.app.in.l. filijs matrem. C.
de inofficio.teſtamen. dum patriam po-
teſtatem & ſuitatem non poſſe adimi fir
mat per ſolam patris voluntatem filium
emancipare volentis. Nec id ſuitatis be-
neficium ceſſabit per conditionem, ſi ve
lit, appoſitã in filij inſtitutione. Nec per
aliam quamuis conditionem poteſtati-
uam. Non quoque licèt filius in re tan-
tùm certa eſſet inſtitutus dato cohærede
vniuerſali. Quinimò facto etiam ipſius
filij expreſsim abſtinẽtis, aut tempus ad
deliberandum petentis, aut viuo patre
eius ſucceſsioni futuræ cum iuramento
renuntiantis id ſuitatis beneficium non
ceſſaret. Licèt ſecundùm receptiores ſen
tentias, quę his caſibus ſuitatem tolli pu
tant, his omnibus etiam caſibus ceſſaret
hoc ſuitatis priuilegium.

Stat ergo ex ſuperioribus, quòd ex
vi ſuitatis & perſonarum identitatis fi-
liusfamiliàs viuo patre dicitur domi-
nus bonorum paternorum, & dicitur
hæres patris, & dicitur etiam poſſeſſor
bonorum paternorum. Vnde poſt mor
tem patris citra vllam apprehenſio-
nem



nem poſſeſsionis intelligitur bo.paterna
226 poſſidere.vt probat text. in.l. 2.§. filium.
*Poſſeſsio quæritur per ſeruum, filiũ, uel monachũ etiã fugitiuos cum cõi.*
vbi notat Bart.ff.pro hærede.Bald.in re-
peti.legis.in ſuis.col.3.ff.de libe. & poſt-
hum.Alexan.in.l.cùm hæredes. in prin.
colum.fin.ff.de acquiren.poſſ.Et ſimili-
ter viuo patre, etiam ſi in fuga eſſet, ei ac
quireret poſſeſsionem cuiuſque rei.vt te
nent Bart. & Areti. colum.fi.numer.68.
& Iaſ.num.14.in.l.1.§.per ſeruum qui in-
fuga.ff.de acqui.poſſe. Nã & ſimiliter e-
tiam per monachum fugitiuum adqui-
ritur poſſeſsio monaſterio.vt tenẽt Bart.
Aretin.& Iaſ.vbi ſuprà.& eſt communis
opinio.ſecundùm Iaſ.ibi.quaſi hac in re
monachus æquiparetur ſeruo, vel filio,
prout vtilius eſt monaſterio. vt reſoluit
Iaſ.vbi ſuprà. & infrà pleniùs docemur.
Agnoſco tamen quamplures tenere, ꝙ
poſſeſsio per monachum fugitiuum nõ
acquiratur monaſterio. & hanc partem
negatiuã dicit magis communem Are-
tin.vbi ſuprà. Sed ſuperior op. verior eſt
per dict.§.per ſeruum qui in fuga.iuncta
æquiparatione de monacho ad ſeruum,
vel filium, vt modò dicebamus. Et iſta
poſſeſsio ſic acquiſita vera eſt, licèt per
modum fictum acquiratur. vt in ſimili
docemur per Bart.in.l.quod meo.in pri.
227 ff.de acquiren. poſſeſsio. Vnde pro tali
*Poſſeſsio uera quæritur per modum fictũ.*
poſſeſsione competunt interdicta poſ-
ſeſſoria.vt per Deciũ conſilio.84.Excel-
lentiſsimi.columu.prima &.2.Iaſ. conſi
lio.85.lib.3.colum.ſecunda. eſt commu-
nis.vt reſoluit Soci.in.l.rem quæ nobis.
numero.13.quæſtione.5. ff.de acquiren.
poſſeſsione. Nam & ſimiliter cùm iudex
tradit poſſeſsionem alicui, per ſolum vi-
ſum ſine actu corporeo apprehenſionis
ea poſſeſsio vera eſt, licèt per actum ciui
lem acquiſita videatur. vt probatur in.l.
prima.§.ſi iuſſerim.& in.l. quod meo. in
228 principio.&.§.fina.ff.de acquirenda poſ-
*Poſſ. à nuntio tradi poteſt per ſolũ aſpectũ oculorũ cũ cõi contra alteram cõmunem.*
ſeſsione. Et hoc caſu quando nuntius,
qui me in poſſeſsionem mittere à iudice
iuſſus fuerat, erat mecum in præſentia
rei, licèt corporaliter non me in rei poſ-
ſeſsionem induxerit, tamen per ſolum
aſpectum oculorum mihi acquiritur ve
229 ra poſſeſsio per hũc modum, qui fictus
*Poſſeſsio uera & uero modo quæritur per uiſum oculorũ cũ cõi contra alterã cõem.*
eſt ſecundùm quoſdam: ſed reuera fi-
ctus non eſt, ſed verus is modus adqui
rendæ poſſeſsionis: quia ſenſus corpo-
rei ſunt quinque, viſus, odoratus, au-
ditus, guſtus, & tactus: nec video poſ-
ſeſsio tradita per aſpectũ oculorum cur
non tam verè tradita videatur, quàm ſi
alius ſenſus corporeus, putà tactus ma-
nuum, vel pedum interueniſſet. argu-
mento.l.teſtium.C.de teſtibus. & per di
ctũ.§. ſi iuſſerim.in primo.2. & tertio re-
ſpon. & per legem.quod meo.§. ſi ven-
ditorem.&.l.quarundam.primo.2.&.3.
rẽſp. ff.de acquirenda poſſeſsione.l. cla-
uibus.ff.de contrahen.emptio.cap.con-
tingit.de dolo & contumacia.facit.l.dã-
ni infecti.§.non ſolùm.ff. de damno in-
fecto.tenent Ioannes Andr. & Compo-
ſtellanus in capitu. tranſmiſſam. de ele-
ctione.Antonius in capitu. ſecundo. de
conſuetudine. ſequitur & dicit commu
nem opinionem Abb. in capit.cum ali-
quibus.numer.10.de re iudi. facit.l.cùm
vnus.ff.de bon.authorita.iudi. poſsi. &
l.fi.C.eodem.

Contrariam partem, vt per ſolum a-
ſpectum regulariter talis nuntius non
transferat poſſeſsionem, tenet Barto.in
l.prima. in principio. ff. de acquirenda
poſſeſsione.colum.fin.quem ſequuntur
Alexand.ibi colum.penul. & Iaſ.nume.
96.qui hanc dicit communem opinio-
nem. ſequuntur ibi Cuman. Aretin. &
Roman. Paul.in.l. non eſt mirum. ff.de
pignora. actione. Angel.in.l.cùm vnus.
§.fin.ff.de bon.authorita.iudi. poſsiden-
dis.vbi etiam Barto.Baldus in dict.l.non
eſt mirum. Angelus in repetitione. l. ſi
quis vi.§.differentia.columna.6. Angel.
& Imola in.l.tertia.§.fina.ff. de acquiren
da poſſeſsione. Anton. in cap.cùm veniſ
ſent.de reſtitutione ſpolia. Anton.Imol.

& Felin.numer.4. in dict.capit.cum aliquibus.qui hanc dicit communem opinionem.Alexan.conſil.83.Viſa facti narratione.libr.2.Ripa,qui hanc dicit communem opinionem in tracta.de peſte.in priuilegijs contractuum.priuilegio .19. numer.185. Neguſantius de pignori.par. 3.membro.2.in princip.Bar.in.l.ſi finita. §.illud quæritur.ff.de dãno in fecto. Specula.de primo &.2. decreto.§. iam de effectu.in prin.

Sed ſuperior ſententia verior eſt per dict.iura.Et ad.l.3.§.Neratius.ff.de acquiren.poſ.in qua nititur contraria opinio, reſpóde,quòd ibi non interfuit vllus ſenſus corporeus videndi,audiendi,olfaciẽdi,vel tangendi,ſed interfuit tantùm animi deſtinatio,quæ ad corpus non pertinet.Cæterùm ſi eſſet iuſtum impedimentum accedendi ad rem, tunc per ſolum aſpectum transferri poſſeſsionem agnoſcunt vtriuſque partis fautores.per dict. §.illud quęritur.& per legem .quanuis ff.de bo.autho.iudi.po.

Item intellige poſſeſsionem transferri nõ ſolùm ſi vacua ſit, quod omnes admittunt,ſed etiam ſi ſit occupata per reũ condemnatum, quod ſimiliter omnes admittunt,quando non erat tutus acceſſus ad rem:quòd ſi tutus eſſet,tunc ſecùs ſecundùm Barto.& ſequaces.Sed ſecundùm opinionẽ Abb.& aliorum, quos ſequuti ſumus, etiam ſi & poſſeſsio occupata eſſet à reo condemnato, & acceſſus ad rem tutus eſſet, adhuc per ſolum aſpectum oculorum poſſeſsio per nuntium transferri poſſet, per fundamenta ſuperiùs allegata.

*Poſſ. qualis acquiratur quãdo quis mittitur in poſſ. ex primo decreto*

230 Denique qui per talem nuntium mittitur in poſ. ex primo iudicis decreto intra annum in actione reali poſsidet reuocabiliter,poſt annum verò irreuocabiliter. Iſta eſt communis opinio legiſtarum.vt firmat Neguſantius de pignori. 3.parte.ſecundo membro. numer.6.in fin.verſiculo.6.Eſt communis opinio ſecundùm Alexand. in.l.3.§. fina. ff. de acquiren.poſſeſsio.& ſecundùm Iaſ.ibi numer.20.poſt Bar.ibi.Bar.in.l.ſi priuſquã. oppoſit.9.par.1.ff.de operis noui nuntia. per.l.ſi quis emptionis.§.ſed & ſi quis.C. de præſcrip.30. vel.40. annorum. & per dict.l.3.§.fina.& per cap.paſtora.§.præterea.de officio ordi. Licèt in contrarium ſe habeat communis opinio canoniſt.vt firmãt Alexand.Iaſ.& Neguſanti.vbi ſuprà.Angel.& Roman.in dict.l.3.§.fina. gloſſ.& docto.in cap.contingit. per tex. ibi.de dolo & contummacia.Ioann.Andreas,& alij in ca. quoniam frequenter. §.in alijs.vt lite non conteſtata.text.in.c. fina.in verbo,cuſtodiæ cauſa. de eo qui mittitur in poſſeſsionem cauſa rei ſeruãdæ.ſicque alterutra harum opini.in ſuo foro ſeruabitur.

*Detentatio an ſit meri facti.cũ cõi cõtra alteram cõem.*

231 Sed vtranuis partẽ elegeris, illud ſemper verum erit,quòd etiam infra annum ille in poſſeſsionem miſſus licèt detentationem tantùm habere videretur,tamen illa detentatio iuris eſſet, nõ facti tantũ nudi.Iſta op.tenetur per oẽs ſecundũ Iaſ. nu.86.in.l.1.in prin.ff.de acq.poſſe.quod & tenet Alexan.ibi numer.64. vbi Alexand.& Imola,& Paul.idem tenent Dinus & Cinus in.l.licèt.C.de acquirẽ.poſ. ſentit Bald.ibidem. Licèt contrarium teneat Guiliel.de Cuno in dict.l.licèt. Roma.in dict.l.1.in princi. tenet detentationem eſſe iuris.Angel.in repet.l.ſi quis vi. §.differentia.&Paul.in.l.peregrè.in prin. ff.de acquirẽ.poſſ.per.l.ſi finita.§. ſi quis metu.ff.de damno infecto. &.l.2.in princi.ff.pro hærede.eſt communis ſecundũ Gometi.in.l.45.Tauri.numer.15.& Barba.in addi.ad Bar.ſuper num.13. verſicu. quæro quid iuris de detentatione.

Cõtrariam partem,vt detẽtatio ſit facti tantùm non etiam iuris in terminis dicti.§.ſi quis metu. tenet Bar.in.l.1.in pri. nu.13.& ibi Iaſ.num.86.& rurſus ibidem in num.36.ſequitur Ripa ibi num.44.& Cuma. nu.11.circa.fi.Roma. ibi.num.12.

per



per.l.de vſu.ff.de vari.& extra. cogni.& l.Aquili. cum ibi notatis. ff.de donat. & per alia multa iura. vbi dantur remedia iuris pro recuperanda re,quam quis detentabat. & ibi Vicenti.nu.81. cum plu. ſequen.vbi Crottus nu.53. & Ruinus numer.25.facit quod ait Bologni.in.l.naturaliter.§.nihil commune. nume.12. ff.de acquiren.poſſeſsio.Sed licèt hæc pars nõ minus,quàm ſuperior recepta ſit,tamen illa longè verior eſt.Nam ſenſus eorum, qui hanc poſteriorem partem tuentur, eſt,vt ſit differentia inter poſſeſsionem, & detẽtationem,quia illa iuris intelligatur eſſe,iſta autem facti tantùm,non etiã iuris.Et reuera contrarium eſt verius, vt data paritate terminorum vtraq; ſit facti dum eſt in fieri.Nam & idem eſt in contractibus,qui dũ fiunt, ſunt facti, poſtea verò iuris eſſe intelliguntur.l.conſilio. in princi.ff.de cura.fur. glo.app.in.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur.Sic ergo contractus, poſſeſsio,detentatio dum fiunt,& acquiruntur,facti ſunt: quia per facti,aut animi interuentum fiunt & acquirũtur, poſtea verò iuris eſſe incipiunt, quaſi in ſui creatione ſint facti, in ſui autem effectu iuris eſſe videantur.Et ita ſi rectè inſpiciãtur,probant iura ab vtriuſq; partis fautoribus allegata.

Denique quòd per dict.l.nihil.C.pro hærede. & dict.l. 2.§.filium. ff.eod.diximus,nempe ſuum hæredẽ titulo pro hærede non poſſe præſcribere, quaſi nullus nouus titulus, nullaq; noua poſſeſsio in eo reperiatur,ſed magis priſtina in eum continuetur,id quidem intelligitur, niſi ipſe velit ex ſua perſona initium ſumere præſcribendi,& aliunde quàm à patre habuerit titulum.arg. tex.in.l. an vitiũ.§. fin.ff.de diuerſis & temporalibus præſcriptioni. notat Iaſ.in ſimili in.l. Põponius §.cùm quis.ff. de acq. poſſ.num.20.& in ſimili per Alexã.ibidem.eod. num. cum ſeq.tunc enim nõ quaſi ſucceſſor patris præſcriberet,ſed quaſi ſucceſſor illius, à quo titulum habuit.Nam & ſimiliter licèt mala fides authoris noceat ſucceſſori vniuerſali.l.vitia.C.de acq.poſſ.l. cùm hæres.ff.de diuer.præſcrip. tamen hæres non impeditur pręſcribere,ſi titulum habuit ab alio tertio ſecundùm eoſd.per.d. l.an vitium.in fin.

*Mala fides authoris nõ nocet ſucceſſori in quatuor caſibus hîc enumeratis cõtra communem cũ multis.*

232 Illud autem dubium eſt, an licèt hæres non habuerit titulum ab alio tertio, ſed à ſolo defuncto,poſsit rem pręſcribere,ſi velit initium præſcriptionis à ſe inchoare, licèt defunctus habuiſſet malã fidem? Qua in re communis opinio eſſe videtur, vt etiam ſi hæres velit à ſe inchoare præſcriptionem, adhuc tamẽ noceat ei mala fides authoris. Quod variè intelligitur.Primùm de iure ciuili.per.d. l.vitia.d.l.an vitium. & auth.malæ fidei. C.de longi temporis præſcripti. Secundò intelligitur etiam de iure canonico, quod cum mala fide non diſpenſat, ſed potiùs auget prohibitionem, vt in cap. vigilanti.& cap.fi.de præſcrip. Tertiò intelligitur vt procedat in ſucceſſore vniuerſali.per.d.l.vitia.d.l.cùm hæres.Quartò intelligitur etiam in ſucceſſore ſingulari.auth.malæ fidei.ſuprà alle.authẽ. vt ſponſalitia largitas.§.rurſus. Quintò intelligitur vt procedat in præſcriptione longi temporis.Sextò intelligitur etiam in præſcriptione longiſsimi temporis.argumento dicti capitu. vigilanti.dict.capitu.fina.de præſcriptio.Septimò intelligitur,quando ſucceſſor vult vti acceſsione temporis authoris ſui.dict.l.cùm hæres. Octauò intelligitur, etiam ſi nolit vti tali temporis acceſsione.dict.§. rurſus. & dicta authenti. malæ fidei.Hæ omnes concluſiones videntur communiter receptæ.vt per Alexand.numero. 20. cum ſequen.& Iaſ.eod.num.cum plu.ſequẽ. in dict.§.cùm quis.poſt gl.Bar.Bal. Ang. Imol.Cuma. Paulũ, Are.Roma. & alios ibi.gloſſ.in.l.2.C.de vſucapi.pro hęrede. gloſſ.in.l.ſi ego.§.partus.ff.de publi.glo. in.l. vitia.C.de acquiren.poſſeſsio. gl.in

 l.fi.

l.fin.C.cómu. de vſucapi. Soci.qui pul-
chrè loquitur conſi. 203.lib. 2. colum.2.
in fin.Anto. in dict. cap. ſi diligenti. vbi
Imol.& Abb.Ioan.Andr.ad Specula.tit.
de præſcri. §.fin. additione magna.Paul.
in.l.ſequitur.§.hæres.& in.l.3.ff. de vſuca
pi.facit quod tradit Abb. cóſi.110. Nitar
in preſenti queſt.14.& conſi.125.Facti có
tingentia. Roma.conſi.201.Pro deciſio-
ne.Alexand.conſi.84.In cauſa vertente.
col.2.lib.2.& conſ.3. Videtur inſpectis.co
lum.pe.eod.lib.idem conſi.89.Viſo pú-
cto.& conſi.203.eod.lib.& in alijs pluri-
bus relatis per Iaſ. vbi ſuprà.Couar.in ca.
poſſeſſor.de reg.iur.§.9.nu.1.& num.4.
Felin.in.d.cap.ſi diligéti. colum.9.Abb.
in cap.2.eod.titu.de præſcrip.col.2.Balb⁹
de præſcrip.2. par.3.partis prin.quæſt.12.
in.2.membro. Vincenti. de Herculanis
in.d.§. cùm quis.col.pe.Crot. in.d.§.cùm
quis.pe.charta.Abb.in.d.cap.ſi diligéti.
col.8.& hanc eſſe communem ſententiã
teſtatur ipſe Couar.vbi ſuprà nu.1.& rur
ſus nu.4.per Maineri.& Cagnol.in.l.qui
in alterius.de reg.iur.

Eſt tamen verum, quod Socinus in.d.
conſi.203.lib.2.col.2.cum duabus ſequé.
tenet & firmat cómuniter teneri, quòd
ſi hæres ſit citra ſciétiam rei alienæ,& ve
lit à ſe inchoare præſcriptionem, túc per
annos.30. poterit præſcribere, nec ei erit
impedimento mala fides ſui auctoris.
Quod ipſe intelligit procedere primò de
iure canonico. Secundò etiam de iure ci
uili. Tertiò intelligit in ſucceſſore ſingu
lari. Quartò intelligit etiam in ſucceſ-
ſore vniuerſali. Sicque in his quatuor có
cluſionibus hæc poſterior opinio Soci-
ni & communis aduerſatur cómuni opi
nioni præcedenti. Ita Socin.vbi ſuprà. &
Baldus in.l.nihil.C.pro hærede.& ita ſen
tit Barto.& Paulus, & Romanus in dict.
l.Pomponius.§. cùm quis.& communi-
ter alij ibi.ſecúdùm Socin. vbi ſuprà.Bal
dus in.l.eum qui. §. in hac.& in.l.ſi ergo.
§.pactus.ff.de publi. Ioannes Andr.in ca
pit.cùm quis.de regul.iuris.in.6.Nam di
cta.l.cùm hæres.non procedit in præſcri
ptione longiſsimi temporis.vt eſt com-
munis opinio.ſecúdùm Socin. vbi ſuprà
numer.3.Imola in.l.ſequitur.§. hæres.ff.
de vſucapi.per Maineri.& Cagnol.num.
16.in.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.

Quid dicendum? Et ſanè hęc poſte-
rior opinio longè verior eſt, ſicque in
his quatuor concluſionibus hanc poſte
riorem partem communem tuemur có-
tra priorem, quæ communis ſolet repu-
233 tari. Moueor, quia bona fides orta etiam
ex iniuſta cauſa ſufficit ad præſcriptio-
nem.gloſſ.cum qua omnes ibi tráſeunt
in.l. prima. C. vbi cauſa ſtatus. cum qua
eſt communis opinio. vt reſoluunt Iaſ.
in.l.prima.§.per ſeruum qui in fuga. nu-
mero.6.ff.de acquiren. poſſeſ. idem in.l.
clam poſsidere. columm. penul. eodem
titulo.Alexand.conſilio.127. colum. ter
tia.lib.4. Emanuel de Acoſta in.l.tertia.
C.de non nume.pecu.pagin.55. Nec du-
bium eſt, quin ſucceſſor intelligatur ha-
bere iuſtam ignorantiæ cauſam. vt teſtã-
tur iura.capit.is qui in ius.de regul.iuris.
in.6.l.qui in alterius.ff. eodé.l. verius. ff.
de probati. Ergo ſi bona fides orta etiam
ex iniuſta cauſa ſufficit & patrocinatur
ad præſcribendum, quantò magis ſuf-
ficiet, quando oritur ex iuſta ignoran-
tiæ cauſa? qualis eſt in hærede, vt te-
ſtantur iura. Vnde cùm præſcriptio
30. annorum contingeret ſine dubio eo
caſu, quo is ſucceſſor nactus fuiſſet quo
quomodo non vitioſo poſſeſsionem il-
lius rei, etiã ſi titulo careret ſecundùm
ius tam canonicum quàm ciuile.l.ſicut.
l.omnes.C.de præſcri.30.anno. iúcto.d.
c.vigilãti.&.c.fi.de pręſcri.& etiam ſi ca-
reret bona fide ſecundùm ius ciuile, licèt
non ſic ſecundùm ius canonicum. vt di-
ctis iuribus. quantò magis in ſpecie no
ſtra non impedietur præſcriptio, vbi ad-
eſt bona fides,& iuſtus titulus pro hære-
de, vel pro legato, vel donato, vel pro em
ptore

*Bona fides orta etiam ex cauſa iniuſta ſufficit ad præſc. cũ commu.*



ptore,& cætera id genus? Nec quéquam
mouere debet dict.authen.malę fidei.&
dict.§. rurſus.in quibus nititur contraria
opin. Nam ibi ſucceſſor non impeditur
præſcribere, quaſi ſit in ficta vel præſum
pta mala fide (vt non pauci falſò opinan
tur) ſed magis, quia pijſsimis legiſlatori-
bus tempus.20.annorum nimis breue vi
ſum fuit, duobus concurrentibus: quòd
& dominus rem ſuã alienari ignoraret:
& alienans eſſet in mala fide. ita cantat
dict.§.rurſus. vnde extrahitur dict.auth.
malæ fidei. Quod probatur apertiùs. Nã
ſi dominus ſciret rem ſuam alienari etiã
à malæ fidei poſſeſſore, tunc annis.20.hę
res illius malæ fidei poſſeſſoris eã præſcri
beret. vt in dict.authé. & in dict.§.rurſus.
ergo in tali hærede non intelligitur eſſe
mala fides ficta, vel præſumpta: nã ſi ma
la fides pręſumeretur, vel fingeretur, nec
per.30.annos contingeret præſcriptio.d.
cap.vigilanti.& dict.capit.fin.ergo in ter
minis dict.authen. præſcriptio non tam
propter malæ fidei interuétum præſum-
ptum, vel fictum in perſona ſucceſſoris
impeditur, quàm propter temporis bre-
uitatem, quæ in vicénio eſſe intelligitur,
concurréte mala fide alienantis cũ igno-
rantia domini rei, qua de agitur. Ad.l.
234 cùm hæres.ff.de diuer.præſ.dic, quòd lo
quuntur in præſc.20. annorum, non.30.
quæ tunc inuenta nó erat. vt ex commu
ni opin.reſoluunt Iaſ.in dict.§.cùm quis.
colum. penult. Socin. in dict.conſil.203.
libr.2.colum.2. in fin.& præterea ibi ſuc-
ceſſor volebat vti acceſsióe ſui prędeceſ-
ſoris. Et quòd ea præſcriptio iure.ff.non
eſſet cognita, firmat Couar.in dict.§.9.n.
4.gloſ.in.l.Iulianus.ff. ex quib. cau.mai.
gloſ.in.l. qui occiderit.ff. ad leg. Aquil.
Bart.in.l. tutor qui repertorium.in fine.
ff. de admi. tutorum.

*Præſcr.30. annorũ iure.ff. incognita cũ cõmuni.*

235 Pro nobis facit efficax fundamentũ,
qa licèt ficta mala fides eſſet in ſucceſſo-
re, ea quidem iure canonico impedimé-
to non eſſet præſcriptioni, ſed tantùm ve
ra mala fides. vt reſoluit Alexã. poſt plu-
res, quos ipſe allegat in dict.§.cùm quis.
num.22. vbi etiam Iaſ. num.21. cum ſeq.
Couar.in dict.§.9.num.4. Pro nobis for-
tiſsimè facit, quia iure canonico tunc de
mum ex fide bona vel mala impedimen
tum fit præſcriptioni, quando ratione il
lius fidei, vel notitiæ inducitur peccatũ
in præſcribente, vt non ſemel tãtùm, ſed
pluries expreſſum eſt in dict. capit.fin.&
dict.capit. vigilanti.ſed dictum legis ge-
nerale reſtringitur per rationem ſpecia-
lem in ea expreſſam. Iſta eſt vera & com
munis opin.quam tenent gloſ. in authé.
de hęr.ab.§.fin.verbo, ordinem.quam di
cit vnicam Bald.in.l. fin.ff.de hær.inſtit.
idem Bald. in.l. fin.C.de lib.præt.Alexã.
in.l.cùm mulier.colum.5.ff.ſolut.matri-
monio.glo. in clementina.1.verbo, eliga
tur.de electione.plenè per Iaſ.in.l. re con
iuncti.num.181.ff. de legat.3. Iaſ.in auth.
quas actio. num.22.C. de ſacroſanct. ec-
cle.Bald.ibi.colum.2.Paul.in.l.quamuis.
C.de fideicommiſ.Cuman.in dict.l.cùm
mulier.§.1.per text.ibi.ff.ſolut.matrimo-
nio.Georg.Nat.in cap.quanuis.de pact.
in.6.nu.32. Curti.iuni. in.l. humanitatis.
per text.ibi.num.15.C.de impub. vbi Iaſ.
num.6.Alexand. num.5. Corne.num.15.
Purpur.in.l.fin.C.de pact.nu.23.vbi Cur
ti.num.9.Deci.num.15.Iaſ.in.l.ſtipulatio
hoc modo.ff.de verborum obligatio.co
lum.5.ad fin.num.12. Deci.conſi.372.nu.
7.Fortuni.in.l.Gallus.§.& quid ſi tãtùm.
colum.87.ff.de liberis & poſthum.Crot-
tus in.l.ſi conſtante.ff.ſolu.matrimonio.
lect.2.ſuper.7.quæſtio.Bart.Iaſ.in.l.trãſi-
gere.num.15.C. de tranſact. Ripa in.l.ne-
mo poteſt.num.50.ff.de legat.1.vbi Han
nib.nu.349. Iaſ.in.l.Marcellus.in princi.
ad Trebel.Couar. in capi.Rainal.§.3.nu.
6.de teſtament.Deci.in authent.ex teſta-
mento.colum.4. C. de collat. Iaſ.in.l.de
quibus.num.14.ff.de legib. Tiraquel.de
cauſ.ceſ.par.1.num.135. cum ſequent.per
legem.his ſolis.C.de reu.donatio.l.ſi fra-
tres.

*Mala fides ficta iure canonico non magis nocet, quã iure ciuili cum cõi.*

treſ.§.idem Papin.ff.pro ſocio.l.2.§.idem
quoq;.&.§.ſi duo.ff.de colla.bo.l.ſi.ff.de
hær.inſtituen. Vnde cùm ius canonicũ
circa iſtam qualitatẽ bonæ fidei nihil no
uauerit, niſi quando adeſt peccatum ex
parte præſcribentis,& in hęrede nullum
ſit peccatũ, ſupereſt, vt hæres poſsit præ-
ſcribere.

236 Deniq;,ſi rectè inſpexeris, vitia realia
*De ead.re.* deſcendunt in ſucceſſorem tam ſingula
rem.vt.§.furtiuæ. Inſtitut.de vſucapion.
quàm vniuerſalem.vt.l.vitia.ff.de acqui.
poſ.vitium verò malę fidei cùm ſit perſo
nale, non deſcẽdebat in ſucceſſorẽ.l.1.cũ
conc.C.de long.temp.pręſ.quia ius & vi
tiũ perſonale extinguitur cũ perſona.ca.
ius perſonale.de reg.iur.in.6.Fallit,quan
do ſucceſſor vult vti acceſsione tẽporis
prædeceſſoris.l.cũ hæres. ff. de diu.præſ.
nam illud tẽpus quaſi inhabile & nõ de-
curſum reputatur. Hæc omnia procede
bant in præſcriptione rerũ corporalium
tantũ, non etiã incorporaliũ, quarũ pręſ-
ſcriptio eo tẽpore in vſu nõ erat.quod in
tellige quo ad iura,& actiones,vt eſt cõ-
munis op. iam relata. Superuenit poſtea
d.auth.malę fidei.C. de lõg. tẽp.præſc.&
auth.vt ſponſ.larg.§.rurſus:quæ iura no-
uè induxerunt, vt concurrente mala fi-
de alienantis in teſtamento, vel inter vi-
uos cũ ignorãtia domini rei,de qua age-
batur,tunc ſucceſſor rem corpoream il-
lam nõ poſſet longo tẽpore præſcribere,
ſed tantũ longiſsimo tẽpore:& quidẽ illa
iura nominatim loquuntur in re corpo-
rea,nõ in actionibus:ſicq́;iuriũ veterum
vel nouorum nullũ vnquàm inuenies,
quod diſponat malam fidẽ authoris no-
cere ſucceſſori,niſi tantũ in rebus corpo
reis,quę longo tẽpore pręſcribuntur. In
actionibus verò neq; vnquàm de iure ci
uili,nec etiã de iure canonico inuenies,
ꝙ mala fides authoris noceat ſucceſſori.
Vnde ſi ſciebas te d̃bere,& deceſsiſti me
hærede relicto,& ego ignorẽ debitum,li
berabor.30. annis per præſcriptionem
tam de iure ciuili quàm canonico.Licèt
in vtroque ſit communis opinio in con
trarium, ſed nobiſcum eſt altera cõmu-
munis illi contraria, ſaltem de iure cano
nico.Sed nos idem etiã de iure ciuili.Nã
miramur,cur doctores pro expedito pu
taſſent iure ciuili malã fidẽ authoris no-
cere ſucceſſori, qui acceſsione temporis
authoris vti nolebat, cùm id nullo iure
vetere aut nouo inductum eſſet.

Retenta noſtra ſentẽtia,Soci.eã exten
dit in dict.cõſi.203.lib.2.col.2.&.3.vt pro
cedat etiam ſi per legem, vel ſtatutũ vita
actionũ eſſet breuior facta, nam adhuc
mala fides debitoris hæredi impedimen
to non eſſet quo minus præſcriberet,li-
berareturq́; ab illo debito breuiore tem
pore,quàm quod à iure communi eſt ſta
tutum.

237 Vnde non minus eleganter quàm vti *Intel.l.3.&*
liter reſpondere ſolemus, ꝙ cùm per.l.3. *4. titul. de*
&.4.titulo. de las præſcripciones.libr.5. *las præſcr.*
ordi.ſancitum fuerit, vt decennio tantũ *lib.5. ordi.*
duret actio perſonalis,tũc ſi ſciebam me
centum debere,& deceſsi te hærede reli-
cto,poteris decennio poſt mortem meã
illo debito per præſcriptionem te libera
re de iure regio.Quia cùm mala fides au
thoris non noceat ſucceſſori in actione
paſsiua præſcribenda de iure communi,
& per leges veteres leges nouæ interpre
tentur.vt in.l.1.§.lex falcidia.vbi Alexan.
& Vincenti.ff.ad legem falcidiam.Xua-
rez in.l.quoniam in prioribus.C.de inof
ficioſo teſtamen.in princip.ſuper.l.regia
ibi inſerta.Iaſ.colum. penultim.& ibi A-
lexand.num.22.cum ſequent.in.l.Pom-
ponius.§.cùm quis.ff.de acquirenda hæ
redita.ſupereſt, vt talis hæres præſcriptio
ne per decẽnium iure regio liberetur ab
illo debito,& actione non ſecùs,quàm li
beraretur per.30.annos de iure commu-
ni. Et alia multa circa intellectũ dict.l.3.
& dict.l.4.&.l.63.Tauri vi.ſatis ingenio-
ſè per Couar.in dict.capit.poſſeſſor.de re
gul.iur.in.6.§.11.in princip.

Infer



238 Infertur ex noſtra ſententia, quæ ha-
*Mala fides* bet hæredem poſſe.30.annis præſcribere
*authoris im* rem à defuncto mala fide poſſeſſam, ꝙ ſi
*mediati no* is hæres ab alio tertio nactus eſt illius rei
*cet,non re-* poſſeſsionem,tunc indubitãter eam præ
*motioris,* ſcribet.per.l.an vitium.§. vltimo.ff.de di
*cum cõmu* uerſ.præſcrip.Quem tex.ad hoc dicit ſin
*ni.Intellige* gul.Aretin.in dict.§.cùm quis.& Couar.
*in præſcri.* in dict.§. 9.nu.5. Alexand. conſi.181.libr.
*30.annorũ,* 1.Iaſ.in dict.§.cùm quis.nu.21.vbi Alexã.
*nam in præ* num.2. cum ſequẽt. id quod ſecundùm
*ſcript. lõg.* noſtram ſententiam eſt indubitatum.
*tem. adhuc*
*nocet cõtra*
*quãplures.*

Vnde ſubinfertur, quòd hæres hære-
239 dis poterit præſcribere rem à priore de-
*De ead.re.* functo mala fide poſſeſſam, licèt hæres
prior eam præſcribere non poſſet, ſecun
dùm cõmunem, quam ſuprà impugna-
uimus.Ita Crottus in dict.§.cùm quis.ad
fin.& Couar. vbi ſuprà. Sed quod aiunt
priorem hæredem præſcribere non poſ-
ſe,id verum eſt longo tempore, longiſsi
mo autem poterit. Quòd autẽ ſubijciũt
hæredem hæredis poſſe præſcribere, id
longiſsimo tempore verũ eſt,ſed & lon-
go tempore idem eſſe contendunt ipſi,
quaſi ficta, vel præſumpta mala fides,
quæ eſt in primo hærede,non debeat no
cere hæredi poſteriori.

Sed horũ ſententia vera non eſt, quia
in terminis dict.authent.malæ fidei.non
ea ratione præſcriptio impeditur,ſed ma
gis quia concurrente mala fide authoris
cum ignorãtia domini rei de qua agitur,
nimis breue tempus viſum fuit vicennij
vt ſuprà oſtendimus. quæ ratio militat
in hærede hæredis nõ ſecùs, quàm in pri
mo hærede,ſicq́; vtroq; caſu regulæ pro
hibitiuæ ſtandum eſt. Ergo his caſibus
præſc.impeditur, non ex defectu bo.fid.
ſed ex defectu temporis.

240 Proinde quòd ſucceſſor in dignitate,
*Mala fides* vel officio poſsit præſcribere rẽ à defun-
*authoris no* cto mala fide poſſeſſam etiam lõgo tem
*cet ſucceſſo* pore.vt tenet & dicit communiter tene-
*ri in digni* ri ipſe Couar.vbi ſuprà. in dict.§.9.num.
*tate contra* 6.Iaſ.in dict.§. cùm quis.colum.pen.vbi
*communẽ.* etiam Alexand.colum.penult.vbi Vin- *Idem in ſuc*
centi.& Crottus,Abb.& Felin.n.23.in.c. *ceſſore inof*
de quarta.de præſcrip.Balb.de præſcri.in *ficio cõtra*
2.par.3. partis princip.q.12.num.6.id qui *communẽ.*
dem vehementer ſuſpectum eſt, nec mi-
hi vnquàm probabitur. Quia quòd rem
à prædeceſſore mala fide poſſeſſam ſuc-
ceſſor non poſsit præſcribere propter tẽ-
pus vicennale inductum fuit, data ma-
la fide prædeceſſoris cum ignorantia do
mini rei de qua agitur: quæ ratio militat
ex integro in ſucceſſore dignitatis, vel of
ficij non ſecùs, quàm in hærede, vel in re
liquis ſucceſſoribus ſingularibus, ſicq́ue
viget prohibitio,de qua in dict.authent.
malæ fidei.& in dict.authent.vt ſponſali
tia largitas.§.rurſus. & in dict.l. cùm hæ-
res.& in dict.l.an vitium. Nec verum eſt
quòd ipſi putãt prohibitionem illorum
iurium inde effluxiſſe,quòd hæres repre
ſentet defunctum etiam quo ad malam
fidem,& per hoc mala fides prædeceſſo-
ris noceat ipſi hæredi non ſecùs, quàm ſi
in ipſomet hærede eſſet eadẽ mala fides.
Nam id verũ non eſſe ſuprà oſtendimus,
& probatur apertè. Nam mala fides au-
thoris nocet ſucceſſori ſingulari non ſe-
cùs,quàm vniuerſali. vt dict. authentic.
malæ fidei. & in dict.§. rurſus. & tamen
conſtat ſucceſſorem ſingularem ex cau-
ſa actus inter viuos authorem ſuum nõ
repreſentare non magis quàm ſucceſſor
in dignitate, vel officio ſuum prædeceſ-
ſorem repreſentat.

241 Redeundo ad ſuitatem, quam nõ tol *Suitas in ca*
li datione ſubſtituti oſtendimus,& cùm *ſibus hîc e-*
ſecundùm quoſdam pupillaris fieri non *numeratis*
poſsit niſi ſuis.argumen.l.2.§.nepotibus. *non tollitur*
ff.de vulg.ita in ſpecie tenet Segura in.l. *quo ad effe*
cohæredi.§.cùm filiæ.ff. eod. cuius opin. *ctum pup.*
retenta (eſt enim ſuſpecta, vt alibi doce- *ſubſt. impe*
mur)infertur ſecundùm noſtras ſenten- *diendæ.*
tias id priuilegium ſuitatis non ceſſare
per dationem ſubſtituti vulgaris. Non
quoq; per conditionem, ſi velit, appoſi-
tam in filij inſtitutione. Nam licèt filius

habeat

habeat vulg.ſubſt.aut ſub tali conditio-
ne fuerit inſtitutus, aut ſub alia quauis
conditione poteſtatiua, aut fuerit inſti-
tutus in re tantùm certa dato cohærede
vniuerſali, aut fuerit expreſsim exhære-
datus, aut verbis expreſsim teſtator eius
ſuitatem adimere voluerit, ſuitas adhuc
integra manebit, eiq; pupillaris fieri po-
terit. Quinimò licèt ipſe filius petierit tẽ
pus ad deliberandũ, vel etiam expreſsim
patris hæreditate abſtinuerit, aut viuo
patre eius hæreditati futuræ renũtiaſſet,
adhuc idem erit, vt ſuitas integra perma
nere intelligatur. Licèt ſecundùm com-
munes opin. quæ his caſibus ſuitatẽ tolli
exiſtimant, contrarium in omnibus his
ſpeciebus reſpondendum eſſet.

242 Denique licèt pupillaris non pereat
quando patris hæreditati cum iuramen
to renuntiauit. vt in terminis capit. quan
uis. de pact. in. 6. (intellige de pupillo do
li capace, qui iuramẽto ligatur) tamen ſi
is pupillus viuo patre moriatur, tunc ex
tinguitur tã pupillaris expreſſa (de qua
non eſt dubitãdum) quàm etiam vulga
ris tacita in ea cõprehenſa. Ita tenet Bart.
in. l. 1. num. 32. colum. 9. verſ. vlteriùs quę
ro. ff. de vulga. cuius opin. communis eſt
ſecundùm Socin. ibi nu. 35. vbi Ripa. nu.
167. verſ. videamus. ait hanc eſſe commu
nem opin. ibi firmaſſe non ſolùm Socin.
ſed etiam Areti. Ipſe tamen Ripa firmat
receptiorem ſententiam eſſe eorum, qui
tenent tacitam vulgarem nõ extingui, li
cèt filius impubes viuo patre moriatur.
& hanc opinio. ſolemus nos defendere.
Non enim ſubſtitutio tacita vulg. com-
prehenſa in expreſſa pupillari eſt acceſſo
ria ad pupillarem, tũc enim extincta pu-
pillari per mortẽ impuberis, tacita quoq;
vulg. vt pote acceſſoria periret. l. 1. & 2. ff.
de pecu. c. acceſſorium. de regulis iuris.
in. 6. Sed licèt ſit tacita, tñ eſt æquè princi
palis ac ipſa pupillaris, licèt in ſui produ
ctione non tam verbis, quàm mente tan
tùm, & ſenſu teſtatoris ex legis interpre-
tatione facta fuerit. Et vt ſi teſtator pupil
lo ex aſſe aut ex parte inſtituto Titium
ita ſubſtituiſſet, ſi impubes hæres non e-
rit, vel hæres erit, & in pupillari ætate de
ceſſerit ſubſtituo. tunc pupillo viuo pa-
tre moriente, ſubſtitutus ex expreſſa vul
gari admitteretur: ita quoque etiã ſi non
duplex ſubſtitutio facta fuit verbaliter,
ſed tantùm ſimplex: tamen quia ex legis
interpretatione mentaliter vtraq; ſubſti
tutio facta intelligitur, ſubſtitutus admit
titur. Ita cãtat. l. iam hoc iure. ff. de vulg.
l. 2. & l. quanuis. C. de impub. dum aiunt
in vtrunq; caſum factam videri ſubſtitu-
tionem. Ita etiam cantat text. in princip.
Inſtit. de pupill. & in. l. 1. ff. de vulg. l. Lu-
cius. eodem titul. dum aiunt pupillarem
ſubſtitutionem duplicem eſſe.

*Vulg. tacita contenta in expreſſa pupillari nõ perit, licèt pupillus viuo teſtatore decedat. cum cõmuni cõtra alteram communem.*

243 Vnde per eadem fundamenta verio-
rem eſſe apparet illam communem opi.
modernorum, quam tenent Alexan. in
l. 1. in princip. ff. de vulg. col. antepen. nu.
42. & Alciatus ibi num. 92. quæſtio. fin.
& Socin. num. 59. Guili. de Cuno in. l. pre
cibus. C. de impuberum. q. 5. in materia
vulg. ſubſt. Bald. in. l. fin. C. de inſtitut. &
ſubſtitu. & Imol. in capit. Rainutius. de
teſtament. in materia vulg. ſubſt. & Pau.
in. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. Ci-
nus in dict. l. precibus. quęſtione. 5. aiunt
enim quòd ſi impuberem, cui pupillari-
ter ſubſtitui, emancipaui, non extingui-
tur tacita vulgaris per interuentum pu-
pillaris ſubintellecta. Cũ enim facta pu-
pillari, etiam vulgaris facta intelligatur,
& vterq; caſus tam vulgaris quàm pupil
laris prouiſus videatur, vt ſic nõ ſimplex
ſubſtitutio, id eſt vulgaris tãtùm, ſed du-
plex ſubſt. id eſt tam vulgaris quàm pu-
pillaris facta videatur, ſupereſt, vt extin-
cta pupillari per impuberis emãcipatio-
nem, vulgaris illa ſubintellecta & menta
liter facta integra ſuperſit, vt probant iu
ra proximè adducta. Licèt cõtrarium te-
neant & malè Bart. in dict. l. 1. ff. de vulg.
colum. fina. nu. 55. & ibi Ripa. nu. 222. &
Iaſ.

*Vulg. tacita contenta in expreſſa pupillari nõ extinguitur licèt pupillus emancipetur à patre. cũ communi cõtra alteram cõmunem.*



Iaſ. num. 69. poſt Raineri. Guili. Cinum,
Alberi. & alios, quos ibi refert Ripa, quo
rum opinio. communem eſſe fatetur Al
ciatus ibi num. 92.

244 Vnde ſimiliter ſubinfertur deciſio il-
lius quæſtionis, an per aduentum puber
tatis extinguatur tacita vulgaris in ex-
preſſa pupillari ſubintellecta non ſecùs,
quàm ipſa pupillaris perimitur. Qua in
re communis op. eſt, quòd vtraq; regula
riter extinguatur, niſi in caſibus vt teſta
tur Ripa in dict. l. 1. ff. de vulga. num. 225.
tenet ibi Bart. nu. 56. colum. fin. poſt Di-
num, Guiliel. & Raine. quos ipſe refert.
diſputant ibi Alexand. num. 43. colum.
penult. Socin. num. 60. Alciatus num. 92
Sed tu conſidera quatuor caſus. Primus,
quando pupillaris fit citra vllam tẽporis
præfinitiõem, putà, Filio meo impuberi
Titium ſubſtituo. Secundus caſus, quan
comprehẽditur longius tempus, quàm
pupillaris ætatis, putà, Si filius infra. 25. an
num deceſſerit, Titius ei hæres eſto. quo
caſu ex legis interpretatiõe & diſpoſitio-
ne ea ſubſtitutio reducitur & coanguſta
tur ad pupillarem ætatem. Tertius caſus,
quando tempus ipſius pupillaris ætatis
fuit expreſſus, putà, Si impubes infra. 14.
annum deceſſerit, Titius ei hæres eſto.
Vltimus caſus, quando breuius tempus
fuit expreſſum, putà, Si deceſſerit infra
decimum annum. Primo caſu Bart. & o-
mnes intelligunt, & rectè, per aduẽtum
pubertatis, vulgarem ſubintellectã non
extingui, quaſi duplex ſubſtitutio ſit,
quarum altera perempta, altera integra
manſit. Tertio caſu Bar. & communiter
doctor. ſecundùm Ripam vbi ſuprà te-
nent vulgarem quoq; extingui. Sed cõ-
munis opin. modernorum hodie in con
trarium eſſe videtur, vt vulgaris hoc ca-
ſu integra manſit non ſecùs, quàm ſupe-
riore caſu. Ita tenent Alexand. vbi ſuprà.
Alciat. Ripa, & Soci. vbi ſuprà. poſt Imo-
lam in capit. Rainutius. in materia vulga
ris ſubſt. Mouentur, quia expreſsio eius,
quod tacitè ineſt, nihil operatur. l. 3. ff. de
lega. 1. l. non rectè. de fidei. C. ſed tempus
pupillaris ętatis tacitè inerat à lege, ergo
quando id tempus exprimitur, perinde
eſt, ac ſi expreſſum eſſet nihil, ſicq́; idem,
quod in caſu ſuperiore. In ſecundo caſu,
quando maius tempus quàm pupillaris
ætatis expreſſum eſſet, tũc ſimiliter Bart.
& communiter doctores volunt vulga-
rem non perimi. eſtq́; communis opin.
ſecundùm Ripam in dict. l. 1. nu. 227. Vlti
mo caſu, quando pupillaris fit cum præ-
finitione minoris temporis quàm pupil
laris ętatis, putà, Si deceſſerit infra annos
decem. Bart. & Alexand. & Socin. & alij
communiter vbi ſuprà. tenẽt extinctam
videri pupillarem pariter & vulgarem.
per. l. ſi ita quis. & l. qui plures liberos. in
princip. & l. ex facto. §. Item quæro. ff. de
vulg. Sed Ripa & Alciatus vbi ſuprà. cõ-
trarium ſentire videntur, dum generali-
ter negant vulgarem per aduentum pu-
bertatis perimi. Et hoc puto verius per ſu
periora iura: nam in ſpecie propoſita per
inde erit, ac ſi teſtator dixiſſet, Si impu-
bes hæres non erit, aut hęres erit, & infra
annum decimum deceſſerit, Titius hæ-
res eſto. quo caſu ſi poſt mortẽ patris im
pubes ille poſtquàm hæres patri extitit,
iure immiſtionis decederet poſt annum
decimum, tunc vulgaris euanuit per adi
tionem. l. poſt aditam. C. đ impuberum.
& etiam pupillaris euanuit per aduentũ
pubertatis, quæ tunc decennio concludi
tur. Verùm ſi impubes ille etiam poſt de
cennium patris hæreditate abſtinuiſſet,
tunc nouè interpretor ſubſtitutũ ex vul
gari admittendum, quaſi tunc per aduẽ
tum pubertatis, quæ eo caſu decennio
concluditur, vulgaris illa ſubintellecta
extincta non videatur non magis, quàm
ſi in pupillari fuiſſet expreſſum tẽpus. 14.
annorum, quo caſu ſecundùm veriorem
ſententiam ſuprà oſtendimus, quòd ſi fi
lius abſtineret poſt annum. 14. ex vulga
ri ſubintellecta admitteretur ſubſtitutꝰ,
tenuit

*Vulg. tacita contenta in expreſſa pupillari an per aduentum pubertatis extinguatur, contra communem duæ cõcluſi.*

tenuit Bart. num.40. in dict.l.1.ff.de vulga. Et ad dict.l.ſi ita quis. cum ſimilibus. reſponde, quòd reuera procedunt & loquuntur, quandò impubes extitit hæres & deceſsit poſt annum decimum, quo caſu ſubſtitutus non admittitur ex vulgari, quia expirauit per aditionem hæreditatis. dict.l.poſt aditam. nec ex pupillari, quia deceſsit poſt tempus in illa pupillari comprehenſum. Et eſt ipſa veritas à reliquis non ſic præuiſa, aut ſaltem non ſic declarata.

*Suitas non extinguitur in caſibus hîc enumeratis quo ad impediẽdam dominij cõtinuationem. contra mentem communis opin. 9. conclu.*

245 Deniq; ex ſuperioribus principaliter infertur (retenta noſtra ſentẽtia, quæ habet ſuitatẽ non tolli voluntate patris vel filij, niſi in caſibus, & per modos à lege deſignatos) ꝙ cũ dominiũ ipſo iure poſt mortẽ cõtinuetur in ſuos hæredes, ſanè continuabitur, etiam ſi pater eis dederit ſubſtitutum vulgarẽ, vel etiam ſi eos in re tantùm certa hæredes ſcripſerit, dato cohærede vniuerſali, vel ſi eos hæredes ſcripſerit ſub illa conditione, ſi velit, vel etiam ſub alia quauis cõditione poteſtatiua, vel ſi eos expreſsim exhæredauerit, exhæredatioq́; quauis ratione euanuerit, vel etiam ſi nominatim paterfamil. declarauerit velle ſe ſuitatem perimi. Quin imò etiam ſi ipſe filius petierit tempus ad deliberãdum, vel expreſsim abſtinuerit, vel fortè viuo patre eius futuræ ſucceſsioni renuntiauerit, adhuc tamen in omnibus his caſibus & ſimilibus magis eſt vt poſsit in eos ipſo iure cõtinuari dominium poſt mortem patris ex vi ſuitatis, quę licèt horum caſuum in quibuſdã ſuſpendatur, putà poſita exhęredatione, vel conditione, vel renuntiatione, tamẽ in nullo iſtorum caſuum ex toto perimitur ſuitas: ſicq́ue in omnibus dictis caſibus licèt dominium non ſemper continuetur, tamen dominium ſemper poſsibile eſt poſſe continuari, vt ex ſuperioribus planè colligitur. Licèt contrarium reſponderent, qui communes ſententias tuentur, dum putant his caſibus ſuitatem extingui.

*Suitas facit, ut nõ ſit hæreditas iacens. contra mentem cõmunis opin. 7. conclu.*

246 Præterea ex noſtris ſententijs etiam infertur notabilis ampliatio ad illud beneficium ſuitatis, ſcilicet, quòd vbi eſt ſuus hæres, ibi non ſit hæreditas iacens. vt tenuit gloſ.in.l. cùm hæreditas. C. de poſiti. quæ ſingularis eſt ſecundùm Iaſ. in.l.in ſuis.num.10.per tex.ibi.ff. de libe. & poſthu.eand.gloſ.dicit ſingul. Iaſ.nu. 5.in.l.ſi filius qui patri. ff. de vulga. nam illud priuilegium & ſpeciale procedit, etiam ſi filius haberet ſubſtitutum vulgarem. Secundò ampliatur, etiam ſi filius fuiſſet exhæredatus, eaq́; exhæredatio euanuiſſet. argum.l.filium.§.ſed cùm exhæredatio.ff.de contratab.l.filius à patre.in princip.ff.de lib.& poſthu.l. Papi. §.ſi ex cauſa.verb. ſuus.ff. de hære.inſtit. Tertiò etiam ſi paterf. expreſsim declararet velle ſe ſuitatem adimere. Quartò etiam ſi filium ſub conditione poteſtatiua hæredem ſcriberet, eaq́; viuo patre impleta eſſet vt poteſt.per.l.2. ff. de conditionibus & demonſtratio. Nam cùm his caſibus ſecundùm nos non extinguatur ſuitas, euenit, vt hæreditas iacẽs non videatur, ſed & ſi filius viuo patre eius hæreditati futuræ cum iuramento renuntiaſſet, deinde pater inteſtatus decederet, adhuc idem eſſet, licèt fortè is filius, cui mero iure ſuitatis hæreditas patris quæſita eſſet, pacti iurati exceptione ſubmoueretur ab patris ſucceſsione. Quod nota, quia inſpecta communi ſententia exiſtimantium his caſibus ſuitatem tolli, contrarium reſpondendum eſſet.

*Renũtiatio hæreditatis iurata legitimæ etiam nocet. cum cõmuni cõtra alterã cõmunem.*

247 Quod autem diximus de filio, qui viuo patre cum iuramento eius ſucceſsioni futuræ renuntiat, intelligendum eſt procedere, etiam quo ad legitimam, nã per talem renuntiationem iuratam filio fit præiudicium etiam in legitima, à qua etiam excluditur non ſecùs, quàm à reliqua parte bonorum. vt eſt communis opinio, quam tenent Iaſ. colum.3. in.l. ſi quando.§.fi. C. de inofficioſo teſtamento.



to.idem conſil.207. In præſenti conſultatione.libr.ſecundo.colum.3. Decius conſil.180. Viſa renuntiatione . colum.4. & hanc dicit communem Tiraquel. in.l.ſi vnquàm.in præfatione.num.144.verſic. ſed quoniam .C.de reuocan.donatio. Licèt contrariam opin. vt talis renuntiatio etiam iurata non præiudicet in legitima teneat, & firmet cõmuniter teneri Boërius deciſione.3.num.10. Sed prior opin. lõgè verior eſt per generalitatem capi.2. de pact.in.6. & quia legitima eſt pars hæreditatis.l. ſi quis in ſuo. in princip.C.de inofficioſo teſtament.l. parentibus.l.cũ quæritur.& authent. nouiſsima. eodem titul.l.Papinia.§.quarta autem.&.l. ſi nõ mortis.eodem titul. Qui autem hæreditati ſimpliciter renũtiat, is vniuerſæ hæreditati, nihilo dempto, renuntiaſſe videtur. argument.l.Iulianus.&.l.cõiunctim ff. de legatis tertio.l.1. §. interdum. verb. totius.l.inde Neratius.verb. in ſolidum. ff.de vſufruct.accreſcẽ.l.Mæuio.in princip.verbo, totus. ff. de legatis ſecundo.l. ſi quis cùm totum.ff.de except. rei iudicat.ergo.&c.

*Suis quæritur hæreditas ſine aditione in. 7. caſibus hîc enumeratis contra communem.*

248 Deinde & principaliter infertur ex noſtra ſententia, qui tuemur ſuitatẽ nõ tolli niſi in caſibus & modis à lege expreſſis, quòd cùm certum ſit ſuis hæredibus citra hæreditatis aditionem, vel immiſtionem acquiri hæreditatem, vt in.l.1.§. qui ſunt in poteſtate. ff. ſi quis omiſſa cau.teſtament. quod tam ex teſtamento contingit, quàm abinteſtato. vt.§.ſui.Inſtit.de hæred.abinteſta.§.ſui.Inſtit.de hæred.qua.l.qui in aliena.§.interdum.ff.de acquiren.hæred. quod id ſecundùm nos amplietur vt procedat, etiam ſi filius habuerit ſubſtitutum vulgarem. Secundò, etiã ſi is filius in re tãtùm certa dato etiã cohærede vniuerſali ſcriptus fuerit, quo caſu iure ſuitatis ſimul ac cohæres vniuerſalis repudiauerit, quærit ſine aditione patris hæreditatem. Tertiò, quòd idẽ erit, ſi ſub conditione, ſi velit, aut ſub alia conditione poteſtatiua fuerit inſtitutus, nam impleta conditione, ſtatim hæres fiet ſine aditione. quod non eſſet in extraneis.l.1.ff.de condictio.cau.da.iuncta l.conditionibus pupillus.ff.de conditio. & demonſtra. Quintò idem, ſi eſſet à patre exhæredatus, nam reſciſſa exhæredatione quoquo modo ſuus hæres fieret ſine aditione.l. filius à patre. in princip.ff. de liberis & poſthum.l.Papinian. §. ſi ex cauſa.verb.ſuus.ff.de inofficioſo teſtam. Sextò idem, etiã ſi pater expreſsis verbis ei ſuitatem voluiſſet adimere, nam etiã tunc patre inuito iure ſuitatis ſine vlla aditiõe hæres fieret. Septimò idem, etiam ſi viuo patre eius futuræ ſucceſsioni renuntiaſſet cum iuramento, nam & tunc ſi à patre inſtitutus foret, ſine aditione eius hæreditatem acquireret, quaſi ſuitas his caſibus integra manſerit. Cuius contrarium reſpondẽdum eſſet, inſpectis receptioribus ſententijs tenentium his caſibus ſuitatẽ extingui, vt ſuprà admonuimus, vnde fundamenta iſtorum petenda ſunt.

*Monacho hæreditas dẽlata poteſt adiri ꝑ monaſterium. cum cõmuni cõtra alteram communem. uel poteſt monachus cõpelli adire. cum cõmuni cõtra alteram communem. & ſi monachus interea decedat, monaſteriũ poteſt adire. cum cõmuni cõtra alteram cõmunem.*

249 Illud autem quæri põt, an cùm monachus quo ad acquirẽdũ exæquetur filio, nõ ſeruo, niſi quãdo vt ſeruo exæquetur vtilius eſt monaſterio. vt plenè reſoluit Iaſ.in.l.1.§.per ſeruũ qui in fuga.n.14.ff.dẽ acquiren.poſ. an tunc patris hæreditas filio monacho citra aditionem ipſo iure quæratur, vt ſic ius immiſcendi, vel abſtinendi reſideat penes ipſum filium, an fortè penes monaſterium? Et hac in re ſunt tres inſpectiones. Prima, an hæreditas monacho delata deferri videatur ipſi monacho, an verò ipſi monaſterio etiã immediatè delata intelligatur. Altera inſpectio, an monachus poſsit inuitus cogi adire. Vltima inſpectio, an ſi monachus ante aditam hæreditatem decedat, ius adeundi tranſmittatur ad monaſterium. Et in his tribus ſpeciebus communis opinio canoniſtarum eſſe videtur affirmatiua, vt ea hęreditas monaſterio im-

mediatè delata intelligatur, vnde mona-
ſteriũ poterit eam adire, vel compellere
ſeruum vt eam adeat, & conſequenter
monacho moriente ante aditam hæredi
tatem ius adeũdi ad monaſterium tranſ-
mittitur, vel (vt rectiùs loquar) penes mo
naſterium ſemper reſediſſe videbitur. Ita
tenent Innocent. & Ioan. Andr. in capit.
in præſentia. de probatio. vbi Anton. &
Abb. Imol. in. l. ſi paterfam. ff. de hæred.
inſtitu. idem in. l. 1. ff. de vulg. Franciſcus
de Ramponis, & Paulus Caſtren. in. l. cũ
proponas. C. de hæred. inſtitu. Paul. in. l.
legatum. ff. de legatis primo. Franciſcus
de Rampon. in. l. poſt aditam. C. de impu
berum. qua de re per Bart. in. l. prima. nu.
20. cum tribus ſequentib. ff. de vulg. vbi
plenè per Socin. num. 19. & Iaſ. numero.
42. cum ſequent. & Ripa num. 150. cum
pluri. ſequent. & Alexand. num. 21. cum
pluribus ſequent. Guiliel. Benedict. in ca
pit. Rainuti. de teſtament. verbo, ſi abſq;
liberis. el. 2. num. 80. in materia vulg. ſub
ſtit. Couarru. in capit. primo. num. 21. de
teſtament. Cinus in. l. Deo nobis. C. de e-
piſcop. & clericis. Bald. conſi. 494. libr. 5.
Corne. conſil. 88. colum. ſecunda. libr. 2.
Socin. conſi. 52. lib. 4. Alciat. in dict. l. 1. ff.
de vulg. num. 52. cum plurib. ſequent. &
eſt communis opin. Canoniſtarum ſecũ
dùm Alexand. in dict. l. 1. ff. de vulga. nu.
23. quod & firmat Alciat. ibi. dicens com
muniter receptum. num. 52. & hanc di-
cunt communem canoniſtarum Couar
ru. vbi ſuprà. & Benedict. & Ripa, & Iaſo
vbi ſuprà. tenet Bald. in. l. 1. quæſtione. 10.
C. qui admitti. Bald. Franciſcus Tigri, &
Cinus in dict. l. Deo nobis. Angel. in. l. Pa
pin. in princip. ff. de inof. teſtament. & eſt
cõmunis ſecundũ Corn. in dict. conſ. 88.

Contrariã partẽ tenẽt cõmuniter legi
ſtę. vt teſtatur Soci. in. d. l. 1. ff. de vulg. n.
20. verſic. circa primũ. vbi Ripa. n. 152. ſen
tiunt Iaco. de Are. & Bar. nu. 24. & Ang.
in. d. l. 1. ſentit Bar. in. l. 3. ff. de cõdictione
furtiua. idẽ in. l. inde Neratius. ff. ad leg. A
quil. & in. l. tutor. ff. de bo. poſ. & in pun-
cto iuris ſequitur Imol. in. l. ſi paterf. ff. de
hære. inſti. & in. c. Rainu. de teſtam. & eſt
de mente eorũ, qui tenent monachũ ſer-
uo æquiparari quo ad acquiſitionẽ, qua
les ſunt Inno. in cap. cùm olim. de priuile
250 gijs. Bar. in. l. 1. ff. de ſtipu. ſeruorũ. & in. l.
cùm hæredes. in pr. de acq. poſ. Bar. Bald.
Fulg. in. l. 1. in pr. C. de bo. quæ lib. Bal. in
l. 3. C. de hær. inſti. Bal. & Roma. in. l. 1. C.
qui admitti. Bart. in. l. Deo nobis. C. de e-
piſcop. & cle. Specul. de ſtatu monacho-
rum. verſi. Octauò quæritur. Bal. in. l. ex
repudiatione. C. de fideicõ. Ang. in. l. Pa-
pinia. in princ. ff. de inof. teſtamẽ. Roma.
in. l. is qui hæres. in fin. ff. de acquir. hære.
& eſt communis opi. ſecundùm Couar.
num. 21. in cap. 1. de teſtamẽ. & ſecundùm
Alciat. nu. 53. in. l. 1. ff. de vulg. vbi per A-
lexand. nu. 21. Licèt alibi doct. communi
ter teneant monachum filiof. ęquiparari
quo ad acquirendum, vt quemadmodũ
per filium patri acquiritur, ita quoq; per
monachum adquiratur monaſterio. Iſta
eſt cõmunis op. vt reſoluit Iaſ. nu. 13. in. l.
1. §. ꝑ ſeruũ qui in fuga. ff. de acq. poſ. Bart.
Ange. & Imol. ibi. Sed vtraq; opi. ſaluari
poteſt. Nam ꝙ monachus æquiparetur
ſeruo, verũ eſt, & ꝓcedit quo ad effectũ
acquiſitionis: quia plenior acquiſitio cõ
tingit per ſeruum domino, & per mona
chum monaſterio, quàm per filium pa-
tri: quia illo caſu acquiritur tam proprie
tas, quàm vſusfructus, iſto autem caſu ſo
lus vſusfructus, vt in. l. 1. per totum. C. de
bon. mater. l. cùm oportet. l. fin. C. de bo.
quæ lib. Cæterũ quo ad modum acqui-
rendi magis eſt vt monachus æquipare-
tur filio, quàm ſeruo: quia hæreditas ſer-
uo delata, ſeruo inuito nobis non adqui
ritur. l. 3. C. de hær. inſt. Nõ ſic eſt in filiof.
nam hæreditas ei delata ſe etiã inuito pa-
tri acquiritur. vt in. l. fi. in pr. C. đ bo. quæ
lib. ſicq; monachus æquiparatur vel ſer-
uo, vel filio, prout monaſterio vtilius eſt.
vt in ſpecie velut cõmuniter receptũ tra-
dũt

*Monachus ſeruo, uel filio aſsimilatur, prout eſt monaſterio utilius. cũ cõmuni cõtra alteram cõmunem.*



dunt Roman. in. l. is qui hæres. §. fin. ff. de
acquiren. hær. Alexan. in. d. §. per ſeruum
qui in fuga. colum. fin. vbi Iaſ. nu. 14. Bal.
in. l. 1. C. qui admitti. Alexan. nu. 21. cum
ſequent. in. l. 1. ff. de vulga. Vnde quãtum
ad acquiren. poſſeſ. communis opin. eſt,
vt monachus æquiparetur filio ſecun-
dùm Iaſ. poſt alios in dict. §. per ſeruũ qui
in fuga. num. 14. licèt vt quo ad acquirẽ.
poſſeſ. æquiparetur monachus ſeruo, &
non filio teneant Iacob. de Bello. & An-
gel. in. §. monachus. in authent. de ſanctiſ
ſi. epiſ. cum quibus eſt communis opi. ſe
cundùm Aretin. in dict. §. per ſeruum qui
in fuga. circa finem.

Quid dicendum? Et quidem pro com
muni opi. canoniſtarum facit text. in ca.
nolo. & in capit. non dicatis. 12. quæſtio.
1. & in capit. ſi religioſus. de electione. in
6. & in authent. de monachis. §. illud quo
que decernimus. & in capit. ſtatutum. 18.
quæſtione. 1. & in capit. fin. 18. q. fin. facit
text. in capit. requiſiſti. de teſtam. iuncta
l. cùm aliquis. C. de iure delib. vbi relictũ
monacho, cenſetur relictum contempla
tione monaſterij, quo caſu etiam ſeruus
adire hæreditatẽ cogeretur. vt dict. l. cùm
aliquis. Quinimò præceptum domini,
vel monaſterij, ſeu abbatis pro compul-
ſione effectuali hoc caſu haberetur. arg.
legis. non iuſtam. C. ad Trebellian. vbi
præceptum de adeundo factum à iudice
hæredi ſcripto, habetur pro hæreditatis
aditione. Vnde ſimiliter quãdo ſeruus cõ
templatiõe domini hæres inſtituitur, vel
monachus cõtẽplatione monaſterij, tũc
iuſſus de adeundo factus à domino, vel
abbate, haberi debet pro hæreditatis adi
tione. eſtq; nouum, & ſtringens funda-
mentum. Facit, quia cùm monachi volũ
tas nulla ſit, vt dictis iuribus probatur,
ius adeundi videtur reſidere penes eius
adminiſtratorem, & ſic penes monaſte-
rium, nam & ſimiliter bon. poſſeſ. furio-
ſo delatam curator agnoſcere poteſt. l. 1.
in primo reſponſo. ff. de bon. poſſeſ. fu-
rioſo. & infanti competente. & bon. poſ.
infanti delatam tutor agnoſcere poteſt.
dict. l. 1. 2. reſponſ. cum ibi notatis. & bo.
poſ. filio infanti delatam eadem ratione
pater agnoſcere poteſt. l. ſi infanti. C. de
iure deliberand. Sicq; quoties hæreditas
defertur ei, cuius voluntas nulla eſt, ius
adeundi trãsfertur in eius adminiſtrato-
rem. vt dict. iuribus. ſed talis eſt abbas re-
ſpectu monachi, ergo ius adeundi penes
abbatem quaſi monachi adminiſtrato-
rem, nõ penes ipſum monachum reſide-
re debet. facit capi. vidua. 20. q. 1. Nec me
mouet text. in. l. Deo nobis. §. hoc etiam
cognitũ. C. de epiſ. & cleri. Nã ibi dicitur
monachum vocari ad legitimam ſucceſ
ſionem, non tamẽ negat, quin eam hære
ditatem monacho delatam poſsit abbas
agnoſcere, vel poſsit monacho præcipe-
re, vt adeat, quo reluctante, ipſum præce
ptum ꝓ aditione erit, vt per exẽpla ſimi-
lia ſuprà oſtendimus. Vnde iuſtior, & vti
lior eſſe videtur cõis op. canoniſtarum, ꝗ̃
cõis opi. legiſtarũ ei aduerſa in omnibus
251 his tribus ſpeciebus. Primò, vt hęreditas
monacho delata poſsit per abbatẽ adiri
viuo monacho. Secũdò, vt abbas poſsit ſi
malit ei pręcipere vt adeat, qđ præceptũ
illo reluctante pro aditione erit. Tertiò,
vt ſi monach⁹ hæreditate nõ adita deceſ-
ſerit, ius adeũdi ſit penes monaſteriũ, vel
quaſi trãſmiſſum, vel quaſi ab initio mo
naſterio delatum. Verùm his caſibus te-
neo op. cõmunẽ legiſtarum cõtra cõem
op. canoniſtarũ, vt hęreditas monaſterio
acquiſita videatur, non recta via, ſed me
diãte ꝑſona monachi. Nã & legati ſeruo
relicti adeũdi poteſtas licèt iure digeſto-
rũ eſſet penes dñm, tñ ei adquiri videba-
tur mediante ꝑſona ſerui. l. legatũ. cũ ibi
notatis. ff. đ leg. 1. Et ſimiliter legatũ filio
fa. relictũ pater agnoſcere poterat. l. filio
fa. ff. de cõd. & dem. & tñ tunc mediante
perſona filij adquiri videbatur, vt ibi. &
l. ſeruo inuito. ff. ad Treb. cũ ibi notatis.
& vide per Iaſ. in dict. l. legatum. num. 13.

*Monacho hæreditas delata monaſterio q̃ritur nõ recta uia, ſed mediãte ꝑſona monachi. cum cõmuni cõtra alterã communem.*

*Monacho hæreditatẽ relictã monaſt. poteſt repudiare. cũ cõmuni cõtra alteram cõmunem.*

252 Retentis ergo receptioribus canoniſtarum ſententijs contra legiſtarum receptas ſententias, inde etiam infertur deciſio illius articuli ſatis controuerſi, an monaſterium, vel abbbas eius nomine poſsit repudiare hæreditatem, legatúmue monacho relictum. Qua in re communis opi. canoniſtarum eſt poſſe. vt teſtatur Iaſ. nu. decimotertio. cum ſequen. in. l. legatum. ff. de legatis primo. & eſt cõmunis ſecundùm Alexand. ibi. num. ſecundo. Et eſt indubitata ſententia, vt talis repudiatio valeat, etiam inuito monacho, retenta communi opinione canoniſtarum volentium talem hæreditatem etiã inuito monacho ab abbate, vel monaſterio poſſe adiri: nec dubiũ eſt, quin eius ſit repudiare, qui poteſt adire. l. is poteſt. vbi plenè per Bart. & omnes. ff. de acquirenda hæredi. l. nolle. eod. titul.

Contrariam partem dicit communẽ legiſtarum Iaſ. quam & ipſe ſequitur vbi ſuprà. Sed cùm nos tenuerimus eam partem, quã ſcribentium non pauci æquiorem appellant, vt monaſteriũ, vel abbas eius nomine poſsit hæreditatẽ monacho delatam eo inuito adire, nõ dubium eſt, quin poſsit & repudiare, vt ſuprà docuimus. & probat. l. 1. ff. de bon. poſ. infa. fur. compet.

*Monacho legatum relictum monaſt. poteſt repudiare. Idem in hæreditate patris monacho delata. ſecũdũ oẽs.*

253 Id quod nõ tantũ cõmuniter, ſed etiã indifferenter vtriuſq; partis fautores admittunt in legato monacho relicto. per legem. filiof. ff. de cõd. & dem. Idemq́; ab omnibus ſimiliter receptũ eſt in hæreditate monacho ſuo hæredi relicta. per legem. Deo nobis. §. hoc etiam cognitum. C. de epiſ. & cleri. iuncta. l. neceſſarijs. ff. de acq. hær. l. in ſuis. ff. de lib. & poſt. l. cũ ratio. ff. de bo. damnat. l. ſi filius qui patri ff. de vulg. §. ſui. Inſtit. de hæredum qual. §. ſui. Inſtit. de hære. abinteſtato. Nam cũ talis hæreditas, vel legatum ipſo iure acquiratur monacho, & per monachum ipſi monaſterio, ſupereſt, vt veluti in re acquiſita monaſteriũ poſsit nomine ſuo talem hæreditatem, vel legatum agnoſcere, vel repudiare. vt in dict. l. filiofami. ibi, patrem ſuo nomine legatum petere. & in. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquirenda hæreditate.

*Monacho delatam hæreditatem prælatus repudiare nõ poteſt. cum cõmuni cõtra alterã cõmunem.*

254 Vnde infertur deciſio illius articuli vehementer cõtrouerſi, an prælatus poſſit repudiare legatum, vel hæreditatem eccleſiæ delatam? Qua in re partem affirmatiuam, vt repudiare poſsit, tenet Fredericus de Senis conſil. 9. Caſus talis eſt. Lapus allegatione. 26. per Cardin. Imol. & Abb. in cap. tua. de his quæ fiunt à prælato. Imol. & Geminianus in cap. primo. de rebus eccleſiæ non alienandis. libr. 6. Abb. in capit. 1. colum. penultim. de dolo & contumacia. idem in capit. in præſentia. de probation. vbi Antoni. & idem Antoni. in capit. quoniam. per illum textum. de decimis. Bart. in. l. tutor. ad fin. ff. de bonorum poſſeſ. Bald. in. l. pupillorũ. C. de repud. hæred. idem in authẽ. ſi qua mulier. colum. fin. C. de ſacroſan. eccleſ. Bal. in. l. ex repudiatione. C. de fideicom. Roman. conſ. 193. Viſis quę narrantur in facto. Bald. in. l. 1. quæſtio. 9. C. qui admitti. & in. l. bonorum. 5. quæſtio. eod. titul. Felin. in capi. in prę ſentia. colum. fin. vbi hanc dicit communẽ ſententiam. & eſt communis ſecundùm Aretin. in. l. is qui hæres. §. fin. ff. de acquir. hær. ſequitur & dicit communem Iaſ. in. l. legatum. col. 4. num. 16. ff. de legat. 1. vbi Ripa hanc dicit communem, qui tamẽ neutram partem firmat. dicit communem Zaſius ibi num. 5. cum ſequent. qui tamen contrarium tenet.

Contrariam ſentẽtiam tenet & dicit communem Alexan. in dict. l. legatum. colum. fin. num. 3. vbi Paul. & Bald. in. l. cõtra iuris. §. 1. ff. de pact. idem in. l. magis puto. §. fundum. per text. ibi. ff. de rebus eorum. Ancharan. & Imol. in capit. primo. de rebus eccle. Dominicus in capitul. primo. de rebus eccle. non alienandis. libr. ſexto. Romanus in dict. l. is qui





hæres. §. fin. ſentiunt Dinus, Iacobus de Arena. Bald. & Imol. in. l. ſeruum filij. §. 1. ff. de lega. 1. Areti. in dict. l. legatũ. idẽ in. d. l. is qui hæres. §. fin. Ancharanus, & Imol. in capit. vt ſuper. de rebus eccleſiæ non alienandis. ſequitur Zaſius in dict. l. legatum. num. 6. vbi Ripa. colum. fin. neutrã partem firmat.

Quid dicendum? Et ſanè longè verior eſt hæc. 2. opinio negatiua, vt abbas, aut prælatus hæreditatem monacho delatã repudiare non poſsit ſine conſenſu capituli, quia repudiatio, alienatio eſt. vt in. l. magis puto. §. fundum. ff. de rebus eorum. prælatus autem ſine interuentu capituli alienare non poteſt. cap. 1. & ſecundo. de rebus eccleſ. non alienandis. Neq; ad rem pertinet. l. qui autem. in princip. §. primo. ff. quæ in fraudẽ creditorum. vbi qui repudiat hæreditatem, vel legatũ, non videtur in fraudem creditorum alienaſſe. Nam aliud eſt quærere, an alienaſſe videatur, aliud verò, an non ſolùm alienaſſe, ſed etiam in fraudem alienaſſe videatur. Quod vltimum negat ille textus, nempe in fraudem nõ videri factam alienationem, non tamen negat alienationem factam videri, ſaltem largo modo. Præterea iſto caſu licèt dubium ſit, an hæreditas, vel legatum ipſi monacho delatum videatur, an verò ipſi monaſterio, tamen obtinuit verior, & receptior ſententia exiſtimantium ipſi monacho, non etiam monaſterio delatum videri. vt in. l. Deo nobis. §. primo. de epiſcopis & cleri. vt ſuprà retulimus. prælato verò vel abbati nullus vnquam ſanus dixit talem hæreditatem, vel legatum relictum videri. Ergo ſupereſt, vt vel ipſe monachus, vel monaſterium, in quod monachi voluntas (vt ſuprà oſtendimus) tranſlata fuit, habeat ius adeundi, vel repudiãdi, non autem prælatus, apud quem ius adeũdi eſſe nullo colore defendi poteſt. Simile in ſeruo hærede inſtituto. l. cùm proponas. C. de hæredibus inſtit. l. ſeruo inuito. ff. ad Trebel. Simile in filio hærede inſtituto. dict. l. is qui hæres. §. fi. Quin imò ſi pupillus habet ius adeundi, vel repudiandi. vt in. l. potuit. cùm ibi notatis. C. de iure deliberan. l. pupillorum. C. de rep. hæred. l. pupillus ſi fari. ff. de acquirenda hæreditate. nec tutor ſolus id poteſt, quantò minùs id poterit prælatus ſine capitulo? cùm conſilium capituli longè vtilius erit, & grauius, quàm conſiliũ pupilli, qui plerunq; nõ intelligit quod agit. §. pupillus. Inſtitut. de inut. ſtipula. l. pupilli. ff. de regul. iuris.

*Suis ipſo iure quæritur hæreditas in. 6. caſibus hîc enumeratis cõtra communem.*

255 Redeundo ad cõcluſionem noſtram, quæ habet voluntate patris tacita vel expreſſa non tolli ſuitatem, infertur, quòd priuilegium illud ſuitatis, vt ſuis hæredibus etiam furioſis hæreditas ipſo iure acquiratur. vt in. §. ſui. Inſtitu. de hæredibus abinteſtato. §. ſui Inſtit. de hæredum qualit. ibi. & licèt furioſi ſint. &c. non ceſſabit, licèt furioſo illi datus eſſet ſubſtitutus vulgaris. Idem &. 2. etiam ſi ſub conditione, ſi vellet, eſſet inſtitutus. Idem & 3. etiam ſi ſub alia conditione poteſtatiua eſſet honoratus. Idem &. 4. etiam ſi in re tantùm certa foret inſtitutus, dato cohærede vniuerſali, nam illo repudiante, vniuerſa hæreditas huic furioſo iure ſuitatis acquireretur. Idẽ &. 5. etiam ſi exhæredatus eſſet, exhęredatioq́; quauis ratione euanuiſſet. Idẽ &. 6. etiã ſi expreſsim teſtator ſuitatẽ ei adimere voluiſſet. Nã in his oĩbus caſibus huic furioſo iure ſuitatis hæreditas quæreretur, quaſi ſuitas extincta nõ fuerit. Licèt qui receptiores ſentẽtias tuẽtur, exiſtimantes his caſibus ſuitatem extingui, negarẽt hæreditatem patris huic furioſo acquiri iure ſuitatis.

Quod autem diximus, furioſis ipſo iure ſuitatis poſſe quæri patris hæreditatem, procedit, niſi ex iuſta cauſa ingratitudinis ante furorem commiſſa, is furioſus eſſet exhæredatus. Furioſus enim ex iuſta cauſa ingratitudinis

256 commiſſa ante furoré poteſt exhęredari. vt eſt vera & cõmunis opi. quam tenent Bar.in.l.ex facto.in pr.ff.de vulg.in.7.requiſito.nu.19. cum quo eſt cõmunis op. ſecundũ Iaſ.ibi.n.28.& num.29.ſequitur Alex.n.32.in fin.vbi Ripa. nu.72.eſt text. clarus in.l. de creationibus.C.de epiſco. audient.&.C.de cura.furio.l. fin.§.ſed cũ antiquitas.

*Furioſus poteſt exhæredari ꝓpter ingratitudinẽ ante furorem commiſſam. cũ cõmuni cõtra alteram cõmunem.*

Contrariam partem, vt propter furoris ſuperuẽtum deſinat is furioſus poſſe exhæredari, quaſi cauſa ingratitudinis purgetur per furoré ſuperuenientem, tenet, & dicit cóiter teneri Iaſ.n.42.in.l.patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Cuius op.nec puto verã, nec cómunem per ſuprà dicta. Et pro priore ſentẽtia optimè facit qđ vtrobiq;, id eſt, tam in.d.l.ex facto.quàm in dict.l.patre furioſo.refert Iaſ. poſt Bart. & alios, quos ipſe refert, vt ſi quis ante furoré eſſet in peccato mortali, certè ratione furoris ſuperuenientis non purgabitur illud peccatum mortale, quinimò condẽnabitur ad mortem æternam, & tamen dubium non eſt Deus Optimus Maximus quin mitior nobis ſit.ergo.&c. Pro nobis, quia neceſſitas relinquendi legitimã liberis deſcendit à lege poſitiua.vt plenè diſſerimus ſuprà.lib.2.§.20.ſuper authent. nouiſsima. C.de inofficioſo teſtamento. quæ lex poſitiua in beneuolentia, & gratitudine liberorum nititur, ſicq; vbi is ingratus exiſtit, ceſſat ratio illius præcepti legalis, manetq́ue pater in ſua libertate, & laxitate naturali. Et in ſimili pleniùs dixi ſuprà.§.10.ſuper vltima parte.l.quoniam in prioribus.C. de inofficioſo teſtamento. dum concluſimus, quòd ſi filius erga patrem ingratus extiterit, licèt pœnitentiam ageret, poterit à patre exhęredari, non ſecùs, quàm ſi pœnitentiam non egiſſet, niſi illa eſſet à patre agnita.

257 Deinde ex noſtra ſententia infertur, quòd cùm ſuis hæredibus etiam in vltimo vitæ ſpiritu quæratur hęreditas, licèt non ſic in extraneis.l. fin.ff.de conditio. inſtitutio.l.filius à patre.in princip.ff.de liberis & poſthum.iuncta.l.ſi.cum gl.ff. quando dies lega.ced.certè id ſuitatis priuilegium non ceſſabit, licèt huic hæredi ſuo datus eſſet vulgaris ſubſtitutus. Nõ quoque licèt ſub cõditione, ſi velit, eſſet hæres ſcriptus. Nec ſi ſub alia conditione poteſtatiua inuitaretur à patre. Quartò amplia, vt hoc priuilegio fruatur, etiã ſi in re tantùm certa inſtitutus eſſet, dato cohærede vniuerſali, qui poſtea repudiaſſet. Quintò amplia, etiam ſi exhęredatus fuiſſet, ſiquidem poſtea exhęredatio illa quauis ratione euanuit. Sextò amplia, etiam ſi viuo patre eius futuræ ſucceſsioni is filius cum iuramento renuntiaſſet, & poſtea à patre inſtitutus fuiſſet. Septimò, etiã ſi pater expreſsim vellet ſuitatẽ ei adimere. Nã in his omnib⁹ caſibus hæreditatẽ ſuo hæredi etiã vltimo vitæ ſpiritu iure ſuitatis poſſe acquiri cótẽdimus, quaſi ſuitas adhuc ſuperſit. Licèt ſecũdũ communes ſententias, quæ ſuitatem extinctam fuiſſe interpretantur, contrariũ reſpondendum eſſer.

*Suis etiam in ultimo uitæ ſpiritu quæritur hæreditas in 7. caſibus hic enumeratis. cõtra mentem cõmunis opi.*

258 Deinde infertur ex opinione noſtra, quòd cùm ſit ſpeciale in ſuis hæredibus, vt per expilationem hæreditatis acquirant hæreditatem irreuocabiliter.l. ſi ſeruum.§.ait prætor.cum ibi notatis per gl. & doctores.ff.de acquirenda hæred.tex. optimus in.l.iam dubitari.in fin.ff.de hęredibus inſtituend. nec ſuitas tollatur ſecundùm nos voluntate patris, certè hæreditas liberis hæreditatem expilantibus irreuocabiliter acquiretur, licèt non ſic in extraneis.vt not.per gloſſam & doctores in dict.§.ait prætor. Amplia primò vt procedat, etiam ſi is filius habuerit ſubſtitutum vulgarem. Secũdò amplia, etiam ſi in re tantũ certa ſit inſtitutus, dato cohærede vniuerſali, q̃ poſtea repudiauit. Tertiò amplia, etiã ſi filius ſit inſtitutus ſub conditione, ſi velit. Quartò etiam ſi ſit inſtitutus ſub alia conditione poteſtatiua. Quintò, etiam ſi is filius eſſet exhęredatus, & exhæredatio quauis ratione euanuiſſet. Sextò, etiam ſi filius viuo patre eius futuræ ſucceſsioni renuntiaſſet cum iuramento, & poſtea à patre eſſet inſtitutus. Septimò, etiam ſi pater verbis expreſsis vellet ſuitatem adimere. Octauò, etiam ſi is filius petiiſſet tempus ad deliberandum. Nonò, etiam ſi expreſsim abſtinuiſſet, & poſtea vellet tacitè, vel expreſsim abſtenſionem ſuam reuocare. Nam in his omnibus caſibus per expilationẽ hæreditatis ſtatim iure ſuitatis hæreditatem acquireret, etiam irreuocabiliter. Licèt non ſic ſecundùm communẽ opinionem, quæ his caſibus vult ſublatã videri ſuitatem, ſicq́ue per talem expilationem hæreditatem non acquiri, cùm per eam extraneo hæredi inſtituto non acquireretur hæreditas.

*Suis quæritur hæreditas per expilationem hæreditatis in caſibus hîc enumeratis. cõtra mentem cõmunis opinionis.*

259 Pręterea infertur ex opinione noſtra, quòd cùm per expugnationem teſtamẽti hæreditas ſuis hæredibus iure ſuitatis acquiratur.l.ſuus hæres. C. de rep. hære. non ſic in extraneis.l.Papinianus.§.ſi ex cauſa.iũcta.l.ſi quis poſthumus.§.ſi quis ex his.ff.de inofficio.teſtamen. Idq́ue iure ſingulari ſuitatis, vt ſic ſimulatq; ſuus hæres teſtamẽ.in quo fuit exhæredatus, per interuentum querelæ expugnarit, ſtatim ab inteſtato fiat hęres irreuocabiliter.vt dict. l. ſuus hæres. Certè idem eueniet, etiam ſi is in minore portione, quàm legitima eſſet hæres inſtitutus, vel etiam in re certa, quæ non impleret legitimã, & à reliquis bonis eſſet expreſsim exhæredatus, nam adhuc ſuitatem retinuiſſe videretur: quinimò etiam ſi eam expreſsis verbis pater voluiſſet adimere, & cõſequenter reſciſſo per querelam teſtamento, ſtatim ſuus hæres fieret. Licèt ſecundùm communes opinio. doctorũ his caſibus ſuitatem extingui exiſtimantium reſciſſo per querelam teſtamento ſuus hæres non ſtatim iure ſuitatis fieret, ſed demum ſequuta aditione.

*Suis quæritur hæreditas per expugnationẽ teſtamenti in quatuor caſibus hîc enumeratis. contra mentẽ communis opinionis.*

260 Præterea infertur ex opinione noſtra, quòd cùm beneficium abſtinẽdi vtile ſit ſuis hæredibus, ne inuiti obſtringãtur oneribus hęreditarijs.l.neceſſarijs.ff.de acquiren.hær.§.ſui.Inſtitu.de hære.qual. §. ſui.Inſtitu.de hæred.ab. Sanè id ampliatur vt procedat, etiã ſi ſuus hæres habuerit ſubſtitutum vulg. adhuc enim eget illo beneficio. Secundò ampliatur vt procedat, etiam ſi ſuus hæres eſſet inſtitutus ſub cõditione poteſtatiua facillima, qualis eſt conditio, ſi voluerit. Tertiò etiam ſi ſub alia quauis cõditione poteſtatiua. Quartò etiam ſi in re tantùm certa inſtitutus eſſet, dato cohærede vniuerſali. Quintò etiam ſi filius viuo patre eius ſucceſsioni futurę renuntiaſſet cum iuramẽto, deinde ab ipſomet patre fuiſſet hæres ſcriptus, nam in his omnibus caſibus adhuc ſuus hæres fieret, neceſſariumq́ue ſibi eſſet beneficium abſtinendi. Ergo idẽ &.6.licèt in re tantùm certa eſſet inſtitutus, datusq́ue ei fuiſſet cohæres vniuerſalis. Septimò idem, etiã ſi pater expreſsim vellet eius ſuitatem tolli. Nam in omnibus his ſpeciebus intelligo neceſſarium fore beneficium prętoris, quaſi ſuitas adhuc ſuperſit. Licèt non ſic ſecundùm cõmunes opinio.volentes ſuitatem his caſibus extingui, ſicq́ue beneficium abſtinendi ſuperfluere.

*Suis hæredi. utile eſt beneficium abſtinẽdi in ſeptem caſibus hîc enumeratis. cõtra mẽtem cõis opin.*

261 Deinde infertur ex opinione noſtra, quòd beneficium reuocandæ abſtenſionis, quod iure ſingulari datur ſuis tantũ hæredibus.vt in.l.fin. C.de rep. hæred.l. ſuus.ff.de iure delibe.licèt ſecundùm cõmunes opinio.non detur ſuo, qui ſubſtitutum vulgarem habuit. Nec ei, qui ſub conditione, ſi velit, eſſet hæres inſtitutus. Nec ei, qui ſub conditione, ſi decem dederit, vel in Capitolium aſcenderit, eſſet honoratus. Nec ei, qui in re tantùm certa eſſet ſcriptus, dato cohærede vniuerſali. Nec ei, qui cum iuramento patris viuẽtis ſucceſsioni futuræ renuntiaſſet, licèt poſtea ab ipſo patre inſtitut⁹ fuiſſet. Nec

*Suis utile eſt benefic. reuocandæ abſtẽſionis in octo caſibus hîc enumeratis. cõtra mẽtem cõis opin.*

ei,cuius ſuitatem pater expreſsis verbis
adimere voluiſſet. Nec ei,qui mortuo pa
tre petijſſet tempus ad deliberandum,
deinde abſtinuiſſet. Tamen ſecundùm
nos etiam his omnibus caſibus benefi-
cium abſtinendi accommodabitur,qua
ſi ſuitas integra permanſerit,non autem
extincta, vt plerique ſcribentium falsò
opinantur.

262 Præterea infertur ex opinione noſtra,
quòd cùm regulariter hærede ſuo abſti-
nẽte eius portio cohæredi ſuo accreſcat,
non inuito,quia ſi velit vtranque portio
nem poteſt reijcere.l.cum hæreditate.ff.
de acquiren.hæred.licèt non ſic in extra
neis hæredibus.§.his ita.C.de cad.toll.cũ
mille ſimilibus in ſuperiorib⁹ allegatis.
certè hoc beneficium ſuitatis non ceſſa-
bit,licèt ſuus hæres eſſet ſub conditione,
ſi velit,inſtitutus. Nõ quoque licèt eſſet
honoratus ſub alia conditione poteſta-
tiua(ſunt enim conditionum poteſtati-
uarum varia genera.vt in.l.fin.ff.de con-
dit.inſtitu.)Non quoque ceſſabit, licèt
ille ſuus inſtitutus eſſet in re tantùm cer
ta,dato cohærede vniuerſali. Nec etiam
ſi haberet ſubſtitutum. Nec ſi eius ſuita
tem adimere expreſsim paterfam.voluiſ
ſet. Nec ſi cum iuramento patris viuen-
tis ſucceſsioni futuræ renuntiaſſet,dein-
de à patre hæres ſcriptus fuiſſet. Nec etiã
ſi tempus deliberandi mortuo patre pe-
tijſſet. Nam his omnibus etiam caſibus
ſuitatem adhuc vigere intelligo, ſicq́ue
portionem à ſuo hærede repudiatam co
hęredi ſuo non inuito accreſcere,ſed tan
tùm cauſatiuè, ſi portionem ſuam velit
retinere. Licèt contrarium reſponderẽt,
qui communem ſententiam tuentur,dũ
exiſtimãt his caſibus ſuitatem extingui.
Quæ omnia dic vt ſuperiùs pleniùs atti-
gimus.

*Sui hæredis abſtinẽtis portio cohæredi inuito non accreſcit in.9 caſibus hic enumeratis. contra mentẽ cõis opini.*

263 Præterea infertur ex opinione noſtra,
quòd cùm tabulæ pupillares confirmen
tur ſuitate. vt in. l. filius qui ſe paterna.
vbi Bart.& omnes.& in.l.quæſitum. vbi
ſimiliter Bart.& omnes. & in.l. ſi pupil-
lus.vbi ſimiliter omnes. ff. de acquiren.
hæred.& tenent Bar.& omnes. in.l.ſi fi-
lius qui patri.ff.de vulg.& omnes, quos
ſuprà diximus tenere ſuitatẽ tolli datio-
ne ſubſtituti,vel cohæredis, certè ſuita-
te tales tabulæ pupillares confirmabun
tur in nouem caſibus proximè enume-
ratis ſecundùm nos,q̃ tuemur ſuitatẽ il-
lis caſibus non perimi. At ſecundùm cõ
munem opinionẽ volentem perimi ſui-
tatem in illis caſibus nouem, contrariũ
reſpondendum eſſet, ſcilicet, vt tabu-
læ pupillares ſuitate iam extincta non
confirmarentur. An autem ipſa commu
nis opinio,quæ habet ſuitate confirma-
ri tabulas pupillares vera ſit,alibi doce-
mur.

*Suitate confirmantur tabulæ pupillares in 9.caſibus p ximè enumeratis cõtra mentẽ cõis opin.*

264 Illud autem certum eſt,quòd pupilla
ris fieri poteſt etiam ei,qui ſuitatem non
habet.vt probat tex.in.l.2.§. ſed & ſi ex-
traneum.ff.de vulga.vt tenent commu-
niter docto.ibi,quos ſtatim referam, dũ
volunt,quòd non ſolùm ei, qui ſuus nõ
eſt,ſed etiam ei,qui non eſt in poteſtate
poteſt fieri pupillaris, ſi modò tempore
mortis teſtatoris in poteſtate eſſe cœpe-
rit. Licèt contrarium in ſpecie,vt pupilla
ris fieri non poſsit niſi ſuitatem habenti
tenuerit Segura in.l.cohæredi.§. cùm fi-
liæ.num.8.ff.de vulga.

*Pupillaris fieri poteſt etiã ei, qui ſuus non eſt cũ cõi contra Segur.*

265 Cæterùm illud vehementer contro-
uerſum eſt,an pupillaris facta extraneo
vtilis eſſe incipiat,ſi is tempore mortis te
ſtatoris adoptatus eſſet,ſicq́; in poteſta-
te conſtitutus. Et communis opinio eſt,
quòd vtilis eſſe incipiat. Ita tenent Bart.
in.l.2.ff.de vulga.vbi Alexan.num. 7.&
iterum num.10.qui hanc dicit commu-
nem.quod & firmat Socin. ibi tertio no
tabi.&.rurſus in.4.colum.in.fin.dicit cõ
munem Iaſ.num.7.& num.13.& Paulus
& Imol.num.4.& Lancelotus firmat cõ
munem de ſubſtitutione pupillari.nu.31
Coraſ. in.l. quanuis .numer.2. C.de im-
pub.Acoſta.in.l. Gallus.§.& quid ſi tan-
tùm

*Pupillaris facta extraneo nõcõualeſcit, licèt is à teſtatore adoptetur. cũ cõi contra alterã cõem.*



tùm.pagina.171.ff.de liber. & poſthum.
Couar.de teſtamen.in capit.Rainuti.§.5.
nume.2. Viglius in princ.Inſtitu. de pu-
pilla.& in.§.fina.eod.tit.Zaſi.lib.2.ſingu.
reſpon.fol.mihi.40. idem Zaſi.de ſubſti
tutione pupilla.num.13.Fumeus de ſub-
ſtitutione pupilla.num.44.Ripa in dict.
l.2.ff.de vulga.num.25. ſequuntur Bald.
Angel. Imol.& Aretin.in dicta.l.2. ff.de
vùlgar.

Contrariam ſententiam,vt pupillaris
facta extraneo licèt is tempore mortis te
ſtatoris adoptatus fuerit,non incipiat va
lere in vim pupillaris,tenent Salice.Fran
ciſcus de Ramponis,Cuman.Paul.& Iaſ.
nu.17.in dict.l.2.Ange.in pri.Inſtit.de pu.
pilla.colum.3.& ſequuntur Coraſ.& Po
litus.vbi ſuprà.& etiam Zaſi. & à cõmu-
ni diſſentit Emanuel de Acoſt.vbi ſuprà
& Zaſi.de pupill.ſubſtitu.in tertio requi
ſito.& eſt communis opinio moderno-
rum ſecundùm Couar.vbi ſuprà,qui idẽ
ſequitur. & eſt communis opinio ſecun
dùm Stepha.in necyomantia dialogo.18

Et hæc poſterior pars verior videtur.
Primùm per.§.extraneo.Inſtit.de pupil-
la.dum negat extraneo fieri poſſe pupil-
larẽ.Secundò per eundem.§. dum æqui-
parat pupillarem fieri extraneo, vel fieri
puberi.nam puberi conſtat nec initio fa
ctam pupillarem valere, nec ex poſt fa-
cto eſſe vllam ſpem vt conualeſcat. Ter
tiò argumen.l.in tempus.ff.de hæred.in
ſtitu. Quartò argumento.l.primæ.ff.
de reg.Cat.l.cætera.§.tractari.ff.de leg.1.
Quintò per.l. Lucius.&.l. iã hoc iure.ff.
de vulga.l.2.l. quanuis. C.de impuberũ.
Nam licèt teſtator poſt factum teſtam.
adoptaſſet illum impuberem extraneũ,
in cuius perſona non poterat ſtare pupil
laris,adhuc tamẽ nimis nouum eſſet di-
cere,quòd per talem adoptionem con-
ualeſceret pupillaris in perſona tã illius,
adoptati,quàm etiam impuberis alterius,
cui ab initio potuit fieri pupillaris. Et vi.l.
4.ff.de ritu nupti. &.§.1.Inſtit.de tutelis.
Tenendo hanc partem,ad dict.§.ſed & ſi
extraneũ.in quo nititur communis opi.
reſpon.vt per Paul.Iaſ.& alios huius par
tis fautores.

266 Poſtremò infertur ex opiniõe noſtra,
quòd cùm ſecundùm communes opin.
de quibus per Bar.& omnes in.l. ſi infan
ti.C.de iure deliberã. per omnes in.l.3.eo
dem tit.hæreditas nõ adita ad extraneos
etiã hæredes iure ſuitatis trãſmittatur,id
primò ampliabitur ſecũdùm nos vt pro
cedat,etiam ſi is filiusfam.haberet vulga
rem ſubſtitutum. Secundò,etiam ſi eſſet
ſub hac cõditione,ſi velit,inſtitutus. Ter
tiò,etiam ſi ſub alia conditione poteſta-
tiua. Quartò,etiam ſi eſſet inſtitutus in re
tantùm certa,dato cohærede vniuerſali,
qui poſtea repudiauit. Quintò,etiam ſi
is filius patris viuentis futuræ ſucceſsio
ni cum iuramento renuntiaſſet, deinde
ab ipſo patre hęres ſcriptus fuiſſet. Sextò,
etiã ſi pater eũ exhæredaſſet, exhæreda-
tioq́; aliqua rõne euanuiſſet. Septimò,e-
tiã ſi pater expreſsim declaraſſet ſe velle
adimere ſuitatẽ. Octauò,etiã ſi filius pe-
tijſſet tempus ad deliberandum. Nam
in omnib⁹ his caſibus quia adhuc ſuper-
eſt ſuitas, hæreditas patris non adita ex
vi ſuitatis ad quoſcunq; tranſmittetur.
Licèt ſecundùm communem opinionẽ,
quæ his caſibus ſuitatem vult extingui,
contrarium reſpondendum foret.

*Tranſmittitur iure ſuitatis hæreditas nõ adita in.8.caſibus hic enumeratis.cõtra mẽtem cõis opin.*

Illud autem dubium eſt,an vt his caſi
bus diximus patris hæreditatem non adi
tam trãſmitti,ita quoque tranſmittatur
ex vi ſanguinis hæreditas non adita? Et
quidem ſi is, cui hæreditas delata fuit,&
ea non adita deceſsit,nõ erat ſuus hæres
defuncto illi,de cuius hæreditate tranſ-
mittenda agebatur,certum eſt ad hære-
267 des extraneos etiam ex vi ſanguinis trãſ
miſsionem fieri nõ poſſe.§.in nouiſsimo
C.de cad. toll.iuncta.l. vnica.C. qui an-
te apertas tabulas. Quòd ſi ille volebat
tranſmittere ad ſuam poſteritatem, cer-
tum eſt,quòd poterat.vt.d.l.vni. Quòd
ſi

*Tranſmiſſio iure ſanguinis non fit ad aſcendentes.cum cõi cõtra alterã cõem.*

ſi vult tranſmittere etiam ad aſcenden-
tes, tunc gloſſ. dict. l. vni. quam plures
ſequuntur, & communem eſſe firmat
Romanus numer.23.in.l.ventre.ff.de ac
quiren.hær.tenet partem affirmatiuam,
vt tranſmiſsio fiat etiam ad aſcendentes.
Quia dict.l.vnica.licèt in deſcēdentibus
tantùm loquatur, tamen fundatur in ra
tione triſtitiæ, quæ ratio militat fortiùs
in aſcendentibus, quàm in deſcendenti-
bus: quia aſcendentes plùs diligunt libe-
ros, quàm econtrà.l.iſti quidem.ff.quod
metus cauſ.§.fi.Inſtitu. quod cum eo.gl.
notab.in.l.fin.C.de pact.gl. vulg. vbi o-
mnes.in.l.liberi.C.de inof.teſtam.

Cōtrariam partem, vt tranſmiſsio ra
tione ſanguinis, de qua in.d.l.vni.nō fiat
ad aſcendentes tranſmittentis, tenēt Bar
to.& communiter docto.ibi.ſequitur &
dicit communem opinionē Guiliel. Be-
ned.in.c.Rainutius.de teſtam.verb.mor
tuo itaq;.2.num.152.per Alexā.Corne.&
Iaſ.in.l.ſi infanti.C.de iure deliberan.per
eund.Alex.& Iaſ.in.l.emancipata.C.qui
admitti.ſequitur & dicit communē Ful
go.& etiam Corn.col.2.in.d.l.vn.ſequū
tur Cinus.Bar.Angel. Salic.& Paul.in.l.
2.C.ad Orfici.Butrig.& Bal.in.d.l.vnica.
Fulgoſius in dicta.l.ſi infanti.per text.in
dicta.l.ſi infanti.& per.l.2.§. ſi quis ex li-
beris.ff.ad Tertulia.& per dictū.§.in no-
uiſsimo. Et ad rationem eorum, qui te-
nent contrarium, reſponde vt per Corn.
vbi ſuprà.

268 *Tranſ. hæreditas nō adita iure ſuitatis ad extraneos etiam ad excluſionē alterius filij teſtatoris. cū cōi contra alterā cōem.*

Illud autem dubium eſt, an tranſmiſ-
ſio ratione ſuitatis fiat ad quoſcunq; hæ
redes, quando ſuperſunt alij filij eius, cu
ius de ſucceſsione agitur. veluti ſi mihi
& fratri meo hæreditas patris delata fuit,
& ille hæreditate non agnita deceſsit, an
tranſmittat patris hæreditatem nō agni
tam ad ſuos heredes etiam extraneos me
excluſo, an verò ego ſim præferendus, cū
de portione hæreditatis patris mei aga-
tur? Qua in re quòd ceſſet tranſmiſsio, &
ego ſim præferendus, tenent quāplures
docto. quos refert Barba.conſi.60.Illud
in medium afferā. colū.10.cū tribus ſeq.
vbi firmat hanc eſſe cōem ſentetiā.& eſt
communis opin.gloſſarum & antiquo
rum ſecundùm Corn.in.l. ſi infanti.col.
2.numer.4.C.de iure deliberandi.

Sed contrariam partem, vt hæreditas
ad quoſcunque tranſmittatur, etiam ſi
ſuperſint liberi illius, cuius de hæredita-
te agitur, tenent Barto. & communiter
docto.in.l.ſi infanti.C.de iure deliberan.
vbi Corn. num.4.colum.2.hanc firmat
communem ſententiam.ſequitur & di-
cit communem opinionem Corne.in.l.
3.num.9.& rurſus colum.5.in princi. eo
dem titulo. dicit communem Iaſ.in.l.fi.
colum.2.in princip.C.de rep.hæred.An-
gel.Imol.& Romanus, qui hanc dicit cō
munem in.l.ventre.ff.de acquirenda hæ
redita.Fulgo.& Paul.in dict.l. ſi infanti.
Romanus conſi.58. Viſis narratis.Eſt cō
munis ſecundùm Alexan. in dict.l.ſi in-
fanti.& ſecundùm Iaſ.ibi numer.14.per
Iaſ.in.l.3.C.de iure deliberandi.per Fulg.
Salice.Paul.& Corn.in.l.cum antiquiori
bus.C.de iure deliberandi.communis ſe
cundùm Aretin.in.d.l.ventre.colum.12
per Iaſ.in.l.ſi emancipata.C.qui admitti.
Pariſi.conſilio.59.Certiſsimum eſt.num.
14.lib.3.Gualdenſis de arte teſtanti.titu-
lo.11.caute.1.numero.3.per Corne.conſi
lio.10.numer.2.lib.1.& conſilio. 7. num.
4.lib.2.& conſilio.138.numer.11.lib.3. &
conſilio.307.numero.3.lib.4.& conſilio
125.libr.tertio.& conſilio.311.numero.2.
libr.4.& conſilio.278. numero .3.libr.4.
& conſilio.335.numero.5.libr.1.& conſi-
lio.125.numero.4 .libr. 3. & conſilio. 331.
numero.5.lib.1.& conſilio.95.num.3.lib.
2.& conſilio.207.num.3.lib.2. & conſil.
69.num.22.lib.1.

Et hæc op.verior eſt per tex.in.l.apud
hoſtes .C .de ſuis & legiti. l. 3. C. de iure
deliberandi.l.ſi quis filium.§.1.ff. de acq.
hæred. l.neceſſarijs.eod.tit.§.ſui. Inſti.de
hær.qual.§.ſui.Inſti.de hæredita. abinte.
l.fin



l.fin.ff.de conditio. inſtitu. l. Cornelius.
&.l.iam dubitari.ff.de hæredi. inſtitu.Et
hanc partem tenet Bart.in dict.l.ventre.
idem in.l.ex militari.§.fi.ff. de milit.teſta
mento.Et tenendo hanc partem, tūc ad
fundamenta eorum, qui contrarium te
nent, reſponde vt per Bart.Iaſ. & Corne.
in locis ſuprà citatis.

Deinde & principaliter ex noſtra opi-
nione, qui tuemur ſuitatē nō tolli niſi in
caſibus ſpecialiter à lege deſignatis, &
per modos ab ea permiſſos, infertur, ꝙ be
neficium reuocandę abſtenſionis, quod
ſuis iure ſingulari accommodatur per.l.
fin.C.de rep.hær.l.ſi quis ſuus. ff. de iure
deliberan.illud quidem ampliatur, vt de
tur ſuis, etiam ſi habuerint ſubſtitutum
vulga.quia per talem dationem ſubſtitu
ti ſecundùm nos nō tollitur ſuitas, vt in-
numeris ſuprà oſtendimus fundamen-
269 tis.Agnoſco tamen quia in contrarium
ſe habet communis op.quam tenēt gl.2.
& gl. fi .in. d.l.fi.C.de rep.hær. quam ſe-
quuntur Bal.Ang.Sali.Paul.& alij.& eſt
communis ſecūdùm Iaſ.ibi colum. 2. in
fin.verſi.ſeptimò limita.vbi etiam plenè
per Alexan.numer.6.& per Corne.col.2
qui omnes eò dicipiuntur, quia putaue-
runt datione ſubſtituti tolli ſuitatem, in
qua nititur illius legis beneficiū, cōtrariū
planè reſponſuros, ſi intellexiſſent ſuita-
tem datione ſubſtituti nūquàm perimi.
Id quod planè & lex illa ſignificauit, dū
ſuo hæredi impedimentum facere intel-
lexit non quidem ſola datio ſubſtituti,
ſed aditio hæreditatis facta per ſubſtitu-
tum poſt filij abſtenſionem.

*Suitatis priuil. de quo in.l.fi.C.de rep.hær.nō tollitur datione ſubſtituti. cōtra cōem.tollitur tamen emācipatione.cūcōi cōtra alterā communē.*

Deniq; licèt hodie emancipati ſuis ex
æquentur.vt in.§.nullam verò.in authē.
de hær. abin.veni.tamen illud procedit
quo ad poteſtatem ſuccedendi, nō quo
ad modum. ſui enim ſine aditione iure
ſuitatis hæreditatem acquirunt, emanci-
pati autem non aquirunt niſi expreſsim
adeant hæreditatem, non ſecùs, quàm o-
mnino extranei.vt ex communi opinio
ne reſoluit Corneus colum.2.in princip.
in dict.l.fina.C.de rep.hære. Vnde infer-
tur, quòd emācipatus ſi ſemel abſtineat,
non poterit ſuā abſtenſionem infra triē-
nium reuocare, nec in eo habebit locum
dict.l.fin.C.de repu.hære.quæ ſuis tantū
opitulatur ſecundùm omnes ibi.Et ita in
ſpecie quòd in emancipato illa.l. fin.lo-
cum non habeat, tenet & dicit commu-
niter teneri Guiliel.Benedict.in cap.Rai
nutius.de teſtamen. verb.mortuo itaq;
2.num.135.ſequitur & dicit communem
opinionem Iaſ.in dict.l.fin.num.3.limit.
2.& eſt communis opin.ſecundùm Ale-
xan.ibi num.4.vbi Corne.colum.1.in fi.
poſt Bald.Angel.Bar.Paul.& alios.Licèt
contrarium teneat gl.ibi, quam omnes
improbant.Et licèt contrariū teneat Iaſ.
in.l.ſi emancipata.colum.1.C.de iuris &
facti ign.vbi firmat communem eſſe opi
nionem, ꝙ.d.l.fin .habeat locum etiam
in emancipato, quod nec verum eſt, nec
270 receptum.Sed & ſi ſuus hæres eſſet inſti
tutus ſub conditione, ſi velit, adhuc ſecū
dùm noſtram opinionem ſuprà relatam
non amitteret beneficium reuocādæ ab
ſtenſionis, de quo in dict.l.fina.quia nec
tūc ſuitas extinguitur. Licèt contrarium
in ſpecie teneat Iaſ.ibi colum.3. in princi
pio.verſic.octauò limita.Imola in.l.iam
dubitari.ff.de hęre.inſtitu.qui in eo deci
piuntur, quòd putarūt ſuitatem tolli per
illam conditionem, cuius contrarium
ſuprà plenè docemur. Qua ratione bene
ficium dict.l.fina.non ceſſabit, licèt ſub
alia quauis conditione poteſtatiua filius
eſſet ſcriptus.Non quoque, etiam ſi in re
tantùm certa ſcriptus eſſet dato cohære
de vniuerſali.Nec etiam ſi pater expreſ-
ſim vellet adimere ſuitatem, aut eum ex
preſsim exhæredaſſet, aut ipſe petijſſet tē
pus ad deliberandum, aut etiam viuo pa
tre eius futuræ ſucceſsioni cum iuramē
to renuntiaſſet, deindeque à patre inſti-
tutus fuiſſet. Nam in his omnibus caſi-
bus, & ſimilibus licèt aliquando ſuſpen-
datur

*Suitatis priuil. de quo in.l.fi.C.de rep. hære. nō tollitur per cōditi. ſi uelit. contra Iaſ. & Imol.*

datur ſuitas, tamen nunquàm extinguitur: vnde ſi poſtea filius abſtineat, poterit abſtenſionẽ ſuam reuocare, cùm adhuc vigeat ſuitas. Licèt cõtrarium his caſibus reſponderent communiter doct o. qui his caſibus ſuitatem extingui falsò opinantur, qua ſublata, &. d.l. ſi. beneficiũ ceſſare in confeſſo eſſet.

*TEſtamentum minùs ſolenne ualet fauore legitimorum. in prin. huius. §.*

1 *Teſtamentũ minùs ſolenne ualet ad pias cauſas. cum communi.*

2 *Teſtamentũ imperfectum ratione uoluntatis ualet ad pias cauſas. ſecundùm communẽ opin.*

3 *Teſtamentum ad pias cauſas non requirit rogitũ teſtium, & admittit teſtes fœminas. cũ cõi.*

4 *Teſtamentum ad pias cauſas ualet cum duobus teſtibus. cum communi.*

5 *Furioſus non teſtatur, etiam ad pias cauſas. cum communi.*

6 *Teſtamentum inter liberos, uel ad pias cauſas imperfectum ratione uoluntatis, an ualeat, noua diſtinctio.*

7 *Teſtamentum non ualet, quando teſtator iuſſit fieri capellam, & cùm ultrà uellet procedere, deceſſit. contra Decium, & communem.*

8 *Filiusfa. etiam de conſenſu patris ad pias cauſas nequit teſtari. cum multis contra communem.*

9 *Filiafa. nõ poteſt de dote ſua teſtari. cõtra Decium.*

10 *Filiusfa. non poteſt teſtari de aduentitijs, quorũ uſusfructus patri non quæritur. cum communi contra Decium.*

11 *Teſtamentum factum ad pias cauſas non ualet quo ad extraneos ibi honoratos. cõtra cõem.*

12 *Pia legata in teſtamento minùs ſolenni relicta non ualent. contra quamplures nouiſſimos.*

13 *L. 21. tit. 1. part. 6.*

14 *Pia legata in teſtamento imperfecto relicta, etiã iure regio non ualent. contra nouiſſimos.*

15 *Teſtamentum nutu factum ualet ad pias cauſas. cum communi. non autem inter liberos. cum communi. Vnde infertur fauorabilius eſſe teſtamentum ad pias cauſas, quàm inter liberos. cum communi.*

16 *Teſtamentũ inter liberos fauorabilius eſt, quàm teſtamentum militis. cum communi.*

17 *Teſtamentum ad pias cauſas imperfectum reuocat primum teſtamentum pfectũ. cum cõi.*

18 *Iuriſdictio, quam in laicos habet prælatus, an includat etiam executionem.*

19 *Iuriſdictio quo tempore præſcribatur.*

20 *Inſtrumento ſtatur in antiquis, licèt non probetur notarius eſſe, qui illud confecit.*

21 *Probatio auditus ſufficit in ijs, quæ hominum uitam egrediuntur.*

22 *Fama in antiquis facit plenam probationem.*

23 *Antiquum quid dicatur.*

24 *Præſcriptio immemorialis an ualeat inter dominum & uaſſallum.*

25 *Præſcriptio immemorialis non procedit, ubi nõ eſt quaſi poſſeſſio.*

26 *Præſcribi an poſſit ius facultatis.*

27 *Teſtamentum minùs ſolenne factum corã preſbytero parochiali ualet in terris eccleſiæ tantùm. cum communi. quod uariè intelligitur.*

28 *Teſtamentum imperfectum factum ab habente merum imperium, ualet. cum communi.*

29 *Teſtamentum ruri fit cum quinque teſtibus. cum communi.*

30 *Ampliatio. 1.*

31 *Ampliatio. 2.*

32 *Ampliatio. 3.*

33 *Ampliatio. 4.*

34 *Ampliatio. 5.*

35 *Teſtamentum minùs ſolenne ualet tempore peſtis. cum communi contra alterã cõmunem.*

36 *Declaratio. l. 54. & 55. & 59. Tauri*

37 *Clerici teſtamentum etiam minùs ſolenne ualet. cum multis,*

38 *Querela non ceſſat hodie in teſtamento militis, ſicq; non ceſſabit in teſtamento clerici. cum communi. contra nonnullos.*

39 *Clericus non teſtatur de quæſitis ex reditibus beneficij etiam ſimplicis. cum communi contra multos.*

40 *Clericus non æquiparatur uſufructuario. contra quamplures.*

41 *Clericus teſtatur de bonis ſibi donatis, ut ad ſacros ordines promoueretur, noua opinio.*

42 *Clerici bona patrimonialia non gaudẽt priuilegio rerũ eccleſiaſticarum. cum communi, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

43 *Clerico quæ donantur ad titulum ordinis ſacri recipiendi poſſunt liberè alienari. cum communi contra alteram communem.*

44 *Clerico quod pater donat, ut ad ſacros ordines promoueatur, in legitimam imputatur. cum Couar. contra Fabrum, & Aimon.*

45 *Imputatur legitimæ, quòd à patre filio datur ob cauſam cauſatiuè tantùm, non etiam præciſè neceſſariam. contra Paul. & Alexan. Deciũ, Couar.*

46 *Clericus ſi nupſit etiam nulliter, amittit beneficium eccleſiaſticum. cum multis cõtra cõem.*

47 *Clericus priuatur beneficio, ſi nupſit conſanguineæ.*



*neæ. cum communi.*

48 *Clericus non perdit beneficium eccleſiaſticum per ſimplicem fornicationem. cum communi contra alteram communem.*

49 *Clericus deponitur per fornicationem deformem. cum communi.*

50 *Clerici ſimplex fornicatio pro inceſtu non eſt. cum multis, contra quamplures.*

51 *Legitimare qui poteſt ſpurios, & adulterinos, poteſt etiam legitimare utroq; morbo laborantes. cum communi contra alterã cõem.*

52 *Clericus pro homicidio proditoriè facto traditur curiæ ſeculari, licèt non eſſet incorrigibilis. cum communi contra alteram communẽ.*

53 *Clericus parricida, uel crimẽ læſæ maieſtatis perpetrans, ſtatim eſt curiæ ſeculari tradendus, licèt non ſit incorrigibilis, ne gauderet immunitate eccleſiæ.*

54 *Clericus delinquẽs gaudet immunitate eccleſiæ. cum communi contra alteram communem.*

55 *Eccleſiæ immunitate gaudet confugiens ad corpus Chriſti. cum cõmuni contra alteram communem.*

56 *Clericus non recitans horas, an teneatur ad reſtitutionem fructuum beneficiorum. cum communi contra alteram communem.*

57 *Clericus quod ſupereſt ex reditibus beneficiorũ, an pauperibus elargiri teneatur? cum cõmuni contra alteram communem.*

58 *Clericus iure diuino exemptus eſt à iuriſdictione ſeculari. cum communi contra quamplures. & ideo teſtatur cũ ſola ſolẽnitate iuris cano.*

59 *Leges totius tituli. C. de epiſc. & cleri. & de ſacroſ. eccleſi. & in titu. 3. lib. 1. ordi. non habet uim legis, ſed tantùm beneficij. cum cõmuni.*

60 *Clericus ſubeſſe poteſt iudici laico ex commiſſione Papæ, non aliter, etiam ſi diu ille laicus eſſet in hac poſſeſſione. cum communi.*

61 *Clericus etiam coniugatus gaudet priuilegio fori. cum communi.*

62 *Clericus gaudet priuilegio fori, licèt non incedat cum habitu clericali. cum communi.*

63 *Etiam ſi is immiſceret ſe negotijs ſecularibus. cũ communi.*

64 *Etiam ſi is nihil allegaret, cum communi.*

65 *Etiam ſi renuntiaret priuilegio fori cum cõi.*

66 *Etiam ſi teſtator contrarium iuberet. cum communi.*

67 *Etiam ſi eſſet in cõtrarium conſuetudo. cum cõi.*

70 *Clericus hæres laici ante litem cum defuncto cœptam non gaudet priuilegio fori. cum cõi contra alteram communẽ.*

71 *Imperator non habet iuriſd. à Papa, ſed iure proprio. cum cõi contra alteram communem.*

72 *Clerico accedit inſtantia litis cœpta cum defuncto. cum communi contra alteram cõem.*

73 *Clericus an habeat priuilegium, ne laicus contra eum poſſit eſſe teſtis.*

74 *Clericus priuilegio fori poteſt interdum renuntiare licèt expreſſim non poſſit. noua declaratio.*

75 *Nobilis pro debito, an poſſit uinculis detineri. cũ communi.*

78 *Nobilitas an iure Regio poſſit renuntiari.*

79 *Ceſſionis beneficio non poteſt renũtiari. cum cõi contra alteram communem.*

80 *Ceſſionis benefi. etiam cum iuramento nõ poteſt renuntiari. cum quibuſdam contra communem.*

81 *Pactum, ut debitor priuato carcere detineatur, non ualet. cum communi contra quamplures.*

82 *Mater ut incarceretur pro debito ex tutela filiorum conueniri non poteſt, cum multis contra communem.*

83 *Renuntiari non poteſt benefi. legis. ad egregias. de iurei. cum multis contra communem.*

84 *Clerici teſtamentum minùs ſolenne ualet.*

85 *Declaratio noua.*

86 *Alia declaratio noua.*

87 *Alia declaratio noua.*

88 *Alia declaratio noua.*

89 *Alia declaratio noua.*

90 *Alia declaratio noua.*

91 *Alia declaratio noua.*

92 *Alia declaratio noua.*

93 *Alia declaratio noua.*

DEINDE &. 11. fallit ſolẽnitas, quę regulariter deſideratur in teſtamentis, in teſtaméto, in quo fuerunt ſcripti legitimi hæredes, nam etiam cum quinque tantùm teſtibus valet. text. eſt in. l. hac cõſultiſsima. §. ſi quis autem. C. de teſtamen. vbi ita tenent Cinus, Ioannes Faber. Butriga. Albericus, Bal. Salice. Angel. Paul. Alexan. Corneus, Iaſ. & alij communiter. text. in. l. 2. ff. de iniuſt. rup. vbi tradunt Bart. Bald. Angel. Imola, & alij communiter. idẽ Iaſ. in. l. ſi filius qui in poteſtate. ff. de liber. & poſthum. nu. 34. Corneus conſilio. 297. colum. 1. lib. 4. Guiliel. Benedict. in. c. Rainutius. §. teſtamentum. 1. nu. 76. de teſtam. Roma. cõſil 306. Propoſita conſultatio.

*Teſtamẽtũ minùs ſolẽne fauore legitimorũ ualet cũ cõi*

Limita.1.vt non procedat,quando eo
rum,qui abinteſtato primum locum te
nebāt,nō omnes eſſent inſtituti,ſed qui-
dam ex eis.Iſta videtur communis opi.
quam tenent Alexā.& Iaſ.col.2.in.d.§.ſi
quis autem.vbi Corn.Guili.Bene.in.d.c.
Rainu.de teſtam.in verb.teſtamentum.
1.nu.76.verſi.Quintò requiritur. Cuma.
in.l. ſi filius qui in poteſtate.ff.de libe.&
poſthu.col.pe.& ibi Alex.in.4.col.Licèt
contrarium teneant Areti.& Iaſ.ſibi cō-
trarius in.d.l.ſi filius qui in poteſtate.nu.
34.quorum op.contra magis communē
lōgè verior eſt.Primò per tex.in.d.l.2. ff.
de ini.rup.quæ loquitur in numero ſin-
gulari,& ſic non deſiderat concurſum
omnium legitimorum.Secūdò per text.
in ſimili in.l.poſthumus.§.idē & circa.ff.
de ini.rupt.quæ iura inducit Iaſ.in.d.nu.
34.Tertiò,quia in.d.§.ſi quis autem. agi-
tur de excluſione hæredis extranei, qui
fuit inſtitutus in primo teſtamēto,vt ad
mittatur hæres legitimus in ſecundo te-
ſtamento ſcriptus, quem impedire non
debent reliqui legitimi in ſecundo teſta
mento præteriti, quia eis non prodeſſet
excluſio illius legitimi, qui inſtitutus
fuit:quia ſi eum excluderent,tunc extra
neus in primo teſtamento ſcriptus hære
ditatem totam vendicaret:vnde idem fa
uor,eademq́ue ratio eſt, quando legiti-
morum vnus tantùm inſtituitur, quæ
foret, etiam ſi omnes legitimi inſtitue-
rentur.

Illud autem dubiū eſt,an dato, quòd
per interuentū illius extranei id teſtam.
non vitiaretur,tamē quod extraneo da-
tum erat,deberet huic legitimo accreſce
re,recedēs ab ipſo extraneo,vt fit in por-
tione relicta extraneo, cùm pater teſta-
tur inter liberos.arg. l. hac cōſultiſsima.
§.ex imperfecto.C.d teſtam.Quod omni
no nego,quia illud videtur ius ſingula-
re fauore liberorū, quod ad reliquos co-
gnatos tranſuerſos non facilem progreſ
ſum recipere debet contra libertatem te

*L. 22. tit.3. libr.1.& l. fi.tit.3.libr. 5.ordi.extē duntur.*

ſtādi ſummè fauorabilē. vt in.l.1.C.de ſa
cro.eccleſi.& diximus ſuprà.§.1.poſt præ
ludium.Fallit tamen,quando extraneus
ille eſſet incapax.Et ita intelligi & amplia
ri poteſt.l.22.titu.1.lib.1.& l. fin.tit.3. lib.
5.ordi.vt procedat etiam in hoc teſtamē
to priuilegiato,quia hac in re non reperi
tur habere peculiare priuilegium. vt in
ſimili dicebamus in præced.§.Cogitata
mē,quia quod dixi portionem extranei
capacis non accreſcere hæredi legitimo,
non firmo:quia per docto.in.d. §. ſi quis
autē.variè controuertitur,& facilè fraus
legi fieret,ſi id priuilegium ad extraneos
honoratos extēderetur.Vnde magis eſt,
vt quādo teſtam.minùs ſolenne ſuſtine-
tur non fauore tam teſtatoris(quia is mi
les non erat,aut princeps, aut ſimilis) q̃
fauore legitimorū hæredū, tunc oēs ex-
tranei videantur incapaces aliquid perci
piendi ex illo teſtamento.arg.d.§.ex im-
perfecto.Licèt contrarium teneat Cor-
ne.in dict.§.ſi quis autē.poſt alios, quos
ipſe allegat.col.2.in.prin.

*Teſtamentum minùs ſolēne,quod ſuſtinetur fauore legitimorū,non tenet quoad portiones extraneis ibi relictas. contra Corne.& alios.*

Magis autem dubiū eſt,an lex.3. Tau
ri,quæ in codicillis eand. ſolennitatē de-
ſiderat,quæ regulariter in teſtamēto nū
cupatiuo exigitur,procedat in hoc teſta-
mento. Et puto non procedere. Tunc,
quòd illa lex non intelligitur comprehē
dere caſus ſpecialiter ab alia lege proui-
ſos(qualis eſt iſte)vt dicebamus in.§.præ
ceden. Tū, quòd abſurdum eſſet in hoc
teſtamento minorem ſolennitatem ſuf-
ficere, quàm in codicillo in eodem ca-
ſu facto.argumento.in principio & per
totum.Inſtitu.de codicil.per quod limi-
tatur vtiliter dict.l.3.

*Lex.3.Tauri limitatur.*

Denique dum diximus, quòd dict.§.
ſi quis autem.non procederet, quando
extranei eſſent honorati in teſtamento
ſimul cū legitimis,quia tūc licèt teſtam.
valeret, tn̄ quod extraneis datū eſſet in
portione hæreditatis vel legati accreſce-
ret legitimis,procedit etiā in teſtamento
ad pias cauſas facto cū minore ſolēnitate:
quia



quia in omni teſtamento imperfecto ex
traneus cenſetur incapax non ſecùs, q̃
ſpurius in terminis dict.l.22. vel deporta
tus,vel ſimilis,& ſi aliter intelligeremus,
facilè fraus fieret legi. Quod intellige in
terminis iuris ciuilis,nam in terminis iu-
ris canonici,& in terris eccleſiæ procede
ret quod diximus infrà num.11.cum ſeq.
Et tandem cùm ius canonicum & ciuile
vnum idemq́ue ius intelligi debeat. ar-
gumento cap.1.&.2.de noui, ope.nunti.
cum ibi notatis,quaſi vtrunque ius vnū
idemq́ue intelligi debeat conſtans dua-
bus partibus,ſcilicet, ex præceptis ciuili-
bus, & ex præceptis canonicis. nam &
ipſum ius ciuile ſubdiuiditur, vt pluri-
bus partibus conſtare intelligatur, nem
pe ex præceptis legum,vel principū, vel
prætorum,vel reſponſis prudētium.&c.
vt per totum Inſtit.de iure natu. ſanè ma
gis eſt,vt teſtam.minùs ſolēne, quod va
let vel fauore piæ cauſæ,vel fauore legiti
morum,qui ibi fuerunt ſcripti, non va-
leat quo ad portiones extraneis relictas,
ſed illæ,vel piæ cauſæ,vel legitimis inſti
tutis accreſcant.argumento dict.§.ex im
perfecto.iuncta.l.ſi is qui.ff.de vulg. vbi
optimus tex.

1 Fallit.12.ſolennis teſtamentorum ob
ſeruatio in teſtamento facto ad pias cau
ſas.per tex.in cap.relatum.1. vbi tradunt
Abb.Antonius,Imol.Bal.& communi-
ter nouiſsimi.de teſtam. per eoſdē & no
uiſsimos in cap.cùm eſſes.eodem titulo.
Decius conſi.159.nume.1.& nu.3.& nu.7.
Idem Decius conſi.610.num.2. & conſi
lio.488.nu.8. & conſi.159.nume.3.ſuprà
allegato.tenet multùm notanter valere
teſtamen.ad pias cauſas,quando teſtator
in quadam ſchedula voluntatem ſuam
conſcripſit, & antequàm eam publica-
ret,deceſsit.vbi refert idem tenuiſſe Di-
num in.l.Lucius. ff. de mil. teſtamen. &
Romanus in authen.ſimiliter.C. ad leg.
fal.in.13.ſpeciali piæ cauſæ. Quinimò nō
ſolùm ſi ſit imperfectum ratione ſolen-

*Teſtamētū minùs ſolēne ualet ad pias cauſas cum cōi.*

2 nitatis(quale eſt in ſpecie propoſita) ſed
etiam ſi eſſet imperfectum ratione volū
tatis adhuc valeret. Iſta eſt communis
opinio,quam tenuit Bart.in.l.in teſtamē
to.ff.de fideicommiſ.liberta.ſequitur &
dicit communem Decius in dict.conſil.
610.nume.3.Alexan. in.l.ſi certis annis.
C.de pact.idem Alexan.in.l.hac conſul-
tiſsima.§.ex imperfecto.C. de teſtamen.
Imola in.l.ſi quis cùm teſtamentum. ff.
de teſtamen.Angel.in.§.ex eo.Inſt.quib.
mod.teſt. infir.Alexand.conſilio.105.Vi
ſo.lib.4.colum.3.Abb.in capit.1.de ſuc-
ceſsionibus abinteſtato .in. 3.notabi.An
dreas Siculus ibidem.argumen.l.fina.ff.
de rebus eorum.facit text.quem bonum
eſſe dicit ad hanc concluſionem Decius
vbi ſuprà in.l.ſi teſtamentum.C. de inſti
tu.& ſubſtit.idem repetit ipſe Decius in
dict.conſili.488.In cauſa & lite. num .8.
Et quòd teſtamentum minùs ſolenne
3 valeat ad pias cauſas non ſecùs, quàm in
ter liberos, & per hoc mulier poſsit eſſe
teſtis in tali teſtamento,neque in eo ro-
gitus teſtium deſideretur, tenet Corne.
conſi.215.Videtur.lib.2.idem Corne.con
ſil.166.Minimè.lib.3.in quo teſtamento
ſecundùm eum duo teſtes ſufficiunt Iaſ.
4 in auth.nouiſsima.C. de inoffi. teſtamē.
nume.16.Bart.Bald.& alij in.l.1. C.de ſa-
cro.eccleſi.Abb.& alij in cap.relatum.&
in.c.cū eſſes.de teſtam.& vtrobique per
Didacum de Couar.idem Corne.conſi.
261.nume.3.lib.1.Corne.conſi.137. num.
1.lib.2.idem Corne.conſi.118.lib.3.& cō-
ſilio.49.numer.9. lib.1. & conſilio. 324.
num.8.lib.1.& conſi.18.num.15.lib.2. idē
Corne.conſi.77.nume.4.lib.1. & conſil.
307.num.4.lib.3.& conſi.31.num.3.lib.2.
idem Cone.conſi.157.nu.2.lib.4.& cōſi.
53.nume.8.lib.1.& conſil.62.nume.8.lib.
2.idē Corn.conſ.212.lib.1.& conſ.140.n.
1.eod.lib.& conſ.297.n.6.lib.4.per Alex.
Iaſ.Corn.& Cur.Iu.in.l.hac cōſultiſsima
§.ex imperfecto.C. de teſtam. quod etiā
tenent pleriq; eorū, quos in præcedenti
fallen-

*Teſtamētū imperfectū ratione uol. ualet ad pias cauſas.ſecūdùm cōem.*

*Teſtamētū ad pias cauſas non requirit rogitū teſtium, & admittit teſtes fœminas cū cōi.*

*Teſtamē. ad pias cauſas ualet cū duobus teſtibus.cū cōi.*

fallentia diximus tenere,quòd teſtamentum minùs ſoléne valet inter liberos cũ duobus teſtibus,nec requirit rogitum teſtium, nec quòd teſtis ſit maſculus. In quo vltimo contrariũ tenuit Antonius in dict. cap. relatum .poſt Aretin. quem ipſe refert.& Lapus in allegat. 30.& Põtanus in repetitione authéticę. ſimiliter. in.l1.ſpeciali. C. ad leg .fal. pro vt eos refert Corn.in.d.conſilio.215.num.3.lib.2. Sed verior eſt communis opi.vt in præcedentibus fallentijs reſoluimus.

*Furioſus nõ teſtatur etiam ad pias cauſas cum communi.*

5 An auté poſsit furioſus teſtari ad pias cauſas?Et communis opinio eſt non poſſe. vt reſoluit Deci.in. l.furioſum.n.15.& 16.C.qui teſta.face.poſ.

An autem in teſtamento ad pias cauſas incapax honorari poſsit? Quod omnino nego. arg.l.hac cõſultiſsima.§.ex imperfecto.C.đ teſtam.& quia lex generalis cõprehendit etiam caſus priuilegiatos,ſi in illa materia non reperiuntur habere ſpeciale priuilegium.vt diximus in §.35.nu.5.ſed hoc caſu cum incapace nõ reperitur diſpenſatum . ergo . &c. Et ita intelligo,& amplio.l.22.tit.3.lib.1.&.l.fi. tit.3.lib.5.ordi.&.l.4.&.5.titu.3.par.6.

*L.4.& 5. titu.3. par. 6. amplia.*

*Teſtamentum inter liberos uel ad pias cauſas imperfectum ratione uol. an ualeat noua diſtinctio.*

6 Illud autem notandum eſt, quòd teſtamentum imperfectum ratione volũtatis videtur valere ad pias cauſas, vt ex cõi opinione ſuprà retulimus in exemplo de ſchedula ſcripta à teſtatore, qui deceſsit antequam eam publicaret,vel teſtes adducerentur,quo caſu teſtamentũ nõ đſinit valere.Quod variè intelligitur. Primò vt procedat in teſtaméto ad pias cauſas.Secũdò vt ꝓcedat in teſtaméto inter liberos.Tertiò vt procedat iure teſtamenti,ſi in tali ſchedula erat hæredis inſtitutio.Quartò vt procedat non iure teſtamenti,ſed alterius vltimæ voluntatis, quando in tali teſtamento hæredis inſtitutio non erat. Hæ videntur cões reſolutiones, vt ſuprà diximus. In contrarium tamen facit quod tradit Ioan. An. in additionibus ad Speculatorem.in titulo. de fide inſtru.§.compendiosè.in additione magna. colum.penul. Oldraldus conſilio.117.Anhara.in cap.2.de teſtam. per tex.in.l.ſi quis cùm teſtamentum.ff. de teſtam.& ibi gloſſ.in.1.ſolutione.quã ſignat ad dictum.§. ex imperfecto. & ibi Bar.Bal.& Angel.glo.Guiliel. de Cuno, Bal.& Salic.in.l.fi.C.fam.her. Bart. Paul. Corne.Alexan.Iaſ.& alij in.d.§.ex imperfecto.qui omnes,& alij, quos enumerauimus ſuprà , tenent teſtamẽtum imperfectũ ratione voluntatis non valere etiã inter liberos,vel ad pias cauſas.tenẽt etiã Alber.in.d.l.hac conſultiſsima.§. ſi quis autem.C.de teſtam.Didacus de Couarr. in cap.relatum.1.num.9.de teſtam.& ibi Barba.nume.24.Corne.conſi.118.num.2 lib.3.& conſi.215.colum.1.lib .2. Anania conſi.57.Paul.conſi.101.& conſi.451.lib. 2.Guiliel.in cap.Rainu.de teſtam.in verbo.teſtam.1.num.71.Pariſi.conſi.24.lib. 3.num.11.Aretin.in dict.l. ſi quis cùm teſtamentum.colum.2.Decius in cap.1.numer.15.de fide inſtru.idem Decius conſi. 159.& conſil.488.Iaſ.conſil.155.colum.3. lib.4.Ruinus conſi.1.lib.2.num.20. Pariſi.conſi.146.lib.4.per tex.in.l. fideicom. §.quoties.ff.de leg.3.

Quid dicendum?Conſidera plures caſus.Primus,quãdo teſtator, qui volebat facere teſtamentum nuncupatiuũ, illud ordinauit in quadam ſchedula , & iuſsit accerſiri teſtes,& tabellionem,vt coram eis ea, quę in ſchedula conſcripta erãt, recitarentur,ſed morte præuentus fuit anteq̃ teſtes accederent : & tunc magis eſt vt teſtamẽtũ valeat tã inter liberos, q̃ ad pias cauſas,ſi per cõfeſsioné partiũ,vel aliàs,legitimè probetur,ꝙ ea erat volũtas teſtatoris,quia hoc caſu integra erat voluntas ipſius teſtatoris,neq; aliud quicq̃ addendũ erat.Et ita voluit Corn.in dict. conſi.118.In hac conſultatione.lib.3.poſt plures,quos ipſe refert.& in conſilio.215. libr.2.columꝫ.1.&.2. Et iſto caſu procedit, & ſaluatur opinio,quam tenuit Bar. in



in.l.in teſtamento.ff.de fideicom. hæreditatibus.Decius conſi.610.num.3. Alexand.in dict.l. ſi certis annis. idem Alexan.in.d.§.ex imperfecto. Angel. in. d.§. ex eo.Imol.in.d.l.ſi quis cùm teſtamentũ.Alex.in.d.conſi.105.Viſo.lib.4. Abb. in ca.1.de ſucceſsionibus abinteſtato . & ibi Andr.Siculus.Secundus caſus , quando teſtator incepit ſuum teſtamentum in quadam ſchedula,vbi conſtat non cõſcripſiſſe omnem ſuam volũtatem, quia fortè quibuſdam hęreditarias portiones, legata,fideicõ.libertates,tutelas,& ſimilia deſignauit cum conditionibus infrà declarandis,quas morte præuentus non declarauit,& tunc tale teſtamentum indubitanter nõ valet.& ita procedat text. iuncta ſua glo.in.d.l.ſi quis cùm teſtaméntum.glo.app.in.d.l.fi.C.fam her.& receptiſsima illa opi.de qua ſuprà .Ratio differentiæ inter hunc caſum & ſuperioré eſt:quia iſto caſu nihil actum eſſe intelligimus,cùm aliquid ſupereſt agendum. l.pen.C.quibus vt indignis . & id demũ perfectum eſt,quod ex omnibus ſuis partibus conſtat.l.1.ff.de origine iuris.& teſtamentum debet eſſe perfectum quantum ad voluntatem.d.l.ſi quis cùm teſtamentũ.&.l.1.ff.de teſtam.l.furioſum. C. qui teſta.face.poſ.At ſuperiore caſu teſtamentũ perfectum erat quantum ad voluntaté,& ſola probatio deficiebat, quæ quoquo genere probationis ſuppleri poteſt in teſtamẽto inter liberos,vel ad pias cauſas nõ ſecùs quàm in actibus inter viuos ſuppleretur.c.relatum.1.c.cùm eſſes. de teſtam.l.fi.ibi.quibuſcũq; verbis , vel indicijs.C.fam.her.vt plenè diximus in præcedenti fallentia. Qua ratione idem admittendum eſſet,etiam ſi in ſcriptis teſtator deſignauerat facere teſtamẽtum. Nec oberit tex.in prin.Inſtit.de emptione & vendi.Nam ſpeciale eſt in teſtaménto inter liberos,vel ad pias cauſas. Tertiꝰ caſus,quando teſtator ſuum teſtamentum in quadam ſchedula conſcripſerat, & antequàm teſtes adducerentur, deceſſit, & incertum eſt,an aliquid vltrà additurus eſſet,nec ne: & tunc ſi in tali teſtamento ſint hæredum inſtitutiones,præſumam nihil vltrà addendum fuiſſe, & valebit teſtamentum: quòd ſi non ſint hæredum inſtitutiones,præſumam contrarium,& teſtamentum non valebit.argum.tex.in.l.1.§.fi.ff.de vulg.l.proximè. ff.de his quæ in teſtamento delentur.

*Teſtamentũ nõ ualet quando teſtator iußit fieri capellã,& cùm ultrà uellet procedere, deceßit.cõtra Deciũ & cõem.*

7 Ex ſuperioribus infertur,quòd ſi teſtator iuſsit fieri capellam, vel eccleſiã certo modo,& cùm vltrà vellet procedere, deceſsit antequàm teſtamentum perficeret, id teſtamẽtum non valebit,etiam quo ad illam capellam,vel eccleſiam.Licèt in ſpecie contrarium tenuerint Deci. in.d.conſ.610.num.3.Bar.in.l.in teſtaménto.ff.de fideicom. libertatibus.Alexã. in d.l.ſi certis annis.& in dict.§.ex imperfecto.Angel.in.d.§.ex eo.Imol.in dict . l.ſi quis cùm teſtamentum.Abb.& Andre. Siculus.in.d.c.1. de ſucceſsionibus abinteſtato.Alexan.in.d.conſ.105.lib.4.Quę op.licèt communis ſecundùm Deci. vbi ſuprà.defendi tamen non poteſt.

An auté captatoria volũtas fauore piæ cauſæ admittatur,tradũt pleniſsimè Iaſ. in.l.captatorias.C.de teſtam. milit . Didacus de Couar. in. c. cũ tibi.per tex.ibi. de teſtam.Nos autem credimus nõ poſſe valere,quia fauore cauſę pię diſpẽſatur cũ cauſa formali & ſolénitate , nõ aũt cũ cauſa efficiéte,hoc eſt,cũ voluntate teſtatoris , quæ lęditur per interuentũ captionis.De his cauſis diximus ſuprà.§. 2. &.3. &.4.Pręterea lex generalis cõprehédit caſus priuilegiatos, niſi in illa re qua de agitur,reperiãtur habere ſpeciale priuilegiũ. diximus in.§.35.n.5.nec hoc in caſu cauſa pia reperitur habere ſpeciale priuilegiũ,ergo remanet ſub regula.Et ita intelligo & amplio.l.3.ti.10.par.6.l.1.&.3.ti.4.lib.1.or.

*L.3.tit. 10. par.6.et. l. 1.& 3.ti.4 lib. 1. ordi. ampli.*

*Filiusf.etiã de conſenſu patris ad pias cauſas*

8 Illud aũt vehemẽter cõtrouerſum eſt, an filiusfamil . de conſenſu patris poſsit teſtari ad pias cauſas? Qua in re reperiuntur

*nequit teſtari .cũ multis contra communẽ.*

tur quatuor principales opiniones, quas ſeriatim refert Iaſ. in. l. ſenium. col. 2. cum tribus ſequentibus. C. qui teſtamẽ. face. poſſ. quarum duas principales referam. Prima, vt filiusfami. etiam de conſenſu patris ad pias cauſas teſtari non poſsit. Et hanc ſequitur Iaſ. in puncto iuris vbi ſuprà. Ioan. Andr. in cap. licèt. de ſepulturis. & in cap. ſi pater. de teſtam. in. 6. in nouellis. Anchara. in. d. c. licèt. & in. ca. 2. de teſtam. Imol. in. l. qui in poteſtate. in princ. ff. de teſtam. & in. l. tam is. §. 1. ff. de dona. cauſ. mort.

Contrariam ſententiam tenent communiter docto. ſecundùm Deci. in. d. l. ſenium. num. 21. Calderi. conſi. 10. in tit. de teſtamen. Dominicus in. d. ca. licèt. de ſepulturis. in. 6. Abb. in rubr. de teſtam. numer. 10. Angel. Salice. Roma. Bal. Corne. in. d. l. ſenium. Alexan. in. l. 1. §. hoc autem ſenatuſconſultũ. ff. ad Treb. Laurentius Calca. conſi. 12. colum. penul. Fredericus conſi. 298. Bal. in. l. 1. colum. 2. & in repetitione. colum. 5. C. de ſacro. eccle. ſequitur & dicit communem Couar. in rubri. de teſtam. in fin. & eſt communis ſecũdùm Alex. & Iaſ. vbi ſuprà. & ſecundùm Deci. vbi ſuprà.

Quid dicendum? Pro prima ſententia negatiua eſt regula generalis, quę filiũſ. teſtari poſſe etiam cum conſenſu patris non permittit. l. qui in poteſtate. ff. de teſtam. l. pen. C. qui teſta. face. poſ. §. 1. Inſti. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentũ. l. 13. tit. 1. par. 6. Præterea teſtamentũ facere olim erat de genere prohibitorũ, & ex quadã diſpenſatione, poſtea conceſſa fuit teſtandi facultas, quæ cõceſsio, & diſpenſatio filijsfa. negata fuit expreſſim. Quinimò eadẽ prohibitio antiqua in filijsfa. expreſsim iure nouo repetita fuit. vt. d. legibus. & quæ plenè reſoluimus ſuprà. §. 1. in illo arti. Quo iure ſit inductum teſtamentum.

Hæc regula videndum eſt, an reperiatur limitata, quando fit teſtamentum ad pias cauſas? Et quòd reperiatur limitata, videtur per tex. in. d. c. licèt. §. fi. cuius verba, Quanuis autem filiusf. abſq; patris aſſenſu ſibi poſsit liberè eligere ſepulturã, pro aĩa tamen ſua prę̨ter ipſius aſſenſum niſi peculium caſtrenſe, aut quaſi caſtrẽſe habeat, aliquid iudicare non poteſt. Ergo cùm ibi negetur filiũfa. poſſe pro anima ſua citra patris conſenſum quidquã de rebus ſuis iudicare, vel diſponere, includitur à contrario ſenſu, quòd de conſenſu patris poſsit de rebus ſuis pro anima iudicare, vel diſponere. Sed certè ille tex. nihil omnino facit. Non enim loquitur de teſtamento, ſed duntaxat eſt intelligendus de diſpenſatione, quæ fieret vel inter viuos, vel etiam à morientibus, dũmodò in vim, poteſtatẽ, & effectũ actus inter viuos. vt ſit ſenſus, quòd filiusfam. ſiquidem habeat peculium caſtrenſe vel quaſi caſtrenſe, poterit pro anima ſua de tali peculio citra patris conſenſum diſponere tam inter viuos, quàm in vltima vol. vt in. l. fina. C. qui teſta. face. poſſ. & in. l. fina. C. de inofficio. teſtamen. Sin autem peculium caſtrenſe, vel quaſi caſtrẽſe non habeat, tunc ſine patris conſenſu de rebus ſuis aduẽtitijs, vel maternis etiã pro anima diſponere non poteſt, neque inter viuos, neque in vltima voluntate. l. 1. & per totũ. C. de bonis maternis. l. cùm oportet. l. fi. & per totũ. C. de bonis quæ liberis. l. placet. ff. de acquiren. hære. l. acquiritur. ff. de acq. rerũ dominio. De conſenſu autem patris vt poſsit diſponere de rebus maternis, vel aduentitijs, ibi non declaratur. Et licèt à contrario ſenſu colligatur, quòd poſsit diſponere, tamen intelligi debet ſine deſtructiõe iuris cõis vt poſsit diſponere pro anima de conſenſu patris, vel per actus inter viuos, vel per donationem cauſa mortis. vt in. l. tã his. ff. de donati. cauſa mortis. non autem vt poſsit diſponere per teſtamenti factionem, quæ filijsfamiliàs expreſsim interdicta eſt, quæque ex alieno arbi-

trio



trio pendere non debet. l. captatorias. C. de teſtament. milit. l. captatoriæ. ff. de legat. 3. Quòd ſi dixeris, ſecundùm hoc nullus ibi eſſet fauor animæ. Reſpõdeas ad hoc ipſum, illum text. factum eſſe, vt intelligatur, quòd etiam fauore animæ hoc caſu à regulis iuris non receditur. Quinimò vt de bonis maternis, vel aduentitijs filiusfamil. ſine patris conſenſu non poteſt diſponere, ita quoq; diſponere nõ poteſt fauore animæ per actum inter viuos, vel donationẽ cauſa mortis, nõ magis, quàm poſſet ꝑ ſimiles actus đ talibus bonis diſponere ſine patris conſenſu in vſus profanos. Et ſic cùm hæc exceptio iure non probetur, ſtandum eſt regulæ, præſertim ne inducatur legum correctio. Itaq; ille text. intelligendus eſt de diſpoſitione inter viuos, vel mortis cauſa donatione, non autem de teſtamento. Et ita eſt intelligenda gloſ. fin. ibi. quæ ſi alium ſenſum habuit, vera non eſt. Et alia multa in hunc articulum vide per Iaſo. & Decium vbi ſuprà.

Infertur ex ſuperioribus veram non
9 eſſe opinionem Decij in dic. l. ſenium. in 2. colum. in princip. C. qui teſtament. fa. poſ. vbi tenet, quòd filiafam. poteſt teſtari de ſua dote, cùm in ea ſecundùm eum habeat plenum ius & dominiũ tam proprietatis, quàm vſusfructus. Sed errat, qa lex, quę nititur pluribus rationibus, non ceſſat, etiam ſi earũ rationum aliqua, vel aliquæ deficiant, dummodò altera ratio vigeat. vt in. §. affinitatis. Inſtit. de nuptijs. l. ſi nõ lex AElia Sentia. ff. de hę̨redi. inſtituen. ſed filiusfam. non ea tamen ratione teſtari vetitus eſt, quòd nihil ſuum habere poſsit, ſed etiã ea, quòd olim nullus omnino teſtari poterat: & licèt poſtea data ſit omnibus teſtandi facultas, tamẽ filiofamil. hæc facultas negata fuit, quæ ſibi conceſſa non videtur, quãuis adquirendi ius & poteſtas ſibi data fuerit. Nec enim ſequitur, quòd qui habet dominiũ poſsit liberè teſtari.

*Filia nõ poteſt de dote ſua teſtari contra Decium.*

10 Ex ſuperioribus ſimiliter infertur veram non eſſe opinionem Philippi Decij, qui in. l. penult. C. qui teſtament. facere poſ. tenet contra communem opinionẽ, quòd hodie filiusfam. poteſt facere teſtamentum de aduẽtitijs, quorum vſusfructus patri non adquiritur. vt in terminis authenticæ. excipitur. C. de bonis quæ liberis. Sed in contrarium ſe habet vera & communis opin. quæ probatur per rationem præcedentem. & in. l. penulti. ſuprà alleg. & in. l. fin. C. de inof. teſtamento. Et ſic ſtat contra Decium communis opin. vt ipſe fatetur, & reſoluũt Alexan. & Decius in dict. l. penultima.

*Filiusfami. non poteſt teſtari de aduentitijs, quorum uſusfructus patri non quæritur. cum cõmuni contra Decium.*

Illud autem ſimiliter controuerſum eſt, an fauore piæ cauſæ recedatur ab illa regula, quę habet, ꝙ in re dubia quod minimum eſt, debetur. vt in. l. ſemper in obligationibus. ff. de regu. iur. De quo vltra nouiſsimos ibi docemur notanter in l. ſi ita ſit. ff. de legat. 1. colum. pen. in medio. Et piæ cauſæ fauore aliquid à principe impetrari nõ cenſetur impoſsibile. vt per eund. Iaſ. num. 20. in. l. apud Iulia. §. fi. ff. de legatis. 1.

11 Deniq; illud controuerſum eſt, an teſtamentũ minùs ſolenne factum ad pias cauſas valeat quãtum ad extraneos in tali teſtamento honoratos? Et hac in re cõmunis opin. eſſe videtur, vt valeat teſtamentũ, non ſolùm quo ad cauſam piam, ſed etiam quo ad legata ibi extraneis relicta. Ita reſoluit Alexand. conſi. 105. Viſo, ac diligenter. num. 14. libr. 4. Bar. & Sali. in authent. caſſa. de ſacroſanct. eccleſ. C. Rainerius in. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtament. facit doctrina Antonij in capitu. quod clericis. de foro competenti. Iaſ. in dict. §. ex imperfecto. num. 10. poſt Alexand. quem refert in cõſil. 41. Viſo tenore. libr. 1. & ab hac ſententia nullus diſcrepat ſecundùm Iaſ. vbi ſuprà. Corn. cõſi. 278. libr. 1. Didacus de Couar. in capit. relatum. 1. nu. 2. Ruinus conſil. 1. num. 11. libr. 2. Socin. conſi. 9. libr. 3.

*Teſtament. factum ad pias cauſas ualet quo ad extraneos ibi honoratos. cũ cõmuni contra quamplures.*

Alexand. conſi.177.colum.3.libro.2.
Contrariam partem tenent Iaſ. vbi ſu
prà.idem Iaſ.in.l.1.C. de ſacro.eccle.n.22.
lect.1.& in relectione nu.29.Paul.cõſ.97.
lib.1.Albert.Bru.in tract.ď poté. & effec.
formę.fallẽtia.21.prout eos refert ipſe Di
dacus vbi ſuprà. Mouentur per tex.in.d.
§.ex imperfecto. qui nihil obeſt.quia lo-
quitur in teſtamento minùs ſoléni facto
inter liberos,quod ſub hac demum con-
ditione & moderatione lex admittit, vt
inde nullum emolumẽtum extraneis ac
cedat. Nos autem loquimur in teſtamẽ-
to facto ad pias cauſas,quod cum ſola ſo
lennitate iuris gentium firmum eſt,non
ſecùs,quàm ſi ſolennes,& regulares iuris
ciuilis obſeruationes haberet. vt in capi.
relatum.primo.& in capit. cùm eſſes. de
teſtament. vt ſic id teſtamentum valeat
quo ad legata extraneis relicta, nõ ſecùs,
quàm quo ad inſtitutiones factas ad piã
cauſam. Itaque eſt longa differentia in-
ter conſeruationem teſtamenti minùs
ſolennis facti inter liberos, & conſerua-
tionem teſtamenti minùs ſolennis facti
ad pias cauſas.Nam primo caſu teſtamẽ-
tum conſeruatur non ſimpliciter, ſed ſe
cundùm quid.Secundo autem caſu ſim-
pliciter conſeruatur. vt dict.iuribus.vn-
de de vno ad alterum non licet arguere.
Dic tamen hac in re diſtinguendum.vt
diximus ſuprà in princip.huius.§.& tan
dem magis eſt vt tale teſtam.non valeat
quo ad extraneos.argumen.l. ſi is qui.ff.
de vulg.iuncto dict.§.ex imperfecto.

*Pia legata in teſtamento minùs ſolẽni relicta non ualent. contra quã plures nouiſsimos.*

12 Quid autẽ econtrà, ſi in teſtamẽto mi
nùs ſolenni, in quo nullus priuilegiatus
eſſet inſtitutus,pia legata eccleſiæ relicta
eſſent, an valere deſinant nõ ſecùs,quàm
inſtitutio hæredis non priuilegiati? Qua
in re receptior opi. eſſe videtur, vt legata
euaneſcãt, etiã ſi pia ſint, nõ ſecùs, quàm
euaneſcit inſtitutio hæredis non priuile
giati.Ita tenẽt Iaſ.in.d.§.ex imperfecto.n.
10.verſ.In caſu autẽ econtrario.& Sali.in
d.authẽ.caſſa.Antonius in.d.c.ꝙ clericis.
Alex.cõſ.177.lib.2. & conſ.260.eod.libr.
prout eos refert Iaſ.vbi ſuprà. idẽ Iaſ.in.l.
1.tam in.1.quàm in.2.lect.C. de ſacroſan.
eccleſ.Socin.conſi.5.libr.3.
Contrariã ſententiã tenent Didacus
de Couar.vbi ſuprà.n.3.Anania conſ.28.
col.3.Antonius Rubeus conſi.72.colũ.2.
Albert.Bru.in tract.de potentia formæ.
fallentia.31.Imol.in. c. quæ in eccleſiarũ.
col.pe.de conſti.prout eos refert ipſe Di-
dacus,qui hanc ſententiam ſequitur.per

*L.21.titu.1. partit.6.*

13 text.in.l.21.titul.primo.part.6.vbi ſecun-
dùm eum probatur legata pia in minùs
ſolenni teſtamẽto relicta valere, licèt re-
liqua legata non valerẽt. Sed ipſe in vtro
que deceptus eſt.Nam in dict.l. 21. teſta-
mentum erat ſolenne, vt etiam fuit in.l.
fin.ff. de hær.inſt. à qua extracta fuit.d.l.
21.& vtrobiq; hæredis inſtitutio infirma
tur propter iuſtum,expreſſumque erro-
rem teſtatoris, legataque ſuſtinentur,
quia in eis nullus fuit error. Et ſimiliter
vtrobique ſuſtinentur legata, nõ ſolùm
pia; ſed etiam profana, qualia ſunt, quæ
amicis, vel cognatis relinquuntur. Vn-
de admiror geminum ſupinumq; errorẽ
viri alioqui cautiſsimi. Vnde in princi-
pali articulo prior opin.negatiua tenen-
da eſt, vt vitiata inſtitutione, legata, & re
liqua infirmẽtur.l.ſi nemo. ff. de regulis
iu.l. ſi nemo. ff. de teſtament. tut. l.eam
quam.C.de fideicom.l.2.§.prius.ff.de vul
gar. & quia acceſſoriũ. &c. & in regula.
Acceſſoriũ.de reg.iu.in.6.l.3.§.fi.ff.de lib.
& poſthu.iũcta.l.proximè.ff. de his quæ
in teſtamẽto delentur.§.ante hæredis.In-
ſtit.de leg.l.1.§.fin.ff. de vulg.

*Pia legata in teſtamento imperfecto relicta, etiam iure regio non ualent. contra nouiſsimos.*

14 Neq; ad rem pertinet text.in.l.1.titul.
2.lib.5.ordi. Nam text.ille loquitur in te
ſtamento ſolenni ſecundùm ius huius re
gni,quod quidem teſtamentum non de
ſinit valere de iure regio, etiam ſi in eo
ab initio hæredis inſtitutio facta non fue
rit. vt ibi. Cæterùm ſi hæredis inſtitutio
facta fuiſſet, quæ ex defectu ſolennita-
tis iure regio requiſitæ euaneſceret,tunc
lega



legata vtcunq; pia eſſent, ſimiliter euane
ſcerent, vt ibi.& in ſimili in.l.3. Tauri.in
fin.Tenẽdum eſt ergo contra ipſum Di-
dacum, vt etiã iure regio talia legata pia
non valeant, non magis, quàm iure com
muni.
Denique teſtamentum ad pias cauſas
valet citra interuentum ſolẽnium, vt ſu-
prà oſtendimus.per dict.capit.cùm eſſes.
& capit.relatum.1. de teſtament. quibus

*De ead. re.*

iuribus habetur in tali teſtamẽto ius tan
tùm gentium, non etiam ius ciuile conſi
derari: at iure gẽtium liberorum inſtitu-
tio neceſſaria nõ erat, vt plenè docemur
ſuprà.§.20. in interpretatione authen.no
uiſsima.C.de inof.teſtament.

*Illatio.1.*

Vnde planè infertur, quòd licèt de iu
re ciuili per præteritionem filijfam.vitie-
tur teſtam.ipſo iure.l. inter cætera.l.pen.
& fin.ff.de lib.& poſt.l.1.ff.de iniuſt.rup.
l.fin.C.de contra tabul. in princip.Inſtit.
de exhære.libe.quinimò hodie licèt eſſet
exhæredatus, teſtamẽ. foret nullum ipſo
iure, niſi iuſta cauſa exhæredandi expreſ
ſa eſſet. vt eſt communis opin. quam te-
nent gloſ.in authen.de hær.& fal.§.exhæ
redatos.verbo, noluit. gloſ.2.in princip.
Inſtit.de inof.teſtamen. & vtrobiq; com
muniter doctor. eſt communis opin. ſe-
cundùm Iaſ.in authen. non licet.colum.
3.idem Iaſ.in authent. ex cauſa. colum.3.
C.de lib.præt.idem in.l. in ſuis. colum.fi.
ff.de liberis & poſthum.idem in.l.ſi ma-
ter.in princip.ff.de vulga. idem in.l.fina.
num.18.C. de contra tabul.Crottus in.l.
Gallus.§. & quid ſi tantùm.num.52.ff.de
lib. & poſthum. Angel. de Perigl.in tra-
ctat.ſuita.quæſtione fin. Alexan.in dict.
l.in ſuis.num.12.Bart.in dict. authent.ex
cauſa.num.12.vbi per Alberi.Odofre.Pe
trum, Cinum, Bald.Angel.Salicet.Fulg.
Paul. Corne. Alexand. Iaſ. Curti.iuni.&
alios.Gregor.Lupus in.l.5.titul.8.part.6.
Bar.num.10.in.l.in quartam.ff.ad legem
falci.vbi Picus num.6. & Ripa num.143.
Licèt hoc vltimum ſolitus ſim impugna
re: tamen teſtamen.ad pias cauſas ſaltem
de iure canonico per liberorum præteri
tionem non vitiabitur, cùm ſolennitas li
berorum inſtituendorum iure gentium
cognita non eſſet.

*Illatio.2.*

Vnde etiam infertur, quòd licèt de iu
re ciuili nullus poſsit per aliũ teſtari, ſed
tantùm per ſemetipſum.l. captatoriæ.ff.
de legatis primo.l.captatorias.C.de teſta
ment.milit.l.ſenatus.§. legatum.ff.de le-
gat.1. quod & iure canonico procedit re
gulariter, niſi fauore pię cauſæ, vt ſentiũt
nonnulli eorum, quos ſuprà proximè re
tulimus. ſequitur, & dicit communem
opi. Decius in dict.l. captatorias.vbi etiã
Corn.Alexan.& Iaſ.poſt alios. Couar.in
capit.cùm tibi.per text.ibi de teſtament.
Calde.conſi.fin.de conſti.Abb.conſi.26.
Videtur.libr.1.Abb. conſi.32.Circa duo.
libr.2.colum.2.vbi hanc dicit communẽ
ſententiam. idem Abb. conſil.110.libr.2.
In cauſa.colum.penul.tamen in teſtamẽ
to ad pias cauſas magis eſt, vt quis poſsit
per alium teſtari, cùm hæc prohibitio à
iure tantùm ciuili, non etiam à iure gen
tium profecta fuerit, quod quidem ius
gentium, nõ etiam ius ciuile in teſtamẽ
to ad pias cauſas inſpiciatur, quaſi id te-
ſtament.informe ſit.

*Illatio.3.*

Vnde ſimiliter infertur, quòd licèt de
iure ciuili in teſtamento nũcupatiuo re-
quiratur quòd teſtator proprio ore nun
cupauerit nomen hæredis, vel illud pro
pria manu ſcripſerit. vt in.l. iubemus.C.
de teſtament.adeò, vt ſi teſtator alio hæ-
redem nominante agnouerit, nutu capi
tis, vel per verbum, ſic. vel, ita. licèt ſcri-
bentium pleriq; teneant talem hæredis
inſtitutionem valere, quales ſunt glo.&
omnes in. d.l. iubemus. vbi Iaſ.num.10.
Bart.& omnes in.l.hæredes palàm.in pr.
ff.de teſtam.Ange.in.l.in fraudem.§.1.ff.
de milit.teſtamento.Anto. & Imol.in.c.
cùm tibi.de teſtam.Roma.conſ.306.Pro
poſita.idem in.l.1.§.ſi quis ita.ff. de verb.
obligatio.Ange.in pr.Inſti.de teſtam.eſt
commu-

communis opin.ſecundùm Alexand.cõ
ſil.33.Ponderatis verbis.libr.3.Cinus.Bal.
& Angel.qui hanc dicit communem,&
vſu approbatam in dict.l. iubemus. Co-
uar.de teſtament.in capit.cùm tibi.nu.4.
&.5.Alexand.in dict.l.iubemus.per text.
in.l.quoniam indignum.C. de teſtamẽt.
Iaſ.in.l.vbi autem non apparet.§.illud.ff.
de verb.obligatio. Deci.conſi.489.In ca
ſu occurrenti.num.3.Alexand. conſi.12.
Viſo inſtrumento. lib.1. num.6.Alexan.
conſi.47.Abundè.libr.2.nu.7.Pariſi.con
ſil.19.Conſideratis.num.13.lib.3.Corn.in
l.hac conſultiſsi.§. per nũcupationem.C.
de teſtament. Alexand.conſil.176.col.2.
lib.5.idem in conſi.14.Viſis.num.15.libr.
6.Soci.in.l. ſi ita ſcripſero. colum.1.ff.de
conditio.& demonſtratio.Tamen con-
trariam opin. vt de iure ciuili inſtitutio
hæredis facta ad interrogationẽ alterius
non valeat,tenet Corn.conſi.77. Viſo.d.
themate.lib.4.num.1.Iacob.de Are.in.d.
l. hæredes palàm. in princip. poſt plures
relatos per Corn.vbi ſuprà.& per Iaſ.qui
tenent contra communem in dict. l. iu-
bemus.num.10.Tamen hæc controuer-
ſia ceſſat in teſtamento ad pias cauſas,
ſaltem inſpecto iure canonico. Nam cũ
in tali teſtamento ius tantùm gentium,
non etiam ius ciuile inſpiciatur,ſupereſt
vt in eo ceſſet hæc ſolennitas, quæ à iure
tantùm ciuili,non etiam à iure gentium
cognita fuit. Sicq; nouè limitatur dict.l.
iubemus.C.de teſtament.

*Illatio.* 4. Qua ratione infertur, quòd licèt in te
ſtamẽto in ſcriptis oporteat tabellionem
qui illud conficit, fuiſſe rogatum. vt ex
vera & communi opin. reſoluit Alexã.
conſi.153.libr.2.colum.2.per tex.in auth.
de tabel.§.nos autem.vbi Accurſi.& alij.
gloſ.& alij in capit.cùm.p.tabellio.de fi.
inſtrument.nec tabellionis rogitus præ
ſumitur, niſi vel probetur, vel ipſe id in
ipſo inſtrumento atteſtetur.Innocen.&
alij in capit.1.de fide inſtrument. Specul.
& Ioan.An.de inſtrumen. edi.§. breuiter
Bart.& alij in.l. ſciendum. ff. de verborũ
obligatio.& eſt communis opin. ſecun-
dùm Alexand.vbi ſuprà.num.9.idem in
dict.l.ſciendum.num.42.vbi Imol.Ang.
in. l. quæcunq;. §. fin. ff. de publi.tamen
id procedere poteſt in teſtamento forma
li, non ſic in teſtamento informi, quale
eſt id teſtamentum,quod fit ad pias cau-
ſas,in quo, vt iam edocti ſumus, ius tan-
tùm gentium, non etiam forma iuris ci-
uilis attenditur. Quod tamen intellige,
quando teſtator & in ſcriptis teſtari vo-
luit,& tabellionem iuſsit accerſiri.Nam
certum eſt, quòd teſtamentum citra ta-
bellionem conſcribi poteſt manu pro-
pria teſtatoris,vel alterius.vt ex receptio
re ſententia reſoluit Corn. conſi. 226.Li-
cèt in hac.nu.2.libr.3.per.§.ſed cùm pau-
latim.Inſtit.de teſtament.l.hac conſultiſ
ſima.C.eodem titul.vbi inter reliqua te-
ſtamentorum requiſita non adijcitur ta
bellionis interuentus.

*Illatio.* 5. Denique dum admonuimus in teſta
mento ad pias cauſas ius tantùm gentiũ
inſpici, infertur, quòd licèt de iure ciuili
vitietur teſtamentum,ſi ſcribatur per no
tas, ſeu abbreuiaturas inſolitas, vt cõmu
ni opinio.diſſerunt Alexan.conſi.153.Vi
detur prima conſideratione. num.6.lib.
2.Bar.& omnes in authẽt. quòd ſine.per
text.ibi.C.de teſtament.tex.in.l.ſed cum
patrono.§.fin.ff.de bon.poſſeſ.& in.l.vni
ca.ff.ſi tabulæ teſtamenti ſtabunt.ibi,qa
ex coniectura non propriè ſcriptus vide
tur.Bart.in dict.l.ſed cùm patrono.§.fin.
& in.l.2.C.de vetere iure enucleãdo.Spe
cula. de inſtrumen. edit. §.inſtrumentũ.
verſi.item opponitur, quòd inſtrumen-
tum eſt factum per notas. Guiliel. Bene.
in capit.Rainuti.de teſtament.part.1.nu.
61.verbo,teſtamentũ.1.in ſimili per Spe
culatorem.de inſtrumen.editio.§.oſten-
ſo.verſic. quid ſi abbreuiatura.tamen in
hoc teſtamẽto ad pias cauſas nullum vi-
tium erit,licèt per tales notas inſolitas cõ
ſcriptum eſſe dicatur,ſi modò ſenſus te-
ſtato-



ſtatoris illinc comprehendi poſsit: quia
id vetitum à iure tantùm ciuili, non etiã
à iure gentium effluxit.per quod iura ſu
prà adducta nouè limitantur.

*Illatio.*6. Qua ratione etiam colligitur,quòd li
cèt de iure ciuili oporteat, quòd omnes
teſtes intelligant omnia in teſtamento
cõtenta,ita vt nullam particulam etiam
minimam deſinãt intelligere ſinguli te-
ſtes.nec enim ſatis eſt, quòd fuerint præ-
ſentes, vt proximè dicebamus, niſi præ-
terea omnia,quæ ibi agebantur,plenè in
tellexerint.vt ex communi opinione re-
ſoluunt Corn.conſi.304.Circa hanc cõ-
ſultationem.num.20. libr.1. in ſimili per
Bald.& Paul.in dict.l.cùm antiquitas.&
Guiliel.Benedi.in capit.Rainuti.de teſta
men.par.1.in verbo, in extremis poſitus.
nu.40.Corn.conſ.226.Licèt in hac.lib.3.
num.5.& conſi. 77.num.3.& nu.11.lib.4.
Bart.in.l.fideicommiſ.§. quoties.ff.de le-
gat.3.Corn.conſi.307. Videtur prima fa-
cie.num.1. libr.3. vt ſic de iure ciuili licèt
teſtes ſint præſentes toti teſtamento, id
non ſufficiat,niſi totum intellexerint,&
ſenſu perceperint.nec per contrariũ ſuffi
ciat, quòd totum intellexerint,niſi præ-
ſentes fuerint. potuerũt enĩ ante,vel poſt
actum teſtandi ab ipſo teſtatore de con-
tentis in teſtamento certiores fieri,id qđ
minimè ſufficeret .Tamẽ id intelligitur
procedere regulariter, nõ ſic in teſtamẽ-
to ad pias cauſas (quod inter informia
teſtamenta nos enumeramus) nam hæc
ſolennitas,vt tempore ipſius teſtamenti
conficiendi teſtes preſto fuerint, nõ à iu
re gentium deſcendit, ſed tantùm à iure
ciuili,quod in teſtamento ad pias cauſas
non attenditur. per quod iura ſuprà ad-
ducta nouè limitantur.

*Illatio.*7. Proinde etiam infertur, quòd licèt de
iure ciuili teſtes teſtamento adhibitos o-
porteat vt toti teſtamento fuerint præ-
ſentes. vt in.l. cùm antiquitas.& in.l.ca-
ſus. C.de teſtament.& in.l. qui teſtamen
to.§.veteres. ff. eod. titul. & eſt cõmunis
opin.vt per Pariſ.conſi.33. Et ſi prima fa
cie.num.28.cum ſequent.lib.2.Corn.cõ
ſil.238.Reperio.nu.3.lib.4.Alexã. Corn.
& Iaſ.num.8.& num.12.in dict.l.cùm an
tiquitas.de teſtamen.C. vbi Cinus,Bald.
Salicet.Paul.& alij.per doctor.in.l.furio-
ſum.per text.ibi.C. qui teſtament.facere
poſ. vnde vna pars teſtamenti nõ poteſt
probari per ſeptem teſtes,dicentes ſe ſci-
re partem tantùm eorum, quæ teſtamen
to ordinata fuerunt,& per alios ſeptem
teſtes,dicentes ſe ſcire aliam tantùm par
tem eorum, quæ in eodem teſtamẽto or
dinata fuerunt.vt eſt communis opinio
Bald. Paul. Alexand.& Iaſ.nu.9.vbi alij.
in dict.l.cùm antiquitas.per Cin. & Bal.
in.l. ſi præſidi.C. de donatio. ante nupt.
Roma.conſi.80.Viſis.Alexan. conſ.177.
Viſo themate.lib.2.quam doctrinam ve
hementer commendat Iaſ. vbi ſuprà.A-
lexan.& alij in dict.l.cùm antiquitas.Ta
men id,quod in reliquis teſtamentis pro
cedit,in hoc teſtamento ad pias cauſas lo
cum non habebit, ſed poterit pars teſta-
mẽti per quoſdam teſtes probari, & alia
pars ꝑ alios teſtes, licèt eorũ nullus totũ
teſtamẽti tenorem cognitum habuerit,
cùm hæc prohibitio nõ fuerit à iure gen
tium cognita,nec etiam à iure ciuili in a-
ctibus inter viuos,quinimò in actibus in
ter viuos etiam de iure ciuili admittitur,
vt membratim fiat probatio, vt ſic vna
pars contractus poſsit probari per duos
teſtes,alia verò pars per alios duos teſtes.
argumen.tex.in.l.Gallus.§.ille caſus.ibi,
duobus quaſi capitibus legis cõmixtis.
ff.de liberis & poſthum. vbi in ſimili per
omnes.& in capit.licèt ex quadã.per tex.
ibi.de teſtib.docet Iaſo.nu.11. in dict.l.cũ
antiquitas.Bald.in ſimili in.l.1.8.quæſtio
ne.C.de teſtamentis.

In ſumma infertur, quòd quanuis cæ *Illatio.*8.
cus nequeat eſſe teſtis in teſtamẽto ſecũ
dùm veriorem & receptiorem ſententiã.
vt reſoluit Corne.conſi.18.num.5.libr.2.
Cinus,Alber. Butriga.Bart.Bald.Salicet.
Fulg.

Fulg.Paul. Corn. Alex.& Iaſ.in.d.l.ſi nõ
ſpeciali.per tex.ibi. in verbo,in cõſpectu
teſtatoris.& in.l. ſi vnus.eod.tit.de teſta-
men.C.in verbo,corã teſtatore.Deci.cõſ.
354.In caſu propoſito.col.1.tamẽ in teſta
mẽto ad pias cauſas teſtis eſſe poterit, qa
in eo ius tantùm gentium inſpicitur,nõ
etiam ius ciuile, nam & in actibus inter
viuos teſtis eſſe poteſt. vt eſt vera & cõis
opi. vt per Alexã. in.d.l.ſi nõ ſpeciali.vbi
Corn.n.6.&Iaſ.n.7.Pariſ.cõſ.33.col.1.lib.
2.in.d.l.2.§.idẽ Labeo.ff.de aqua pluui.ar
cẽ.vbi Bart.Paul.& Imol.per docto.in.c.
præterea. de teſtib. Panor.& alij in.ca.cũ
cauſam.eod.tit.per doct.in.l. teſtium.C.
de teſtib.per text.ibi.vbi teſtis põt depo-
nere de his, quæ percepit per quemlibet
ſenſum corporeum, nec dubiũ eſt quin
cæcus licèt careat ſenſu videndi, non tñ
careat ſenſu audiendi,& tangendi,& ol-
faciendi, & guſtãdi.quod nota, quia alij
non aduertunt.

Illatio.9. Pręterea colligitur ex ſuperioribus,ꝗ
quanuis teſtes teſtamẽtarij debeãt eſſe in
conſpectu teſtantis ſecundũ veram opi.
quã tenẽt & reſoluũt Deci. cõſ.354. In ca
ſu propoſito.n.1.Pariſi. cõſ.33.col.1.lib.2.
Bal.in.l.ſi non ſpeciali.C. de teſtamẽ.vbi
Iaſ.in pr.&rurſus in tertio nota.Corn.cõ
ſil.18.In nomine dñi.lib.2.n.4.Bar.Salice.
Fulg.Pau.& Bene.de Plumbi.in.d.l.ſi nõ
ſpeciali.Imol.& Abb. in cap.2.de cõſuet.
eſtq́; cõis op.ſecũdũ Corn.vbi ſuprà.n.6.
Cinus & Alexã.in.d.l.ſi non ſpeciali.vbi
etiam Albe.per tex.ibi in verbo,in cõſpe
ctu teſtatoris.& in.l.ſi vnus.in verb.corã
teſtatore.C.de teſtam.facit.l.qui teſtamẽ
to.§.veteres.ff.eod.tit.tamen in teſtamen
to ad pias cauſas id neceſſarium non eſt,
quinimò valeret tale teſtamẽ.licèt paries
eſſet intermedius, ſi nihilominus teſtes
intellexiſſent quod agebatur,nã & id in
actibus inter viuos admitteretur,in qui-
bus ius tantùm gentium in hac parte in-
ſpicitur, non ſecùs, quàm in teſtamento
ad pias cauſas confecto.ſecundùm verã,
& communem ſententiam, quam tenet
gloſ.in.l.2.§.idẽ Labeo. ff. de aqua pluui.
arcen. quã cõmmuniter appr.dicunt A-
lex.n.6.&Iaſ.n.9.in.d.l.ſi nõ ſpeciali.Bar.
Imol.& Paul.in.d.§.idem Labeo.per Ca-
noniſtas in.c.præterea. de teſtib.& in.ca.
ex liberis.de cõſuet.Abb.in.c.cũ cauſam.
de teſtib.Bal.in.l.conuẽticulam.col.7.de
epiſ.& cle.Innocen.&Ioan.An.in dict.c.
præterea. Quæ omnia eò iuſtificãtur,qa
in dict.c.relatũ.1. &.d.c. cũ eſſes.de teſta.
expreſſa eſt illa ratio, quia ius diuinum
tantùm, non etiam ius ciuile in tali teſta
mẽto inſpicitur, ſed iure diuino iſtarum
ſolennitatum nulla exigitur, ergo. &c.
Quia quando ratio expreſſa eſt in lege,
ipſa inſpicitur,& extẽditur etiam in cor-
rectorijs. Iſta eſt vera & communis opi.
quam tenent glo.in auth. de hær.ab.§.fi.
verbo,ordi. quam dicit vnicã Bal. in.l.fi.
ff.de hęr.inſti.idem Bal.in.l.fin.C.de lib.
præt.Alex.in.l.cùm mulier.col.5.ff.ſolu.
matrimonio.gloſ. in clemen.1.verbo,eli
gatur.de electiõe.plenè per Iaſ.in.l.re cõ-
iuncti.nu.181.ff.de leg.3.Iaſ.in auth.quas
actiones.nu.22.C.de ſacro.eccleſ.Bal.ibi
col.2.Paul.in.l. quanuis.C. de fideicom.
Cuman.in dict.l.cùm mulier.§.1.per tex.
ibi.ff.ſol.matrimonio. Georgi.Nat.in.c.
quanuis.de pact.in.6. num.32.Curt.iuni.
in.l. humanitatis. per text.ibi.nu.15.C.de
impub.vbi Iaſ.n.6.Alexand. num.5.Cor.
num.15.Purpur.in.l. fin.C. de pact.num.
23.vbi Curti. iuni.num.9. Deci.num.15.
Iaſ.in.l. ſtipulatio hoc modo.ff. de verb.
obligatio. colum.5. ad fin.num.12.Deci.
conſi.372.num.7.Fortun.in.l.Gallus.§.&
quid ſi tantùm.col.87. ff.de lib.& poſth.
Crottus in.l.ſi conſtãte.ff.ſol.matri.lect.
2.ſuper.7.q.Bar.Iaſ.in.l.tranſigere.n.15.C.
de trãſ.Ripa in.l.nemo põt.n.50.ff.de le-
gat.1.vbi Hannib.n.349.Iaſ.in.l.Marcel-
lus.in pr.ad Trebe.Couar.in.c.Rainal.§.
3.n.6.de teſtam.Deci. in authen.ex teſta-
mento.col.4.C.de collat.Iaſ.in.l.de qui-
bus.n.14.ff.de legi.Tiraq.de cauſa ceſſan





te.part.1.nu.135. cum ſeq.per legẽ.his ſo-
lis.C.de reuo.dona.l.ſi fratres.§.idem Pa
pi.ff.pro ſocio.l.2.§.idẽ quoq;.&.§.ſi duo
ff.de colla.bo.l.fi.ff.de hær.inſt. Nam cũ
ratio in lege expreſſa eſt(prout fuit in.d.
cap.relatum.&. d.capit.cùm eſſes.) tunc
ratio ipſa ſi generalis eſt, pro lege habe-
tur, & deciſio ipſius legis habetur pro
exemplo, ſicq́; ratio ipſa magis attendi-
tur.vt ex communi opin. reſoluunt Ti-
raquel.de cauſa ceſſan. part.1.nu.152.Bal.
in repetit.l.de quibus.colum.12. de legi-
bus.verſicul. item nota quòd non vide-
tur.Alexand.conſ.75. Videtur in præſen
ti.colum.1.libr.5.Iaſ.in.l.à Titio.in prin-
cip.colum.fin.ff. de verborum obligati.
idem Tiraquel.in.l. ſi vnquàm.C.de re-
uocan.donatio. verbo,libertis.num.45.
Nam etiam ex vi comprehenſiua hoc ca
ſu ratio illa generalis omnes caſus dici-
tur amplecti,non ſecùs, quàm genus ex
vi comprehenſiua omnes ſuas ſpecies
complectitur.vt ex communi opinio.re
ſoluunt Tiraquel.de cauſa ceſſante.par.
1.num.137.Petrus,& Cinus in.l.iura non
in ſingulas.ff.de legibus.vnde ratio legis
inducit, & eſt ipſa lex. vt reſoluit plenè
Tiraquel.vbi ſuprà.nu.135. cum ſeq.qui
quamplures citat huius ſententię autho
res.Ergo cùm in.d.c.cùm eſſes.&.d.c.re-
latum. expreſſa ſit ratio generalis ad oẽs
ſolennitates,de quibus mentionẽ habui
mus,ſupereſt, vt omnes illæ in teſtamen
to ad pias cauſas ex æquo ceſſare intelli-
gantur.

Illatio. 10. Deinde ex eadem ratione colligitur
idem fore in illa ſolennitate hæredis in-
ſtituendi.ſine hæredis enim inſtitutione
licèt regulariter nihil in teſtamento ſcri
ptum valeat, tamen non ſic eſt in teſta-
mento ad pias cauſas.Et ita nouè limita-
tur.l.2.§.prius.ff. de vulg. l.1.in fi.eodem
titul.l.proximè.ff. de his quæ in teſtamẽ
to delen.

Illatio.11. Quapropter idem nouè dicendũ eſt
in ea ſolennitate ſubſcriptionis teſtium,
de qua in.§. ſed cùm paulatim. Inſtitu.de
teſtamentis.l. ad teſtium.§.fin.ff.eodem.
l.hac conſultiſsima. in princip.C.eodem
l.1.&.2.titul.1.part.6.Iſthæc enim in teſta
mento ad pias cauſas neceſſaria nõ ſunt,
non magis,quàm erant inſpecto iure di-
uino,quod ius tantùm, nõ etiam ius po-
ſitiuum in teſtamentis ad pias cauſas in-
ſpicitur.ſicq́; declarantur, & limitantur
dicta iura.

Quamobrem idem nouè dicerem & Illatio.12.
in ſolẽnitate ſignaculorum teſtium, per
eandem rationem, eademq́; iura.

Nam & idem admittendum in ea ſo- Illatio.13.
lennitate,vt vnico contextu fiat teſtamẽ
tum.de qua in.l.furioſum.C.qui teſtam.
facere poſ.l. cùm antiquitas. C. de teſta-
ment.l. qui teſtamento.§. veteres. ff.eo-
dem.nam & id à iure poſitiuo, non à iu-
re diuino,aut naturali,quod in his teſta-
mẽtis deſideratur,effluxiſſe intelligitur.

Proinde non ab re idem tenẽdum & Illatio.14.
in ea ſolennitate,vt teſtium quiſpiã non
fuerit compulſus, nàm non reperitur id
requiri in actibus inter viuos, aut in te-
ſtamentis informibus,quale eſt teſtamẽ
tum ad pias cauſas. Sicque nouè limita-
tur.l. qui teſtamento.§.fina.ff.de teſtam.
argumen.l. necnon.§.quod eis.ff.ex qui
bus cau.maior.

Vnde ſignum tabellionis quanuis iu Illatio.15.
re regio in teſtamento in ſcriptis ſit ne-
ceſſariũ.per.l. Tauri.3.(ſecundùm quòd
nos interpretamur) tamen illud regula
riter non ſic in teſtamento ad pias cau-
ſas, quod irregulare eſt, & informe, qđ
q́ue non ſubiacet regulis iuris commu-
nis, ſed iuris tantùm diuini, quo iure ta-
le ſignum cognitum nõ fuit. Neque ad
rem pertinet,quòd contra ſuperiores o-
mnes declarationes videatur vrgere illa
regula, vt quod expreſsim non muta-
tur, ſtare non prohibeatur. lege. ſanci-
mus.C. de teſtamentis.leg.præcipimus.
C. de appellationib. & ſuperiorum ſo-
lennitatum nulla ferè in teſtamentis

ad pias cauſas reperiatur ſublata per vllam legis deciſionem, præter numerum teſtium.dict.capit.relatum.1. & capitul. cùm eſſes. de teſtament. Nam reſpond. quòd id licèt per illorum iurium deciſionem nominatim nõ fuerit immutatum, tamen per rationem in illis iuribus expreſſam immutatum ex ſententia & interpretatione legis intelligitur, cùm ibi ea ratio expreſſa ſit, vt in tali teſtamento non ius commune poſitiuum, ſed ius tãtùm diuinum inſpiciatur, quo iure iſtorum ſolennium nihil introductum fuit: nec dubiũ eſt, quin ratio expreſſa in lege pro ipſamet lege habeatur, adeò, vt deciſio loco exempli ſit. vt plenè ſuprà docemur.

*Limitationes.8.*

Superiora limitãtur, ſi teſtator errauerat circa perſonã hæredis ſcripti, quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtam. nullũ eſt.l. ſi pater.l. neq; apud.C.de hær.inſt.l.fi.ff. eodem titul.

Lim.2.ſi teſtam.i.hęredis inſtitutio fiat in bonis alienis, quo caſu nõ valet. vt docemur ſuprà.§.17.num.21.

Lim.3.ſi voluntas cõſummata nõ fuerit, quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtamẽ. nullũ eſt.l.ſi quis cũ teſtam.ff.de teſtam.

Limi.4.ſi teſtator ſe in arrogationem dedit, quo caſu iure ciuili teſtam.infirmatur.l.pe.§.pe.ff.de ſecũdùm tab.§.non tamen.Inſtit.quib.mod.teſta.infirm.

Lim.5.ſi p̄ceſsit clauſula derogatoria, quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtam.infirmum eſt. vt in.l. ſi quis in pr.teſtamenti. ff.de legat.3. cùm ibi notatis per Bart.& alios.& in.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.ff. de leg.1. vbi per Aretin.Alex.Iaſ.& alios.

Limitabis.6.ſi ipſe teſtam. cancellauerit, quo caſu ſimiliter teſtament. iure ciuili infirmatur. vt per totũ.ff.de his quæ in teſtamento delentur.

Et quid ſi teſtator fuerit coactus, quo caſu teſtamẽ. iure ciuili non valet. vt per totũ.ff.&.C.ſi quis aliquẽ teſtari prohib. Et magis eſt, vt & hoc caſu teſtamẽ. non valeat, nõ magis, quàm ſuperioribus caſibus, etiã ſi fiat ad pias cauſas. Moueor, quia in his ſpeciebus voluntas teſtatoris deficit, quod quidem vitium omni iure etiam naturali & diuino in conſideratione eſſe debet: non ſic, quando deficit teſtandi ſolennitas, quæ iure tantùm ciuili quo ad hoc teſtamentũ cognita, & inducta fuit. Quæ omnia nota, quia à reliquis non ſunt præuiſa, nec congeſta. Vltimò limita. vt diximus ſuprà ad pr.huius.§.

15 In ſumma ſciendum eſt teſtamẽtum nutu factum valere ad pias cauſas. vt ex communi opinione reſoluit nouiſsimè Tiraq.in.l.ſi vnquam.C. de reuocan.donatio.in verb. donatione largitus.n.326. tenuit gloſ.& communiter doct.in.c.cũ tibi.de teſtamẽt.Bald.in.l.1. col.2.in lect. & in repetitio.col.antep.& ibi Aret.col. fin.C.de ſacro.eccle. idẽ Tiraq.in tracta. priuilegiorũ pię cauſę.in.8.priuilegio.& tamen teſtamentũ nutu factum etiã inter liberos nõ valeret. vt reſoluit Tiraq. in.d.n.326.Bald.Angel.Fulg.Paul.& alij communiter in.l.iubemus.C.de teſtam. plenè per eund. Tiraquel.in dict.8.priuilegio. Vnde apparet, ꝙ magis fauetur pię cauſæ, & teſtamento facto ad piam cauſam, quàm ſi fieret inter liberos. ſecundũ eund. Tiraq.in dict.n.326.qui hanc dicit communem ſententiam. Bald.Salice.& alij in authent.ſi qua mulier.C.de ſacro. eccleſi.idem Tiraque.in dict.l.ſi vnquã. in verbo, libertis. verſicul.83.

*Teſtamentũ nutu factum ualet ad pias cauſas. cum cõmuni. non autem inter liberos. cũ communi. Vnde infertur fauorabilius eſſe teſtamentũ ad pias cauſas, quàm inter liberos. cum cõmuni.*

16 Rurſus teſtamentum factum inter liberos fauorabilius eſt, quàm quod fit à milite inter extraneos. vt reſoluunt Pau. & Iaſ.num.ſexto.in dict.§.ex imperfecto Idem Iaſ.in.l. hac conſultiſsima.num.16. C. de inofficioſo teſtamento.

*Teſtamẽtũ inter liberos fauorabilius eſt, ꝙ teſtamentũ militis. cum communi.*

17 Poſtremò id teſtamentũ minùs ſolẽne non ſolũ valet, ſed etiã reuocat primũ teſtamentum ſolenne. Iſta eſt vera & cõis opin. vt per Alexan.conſi.131.num.2.lib. 7.& conſ.41.n.5.lib.1.& cõſ.105.n.4.libr. 7.Corn.conſ.18.nu.15.lib.2.& cõſ.77.nu.

4.lib.

*Teſtamentum ad pias cauſas imp̄fectũ reuocat primũ teſtamentũ perfectum. cum cõi.*



4.libr.1.& conſi.307.nu.4.libr.3.& conſ. 31.n.3.lib.2.& conſ.157.n.2.lib.4.& cõſil. 53.num.8.libr.1.& conſi.62.num.8.lib.2. & conſi.278.num.1.libr.1.

Illud autem controuerſum eſt, an in hoc caſu, & ſimilibus, in quibus laici ſubijciũtur iuriſdictioni epiſcopi, poſsit epiſcopus non tantũ cognoſcere, ſed etiã ad executionem progredi contra laicos. Et communis opi. videtur vt non poſsit. Et tamẽ iure regio res caret dubio, quia ius exequendi cõtra laicos denegatur eccleſiaſticis. vt.l.4.titul.1.libr.3.ordi.l.7. &.l. 25.tit.3.lib.1.l.24.&.l.26.tit.2.lib.3.ordin.

*L.4.titu.1. lib.3. ordi.*

18 Reperio tamen vndecim, vel duodecim famoſos doctores, tenentes pro eccleſia, videlicet Innocẽ.in.c. ſignificaſti. de officio delegat.Ioan.de Anania in rubr.de ſortilegijs.Dominicus in cap.cùm epiſcopus.de officio ordin.in.6.& Philippus ibidem. Bald. in. l. nam ſaltem.ff.de officio præfecti vigilum. Stephanus regens parlamenti in repetitione clementinæ primæ.de officio ordinarij. Villadiego Hiſpanus in tractatu de hæreticis.in 11.quæſtione. Et idem etiam tenet Innocent.in capitul.olim. el.3.de reſtitutione ſpoliato.dicẽs, Epiſcopus poteſt excommunicare, capere, & priuare ſuos parochianos, ſi inueniãtur alteri epiſcopo obedire. Et Abb.qui in dict.cap.ſignificaſti. tenet eccleſiam id facere non poſſe in capitul.graui. de pœnis.dicit quòd iudex eccleſiaſticus poteſt militare, & temporaliter punire laicum pertinaciter perſeuerantem in excõmunicatione. quod dicit bene notandum, dicens, quòd quãquàm non ſit in vſu, poteſt fieri de iure. Ex quo patet, quòd vicarij, & alij iudices conſtituti per diœceſis prælatos, iuridicè incarcerant laicos exiſtẽtes, & permanẽtes in excommunicatione. Eſt itaque ferè tantus numerus doctorũ tenẽtium pro eccleſia, quàm eorum, qui tenent contra hanc opinionem, quæ fauet eccleſiæ. Illud tamen ab vtriuſque partis fautoribus receptum eſt, vt talem iuriſdictionem poſsit exequi prælatus in laicos, quãdo id legitimè præſcripſit.

*Iuriſdictio, quã in laicos habet prælatus, an includat etiã executionem.*

19 Præſcribitur autem iuriſdictio iure regio eo tempore, cuius initij memoria nõ ſtat.l.6.titulo de las preſcripciones. libr.
20 3.ordinament. Quo tempore non eſt neceſſe probare, quòd notarius, qui confecit inſtrumentum, fuerit notarius, nam id præſumitur ſecundùm Bald.in authẽ. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. Et his caſibus ſufficiunt teſtes de auditu deponẽtes, vt dictis locis traditur per doctores.

*Iuriſdictio quo tẽpore præſcribatur.*

*Inſtrumento ſtatur in antiquis, licèt nõ probetur notari. eſſe, qui illud fecit.*

21 Præterea in factis antiquis ad probationem eorum, quę vitam hominũ non attingũt, atteſtationes de auditu, imò & de auditu auditus plenè probant. eſt tex. notabi.in capit.licet ex quadam.de teſti. & in capit. quotiens. eodem titulo.& in capitul.de parentela.35.quæſtione ſexta. &.3.quæſtione.§. teſtes. &.§.de his.&.14. quæſt.2.c. ſuper prudentia. c.quãquàm. 24.q.1.c. non ſatis.&.ff. de grad.l.nõ facilè.&.ff. de probatio.l. ſi arbiter.& capit. præterea.& in cap. cũ cauſam. de teſti.& vtrobiq; illorum iurium per doct.& ſignãter per Abb.in dict.cap. licet ex quadam.in prima colum.4.notab.poſt Ioãnem Andræ.& Hoſtien. vbi dicit, ꝙ vbi agitur de probãdo aliquid, quod hominis vita capere non potuit, vt putà, quia excedit tempus centum annorum. arg. text.in.l.fi.C.de ſacroſ.eccleſ.& text.in.l. ſi vſusfructus municipibus. ff.de vſufructu legat. admittitur teſtimonium de auditu auditus. Nam licèt ille text. loquatur de cõſanguinitate, vel affinitate probanda, eadem tamen ratio eſt in alijs factis antiquis, de quibus teſtes haberi non poſſunt. probat text. in dict. l. ſi arbiter. ff.de probatio. Facit etiam notabi. deciſio Bald.in.l.conuenticulam.in pen.columna.de epiſcopis & clericis. vbi tenet, quòd in factis antiquis opinio generalis habetur ꝓ veritate, nec eſt neceſſaria alia probatio. Et ideo dicebat, ꝙ licèt eccle-

*Probatio auditus ſufficit in ijs, quæ hominum uitam egrediuntur.*

ſia Romana non habeat inſtruméta de
ciuitatibus ſuis, ſi tamen habet genera-
lem opinionem, ſufficit eccleſiæ pro ple
na probatione.allegat ad hoc.d.Inno.in
cap.cũ cauſam. de iuramen.calum.Facit
etiã ad hoc ſingularis deciſio eiuſdẽ Bal.
in auth.quas actiones.vlt.col.C.đ ſacro.
eccleſ.vbi poſt Innocé.in.d.c.veniens.de
verb.ſig.dicit,ꝙ vbicunq; vera probatio
propter antiquitaté temporis haberi nõ
poteſt, ꝙ tunc præſumpta probatio ſuf-
ficit, quæ reſultat ex depoſitione teſtiũ
de auditu,& fama, & opinione commu
ni.Imò ſufficit, ꝙ facta antiqua proben-
tur per indicia,& famam.vt notatur per
Inno.in.d.c.veniens.de verb.ſigni.& per
doctores in.l.indicia. C. de rei vẽdicatio.
Et dum fit mentio de antiquis, non vide
tur dicendum, quòd intelligatur tãtum
modò de tempore vitam hominis exce-
dente,putà centum annorum,quoniam
minus tempus dicitur longinquum,&
antiquum. Hoc tenuerũt apertè Cinus,
& Bart.in.l.ſi quidem.C.ſol.matrim.vbi
dicunt quem eſſe mortuum, probatur
eo ipſo, ꝙ vita eius exceſsit centũ annos.
22 Et ſubdit Bart. ꝙ etiam probatur per fa-
*Fama in antiquis facit plenã prob.*
mam, quando teſtes de auditu, & fama
publica in antiquis faciunt integram &
plenam fidem,& probationem,vt eſt in
caſu noſtro.in.l.ſi arbiter.ff.de probatio
nibus.in capitul. veniens.el.1.de teſtam.
& in capit. quid per nouale. de verborũ
ſignificatio. Dominicus in capit. pia. de
exceptio.in.6.& Abb.in capitu.pruden-
tiam.in.§.ſexta. de officio delegat.& Spe
culator in titul.de notorio crimi.in.§.fi-
na.in ver.ſecundo. & in verſi.quid agen
ti.& Bart.in.l. teſtium.in.§.eius quoque.
ff.de teſtibus. & in.l.de minore.in.§.tor-
menta. ff. de quæſtio. & in. l. diffamari.
C.de inge.& in.l. at qui natura. in.§.cùm
me.ff.de nego. geſtis. & Salicetus in.l.ea
quidem.C.de accuſa.per text.in capitul.
licet ex quadam.& in capitul.quotiens.
de teſtibus. Et ex ſuprà dictis omnibus
dicebat Bald.in.l. conuenticulam.C.de
epiſcopis & clericis. quòd in factis anti-
quis generalis opinio habetur pro veri-
tate, nec eſt neceſſaria alia probatio. Ex
quibus inferebat ipſe, quòd ſi eccleſia nõ
haberet ſcripturam de ſuis bonis, ſuffice
ret opinio generalis, nam aliàs non poſ-
ſet probari, quòd Cæſar fuit Imperator.
Idem Baldus in authent. quas actiones.
C.de ſacroſanct. eccleſ.in vltima colum.
Ex quibus omnibus dicebat notabiliter
Innocentius in capitul. veniens. de ver-
borum ſignificatione.quòd vbicunque
vera probatio propter antiquitatem tem
poris haberi non poteſt, ſufficit præſum
pta.Et dicebat Bald.in.l.cùm ſuper.C.de
rei vendicatio. quòd vbi eſt durum pro-
bari titulum per inſtrumenta, admitti-
tur probatio per teſtes, nam ſola proba-
tio famæ ſufficit ad probationem domi
nij.vt per glo.& Bar.in dict.l.at qui natu
ra.§. cum abſente. & dict. l. de minore.§.
tormenta. Idem voluit Alexand. in ſuis
conſi.conſilio. 19. quæſtione ſecunda.1.
colum. & conſilio. 24.in ſecundo volu.
1.columna.& conſi.4.eodem volu.Fina
liter adduco Bald. in noſtris terminis in
l.proprietatis. C. de probatio. cuius ver-
ba ſunt.Probat plenè fama antiqua, quia
per eam probantur antiqua dominia, de
quorum principijs non extat memoria.
Et hoc maximę virtutis eſt in vniuerſali
bus dominijs, putà Regum, Comitum,
& in territorijs ciuitatum. Et ideo acce-
dit quod legitur,& notatur in.l.at qui na
tura.in.§.cùm me abſente.ff.de nego.ge-
ſtis.Et quod dicatur factum de antiquo,
*Antiquum quid dicatur.*
23 dicit Bald. in authenti.quas actiones. &
in dict.l. proprietatis. & in.l. cùm ſuper.
C.de rei vend.
24 Et in ijs antiquis, quæ hominum vi-
*Præſcriptio immemorialis an detur inter dominũ & uaſallum.*
tam excedunt, procedit præſcriptio etiã
inter dominum & vaſallum. vt tenent
communiter doctores in capitulo. bo-
næ. el. 2. de poſtulatione prælatorum.
vbi tradunt quẽadmodum Papa poteſt
præſcri-



præſcribere, licèt omnibus ſit ſuperior.
25 Illud tamen certũ eſt, ꝙ licèt dñs poſ-
*Præſcriptio immemorialis nõ procedit, ubi non eſt poſſeßio, uel quaſi.*
ſit præſcribere contra vaſallũ,tamen per
cõtrariũ vaſallus cõtra dominũ non põt
tributa præſcribere. Ita tenet Ioannes de
Platea in.l.1.circa finem.C. de exactione
mili. annonæ. lib.12. qui firmat ita com-
muniter tenere doct. Iſtam eandem con
cluſionem tenet Bald. in.l. malè agitur.
C.de præſcrip.30.vel.40.annorũ.fi.col.v
bi dicit Bal.verba ſequentia. Per quas le-
ges dicunt maiores noſtri, quòd etiam ſi
per centum annos dominus vaſallo non
impoſuiſſet ſeruitium, non eſſet vaſallus
liberatus tempore, quia nũquàm habuit
aliquam poſſeſsionem libertatis, ex quo
requiſitus non fuit ad præſtationem ſer-
uitij.Et idem tenẽt Ang. Bald.& Paul.in
l.hæc autem iura.ff. de ſeruit. vrb. præd.
26 Deniq; generaliter quæro, an iura fa-
*Præſcribi an poſsit ius facultatis.*
cultatis poſsint vſucapi.Et vi.latè Corn.
in.l.licèt.colum.1.ad fin.cum ſequent.de
iure deliberã. Sed tamen nouiſsimè dic,
quòd ſi facultas competit mihi reſpe-
ctu rei, quę à nullo poſsidetur, tunc ea fa
cultas pręſcribi non poteſt.l.viam publi
cam.ff.de via pub.Hinc infero rationem
not. quare præſcribi non poſsit facultas
implendi cõdi.poteſtatiuam. Quòd ſi ea
facultas competat mihi reſpectu rei, quę
ab alio poſsidetur, tũc bene præſcribitur.
vt.l.in bello.§.ſi qs ſeruũ.ff. de capt.quin
imò nunquam præſcriptio tunc proce-
deret, ſi talis facultas agendi nõ adeſſet.
vt.l.contra maiores.C.de inof.teſtamen.
l.1.§.fin. C. de annali excepti. Et ſimiliter
quæro, an ius adeundi, vel immiſcendi
longiſsimo tempore tollatur? Gloſ.& o-
mnes quòd ſic in iure adeundi.in.l.licet.
C.de iure deliberand.ſecùs in iure immiſ
cendi. & idem Iaſ.in.l.1. C. quando non
pet.par.n.32.& in rubr.C. đ ſucceſ.edict.
col.3.Tu nouiſsimè dic neutrã opinionẽ
ex toto verã eſſe. Nam ſi deliberãte ſcri-
pto, vel legitimo, vel etiã filio alius lõgiſ-
ſimo tempore poſſederit hæreditatẽ, tũc
etiam præſcribit: quia & ſi verè adita hæ
reditas eſſet, idem foret. & ita procedat
communis opin.Cæterùm ſi nullus poſ.
hæreditatis vocantis occupauerit, tunc
nullo tempo. præſcribitur. vt.l.ſine poſ-
ſione.de vſucapio.ff. adde. l. ſi curatoris.
C.de iure deliberand. & ibi Fulgoſ. Itaq;
non eſt differen.inter ius adeundi,& ius
immiſcendi, vel ius abſtinen. contra Iaſ.
Adde, quod Salicetus in dict.l.licet.tenet
contra communem, quòd ius adeundi
non tollitur longiſsimo tempore.quod
& ſentit in iure immiſcendi. Sed eius o-
mnes rationes id concludunt, ſcilicet, ꝙ
voluntas, quam poteſt habere hæres ſcri
ptus, vel legitimus, ea nullo tẽpore præ-
ſcribi poteſt.Sed nil concludunt quo ad
facultatem, ſeu potentiam adeundi, de
quo quærendum erat. nos enim non de
volun. ſed de facultate, ſeu potẽtia adeũ-
di quęrimus.ius enim adeũdi quid aliud
eſt, quàm præſens acquirendæ hæredita
tis facultas, ſeu poteſtas? vt.l.delata. ff. de
verborum ſignificatio. l. is qui hæres.in
princip.l.is poteſt. de acquirenda hæred.
ff. ius enim adeundi non eſt, licèt adſit
præſens acquirendæ hæredita.voluntas.
Nam ius adeundi tunc demum forma
tantùm videtur, cùm primùm hæredi-
tas delata eſt, ſed hæreditas tunc demum
delata videtur, cùm primùm aquirendi
facultas adeſt, nec inſpicitur voluntas
hæredis.dict.l.delata.vbi vtrunque pro-
batur. Ergo licèt volun. acquirendi hæ-
reditat. hæredi tolli per præſcripti. vel a-
liàs non poſsit, quia in facto, & animo
conſiſtit: tamen facultas, & poteſtas præ
ſcribi poterit, quia in iure conſiſtit. Quo
autem tempore præſcribatur illa pote-
ſtas, dixi ſuperiùs. Teneo ergo in primis
contra Sali. ꝙ ius adeundi põt præſcribi.
Quinimò etiã ſi nullus ſit in poſſeſsio
ne hæreditatis, vel rerũ hæreditariarum
videtur poſſe præſcribi ius tam adeundi,
quàm immiſcendi.argumẽ.eorum, quæ
notãtur in.l.regulariter. ff.de pet.hæred.

Præterea aliud eſt quærere, an ius mihi
cõpetens à me ab ſceſſerit, aliud verò, an
& à m e abſceſſerit, & præterea in aliũ mi
grauerit. põt enim à me abſcedere, etiam
ſi in alium non migret. l. 1. & . 2. ff. pro de
relicto. vbi cùm rem meam habui pro đ
relicta, eius dominium à me abſceſsit,
licèt in alium non tranſierit. Sic ergo &
ius adeundi, vel immiſcendi per lapſum
& incuriam longiſsimi temporis quaſi
pro derelicto habeatur, à me abſcedere
poteſt, licèt in alium non migraſſet: & id
tempus ſequenti in gradu, vtpote legiti-
mè impedito, nõ currit, ergo poſt id tem
pus illi adeundi via aperta eſt. Cogita ta-
men, quia id nulla lege apertè probatur,
niſi cùm in poſſeſsione ſaltẽ improprijſ-
ſima huius iuris, cuius de præſcriptione
agitur, alter reperitur.

*Teſtament. minus ſolẽne factum coram preſbitero parochiali ualet in terris ecclesiæ tantùm. ſecundùm cõmunem. quod uariè intelligitur.*

27 Redeundo ad caſus, in quibus ceſſat
ſolennitas teſtandi, fallit. 13. regularis for
ma, & obſeruatio teſtamentorum in te-
ſtamento facto coram presbytero paro-
chiali, in quo valet teſtamentum coram
duobus teſtibus, & ipſo presbytero, vt in
ſuperioribus diximus receptiſsimam eſ-
ſe ſententiam. latè per Didacum de Co-
uar. in capit. cùm eſſes. de teſtamentis. per
text. ibi num. 12. Alciatus in capit. nouit.
de iudicijs. colum. penultim. Latè Corn.
conſil. 278. Conſuluit. libro. 1. num. 6. vbi
ſubdit pijs legatis non nocere ſtatutũ lai
corum inducens, ꝙ teſtamenta debeant
inſinuari. Et ꝙ teſtamentũ minùs ſolẽne
valeat corã presbytero parochiali in ter-
ris eccleſiæ, licèt non ſit factũ ad pias cau
ſas, tradunt etiam Fortu. de vltimo fine.
illatione. 15. gloſ. Ioan. Andr. Ancharan.
Cardinalis, Henrricus, Imol. & alij in di-
cto capitul. cùm eſſes. Dominicus conſ.
49. Corne. conſi. 77. libr. primo. Frederi-
cus conſi. 217. Ruinus cõſ. 11. lib. 2. & cõſi.
51. lib. 1. Albertus Bru. in tract. de potẽtia
& effectu formæ. fallentia. 30.

Hæc communis opi. vt teſtamentum
minùs ſolẽne factũ corã presbytero paro
chiali valeat in terris eccleſiæ, ĩtelligitur
Primò, quãdo eſt defectus in numero te
ſtium. vt in dict. cap. cùm eſſes. Secũdò in
telligitur ſecundũ eandem cõem ſenten
tiam vt procedat, etiã ſi ſit defectus in ſe-
xu, quia teſtes ibi eſſent fœminæ. licèt re
gulariter contrà. vt in. l. qui teſtamẽto. §.
mulier. ff. de teſtamentis. §. teſtes autem.
Inſtitu. eodem. Tertiò intelligitur ſecun
dùm eandem communem ſententiam,
etiam ſi teſtes nõ eſſent rogati. licèt regu
lariter contrà. vt in. l. hac cõſultiſsima. C.
de teſtam. l. hæredes palàm. §. in teſtamẽ-
tis. ff. eo. Quartò intelligitur, etiã ſi defi-
ciãt ſubſcriptiones teſtium ſecundũ eãd.
cõem ſententiã. licèt regulariter cõtrà. d.
l. hac conſultiſsima. §. ſed cũ paulatim. In
ſti. de teſtam. Quintò intelligitur vt pro-
cedat & valeat, etiam quo ad legata pro
fana. vt reſoluit Corn. conſil. 278. num. 6.
libr. 1. & eſt communis opin. vt diximus
in precedenti fallentia.

*Teſtament. minùs ſolẽne ſecundũ cõmunes opi. ualet in 5. caſibus hîc enumeratis. nos contrà. niſi in terris tã tùm eccleſiæ.*

Deniq; id teſtam vix eſt vt aliquid ha
beat ſpecialitatis, quicquid velint com-
muniter doctores. Nam in terris eccleſię
valeret cum duobus teſtibus omne te-
ſtam. vel ſaltem cum tribus, quia ius ca-
nonicum hãc tantùm ſolennitatem de-
ſiderat in vltimis voluntatibus, non ſe-
cùs, quàm in contractibus, verùm iure
ciuili aliud eſt. vt diximus ſuprà. §. 21. nu.
3. Itaq;, data paritate terminorum, nihil
intereſt interueniat presbyter parochia-
lis, nec ne: nam de iure ciuili ipſe presby
ter loco vnius tantùm teſtis haberetur,
nec in reliquis ſolennitatibus vllum de-
fectum etiam minimum ſuppleret: quia
lex generaliter loquens, comprehendit
omnes perſonas etiam priuilegiatas, ſi
illa in re, qua de agitur, non reperiuntur
habere ſpeciale priuilegium. vt in. l. talis
ſcriptura. ff. de lega. 1. l. in fraudem. §. fi. ff.
de milit. teſtamento. l. 1. & . 3. titul. 4. lib. 1.
ordinamenti. diximus in. §. 35. num. 5. vn
de cùm presbyter hac in re de iure ciuili
nullũ reperiatur habere ſpeciale priuile-
gium,

*L. 1. & . 2. titu. 1. par. 6. ampli.*



gium, relinquitur in terminis iuris cõis.
Iure autem canonico ſimiliter nullum
reperitur habere peculiare priuilegium.
Nam eo iure non maior teſtium ſolen-
nitas in teſtamẽtis exigitur, quàm in acti
bus inter viuos, ſi mentem, rationemq́;
iuris canonici hac de re loquentis peni-
tiſsimè inſpexeris. Iure autem regio non
dubium eſt, quin in teſtamento condi-
to corã preſbyteto parochiali nil ſit ſpe-
cialitatis. argumen. l. 1. & . 2. titu. 1. part. 6.
l. 1. titu. de los teſtamen. lib. 5. ord. l. 3. Tau
ri. quæ iura cùm generaliter loquantur,
hunc quoq; caſum cõprehendunt, quia
exceptus non reperitur. ergo. &c. vt mo
dò dicebamꝰ. per quod. dd. ll. ampliãtur.

*Teſtamentum imperfectum factum ab habente merũ imperiũ ualet. cũ cõi.*

28 Prętèrea ſolennis teſtandi obſeruatio
fallit. 14. in teſtamento facto ab eo, qui
habet merum imperium in loco, vbi te-
ſtabatur. Ita reſoluit Guiliel. Bened. in. c.
Rainuti. de teſtamen. in verbo, teſtamen
tum. 1. num. 20. & refert idem tenuiſſe in
l. ſancimus. §. 1. C. de donat. Et refert ſimi
liter ita conſuluiſſe Bart. & Franciſcũ de
Piſis in quodam teſtamento, quod fecit
quidam de Vrſinis. In ſimili per Alexan.
in. l. Centurio. & ibi Iaſ. col. 3. ff. de vulg.
argumento tex. in. l. omnium. C. de teſta
mentis.

Intellige primò vt diſpenſetur in tali
teſtamento cum ſolenni numero teſtiũ.
argumẽto dict. l. omnium. & . l. diuus. ff.
de milit. teſtamento. §. planè. Inſtitu. eod
titulo. iũcta. l. vbi numerus. ff. de teſtibꝰ.
Secundò intellige, vt in tali teſtamento
fœmina poſsit eſſe teſtis. argumento gl.
communiter app. quæ in ſimili caſu lo-
quitur in. l. q teſta. §. mulier. ff. de teſtam.
Tertiò intellige, vt rogitus teſtium hoc
caſu non ſit neceſſarius. vt in ſimili dixi-
mus ſuprà in teſtamento facto inter libe
ros, & etiam in teſtamento facto ad pias
cauſas, vt ſic hoc caſu non procedat. l. ad
teſtiũ. §. fin. ff. de teſtam. Quartò intellige
vt hoc caſu ſigilla teſtium, de quibus in
dict. l. ad teſtium. §. fi. & in. §. ſed cùm pau
latim. Inſtitu. de teſtamen. non ſint ne-
ceſſaria. argumento dict. l. omniũ. Quin-
tò intellige, vt ſubſcriptiones teſtium, de
quibus in dict. §. ſed cùm paulatim. & in
dict. l. ad teſtium. §. fin. non ſint neceſſa-
riæ. & idem in omnibus requiſitis ferè,
de quibus ſuprà mentionem habuimus.
argumento dict. l. omnium.

Hæc quo ad ſolennitatẽ teſtamenti.
Quid autem quo ad capacitatem hære-
dis ſcripti, an teneat, quod in tali teſtamẽ
to incapaci datũ eſſet? Et regulariter non
teneret. argumento tex. cum. gloſſ. & ibi
traditis per docto. in. l. ſi quando. in prin.
C. de inofficio. teſtamen. quaſi in re du-
bia ignorantia præſumatur. l. verius. ff.
de probati. Verùm ſi teſtator id ſciebat,
magis eſt vt cũ vitio incapacitatis diſpen
ſare videatur, ne aliter videatur actum
inanem ſcienter facere voluiſſe. contra
regulam. l. 3. ff. de mil. teſtamẽto. de quo
plenè ſuprà. §. 11. poſt prin.

*L. 3. & . 4. ti. 3. par. 6. amplia.*

Vnde non inutiliter ampliatur. l. 3. &
4. tit. 3. par. 6. & . l. 22. tit. 3. lib. 1. & . l. fi. tit. 3.
libr. 5. ordi. vt dum aiunt incapacem ex
teſtamento capere non poſſe, procedãt,
etiam ſi teſtator vbi teſtabatur haberet
merum imperium, limitantur tamen,
quando is id vitium in capacitatis non
ignorabat.

*L. hac conſul. §. ex imperfecto. limi.*

Vnde in terminis. d. §. ex imperfecto.
l. hac conſultiſsima. C. de teſtam. & ibid.
§. ſi quis autem. limitarem ea iura, vt nõ
procedant, quando teſtator habebat me
rum imperium, nam tunc quod extra-
neo datũ eſſet, apud eum maneret, nec li
beris teſtatoris accreſceret. eſtq́; noua li-
mitatio.

Vnde. 2. limita eund. §. ex imperfecto.
in teſtamento facto coram iudice. Idem
& tertiò in teſtamento facto coram prin
cipe, nam his caſibus ſi liberis admixta
eſſet extranei perſona, etiam quo ad ex-
traneũ teſtam. valeret, nec portio ei reli
cta liberis accreſceret.

Præterea forma & ſolennitas teſtandi

 fallit

fallit.15.in teſtamento ruri facto.l.fina.C.
de teſtamen. vbi tradunt Cinus, Alberi.
29 Butriga.Odofre.Bar.Bald.Angel.Salice.
Fulgo.Paul.Corne.Alexan.Iaſ. & alij cõ
muniter.tradit Guiliel.Benedi.in.c.Rai-
nuti.de teſtam.in verbo,teſtamentum.1.
num.12.Corne.conſil.174.In pręſenti cõ
ſultatiõe.lib.2.Quod intelligitur,vt poſ-
ſint teſtari, & teſtamentum facere corã
quinq; teſtibus, ſi ſeptem teſtes reperiri
non poſſunt.

*Teſtamẽtũ ruri fit cũ quinque teſtibus. cum communi.*

30 Quid autem ſi licèt ſeptem teſtes repe
riri non poſſent,ſex tamen teſtes poterãt
reperiri,& tamen quinq; tantùm fuerũt
adhibiti? Et adhuc tale teſtamentum va-
lere communiter receptum eſt, vt tenẽt
Paul.Alexan.& Iaſ.nume.11.in.d.l.fi. C.
de teſtamen.Quod mirabile eſt ſecundũ
Paul.& Iaſ.ibi. & Guiliel. Bened. vbi ſu-
prà.& Corne. in dict.l.fina. circa finem.

*Amplia.1.*

31 Secundò amplia.vt teſtamentum ru-
ri factum cum quinq; teſtibus valeat, e-
tiam ſi non probetur quòd plures repe-
riri non poterant, quia pro teſtamento
pręſumitur. Corne. in dict.l.fina.in fine
Bar.in.l.conficiuntur.§.1.ff.de iure codi.
dummodò id allegetur.

*Amplia.2.*

32 Tertiò amplia. vt procedat etiam in
nobilibus,qui ruri habitant pro maiore
parte temporis,non ſecùs, quam in ruſti
cis.Iſta eſt vera & cõmunis opinio, quã
tenent Petrus & Cinus, & Angel.& Be-
nedictus de Plumbi. & Fulg.& Nicola.
de Mata.Bal. Corne.Paul.Raineri.Salic.
& Iaſ.nume.1.& Corne. colũ.2.in dict.l.
fina.Bar.in.l. conficiuntur. §.codicilli.ff.
de iure codici.Iacob. de Bellouiſo in au-
then.quibus mod.naturales efficiantur
ſui.§.1.

*Amplia.3.*

33 Quartò amplia. vt procedat etiam in
ciue,qui continuò non habitat in villa,
ſed habitat pro maiore parte temporis
in vrbe,ſed cùm reperiretur in villa,ibiq;
egrotaret,fecit ſuum teſtamentum cum
quinq; teſtibus tantùm, quia ſeptem re-
perire non potuit.Ita tenent Cinus.Albe
ric.Bald.& Salic.in dict.l.fina. Contrariã
partem tenent Corn.Fulgo. Paul.Alex.
Iaſ.Iacobus de Are.Barto. & Areti. in.d.
l.fi.Bar.in.d.l.conficiuntur.§.1.Cuma.in
l.fina.ff.de milit.teſtamento.Iacobus de
Bello.in authen. quibus mod.naturales
efficiantur ſui. in.§.1. Guiliel.Benedi. vbi
ſuprà.per text.in.d.l.conficiũtur.§.1.ff.de
iure codici. ibi, quid enim ſi ſufficientiũ
teſtium facultatem non habuit? Et hæc
videtur communis opinio. Iure autem
regio aliter ſtatutum eſt.vt in.l. 1.titu.2.
lib.5.ord.

*Amplia.4.*

34 Quintò amplia.vt procedat, etiam in
teſtamento nuncupatiuo non ſecùs, q̃
in teſtamẽto in ſcriptis. Iſta eſt vera & cõ
munis opinio, quam tenent Cinus,Bart.
Iaſ.& alij in dict.l.fina. & ita obſeruat cõ
ſuetudo.tradunt Bart.& alij in.l. penult.
ff.de teſtamen. Barto.in.l. conficiuntur.
§.codicilli.ff.de iur.codi.

*Amplia.5.*

Sextò amplia. vt procedat,etiam ſi il-
le ruſticus, qui in villa teſtamentum fe-
cit coram quinque teſtibus,poſtea in vr
be habitare incipiat, nam teſtamentum
ritè factum non infirmabitur:quia factũ
legitimè retractari non debet,licèt caſus
poſtea euenerit,à quo incipere non poſ-
ſet.ca. factum legitimè.de reg.iuris.in.6.
Sic econtrà.vt in.l.1.ff.de regula Catonia
na. & quia qualitas adiuncta verbo.&c.
l.in delictis.§. ſi extraneus. ff. de noxali-
bus. Barto.& alij in.l. ex facto. in princi.
ff.de vulga.Ita in ſpecie tenent Bald.in.l.
ſi quis hæredem.C.de inſtitu.Iaſ. in dict.
l.fi.qui alios citat.

Limita.vt licèt in numero teſtium ſit
diſpenſatum cum ruſticanis. per dict.l.fi
na. tamen non ſic in qualitate teſtium,
vnde oportet teſtes fuiſſe mares non fœ
minas,rogatos non fortuitos,liberos nõ
ſeruos,puberes non impuberes.Ita tenet
Iaſ.in dict.l.fina.colum. 2.qui refert Ale
xand.conſilio.70. Viſo conſilio.lib.2.co
lumna.7.

Item limita, vt in hoc teſtamento nõ
videa



videatur diſpenſatum cum capacitate
hæredis,aut legatariorum.argumen.eo-
rum,quæ diximus in.§.35.nu.5.Per quod
ampliatur.l.3.&.4.titu.3.par.6.&. l.22. ti
tu.3.lib.1.&.l.fi.titu.3.lib.5.ordi. vt illi in-
capaces etiam ex teſtamento ruri teſtan
tis capere non poſsint.facit.l.3.titu.4.lib.
1.ordina.

*L.22.titu.3 lib.1. ordi. cũ alijs amplia.*

35 Pręterea forma & ſolennitas teſtandi
fallit.16. in teſtamento facto tempore pe
ſtis,in quo relaxatur ſolennis teſtamen-
torum obſeruatio. Iſta eſt vera & com-
munis opinio,vt latè reſoluũt Decius cõ
ſilio.284. Viſo puncto. Bald. poſt Nico-
laum de Mata.in.l.fi.in princi.C.de teſta
men.Cuma.in.l. conficiũtur.§. codicilli.
ff.de iure codici.Florianus in dict. l. fina.
ff.de teſtamento militis.idem Florianus
in.l.milites.C.de teſtamen.Angel. in tra
ctatu.de teſtamentis.in verbo, nuncupa
tiuum.in fin.Andreas Siculus conſi. 87.
Prope eſt.Salice.in.l.cùm à matribus. C.
qui petant tutores .Bald.in cap. tutores.
de iureiu.prout eos refert Decius vbi ſu-
prà.Corn.in.l. fi. C.de teſtamen.colum.
2.& ibi Iaſ. num. 5.Alex. in.l. ſcriniarius.
colum.fi.C.de teſtamento milit. vbi etiã
tenet,quòd valeret tale teſtamentum cũ
duobus teſtibus. & idem Florianus in.l.
milites.C.de teſtamento milit.Angel.in
§.fin.Inſtitu.de teſtamẽ. Chriſtophorus
Portius in.§.1.Inſt.de teſtam.Barb.in cap.
cùm eſſes.columm.8.de teſtam.Barto. in
l.1.ff.de bono.poſſe.ex teſtamento mili-
tis.Ripa in tractatu de peſte. in.3. quæſt.
principali de priuilegijs vltimarum vo-
luntatum.nume.1.cum pluribus ſequẽ-
tibus.Pariſi. conſilio.32. Ad reſolutionẽ.
nume.48.libr.2.qui alleg.Bal. conſi.20.
Super primo.colum.1.lib.5.& Barba.cõ-
ſilio.58.colum.8.lib.1.& Socin.conſi. 85.
& Decius conſi.284. & Corne.conſi.161
& conſi.298.colum.3.lib.1.& conſi .170.
lib.3.& conſi.119.lib.2.& deciſi. Neapol.
134.dummodò interueniant quinque te
ſtes.Pariſi.conſi.46.nume.24.lib.3. inci-
pi. Primum teſtamentum Hannibal in
l.nemo poteſt.num.72.ff.de lega.1.Cor-
ne.conſi.131.nume.2.lib.4.vbi ſubdit va
lere teſtamentum mulieris factum ſine
cõſenſu cõſanguineorũ, qui cõſenſus de
ſiderabatur ex forma ſtatuti.Guili.Bene
dict.in cap.Rainuti.de teſtam.in verb.te
36 ſtamentum.1.num.13.Et tempore peſtis
ideo tentari poteſt valere contractũ mu
lieris ſine licentia mariti, aut iudicis fa-
ctũ, vbi neuter facilè adiri poſſet.Sicq; li
mitarentur.l.54.&.l.55.&.l.59.Tauri.l.13.
tit.fina.lib.3.fori.

*Teſtamẽtũ minùs ſolẽne ualet tẽpore peſtis. cum cõi cõtra alterã cõem.*

*Declaratiò l.54. & .55 & 59.Tau.*

Contrariam ſententiam tenet Alexã.
conſi.177.nume.8.lib.2.incipi.Viſo the-
mate.Fulgo.& Paul. in.l.fina.C. de teſta
men.Angel.in.l. conficiũtur.§.codicilli.
ff.de iure codicil.Roma.in authen.ſimi-
liter.C.ad leg.falc.in.2.ſpeciali piæ cauſę
in vltimis voluntatibus. & hanc opinio
nem dicit communem Alexan . vbi ſu-
prà.qui allegat Bart.in.l.1.ff.de bono.poſ
ſeſsi.ex teſtamento militis.dum Bart. ait
vtiliſsimũ eſſe quòd fieret lex inducens
teſtamentum valere tempore peſtis cũ
breuiore numero teſtium. Et hanc opi-
nionem dicit communem Decius con-
ſilio.284.nume.1. & Ripa in tractatu de
peſte in priuilegijs vltimarum volunta-
tum.nume.7.Alex.in.d.l.fi.C.de teſtam.
idem Alexand.in conſi.70. Viſo cõſilio.
colum.fina.lib.2.vbi etiam hanc dicit cõ
munem ſententiam Angel.in.l.conficiũ
tur.§.codicilli.ſuprà alleg. vbi etiam Bar
to.Areti.in dict.l.fina. Barba .in rubri.de
teſtam.verſi.39.idem Barba.conſi .58.co
lum.1.lib.1.

Quid dicẽdum? Et quidẽ prior opi.ve
rior eſt,& nobis videtur receptior,eo ca
ſu,quo quinque teſtes interueniunt.per
tex.in.l.caſus .C. de teſtam. vbi ex cauſa
neceſsitatis in teſtamentis remittitur ea
ſolennitas,cui occurri non poterat, non
autem ea ſolennitas,cui poterat occurri.
vt eleganter declarat Iaſ.in dict.l.fi.C.de
teſtam.Pro nobis etiam facit.l.1.ff.de bo.
poſſe.

poſſ.ex teſtamento militis.&.l.fina.ff.de
milit.teſtamento.Facit regula generalis,
quæ habet,quòd ex cauſa neceſsitatis re
ceditur à regulis iuris.l.fideiuſſor.§.ſi ne-
ceſſaria.vbi plura per Iaſ. ff. qui ſatiſdare
cogantur.l. vt gradatim. §. 1.ff.de mune
ribus & honoribus.Et in ſpecie pro no-
bis egregi⁹ tex.in.l.ſi quis dolo.ff. ſi quis
aliquẽ teſtari prohib. Pro nobis.l. caſus
C.de teſtam.

*Clerici teſtamentum etiã minùs ſolenne ualet.cũ multis.*

37 Præterea forma, & ſolennitas teſtãdi
ſallit.17.in teſtamento clerici, quod ſine
ſolennitate valet ad ſimilitudinem teſta
mẽti, quod faceret miles armatę militię.
Ita tenuit Abb.in.c. quia nos. de teſtam.
ſecũdùm quòd eum interpretatur & re-
fert Deci.in.c.in pręſentia.de probat.nu.
60.arg.tex.in.d.c.quia nos.in verb.liberè.
Licèt reuera ſenſus illius tex.non illuc tẽ
dat.argumen.tex.iuncta gl.in.l.ſi quan-
do.in.princ.C.de inofficio.teſtam.Quin
imò ipſe Abb.non illius animi eſſe vide-
tur,vt citra ſolẽnitatem poſsit teſtari cle-
ricus,ſed magis vt non teneatur bona a-
liunde q̃ eccleſiæ intuitu quæſita ipſi ec
cleſiæ relinquere.Pro iſta tamen opinio.
facit,quia teſtamentũ clerici nõ ſubiacet
querelæ nõ magis, q̃ teſtamentũ militis.
Ita Abb.in.d.c.quia nos. poſt gloſ.in au-
then.preſbyteros.C.de epiſ.& cleri. quæ
ſingularis eſt ſecundùm Roder.Xuarez
in.l.quoniã in pri.fol.3.col.4.C. de inof.
teſtam.Butrig.& Bal.in.d.auth.preſbyte
ros.Ang.Paul.& Iacobi.in.l.1.col.2.ff.de
inoffi.teſtam.Bald.in.l. ſacroſancti.C.de
epiſ.& cleri.eſt cõmunis ſecundùm Cor
ne.nu.33.& nu.46.in auth.ex cauſa. Vbi
idem tenet Angel.C.de lib.præt.Licèt in
contrarium inclinet Couar.nu.7. & Bar
ba.in.d.c.quia nos. & Sali.in. d. auth. ex
cauſa. n. 18.idem in.d.auth.preſbyteros.
quorũ op.in puncto iuris firmior eſſe vi
detur,tunc qa æquiparatio de clerico ad
militẽ ſuſpecta eſt, qa militib⁹ ſolẽnitas
teſtãdi remittitur propter nimiã ipſorũ
imperitiã. l. 1.ff.de.mili.teſta.in pri.Inſti.
eod.l.1.l.2.l.quanq̃.C.eod.quã imperitiã
clericos profiteri nefas,& indecorũ eſſet.

*Querela non ceſſat hodie in teſtamẽto militis, ſicq; nõ ceſſabit in teſtamẽ. clerici. cũ cõmuni cõtra nonnullos.*

38 Præterea etiã ipſi milites armatæ mili-
tiæ ſi iniquè teſtentur,eorum teſtamen-
ta ſubiacerent querelæ.vt tenet glo. in.l.
Papi.§.Papi.ff.de inof.teſtam.ſequitur &
dicit cõem opi.Paul.in.l.1.eod. titu.Bar
ba.col.pe.in.d.c.quia nos.Bar.in.d.auth.
ex cauſa.vbi ſcribentiũ pleriq; ſequũtur.
glo.in.l.fi.C.de inof.teſtam.Bar.in.l.filio
pręterito.n.22.ff.de iniuſt.rupt.Iaſ.in.l.ſi
cut.C.de teſtam.milit.Alex.in.d.auth.ex
cauſa.col.4.Iaſ.colum.pe.in.l.fi.C.de in-
offi.teſtam.per tex.in.§.aliud quoq;.iun
cto.§.& hæc quidẽ.in auth.vt cùm de ap
pell.cog. Licèt cõtrariũ tenuerint Imol.
in.d.l.filio pręterito.Roma.& Iaſ.col.pe.
in.l.ſicut certi.ſuprà allega. Viglius in.§.
ſed ſi in expeditiõe.Inſt.de exh. liber.idẽ
in.rubri.Inſtit.de inoffi.teſtam. Cùm er-
go ipſi milites armartæ militiæ non gau
deant hodie tali priuilegio, quanto mi-
nùs gaudebũt clerici ex ſuſpecta illa,nec
ſatis tuta æquiparatione? præſertim cùm
verbũ,liberè,de quo in.d.c.quia nos. nõ
pertineat ad remouendã teſtãdi ſolenni
tatẽ,non quoq; ad permittendã diſponẽ
di iniquitatẽ,propter quã dari ſolet que
rela,ſed ſolũ pertineat ad teſtãdi faculta-
tẽ ritè, & iure cõi cõcedendã. l.ſi quãdo.
cũ ibi notatis.C.de inof.teſtam. Cogita,
quia clerici nõ ſubiacẽt legibus ſeculari
bus,ſed tñ canonicis, leges autẽ cano-
nicę diſponũt teſtam.minùs ſolẽne vale-
re,ergo valebit clerici teſtam. etiam mi-
nùs ſolẽne,vt pleniùs infrà.

*Clericus nõ teſtatur de quæſitis ex redditibus bñficij etiã ſimplicis. cũ cõi contra multos.*

39 Deniq;, ꝙ clericus teſtetur etiã cũ ſolẽni
tate regulari de bonis ex beneficio etiam
ſimplici adquiſitis, permiſſum nõ eſt.Ita
Abb.in.cũ eſſes.n.23.& in.c.cũ in officijs
de teſtam.idẽ in.c.fi.de pecul.cleri. Inno.
in.c.indecorũ.de ætate & qual. Archidi.
c.ſtatutũ.§. aſſeſſorẽ.de reſcrip.in.6. Abb.
in.c.2.de decimis.ſequitur & dicit com-
munem op.Iaſ.conſi.75.lib.3. Bertran d.
conſi.258.libr.2.eſt cõis opin. ſecundù m
Couar.



Couar.de teſtamen.in cap. cùm in offi-
cijs.num.6.per tex.in capit.relatum.2.de
teſtamen.& in dict. cap. cùm in officijs.
Barba.in cap.inquirẽdum.num.7.de pe-
culio clericorum.idem in tract. de præ-
ſtan.Cardi.part.1.quæſtione.3.per Gual.
de arte teſtandi.titulo.1.caute.3.Licèt cõ
trarium non iure tenuerit glo.in cap.pre
ſenti.de offi.ord.in.6.quam ſequitur Ho
ſtien.in cap.fi.de peculio clericorum.idẽ
in cap.requiſiſti.de teſtamen.& Anto.&
Imol.in.d.cap.fi.firmant in vſu forẽſi re
ceptã eſſe op.d.gl.

*Clericus nõ æquiparatur uſufructuario. cõtra quãplures.*

40 Vnde apparet veram nõ eſſe opinionẽ
exiſtimantium clericum vſufructuario
aſsimilari quo ad beneficium eccleſiaſti
cum.vt per glo.in cap.præſenti.de offic.
ordi.in.6.Barba.in cap.requiſiſti.nume.
34.de teſtam. idem in tracta.de præſtãtia
Cardi.par.1.quæſtione.3.& in capit. vene
rabili.de officio delegati.colum.10. Ve-
rùm licèt neceſſaria ſit diſpenſatio in epi
ſcopis vt teſtentur.c.cùm in officijs.cum
ibi notatis per nouiſsi.de teſtamen.tamẽ
non ſic in reliquis clericis, quos teſtari
poſſe vſu receptum eſt citra diſpenſatio-
nis interuentum.vt per Abb.& alios in
d.c.relatum.idem in.d.ca. cùm eſſes.ple.
nè per nouiſ.in dict. cap. cùm in officijs.
numero.9.

*Clericus teſtatur de bonis ſibi donatis, ut ad ſacros ordines promoueretur, noua opinio.*

41 Hæc procedũt in bonis à clerico quæ
ſitis ex beneficio.Cæterùm in bonis pa-
trimonialibus faciliùs admittitur cõſue
tudo ſuperior, vt de illis poſsit teſtari.
Quinimò ſimiliter poteſt teſtari de illis
bonis,quæ ſibi donata fuerunt, vt ad ſa-
cros ordines promoueretur.

*Clerici bona patrimonialia non gaudẽt priuilegio rerũ eccleſiaſticarũ. cũ cõmuni,niſi in caſibus à iure expreſsis.*

Qua in re præmittẽdum eſt.Nam ve-
42 ra & communis opinio eſt,quòd clerici
in bonis patrimonialibus non gaudent
priuilegijs,quibus gaudent bona eccle-
ſiæ,niſi in caſibus tantùm à iure expreſ-
ſis.Hanc dicit communem opinionem
Deci.in cap.epiſcopus.numer.10.de præ
ben.Anto.in cap.ſi deligenti. de foro cõ
petenti. Abb. in cap.fi. de vita & hone-
ſtate clericorum. Deci.in.c. eccleſia ſan-
ctæ Mariæ.numer.18.de conſtitu.vbi Fe
lin.5.columnn.nume.10.Abb. & Anton.
colum.fi.in cap.ſi diligenti.de præſcrip.
Couarr.variarum reſolutionum lib. 1.c.
4.nume.3.Vnde talia bona præſcribun-
tur tempore ordinario, nec ſpectant tẽ-
pus longiſsimum, quod in præſcriptio-
ne rerum eccleſiaſticarum deſideratur.
vt tenet gl.2.in clementi.1. de in integrũ
reſtitutione.quam ſequitur & dicit com
muniter appro. Couar.vbi ſuprà.Specu-
lator.de in integrum reſtitutione.§.qua
liter.verſic.ſed nunquid.glo.in cap.poſ-
ſeſsiões.16.q.4.quæ vult eodẽ tẽpore vſu
capi bona patrimonialia clericorũ, quo
bona laicorũ,&talia bona nõ gaudere be
neficio reſtitutionis, quo gaudere ſolẽt
res eccleſiæ.tradit Abb. in.c.ſanctorũ.de
præſcrip.idem in.c.1.de conſuetud.Balb.
de præſcrip.5.parte principali.quæſtio.5.
Licèt aliquando talia bona aſsimilentur
in priuilegijs bonis eccleſiæ.glo. in cap.
fi.de vita & honeſtate clericorum.gloſſ.
in.d.cap.eccleſia.gloſſ.in ca.ex literis. de
pignoribus.De quo per Felin. nume.10.
in.d.c.eccleſia.de conſtit.

*Clericõ quæ donantur ad titulum ordinis ſacri recipiendi,poſſunt liberè alienari.cũ communi cõtra alieram communẽ.*

47 Fallit tamen in bonis donatis ei, qui
clericatum vult ſuſcipere,quo magis ad
ſacros ordines promoueatur ad titulum
eorum bonorum,ea enim bona gaudẽt
priuilegijs, quibus gaudent bona eccle-
ſiæ.vt reſoluunt Decius in capitu.epiſco
pus.nume.10.de præbend.idem in capit.
eccleſia.nume.18.de conſtitu.Bald. in ti-
tul.de pace conſtantiæ.colũ.5. Licèt ipſe
talia bona alienare non prohibeatur,ne
priuilegium in eius fauorem inductum,
in læſionem ſuam conuertatur.Ita tenẽt
Felinus num.10.in dict.cap.eccleſia. vbi
Decius nume.18. idem Decius in.d. cap.
epiſcopus.num.10.Abb.& Imol. in dict.
cap.eccleſia.Couar.lib.1.reſol.cap.4. nu.
4.idẽ in cap. Rainaldus.§.2.num.7.de te-
ſtamen.Abb.& Imola in capitu. tuis.de
præbendis.

Sed

Sed contrarium, vt talia bona nō gaudeant priuilegijs rei eccleſiaſticæ, tenet Couarr. in dict.cap.4. & ſenſit etiam in dict.§.2.nume.7. & Felinus in dict.num. 10.gloſſ.in capitu.tuis. de præb. & Abb. & Imola in dict.cap.tuis. Ioan. de Selua. de beneſi.part.1.quæſtione.3.numer. 10. & nume.29. Et hęc pars longè verior eſt, quia clericus vtitur iure communi regulariter quo ad bona, vt ſuprà diximus, & lex generaliter loquens, comprehendit perſonas vtcūq; priuilegiatas, niſi in materia, qua de agitur, reperiantur habere peculiare priuilegium.l.in fraudem.§.fi. ff.de milit.teſt.Decius conſi.5.idem in .l. ex teſtamento.C.vnde liberi.& ex communi opinione reſoluimus in.§.35.num. 5.probatur in capit.cauſamq́;.de reſcrip. Alexan.conſi.33.lib.1.Abb.in.d.cap. cauſamq́;.Iaſ.in.l.ſi quando.in prin.C.de inoffi.teſt.Grego.Lupus in.l.5.tit.1.parti.6.

Vnde cùm in hoc caſu clericus non reperiatur habere peculiare priuilegiū, ſupereſt, vt in eo vtatur iure communi. Nec eſt verum, ꝙ beneficij eccleſiaſtici loco talia bona ſuccedant, quinimò loco patrimonij ſecularis ſuccedunt, quo minùs epiſcopus proprijs expenſis eum, quē ad ſacros ordines promouit, teneatur alere, & vt eū ſi ex proprio patrimonio haberet vnde ſe aleret, alere non teneretur, ita quoq; hoc caſu ceſſat neceſsitas eum alendi, ſicq́; loco bonorum patrimonialium, ſeu laicorum ea bona clerico in hunc vſum donata ſuccedunt, & conſequēter non gaudent priuilegijs rerum eccleſiaſticarum, non magis, quàm reliqua bona clerici patrimonialia. vt iſthæc probātur per Decium in locis ſuprà citatis.

Sed an talia bona huic clerico debeāt in legitimā imputari, ſi à patre ſibi dona
44 ta fuerunt ad titulum ſacrorum ordinū recipiendorum? Mouet quæſtionem, ꝙ ſecūdùm quoſdam ea bona fiant in alienabilia nō ſecùs, quā bona eccleſiaſtica ſecundùm Fabr.in.§.ſi Inſtitu. de inofficio.teſtamen.Aimon Sabilli.conſil.136. Militia autem ex pecunia patris filio acquiſita non imputatur ei in legitimam, ſi nec vendi poterat, nec ad hæredes trāſmitti.l.omnimodo.§.imputari.C.de inofficio.teſtamen.Cuius interpretationē nos collocauimus in.§.30. huius operis. Et ita tenēt in ſpecie Faber & Aimon ea bona nec poſſe alienari, nec in legitimā imputari. Sed verius eſt & alienari poſſe liberè, vt ſuprà oſtendimus, & in legitimam debere imputari. vt iure tenet Couar.in dict.c.Rainaldus.§.2.n.7. Qui licèt hanc partē non ſat efficaciter probet, tñ vera eſt, & probatur mētaliter in.d.§.imputari. vbi expreſſum eſt in legitimā eſſe imputandū, quod pater expendit in militia, vel officio filio ſuo emendis, ſi id ſit trāſmiſſibile ad hæredes, vel ceſsibile, & alienabile inter viuos. Nec dubium eſt, quin bona illa filio donata ad titulum ſacerdotij integra maneant, poſsintq́ue & alienari, vt ſuprà oſtendimus, & ad hęredes tranſmitti. Ergo non eſt cur non in legitimam imputentur. Neq; ad rem pertinuit, quòd talis datio non tam neceſſaria ſit, quàm dos vel donatio ꝓpter nuptias, quæ ex mera neceſsitate proficiſcūtur.l.fi.C.de dotis promi. & quæ tradūt Decius & alij in authent.ex teſtamento. C.de collati. Nam reſpōdetur, quòd nō eſt neceſſe, vt ex neceſsitate præciſa à patre proficiſcatur datio ob cauſam, vt in legitimā imputāda ſit, imputatur enim etiā ſi datio ob cauſam ex neceſsitate tātùm cauſatiua proficiſcatur. vt probat.d. §.imputari. vbi quod pater filio ad officium, vel militiam emendam ſubminiſtrauit, id dare nullo iure præcisè cogetur, ſed neceſsitate tantùm cauſatiua impellebatur, quia aliter is filius non poſſet, vel nō ſic facilè poſſet eam militiam, vel officiū adipiſci. Sic & in ſpecie noſtra, is filius non poſſet, vel non ſic facilè poſſet ad ſacerdotium promoueri, niſi à patre illis

*Clerico q̄d pater donat ut ad ſacros ordines promoueatur, in legitimā imputatur. cū Couar. contra Fabrū, & Aimon.*





illis bonis donatus fuiſſet.

45 Vnde colligitur verū non eſſe quod Decius in.l. vt liberis. numer. vigeſimo ſeptimo.poſt Paulum, & Alexandrum ibi, quos ipſe refert.C. de colla. & Couarruuias in dicto capitulo.Rainaldus. §.ſecundo.num.ſeptimo.firmant, nempe donationem ob cauſam non dici niſi quæ fit ob cauſam præcisè neceſſariam (qualis eſt cauſa dotis, vel donatio propter nupt.) quinimò ob cauſam dicitur quo ad effectum conferendi, & in legitimam imputandi, etiam ſi fiat ob cauſam non præcisè, ſed cauſatiuè tantùm neceſſariam. vt dicto.§. imputari.

*Imputatur legitimæ quod à patre filio datur ob cauſam cauſatiuè tantùm non etiam præcisè neceſſariā. cōtra Paulū Alex. Deciū, Couarru.*

Stat ergo ex ſuperioribus, quibus de rebus poſsit clericus teſtari, & an eius teſtament. minùs ſolēne ſuſtineatur. Quæ omnia procedunt, niſi is clericus (intellige de primæ tonſuræ clerico) matrimonium contraxerit, tunc enim nulli dubium, quin eius teſtamentū minùs ſolenne non ſuſtineatur. Nam & eccleſiaſtica beneficia per matrimonij interuentum ipſo iure amittit. vt ex communi opinione reſoluit Couarruuias in quarto.capitulo.6.§.tertio.numero tertio.per capitul. primum. de clericis coniugatis. vbi gloſſa, quæ à pleriſque recepta eſt. Ioannes Lupus in rubrica. de donatio. inter virum & vxor.§.55.num.ſeptimo. Staphilæ. de literis gratiæ. folio.73. Ro-
46 ta noua.26.& deciſio Rotæ antiq.103. Quod & in matrimonio cum impubere nulliter contracto admittendum cenſent Staphilæ. & Rota antiqua, vbi ſuprà.

*Clericus ſi nupſit etiā nulliter, amittit beneſi.eccleſiaſticum. cū multis contra cōem.*

Contrarium tenent Couarruuias vbi ſuprà.Ioannes Andreas, Cardinalis, Ancharanus, & Imola in capitu. Ioannes. de clericis coniugatis. Henrricus in capit. diuerſis. eodem. & eſt communis opinio ſecundùm Didac. Couarru. vbi ſuprà.

Mouentur qui poſteriorem hanc partem tuentur: quia cū impubere non conſiſtit matrimonium, ſed tantùm ſponſalia de futuro: nec dubium eſt, quin per ſponſalia de futuro, beneficium eccleſia
47 ſticum non amittatur. Sed pro priore opinione facit, quia contrahens matrimonium vetitum impedimento canonico, putà cum conſanguinea, licèt matrimonium nullum ſit, punitur ille in amiſsione beneficij eccleſiaſtici. Ita Cardinalis, & Abbas colum.finali. in dicto capitul. primo. Henrricus in dicto cap. diuerſis. Ioan. And. & Anchar.in.d.capitulo.Ioannes.Romanus conſilio.483. per Decium conſilio.166.per Staphilæ. Antonium, & Imolam vbi ſuprà. Facit, quia licèt pactum de futura ſucceſsione acquirenda initum inſcio eo, cuius de ſucceſsione agebatur, non valeat, nec firmetur etiam iuramento. l. finali.l.pactum quod bona fide. C. de pactis.l. ex eo. C. de inutili. ſtipulatio.l. quiſuperſtitis. ff. de acquirenda hæreditate. l. ſecunda.§.interdum.ff.de vulgari. per Alexandrum, Corneum, Iaſ. & Decium in.l. pactum dotali. C. de collati. per omnes in.l. ſtipulatio hoc modo. per textum ibi. ff. de verborum obligation. & in dicta.l. finali. tamen valet in præiudicium paciſcentium, vt eis auferatur hæreditas tanquàm indignis, fiſcoq́ue applicetur, ſi quando eis delata fuerit. l.2. in fine. ff. quibus vt indignis. l. quidam in iure. §. fina. cum lege ſequenti. ff. de donatio. Sic ergo & in propoſito qui matrimonium vetitum etiam nulliter contraxit, magis eſt vt beneficio eccleſiaſtico priuetur, non ſecùs, quàm ſi id matrimonium tenuiſſet, quaſi quo ad pœnam meritò huic legis tranſgreſſori imponendam valere non deſinat. Nam & ſimiliter licèt rerum alienarum vetita ſit alienatio per totum.C. de rebus alien. non alienan. valet tamen in præiudicium vendentis, vel pignori dantis, vt ille puniatur vel ciuiliter. vt.l.

*Clericus priuatur beneficio, ſi nupſit conſanguineæ. cum cōi.*

rem alienã.ff. de contrahen. emptione. iuncta.l.ſi fundum.C.de euict.vel etiam criminaliter.vt.l. 2. ff.de crimine ſtellionatus.

Vnde magis eſt,vt is clericus minoris ordinis,qui matrimoniũ cũ impubere cõtraxit per verba de pręſenti,ignorãs fortè eam eſſe impuberem,priuetur beneficio eccleſiaſtico,nõ ſecù s,quàm ſi matrimonium cum pubere contraxiſſet, cũ qua foret impedimentum canonicum conſanguinitatis, vel aliud ſimile. Quòd ſi ſciebat eam eſſe impuberem, ſicq; contraxit per verba futuri temporis ſponſalia tantùm,tunc procedat opinio contraria,vt nõ priuetur beneficio ipſo iure.ſicque ſuperior noſtrorum varietas ad fœdus reducatur.

*Clericus nõ perdit benefi. eccleſiaſticũ p ſimplicẽ fornicationẽ. cũ cõi contra alteram cõmunem.*

48 Iſthæc quando clericus matrimoniũ contraxit. Quòd ſi ſimpliciter fornicatus fuiſſet, tunc communis opinio eſt, quòd non eſt deponendus.Ita dicit communem eſſe opinionem Decius in capit. at ſi clerici.de iudici.numer.36.firmat eſſe communem ſententiam Felinus ibi numer.14.per Couarru. in.4.part.2.capitu.6.§.8.numero.3.poſt Abb. & alios ibi. Cardina. in clementi.ad noſtram. de hæreti.Salic.& alij.in.l.2.C.de epiſco. & cleric.Ioannes de Fantu.ſecunda quęſtione 7.capitu.lator.poſt gloſſ.ibi.Imol.in cap. vt clericorum.de vita & honeſta. cleric. vbi Gofredus in ſumma illius titu.gloſſ. in capitu.Maximianus.81.diſti.Anani.in capitu.ſignificauit. columan.3.de adulte. idem in capitu. cùm dilectus.de accuſat. column.2 .Imola in capitu.ſi autem. de vita & honeſta.cleri.Andreas Siculus cõſilio.13.libr.3.Bernard. in ſimili in practi. crim.c.72.

*Clericus deponitur per fornicationẽ deformẽ cum cõi.*

49 Contrariam partem tenet & dicit cõmuniter teneri Aretinus in capitu. cùm non ab homine. columna.10. de iudici. poſt alios, quos referunt ipſe & Decius vbi ſuprà.Mouentur,quia clericus deponitur pro omni fornicatione, quæ inſignem habeat deformitatem. vt eſt vera & communis opinio quam tenent gloſ. in dict.cap.Maximianus.per text.in cap. tuæ.de pœnis.reſoluunt Couarru. vbi ſuprà.Imola in dict. capitu. vt clericorum. Abb. & communiter doctores in dict. capitu.at ſi clerici.vbi Decius numer.36. & Felinus numer .14. pro conſtanti habent hoc caſu clericum eſſe deponẽdũ. Inſignem autem deformitatem fornicacatio habere videtur, quando committitur adulterium, vel ſtuprũ, vel inceſtus ſecundùm eoſdem. At ſimplex fornicatio clerici inceſtus reputatur.ita gloſſ.in l.2.C.de epiſco.& cleric.vbi Barto.& doctores ſecundùm Decium vbi ſuprà.ergo is clericus quaſi inceſtum (ſaltem interpretatiuè) committens, deponendus eſt.Quinimò ſunt qui putent etiam pro adulterio eſſe talem ſimplicem fornicationẽ factam à clericico.Ita Paul.& Imola in clementi.1.de offici.ordina.Nec dubium eſt,quin ſecundùm Aretin.vbi ſuprà, deponendus eſſet pro adulterio, vel inceſtu,vel ſtupro etiam interpretatiuo.

*Clerici ſimplex fornicatio pro inceſtu non eſt.cũ multis contra quãplures.*

50 Quid dicendum? Et ſanè prior opini. tenenda eſt, vt non deponatur per ſimplicem fornicationem,quæ pro adulterio,aut ſtupro,vel inceſtu nunquam habetur,ſecundùm veriorem, & receptiorem ſententiam, quam tenent Decius in dict.numer.36.Felin.in dict.numero.14. Couarru.vbi ſuprà poſt Abb.& alios.ibi. Cardina.in dict.clemen.ad noſtram.Butrigari.Cinus. & Salicet.in dict.l.2.C.de epiſco.& cleri. per tex.in cap.quia circa. de bigam.& in capitu. presbyter.28. diſtinctione. & per alia multa, de quibus per Deciũ vbi ſuprà. Et hæc pars vſibus forenſibus nobis recepta videtur.

*Legitimare qui poteſt ſpurios & adulterinos, põt etiam legitimare utroq; morbo laborãtes. cum communi cõtra alterã communem.*

51 Deniq; ſi is clericus filium ſuccepiſſet adulterum ſimul & inceſtuoſum, an poſſet legitimari per Comitem palatinũ, cui conceſſum eſſet legitmare omnes adulterinos, aut inceſtuoſos, vehemẽter controuerſum eſt. Id quod fuſiùs cæteris & elegãtiùs diſputat Alciat.in.l.2. in prin.ff.de verborum obligat.num .46. cum pluri.ſequent. qui ſequitur ſententiam Bartoli ibi, quam omnes ibi ſequuntur.& communem eſſe firmat Alciatus ibi.vbi Iaſ.nu.4.ait eſſe communẽ opinionem legiſtarũ vt poſsit legitimare vtroq; vitio laborãtes.ſequuntur Angel.Bal.& Romanus in .d.l.2.in prin. ſequitur Felinus ſub quadam diſtinctione in.d.ca.at ſi clerici.§.de adulterijs.nu. 7.de iudi. vbi Decius nu.14.ſequitur Zaſi.in dict.l.2.in princi.num.16.Licèt contrariam fateatur eſſe receptiorem ſententiam Bal. & Angel.in.l.ſi ita. per text.ibi ff.de liber.& poſthu.Angel. in.l.clemẽs. ff.de hæred.inſtitu.per Alexan.in.l.2.ſuprà alleg.nu.3. communis eſt ſecundùm Vincenti.num.12.in.l.2. in prin.quod & tenet in dict.l.ſi ita. Imol.& Cuma.in.d. l.2.in prin.Alexan. in dict.l.ſi ita.Bald.& Angel.in.§.omnium. Inſtit.de actio.Anton.de Roſellis de legitimatione.par.2. verſi. ſed iuxta hoc.Abb. & Felin.in.c.ſi. de ſimonia.Feli.in.c.poſtulaſti.de reſcri. Præpoſitus in cap. per venerabilem.col. 5.qui filij ſint legitimi.Anani. conſil. 95. Viſis.& ponderatis.





Contrariam tamen ſentẽtiam firmat eſſe communem Decius in cap. at ſi clerici.§. de adulterijs. de iudi. num.14.quã & firmat eſſe communem Zaſius in.d.l. 2.in princip.num.16.Et hanc fatetur eſſe communem opinionem canoniſtarum Iaſ.vbi ſuprà.quã & ipſe ſequitur .ſequitur Soci.ibi.num.14.Imol. & Areti.in.d. cap.at ſi clerici .§. de adulterijs. Ioannes Calderi. in ſua diſputatione incipienti, Papa conceſsit. quem refert & ſequitur Ioannes Andreas ad Specula. titulo. qui filij ſint legitimi. ſuper rubri.Ioan.And. Anto.& Imol.in d.§.de adulterijs.Imol. in dict.l.ſi ita.Archidiaconus in cap.virginem. 27. quæſtione.1. Geminianus in cap.ſuſceptum.in.6. not.de reſcrip.idem in cap.nos conſuetudinem.12.diſtinctione.Anchara.in cap. acceſſorium. de reg. iur.quæſtione quarta.Aretinus in dict.l. 2.in prin.

Quid dicendum? Et ſanè prior opini. affirmatiua,vt poſsit vtroq; vitio laborãtes legitimare,æquior eſt,verior,& receptior.per.d.l.ſi ita ſcriptum.ff.de libe.& poſth.& quia legitimatio fit per interuẽtum trium perſonarũ, ſcilicet principis, & patris,& filij. Neq; enim legitimatio fieri poſſet ex conſenſu ſolius patris, niſi & filij cõſenſus adeſſet.auth.quibus modis naturales effi.ſui.§.generaliter.Quinimò etiam per ſubſequens matrimoniũ filius ſpurius non fit legitimus, niſi ſponte ſua.vt probatur ibi,dum facit mentionẽ de inſtrumẽto dotali.vt ſuprà.§.21.plenè diximus.Item ipſius filij cõſenſus patre inuito non ſufficeret. vt.d.§.generaliter.ſaltẽ quo ad effectum, vt is filius ſic legitimatus patri ſuccederet.vt.d.§.generaliter.Nã & ſimiliter emancipatio fieri non poteſt,niſi mutuo conſenſu tam patris,quàm filij.glo.communiter ibi app. in.l.filijs matrem.C.de inoſ.teſtam.Bart. & Iaſ.nu. 14.in.l.quidam cùm filium. ff. de verb.oblig.Conſenſus autem principis nõ dubium eſt,quin in tali legitimatione exigatur,cùm ſit de reſeruatis principi in ſignum ſupremæ iuriſdictionis. vt tradunt ferè omnes vtriuſq; partis fautores ſuprà relati per.§.fi.in.d.auth.quib. mod.nat.effi.ſui.Cũ ergo ex parte principis hoc negotium ſit pleniſsimi fauoris, quia eſt principis beneficiũ. vt & firmãt etiã vtriuſq; partis fautores ſuprà relati. tenet gloſ.vbi Iaſ.poſt alios in. l.fin.ff.de conſt.princi.& ex parte filij ſit ſimiliter fauorabile & piũ,quia ſubueniẽdum eſt filio ſpurio,inceſtuoſo, vel adulterino,ꝗ eſt extra noxam, & culpam.tex. notabilis in.l.ſi quis in ſuo. §.legis .C .de inofficio.teſtament.per totum.C.ne filius pro patre.& per totum. C.ne vxor pro marito. & in cap. alteri per alterum.de regu.

iur. in.6. ſupereſt, vt licèt ex parte patris videretur odioſum, adhuc tamen tanq̃ fauorabile iudicandum ſit, cùm fauori lõgè magis accedat, quàm odio. argum. l.quæritur.ff.de ſtatu.homi. Eſt enim fauorabile quo ad perſonã filij, & quo ad perſonam principis, licèt non ſic reſpectu patris hac in re peccantis. Quinimò ſi mortuo patre legitimatio fieret, omni ex parte videretur fauorabilis, dummodò fieret ſine præiudicio eorum, qui ad patris iam mortui ſucceſsionem vocabãtur à lege, vt alibi docemur. Præterea cũ talis legitimatio ob filij vtilitatem potiſſimùm fieri intelligatur. vt per totum. quibus mod.na.effi.ſui.& per totũ. quidus mod.na.effi.legi. ſupereſt, vt neglecta perſona patris, totum id negotium fauorabile videatur. argumen.l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de vulga. ſicq́; extendendum. Et hæc eſt veritas, quando ex tali legitimatione nulli fiebat præiudicium, quòd ſi fieret, tunc magis dubium. quod dic vt per docto.vbi ſuprà. præſertim per Felin.in dict. capitu.at ſi clerici. num.14.& per Alcia.in.d.l.2.numer.46. cum pl.ſequen.

52 Stat ergo ex ſuperioribus, an clericus pro ſimplici fornicatione ſit deponendus. Et quid ſi filium ſuſceperit ex adulterio & inceſtu procreatum, quem legitimum fieri volebat. Sed quando immane aliud crimen commiſiſſet, an ſit ſeculari curiæ tradendus, etiam ſi incorrigibilis non ſit, fusè agitatum à pleriſq; noſtrorum eſt. Qua in re partem negatiuã, (vt nõ aliter curiæ ſeculari tradẽdus ſit, quàm ſi fuerit incorrigibilis, licèt immane crimen homicidij non ſimplicis tantùm, ſed etiam qualificati cõmiſerit, putà quia homicidium per inſidias, proditorieq́; perpetrauit) tenent communiter doct.in.c. at ſi clerici.in prin. de iudicijs. vt teſtatur Decius ibi colum.fin. vbi Areti.colum.9. hãc firmat eſſe communem ſententiam. Sequitur, & dicit communem opinionem Couar.lib.2.variarum reſolut.c.20.num.7. Ioannes Bernardus in practica criminali canonica.c.90. prope finem. Alberti.in.c.1.de hæreticis.q.11. num.55. ſentit Felin.in dict.c.at ſi clerici. in prin.num.15. Aretin.in.c.cùm non ab homine.col.9.de iudicijs.

*Clericus pro homicidio proditoriè facto traditur curiæ ſeculari, licèt non eſſet incorrigibilis. cũ cõi contra alterã communem.*

Contrariam partem tenet Abb. in.d. c. at ſi clerici. num.39. poſt Anchara.ibi. idem Anchara in.c.ea quæ.de regul.iur. in.6. idem in ſua diſputatione incipiẽte, Laicus quidam. vt refert Felin. vbi ſuprà. idem Abb.in.c.1. de patribus, qui filios occidunt. idem in.c.tuæ.de pœnis. Ioan. de Anani.in.c.primo.de homicidio. Abbas in dict.c.cùm non ab homine. Anchara.conſil.158. Felin.in.c.1. de conſtit. num.49. Alciat.in dict.c. cùm nõ ab homine.num.22. Guido Papæ queſt.121. ſequitur, & dicit communem opinionem Benedict.in quæſt.de homicidio. collocata poſt repet.c.Rainutius.de teſtam. Et hæc opinio vſu forenſi ſæpiſsimè ſeruata fuit, ſecundùm Alciatũ, vbi ſuprà. & eſt æquior ſecundùm Deci.vbi ſuprà. & ſecundùm Bernardum in loco ſuprà citato. Pro qua opinione videtur text. in.c. nouimus.de verbo.ſignific. vbi clericus falſarius degradatur, degradatusq́; ſtatim traditur curiæ ſeculari, nec exigitur, vt ſit incorrigibilis. ergo multò magis in tali homicidio qualificato. Ad idem tex. in.c.inter alia.de immunitate eccleſiarũ. dum loquitur de nocturno populatore, & latrone publico: nam homicidiũ qualificatũ illis criminibus non par tantùm, ſed etiam atrocius eſt. Tertiò eſt tex. expreſſus in.c.1.de homicidio. in ſui generalitate. Quartò per tex.in.l.1.&.2.C.quando liceat vnicuiq; ſine iudice ſe vindicare. Quintò per.c.cùm nõ ab homine.de iudicijs.ibi, ne poſsit eſſe perditio populorum. Nam qui atrociſsimum homicidij qualificati facinus perpetrauit, multorum aliorum excidio eſſe poteſt, & ſperatur. Sextò, per dict.c. cùm non ab homine.



mine.ibi, cùm eccleſia nõ habeat vltrà quid faciat. Nã eccleſia nõ poteſt imponere pœnã tanto facinore condignã, vnde ille curiæ ſeculari ſtatim tradẽdus eſt, ne inſufficiẽter punitus euadat. Septimò per.c.1.de homici.in.6. Octauò.p.c. ſunt quædã.23.q.5. Nonò per.c. ſi quis laicus. 22.q.5. Neq; ad rem pertinet, ꝙ in.d.c.cũ nõ ab homine. ſignificetur clericum ita demum tradendum eſſe curiæ ſeculari, ſi incorrigibilis fuerit. Nã ſi is text. rectè inſpiciatur, non loquitur in homicidio qualificato, ſed in ſimplici homicidio, vel alijs delictis leuioribus. Nec me mouet tex.in.c.clerici.de exceſsibus prelatorũ. vbi ob crimẽ ſodomiæ clericus poſt degradationẽ in monaſterium truditur, nec traditur curiæ ſeculari. Nam vtcũq; id delictum quo ad animarũ ſalutẽ immane ſit, tamen quo ad reipublicæ quietã, & conciuiũ tranquillitatẽ, proximorumq́; perniciẽ & excidiũ longè grauius eſt facinus homicidij proditorij, id quod in criminibus perſequendis magis attenditur. vt in.d.l.vni.l.1.l. vt vim.ff.de iuſt. & iu. quod planè ſenſit. d.c. cùm non ab homine. ibi, perditio populorum. quę ratio cùm ſit in. l. expreſſa, habetur pro lege, etiã in correctorijs, & pœnalibus. Iſta eſt vera & cõmunis op. quam tenet glo. in auth. de hære. ab.§.fi. verbo, ordinem. quam dicit vnicam Bal. in.l. fi.ff.de hær. inſti. idem Bal.in.l.fi.C.de lib.præt. Alex. in.l. cùm mulier. colũ.5.ff.ſol. matrimo. glo.in clemen.1. verbo, eligatur. de electione. plenè per Iaſ.in.l. re cõiuncti. nu. 181.ff.de leg.3. Iaſ.in auth.quas actiones. nu.22.C.de ſacro.eccl. Bal.ibi col.2. Paul. in.l.quãuis.C.de fideicõ. Cuma.in.d.l.cũ mulier.§.1.per text.ibi.ff.ſol.matri. Georgi.Nat.in.c.quãuis.de pact.in.6.num.32. Curti. Iuni.in.l.humanitatis. per tex.ibi nu.15. C.de impub. vbi Iaſ.nu.6. Alexan. nu.5. Corn.nu.15. Purpu.in.l.fi.C.de pact. nu.23. vbi Curt.Iun. n.9. Deci.n.15. Iaſ.in l.ſtipulatio hoc modo.ff.de verb. oblig. col.5.ad fin.nu.12. Deci.cõſ.372.nu.7. Fortu.in.l. Gallus.§.& quid ſi tm̃. col. 87.ff. de lib.& poſth. Crottus. in.l. ſi cõſtante. ff.ſol.matri.lect.2.ſuper.7.q.Bart. Iaſ.in.l. tranſigere. nu.15.C.de tranſact. Rip.in.l. nemo poteſt.n.50.ff.de leg.1. vbi Hãnib. nu.349. Iaſ.in.l.Marcellus.in pr.ad Treb. Couar.in.c.Rainal.§.3. n.6.de teſtam. Deci.in auth.ex teſtamẽto. col.4.C.de coll. Iaſ.in.l.de quib⁹.n.14.ff. de legib. Tiraq. de cauſ.ceſſ.par.1.n.135.cũ ſeq.p legẽ. his ſolis.C.d̃ reu.don.l.ſi fratres.§.idẽ Papi.ff. pro ſocio.l.2.§.idem quoq;.&.§.ſi duo.ff. de coll.bo.l.fi.ff. de hær.inſt. Quod adeò verũ eſt, vt hoc caſu cùm legis ratio expreſſa eſt, & eſt generalis, tunc ipſa ratio pro lege habetur loco exempli. vt ex cõmuni opinio. reſoluunt Tiraq. de cauſ. ceſſ.par.1.nu.152. Bal.in rep.l. de quibus. colum.12.ff.de leg. verſ.item nota quòd non videtur. Alexã.conſi.75. Videtur in præſenti.colũ.1.libr.5. Iaſ.in.l. à Titio. in prin.col.fin.ff.de verb.obli. idem Tiraq. in.l.ſi vnq̃.C.de reuo.donat. verbo, libertis.nu.45. Nam & ratio generalis expreſſa in lege omnes caſus amplectitur ex vi cõprehenſiua, nõ ex vi extẽſiua, nõ ſecùs, q̃ genus ſub ſe cõprehendit oẽs ſpecies. vt ex cõi op. reſoluũt Tiraq.de cauſ.ceſſ. par.1.nu.137. Petrus, & Cinus in.l.iura nõ in ſingulas. ff.de legib. Vnde rõ legis inducit, & eſt ipſa lex. vt reſoluit plenè Tiraq. vbi ſuprà.nu.135. cũ ſeq. qui q̃plures citat huius ſentẽtiæ authores. Cũ ergo in d.c.nouimus. illa ratio expreſſa ſit, ꝙ flagitiũ ſit nõ tm̃ dãnabile, ſed etiam dãnoſum. & in.d.c.1.de homi.lib.6. illa ratio expreſſa eſt. ſ. horrẽda inhumanitate & deteſtãda ſęuitia mortẽ ſitiũt aliorũ. & in.d. c.cũ non ab homine.ibi, ne poſsit eſſe vltrà perditio populorũ. & ibi, cũ eccleſia non habeat vltrà quid faciat. quaſi dicat eccleſia non poſsit pœnã imponere tãto facinore cõdignã. ſanè hæ rationes, quæ pro lege haberi debent, ſunt generales, & noſtrũ caſum cõprehẽdunt, nõ ſecùs,

quàm caſus, qui peculiariter dictis iuribus continẽtur, quinimò in caſu noſtro eſt maior ratio, ſi rectè inſpexeris.

Nec me mouet tex. in cap. tuæ. de pœnis. Nam ibi loquitur in homicidio non qualificato, ſed ſimplici. Et reuera in tã immanibus facinoribus, quę tendunt in excidium aliorum hominum, & conciuium, non videtur de intentione iuris canonici, vt impunitus maneat, vel inſufficienter caſtigatus talis clericus: id quod accideret, ſi non illicò incorrigibilitate minimè ſpectata curiæ ſeculari neci tradendus committeretur: id quod in alijs nõ paucis facinoribus, quę leuiora ſunt quàm hoc homicidium qualificatũ, iure cautum eſt. vt enumerant Decius columm. antepenul. & Felinus colum. pen. in dict. ca. at ſi clerici. ergo multò magis in tali homicidio qualificato. Nã quod in dict. cap. inter alia. de immunitate eccleſiarum. generaliter denegatur præter quàm in duobus caſibus ibi expreſsis, id non excludit, quin idem admittendum ſit etiam in alijs caſibus ſimilem rationẽ habentibus, & lõgè faciliùs, ſi maiorẽ rationem haberent. Nam & ſimiliter in. §. cauſas. in authen. vt cùm de appellatio. cog. negatur filium poſſe exhæredari, niſi ob cauſas. 14. ibi expreſſas, nec tamen per hoc excludũtur aliæ cauſæ maiorẽ, aut etiam parem rationem habentes, licèt tex. ille taxatiuè loquatur. Ita ex cõmuni opinione reſoluit Iaſ. col. 2. &. 3. in authen. non licet. C. de libe. præte. vbi latè Alex. Corne. & alij. Sic & in dict. cap. inter alia. licèt duo tantùm caſus exprimãtur, in quibus fas eſt clericum degradatum curiæ ſeculari tradi, non videtur excluſiſſe alios caſus ſimilem, aut parem vel maiorem rationem habentes.

*Clericus parricida. uel crimen læſæmaieſt. perpetrans*

53 Ex his colligitur, quòd ſi clericus patrem occideret, degradatus eſſet curiæ ſeculari tradendus. vt tenuit Abb. in cap. 1. de his qui filios occider. Id quod Couarr. vbi ſuprà indeciſum reliquit, in cõtrariam partem inclinans.

*ſtatim eſt curiæ ſeculari tradendus, licèt nõ ſit incorrigibilis, nec gauderet immunitate eccleſiæ.*

Colligitur etiam, quòd ob crimen læſæ maieſtatis perpretatum contra principem ſecularem (verè intelligo, non interpretatiuè) ex capitibus atrocioribus fortè is clericus degradatus, nihilo alio ſpectato, curiæ ſeculari tradendus eſſet. De quo ſimiliter dubitauerunt Couarr. vbi ſuprà. & Alberti. vbi ſuprà. q. 11. n. 85. &. q. 15. numer. 12.

Illud autem certum eſt, homicidam proditorium immunitate eccleſiarũ nõ gaudere. per dict. c. 1. de homi. eſt cõmunis opi. vt per glo. Anani. & Feli. ibi. Couar. vbi ſuprà. Areti. in. d. c. cùm non ab homine. colum. 10. Guido. Papæ deciſione. 121. Alexan. conſi. 147. lib. 7. l. fin. tit. 11. par. 1. Boërius deciſi. 109. Anchar. in. d. c. 1. idem in dict. c. inter alia. Alcia. de præſump. reg. 3. præſumptione. 33. idem lib. 5. parerg. c. 6. Chaſſanęus in conſue. Burg. rubri. 1. §. 5. nu. 113.

Quod procedit non tantùm in occiſore, ſed etiam in eo, qui alterum non lethaliter, proditoriè tamen vulnerauit. Igneus in. l. 1. §. ſi dominus. ff. ad Silla. nu. 7. & nu. 20. Boërius & Couar. vbi ſuprà.

*Clericus delinquẽs gaudet immunitate eccleſiæ cũ cõi cõtra alterã communẽ.*

54 Clerici tamen delinquentes non vidẽtur gaudere immunitate eccleſiæ. vt tradunt Anchar. & Imola. in clementi. 1. de pœnit. & remiſ. qui referunt Innocentiũ idem tenuiſſe in cap. inter alia. de immunitate eccleſi. & Ioannes Andreas, quem refert Maineri⁹ in. l. nemo de domo. nu. 31. de regul. iur. quaſi eccleſiaſtica illa immunitas ab eccleſiaſticis poteſtatibus inuenta fuerit, non contra ſemetipſos, ſed magis contra laicos iudices. argumen. c. frater & coëpiſcopus. & cap. definiuit. 17. q. 4. Nam & generaliter cõſtat nõ iure diuino, aut naturali, ſed tm̃ poſitiuo eccleſiarũ immunitatẽ inuentam fuiſſe. vt affatim probat diſertiſsimus Couar. in lib. 2. variarum reſolu. cap. 20. in princip. ſicque non videtur id procedere contra ipſos iudices eccleſiaſticos, dum clericũ delin



delinquentem perſequuntur. & idem tenuit Guili. de Monte Laudano in dict. clement. vt refert Mainerius vbi ſuprà. per Couar. vbi ſuprà. nu. 16. qui nihil firmat. per Roma. conſi. 234. idẽ conſi. 227.

Verùm contrariam partem, vt iudex eccleſiaſticus nequeat clericum delinquentem ab eccleſia extrahere, tenent Ioan. Faber in. §. 1. colum. 2. ad medi. poſt Hoſtiẽſem, quem refert. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel ali. iu. Ioan. Andr. in capit. inter alia. de immunit. eccleſ. Mainerius vbi ſuprà. Abb. in dict. capit. inter. per generalitatem text. in dict. capit. inter. & in. l. 2. C. de his qui ad eccleſi. cõfug. Et quia indecorum eſt eum perſequi, qui defendere debebat. cap. conquerente. in princ. de reſtitutio. ſpolia. Vnde eccleſias violare non decet iudicem eccleſię, cuius proprium eſt eas tueri. per Bernard. Diaz practic. crimin. capitul. 115.

*Eccleſiæ immunitate gaudet confugiens ad corpus Chriſti. cũ cõi contra alteram cõmunem.*

55 Is autem clericus, ſiue laicus dubium eſt, an gaudeat eccleſię immunitate, ſi cõfugit ad corpus Chriſti, dum per vicos, aut plateas ducitur? Et communis opin. eſt gaudere. vt tradunt Faber vbi ſuprà. poſt Hoſtiẽſem, quem ipſe refert. Archidia. in capitul. quæſitum. 13. quæſtione. 2. Abb. in capit. ſanè. de celebra. miſſarum. Romanus ſingul. 335. Catelianus Cotta. in verb. rationis identitas. Albertus in capitul. 1. de hæreti. libr. 6. quæſtio. 13. num. 18. Gomezius, qui hanc dicit communẽ opin. in. §. pœnalis. Inſtit. de actio. nu. 50. Bal. Rub. in rubr. de don. inter vir. & vxorem. §. 38. n. 5. Ioan. Andr. in dict. c. ſanè. vbi Anto. & alij. Roma. ſingu. 335. Corſet. in ſing. verb. Cardinalis. qui hanc dicit cõmunẽ opin. Ferdina. Gom. in. l. 2. Tauri. Montal. in. l. 15. titul. 20. lib. 3. fori. in gl. 1. qui allegat Hoſtienſ. in ſumma. de immunit. eccleſi. §. in quantum. per Remigium de Goñi. de immunitate eccleſi. colum. 8. & colum. 84.

Contrariam partem tenet Couar. in libr. 2. variarum reſolutio. capit. 20. num. 6. vltra quem idem tenet Montaluus ſibi contrarius libr. 1. fori. titul. 5. l. 7. poſt gloſ. in capit. fin. 13. quæſtione final. & eſt communis opin. ſecundùm Hoſtien. colum. 1. in dict. capit. ſanè. colum. 1. Mouẽtur, quia corpus Chriſti cibus eſſe debet animarum, non corporum: & quia nullo iure id cauetur quo ad corpus Chriſti, ſed tantùm quo ad eccleſiam. Sed prior opin. & receptior eſſe videtur, & clementior, & religioni propitior, & etiam verior in puncto iuris. Nam hæc immunitas nulli dubium eſt, quin religionis tantùm contemplatione nitatur, vt exclamant iura hac de re loquentia: & præterea nulla alia ratio præter iſtam reddi poſſet, & cùm vnica ratio tantùm reddi poteſt, tunc habetur pro expreſſa. gloſſ. communiter appr. in. l. quanuis. C. de fideic. vbi per Iaſ. & alios. Iaſ. num. 14. in. l. de quibus. ff. de legibus. idem Iaſ. in authent. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſi. num. 21. cum præ. & ſequent. Cùm autem ratio in lege vel expreſſa eſt, vel pro expreſſa habetur, quia vnica tãtùm ratio reddi poteſt, tũc nulli dubiũ, quin poſsit fieri extenſio etiam in pœnalibus, & etiam in correctoriis. vt ex communi opinione reſoluit Iaſ. in dictis tribus locis. idem Iaſ. in. l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. nu. 12. ad fin. ff. de verborum obli. plenè per Tiraquel. de cau. ceſſante. par. 1. num. 152. & rurſus num. 135. Iaſ. nu. 181. in. l. re coniuncti. ff. de legatis. 3. & ſuprà pleniùs oſtẽdimus. Sed hęc ratio religionis nõ par duntaxat, ſed longè maior eſt in Chriſti corpore diuino, quàm in eccleſijs. ergo. & c. argu. l. veluti. ff. de iuſti. & iure. ibi, erga deum religio. non enim dixit, erga eccleſias, vel templa. Præterea hæc materia eſt liberatoria, ſicq; extendenda. l. Arrianus. ff. de actio. & obligat. l. fauorabiliores. ff. de regul. iur. gloſſ. appro. in. l. fin. vbi plura per Iaſ. ff. de conſt. princi. plenè in ſimili per Bart. & omnes in. l. omnes populi. ff. de Iuſtit. & iure.

*Clericus nõ recitans horas, an teneatur ad reſtitutionẽ fructuũ beneficiorum cum cõmuni cõtra alteram communem.*

56 Deniq; quòd teſtamen.clerici minùs ſolenne ſuſtineri (ſecundùm quoſdam) poſſe ſuprà diſſeruimus, id non procederet(vt quidam exiſtimãt) in clerico, qui cùm haberet beneficium eccleſiaſticũ, horas,ſeu horarias preces non recitaſſet. Nam & ſimiliter in eo punitur,quòd fructus beneficij ſuos non facit,ſed ad eorũ reſtitutionem tenetur. vt nouiſsimè reſoluit frater Dominicus de Soto de iuſtitia & iure libr.10. quæſtione.5. articul.6. Couar.variarum reſolutio.libr.3.capitu. 13.num.10. Calderinus in capit.1.de celebratio.miſſarum.Dominicus in capitul. final.de reſcript.lib.6.notab.1.Decius in capitul.cùm omnes.de conſtitutio.lect. 2.colum. ſecunda. num.2. Quod firmat ſaltem in foro conſcientiæ, licèt non ſic in foro contentioſo. Ripa in.l.fin.quæſt. 66.C.de reuocan.donatio.Angel.verſic. horæ canonicæ.Adria.& alij quos refert Couarru. vbi ſuprà.

Contrariam tamen ſententiã, vt tales clerici non teneantur ad fructuum reſtitutionem, tenent Decius vbi ſuprà in foro contentioſo, licèt in foro pœnitentiali priorem ſentẽtiã teneat Abb.& Card. in dict.capit.1. Felinus in cap.poſtulaſti. num.7.de reſcriptis. Præpoſitus in ſumma.44.diſtinctione.Sylueſter verb.clericus.4. quæſtione.23. per Martin.Nauarrum in ca. quando. de conſecratione diſtinct.1.nu.7.& nu.31. per Bernard. Diaz. pract. crimi.cap.49.per Carol.Molin.in conſuetudi. Pariſ. titu.1.§.30.nume.35.Et ſanè extra menſuram & æqualitatem eſſe videtur, vt clericus, qui ſtipendia meretur, non propter ſolam horarum recitationem, ſed etiam propter alia quamplura miniſteria quotidiè ferè exhibenda, priuetur vniuerſis beneficij fructib⁹, quaſi in vno tantùm peccans, factus ſit omnium reus, vt ſic ſtipẽdij nomine pro miniſterio in reliquis rebus exhibito reportauerit nihil.

In ſumma clerico licèt teſtari permittatur, intelligitur ſanè dũmodò de quæſitis ex eccleſiaſtico beneficio non teſtetur. Ita probat text. in capit.cùm in officijs.& in capitul.relatum.2.de teſtamen. & vtrobiq per doctores communiter, pręſertim per nouiſsimos.Nam clericus tenetur pauperibus elargiri quod ſupereſt ex reditibus beneficiorum ſecũdùm Thom.2.2. quæſtione. 43. articulo.8.Alexand.Halenſis.3.part.quęſtio.36.membro.5.Maior diſtincti. 24. quæſtione.17.

*Clericus qđ ſupereſt ex reditibus beneficiorũ, an pauperibus elargiri teneatur cum cõmuni contra alteram cõmunem.*

57 Et hanc eſſe communem opin. teſtatur Couarru.in dict.capit. cùm in officijs.n. 3.& Maior vbi ſuprà.text.in capit.epiſcopus.12.quæſtione prima. & in capit. 1.12. quæſtione.3.Abb.in capitul.cùm ſecundùm.de præb.colum. prima. Archidiac. & Dominicus in ſumma.44. diſtinctio. Felinus in capitul. poſtulaſti. num.6.de reſcript. idem Felinus in capit. de quarta.de præſcriptio.num.33. Anton. Burg. in capitul.1.num.28.de emptione & venditione. Ergo ſi id quod ſupereſt, non elargitur pauperibus, ſed ſuis ſucceſſoribus in teſtamento relinquit, de alieno ferè teſtatus videbitur, quod nullo iure licuit, niſi ad effectum de quo in.l.cùm alienam.C.de legatis.l.non dubium.ff.de legatis tertio.§. non ſolùm. Inſtitu.de legatis. iuncto capitul. filius noſter.de teſtamentis.

Contrariam partem, vt clericus non teneatur pauperibus elargiri quod ſupereſt ex reditibus beneficiorũ, tenẽt S.Th. & Caieta.in.2.2.q.185.art.7.Præpoſitus in ſumma.44.doctri.col.5.Thomas quodlibet.6. art.12. Syluester verb. clericus.4. quæſtio.20.& verbo, reſtitutio.3.q.5.Adrian.in.4. ſentẽtiarum.capi.incipiente, Pro clariori concl. 4. prout refert & ſequitur Couar.in. d.c. cùm in officijs.nu. 3.hanc doctorum varietatem ad fœdus ita reducens, vt prior opinio procedat quo ad peccatum, quod planè incurrũt clerici contra facientes: poſterior verò opinio procedat quo ad reſtitutionẽ eius quod ſupereſt ex reditibus beneficiorũ, ad quam tales clerici non tenentur.



*Clericus iure diuino exẽptus eſt à iuriſdictione ſeculari. cum cõmuni contra quãplures. & ideo teſtatur cũ ſola ſolẽnitate iuris canonici.*

58 Deniq; quòd clerici teſtamentum citra interuentum ſolennitatis iuris ciuilis valeat, ſuadetur etiam ex ea communi ſententia, quę habet, quòd clerici ſunt exempti à iuriſdictione principum laicorum, & iuriſdictioni tãtùm eccleſiæ ſubeſſe intelliguntur. Ita reſoluit Alciat.in capi. cùm non ab homine.in princip.de iudicijs.qui firmat communem eſſe opi. quòd clerici de iure diuino ſunt à laicorum iuriſdictiõe exempti.ſequitur & dicit communem ſentẽtiam Martinus Nauarrus in capitul.nouit. 6.notab.num.6. de iudicijs.Iaſ.in rubr.de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio. num.8.idem Iaſ. in.l.eſt receptum.num.3.ff.de iuriſdictione omnium iudi.idem Iaſ.in auth.ſi qua mulier.num.3.C.de ſacroſan.eccle.idem in.l.cunctos populos. num.87. lect.2.C. de ſumma trinit. Felin.in capit.2.de maioritate & obedien.nu.1.Rota.10.in antiquis.& Rota.2.in antiquioribus.Dominicus in.§.lege.2.colum.4.diſtinct. gloſ. in capi.ſi Imperator.96. diſtinctio.Abb. in repet.capit.eccleſia.de conſtit.in princip.idem in capit.ſolitæ.not.6.de maioritate & obedien.idem in capit.ſi diligenti.de foro compet. Roman. ſingul.424. incipi. Sed an poſsit facere Papa. Abb.in capit.at ſi clerici.in princip.10.colum.de iudicijs.& in cap.propoſuit. colum.3.de conceſsione præbendæ.idem Abb.in capit.literas.col.4. de reſtitut. ſpoliat.& in capit.1.de conſuetudine.idem Abb.in.c. non minus.colum.3. de immunitate eccleſiarum.Roman.in.l.ſi verò.§.de viro. 7.fallen.ff.ſolu.matrimonio.Imol.in clementina.1.colum.1.de officio ordin.Oldrald.conſi.83. colum.penul.per text.in capit. Syluester.ibi, contra diuinas leges. 11.quæſt.1.text.in capit.certum.10.diſtinctione.ibi, cùm de cauſis Dei agitur.Cardin.in repet.capit. perpendimus.colum. 4.de ſententia excommunicationis.vbi ait, quòd licèt Papa poſsit clericis adimere priuilegium canonis.ſi quis ſuadente. non tamen poteſt adimere priuilegium fori. Si ergo clerici non ſubiacent iuriſdictioni legum, aut principum laicorum, ſed tantùm eccleſiaſticis legibus,& principibus, ſupereſt, vt eorum teſtamẽta citra ſolennitatem iuris ciuilis ſuſtineantur, ſi modò adſit ſolennitas canonica. iuxta capit.cùm eſſes.& capit.relatum.1. de teſtamẽt.Nec enim dubium eſt, quin quo ad validitatem teſtamenti forum teſtatoris, non etiam hæredis ſcripti inſpiciatur.

*Leges totius tituli. C.de epiſc. & cleri.& de ſacro.eccleſi. & titu.3.libr.1. ordi. nõ habet uim legis, ſed tantùm beneficij. cum cõmuni.*

59 Eſt tamen verum, quòd Bald.& Paul. num.6.in.l.iubemus nullam.C.de ſacroſanct.eccleſ. & Carolus Molin. in addit. ad Alexan.conſ.8. Videtur ſuper primo. libr.1.tenẽt clericos non iure diuino, ſed tantùm poſitiuo fuiſſe exemptos à iuriſdictione ſeculari,& ideo (inquiũt) leges latæ ab Imperatoribus ſub titu.C.de epiſcopis & cleri.&. C.de ſacroſ.eccle.& in authent.de ſancti. epiſ. tenent eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas, vel ſaltẽ in primitiua eccleſia eas tenebãt.Id quod (dubius tamen) tenet Iaſo.in authent.ſi qua mulier.num.3.C.de ſacroſanct.eccle.idẽ Iaſ.in dict.l.cunctos populos.num.87.lectura.2. qui refert ita tenuiſſe Bald. Sali. Pau.& Fulgo.in dict.l.iubemus nullam. & Alciat.in dict.capi.cùm non ab homine. num.3. qui omnes agnoſcunt hodie clericos non ſubeſſe legibus, aut principibus laicis. Verùm an id priuilegiũ ſit de iure diuino, an de iure poſitiuo, ſunt variæ opin. nam receptior opin.ſuprà relata vult eſſe de iure diuino. Sed hi, quos proximè retulimus, intelligunt id introductum fuiſſe de iure tantùm poſitiuo, ſicq; leges latas ſub titulo de ſacroſanct. eccleſ.C.& de epiſ.& cleri.olim tenuiſſe, licèt hodie iam ſint abrogatæ, vt tenent omnes hi, quos proximè retulimus.& tenet Albe.in rubri.C.de ſacroſanct.eccle. & eſt communis opi. ſecundùm Alciat. in

in dict.capit. cùm non ab homine.in pr. Vnde vtiliter infertur, quòd omnes leges collocatæ ſub titulo. De los perlados è clerigos.libr.1. ordinamen.nullius momenti ſunt ex defectu iuriſdictionis, & poteſtatis eorum principum, qui eas tulerũt, niſi quatenus concordant cum legibus canonicis, vel quatenus ſuperaddunt noua priuilegia clericis, vel eccleſiaſticis perſonis.

*Clericus ſubeſſe poteſt iudici laico ex cõmiſsione Papæ, non aliter, etiam ſi diu ille laicus eſſet in hac poſſeſſione. cum communi.*

60 Stat ergo clericos gaudere priuilegio fori, vt nõ ſubſint laicis legibus, aut principibus. Eſt tamen verum, quòd Papa poteſt committere iudicibus, aut principibus laicis cauſas clericorum, quia tunc illi iudicabunt non tam ex propria & laica iuriſdictione, quàm ex iuriſdictione eccleſiæ ſibi demandata. Ita ex communi opinione reſoluunt Iaſ. in dict. rubri. de officio eius. idem Iaſ. in dict. l. eſt receptum. colum.2.& Felin. in dict. capitu.2. num.3. de maioritate & obedien. per textum in cap. officium.32. diſtinctio. Nam & vni laico poteſt Papa dare poteſtatem conferendi beneficia. glo.1. in fin. in cap. imperium.10. diſtinctione. & in capit. in ſumma.15. quæſtione.7. Ioan. An. ad Specula. de legato. §. nunc tractemus. verſic. ſed nunquid legatus. Innocen. Ioan. An. Anton. Abb. Anani. Anchar. & Dominicus in capit.2. de præben. in.6. Felin. in capit. dilecto. de teſtib. idem in capitul. cauſam. de præſcript. idem in capi.2. nu.3. de maioritate & obedien. qui firmat quòd præſcriptione, vel cõſuetudine id ius nõ poſſet acquirere prĩceps laicus. quod tenet Cardin. conſ.68. Ioan. And. & Dominicus in dict. cap.2. de præben. in.6. quod intellige, vt per Iaſ. num.8. in rubr. de officio eius. & per eundem in dict. l. eſt receptum. num.3.&.4. Ex quibus apparet communem eſſe opinio. quòd Papa nõ poteſt conferre iuriſdictionem ordinariam principibus laicis in clericos, licèt delegatam poſsit, nec laici poſſunt tempore, vel conſuetudine talem iuriſdictionem acquirere. Quę nota ad leges regias in quibus refertur vſus regum Hiſpanorum circa iuriſdictionem in res & beneficia & perſonas eccleſiaſticas.

*Clericus etiam coniugatus gaudet priuilegio fori cũ communi.*

61 Amplia. vt etiam clericus minoris ordinis ſeu primæ tonſurę non ſubſit principibus ſecularibus. Iſta eſt vera & communis opin. vt per Anto. & alios in dict. capit. cùm non ab homine. vbi Abb. Fel. & Deci. colum.1.& Alciat. num.8. Alex. conſ.8. Videtur ſuper primo. libr.1. idem Alexand. conſi.149. In cauſa inquiſitionis. libr.6. idem Alexand. conſi.61. lib.4. Deci. conſi.150. Dubitatur. nu.4. per tex. in capit.2. de foro compet. & in cap. cùm nõ ab homine. ſuprà alle. Quod vltimũ procedit etiam ſi is clericus eſſet vxoratus. Alexand. dict. conſi.149. & dict. conſil.8. niſi cũ vidua eſſet vxoratus, vel bis matrimonium contraxiſſet ſecundùm Alexand. vtrobiq; per capit. vnicum. de clericis coniuga. libr.6.

*Clericus gaudet priuilegio fori licèt non incedat cũ habitu clericali. cum communi.*

62 Amplia.2. etiam ſi clericus non incedat cũ habitu clericali. Imol. in cap. Ioannes. de clericis coniungatis. per text. ibi Alexand. in tribus conſilijs ſuprà alleg. Alciatus vbi ſuprà. nu.8. Quod limita niſi admonitus eſſet à iudice competente, & adhuc noluiſſet incedere cum habitu clericali, nam tunc priuilegio fori nõ gauderet is clericus minoris ordinis. Habitum autẽ clericalem quemlibet accipere debemus, dummodò honeſtus ſit: quia nullo iure cautum eſt qualis eſſe debeat habitus clericalis. glo. not. in clem.1. de electione. quæ ſingularis eſt ſecũdũ Alexan. in d. cõſi.149. colum. fin. glo. & doctor. in capit. penult. de vita & honeſtate clericorum. Laudenſis, & Cardi. in clement.2. eodem titul. Innocen. in dict. capit. penult. gloſ.30. diſtinct. cap. ſi quis virorum. Alex. dict. conſi.8. col. fi. libr.1.

*Etiam ſi is immiſceret ſe negotijs ſecularibus cum cõi.*

63 Amplia.3. vt gaudeat priuilegio fori etiam clericus minoris ordinis, licèt immiſceat ſe negotijs ſecularibus, & etiam enormibus ſecundùm Alciat. vbi ſuprà. Alexã.



Alexand. in dict. conſi.149. idem in dict. conſi.8. Hoſtienſ. & Anchara. in capit.1. de apoſtatis. Abb. in capi. perpendimus. de ſententia excommunicationis. & eſt communis ſententia per dict. capi. Ioannes. quæ communiter limitatur, niſi à iudice competente ab enormibus, & vetitis, profaniſq; negotijs vt abſtineret admonitus, parere noluiſſet, tũc enim etiã priuilegio fori non gauderet, ſecundùm Alexand. & Alciat. in locis ſuprà citatis. idem Alexan. conſil.61. lib.4. Cardina. & Abb. in dict. c. perpendimus. Hoſtien. & Anchara. in. c.1. de apoſtatis.

*Etiam ſi is nihil allegaret. cũ cõi.*

64 Amplia quartò, vt procedat etiam ſi cùm clericus ille minoris ordinis captus eſſet à iudice laico, nihilque allegaret, & condemnatus eſſet, nam adhuc proceſſus non valeret, quaſi per hanc diſsimulationem fori priuilegio renũtiare non poſſet. argum. tex. in. c. ſi diligenti. de foro compe. ita tenet, & firmat communiter teneri Alexã. in dict. conſi.149. lib.6. colum. fi. num.13. Archidiaconus.15. q.4. in. c. placita. Speculator de citatione. §.1. verſi. ſed pone. Ioan. And. in regula. ſcienti. in Mercuria. Cin. in. l. generaliter. Bal. & Ange. in. l.2. C. ſi quis in ius voca. non ierit. Ang. & Imol. in. l. quidam conſulebant. ff. de re iudica. tradunt omnes doctor. in dict. capi. ſi diligenti. Anchara. in capit. ea quæ.24. quæſt. de regul. iur. in.6.

*Etiam ſi renuntiaret priuilegio fori. cũ cõmuni.*

65 Amplia.5. etiam ſi is clericus minoris ordinis expreſsim renũtiaſſet priuilegio fori. vt tradũt omnes per text. ibi in dict. capit. ſi diligenti. per nouiſsi. in. l. penult. C. de pact. etiam ſi interfuiſſet iuramentum. vt tradit Bart. in. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor. Alexan. in dict. conſ.8. & in dicto conſil.149. niſi fuiſſet publicus hiſtrio, ſeu buſo, aut paraſitus, & in exercitio illius artis ignominioſæ & turpis per annum perſeueraſſet. ita Alexan. in dict. conſil.8. num.2. & in dict. conſil.149. per capit. vniuerſitatis. de ſententia excommunicationis. iuncto cap.1. de clericis cõiugatis. libr.6. in ſimili per Felin. in cap.2. colum.1. de maioritate & obedien.

*Etiam ſi teſtator contrarium iuberet. cum communi.*

66 Ampl.6. vt procedat, etiam ſi teſtator diſpenſaret, vt clericus cùm hæredem inſtituebat, poſſet conueniri à iudice laico. Ita Bald. in. l.2. C. vt in poſſeſsionem legatorum. Deci. conſ.150. num.4. quod ſatis dubium eſt. argument. tex. in. l.2. §. ex his ff. de verb. oblig. vbi qualitas obligationis ex perſona ſucceſſoris nõ põt immutari, aut deterior fieri, præſertim cũ is clericus ſponte adierit hęreditatẽ. l. nec emere. C. de iure deliberã. Niſi dicas, quòd vt actor tenetur ſequi forum rei. l.2. C. de iuriſdict. om. iu. non multùm intereſt, vtrũ adeat iudicem eccleſiaſticum, an verò iudicẽ ſecularem. Adde Deci. in. c. quia gu. nu.10. de iudi. & infrà latiùs diſſeram.

*Etiam ſi eſſet in cõtrarium cõſuetudo. cũ cõmuni.*

67 Amplia ſeptimò, vt procedat, etiam ſi is clericus & expreſsim renuntiaſſet priuilegio fori, & præterea eſſet conſuetudo, quòd poſſet conueniri coram iudice laico. Iſta eſt communis opinio, quam reſoluũt Hoſtienſis in. c.1. de apoſta. Alex. dict. conſi.149. lib.6. num.10. idem conſi.8. lib.1. Sentit Decius dict. conſ.150. nu.4. Felinus in dict. c.2. col.1. ad finem. de maiorita. & obedien.

*De ead. re.*

68 Amplia octauò, vt procedat, etiam ſi iudex eccleſiaſticus eſſet negligẽs in huius clerici punitione. Ita Alexand. col.2. conſil.8. lib.1. per. c. quanto. de iudici. vt ibi latè per eum.

*De ead. re.*

69 Amplia nonò, vt huius controuerſię, an ille clericus eſſet nec ne, iudex competens ſit iudex eccleſiæ, non iudex laicus. Iſta videtur cõmunis opin. vt per Alexã. dict. conſi.149. lib.6. Cinus, & Bald. in. l. ſi qua per calumniam. C. de epiſcop. & cleri. Dominicus de ſancto Gemi. in dict. c. vni. de cleri. coniug. in.6. Rota deciſione 197. incipi. Item ſi clericus cõiugatus. Anton. Abb. & Imol. in. c. tuam. de ordi. cogni. Lapus allega.56. Alexan. conſi.8. lib.1. nu.4. Deniq; licèt is clericus minoris ordinis admonitus à iudice noluerit incedere

cedere cum habitu clericali, id ſibi non
nocet, ſi poſtea ſine fraude, & ſponte illũ
habitum reaſſumpſit. Ita eſt communis
opin. ſecundùm Alex. conſ. 149. num. 6.
Ioan. Monach. Io. And. Ioan. de Lig. Do-
mini. & Archi. in dict. c. vni. de cleri. con
iug. n. 6. Pau. de Liaza. in clem. 1. de vita &
hon. cleri. per text. ibi verb. quandiu. iun
cto intellectu primo gl. ibi. verb. omni-
modo. qui intellect. cõiter appr. ſecundũ
Alexand. dict. conſil. 149. idem conſil. 8.
libr. 1. colum. fin.

*Clericus hæres laici ante litem cũ defũcto cœptã nõ gaudet priuilegio fori. cũ cõmuni cõtra alteram communem*

70 Amplia. 10. vt procedat, etiam ſi cleri-
cus hæres ſtitiſſet laico, & nomine defun
cti conueniretur, nam adhuc coram iu-
dice eccleſiaſtico eſſet cõueniendus, etiã
ſi inſtantia litis contra defunctum eſſet
cœpta corã iudice laico. Ita reſoluit De-
cius in capit. quia gu. in fin. de iudi. & ibi
Abb. quòd ſaltem firmant eo caſu, quo
contra defunctum inſtantia cœpta non
eſſet. ſequitur hoc caſu Felinus ibi. nu. 3.
vbi Anton. & Imola, & Decius ibi num.
10. Bart. Angel. Paul. & Iacobi. de ſancto
Georgio in. l. hæres abſens. ff. de iudi. De-
cius conſi. 150. num. 4. Bald. in. l. 1. C. ſi pẽ-
den. app. mors interuenerit. tradunt com
muniter doctor. in. l. ſi conſtante. §. fin. ff.
ſolut. matrimonio. Angel. in. l. tam ex cõ
tractibus. ff. de iudi. Alber. in dict. l. hæres
abſens. Bald. in capit. in pręſentia. colum.
4. de probatio. & ita ſeruatur in practica
ſecundùm Iacobi. vbi ſuprà. per Maran.
de ordi. iudi. fol. 121.

Contrarium tamen tenuerunt nõnul
li relati per eos, quos proximè allegaui,
quorum opin. veriorem puto. Nam iure
tam canonico quàm ciuili hæres, qui de-
functi nomine agit, vel conuenitur, ibi a
gere debet, vel conueniri, vbi, & coram
quo iudice defunctus conueniretur, vel
ageret. tex. in dict. cap. quia. V. tex. in. d. l.
hæres abſens. l. apud Iulianum. primo re-
ſpon. in fin. ff. ex quibus cau. in poſſeſ. ea-
tur. vbi Iurecõſultus ait id æquiſsimum,
& contrarium perquàm durum fore. l.
ſi is. ff. de iudi. l. 2. §. ex his. ff. de verborum
obligatio. l. cùm quidam. §. ex locato. ff.
de vſuris. l. fiſcus. ff. de iure fiſci. l. ſi eum
hominem. ff. de fideiuſſo. l. tutores. C. ad
legem Iul. de vi. l. non intelligitur. §. cùm
ex cauſa. ff. de iure fiſci. l. ſi rem. 2. ff. de rei
vendi. l. ſecunda. §. final. ff. de prætori. ſti-
pu. l. vbi cœptum. ff. de iudi. l. magis pu-
to. §. ſi pupillus. ff. de reb. eorum. l. ſub prę
textu. C. de hære. act. l. AEmilius. ff. de mi
nor. l. ſecunda. C. ſi aduerſ. vendi. pign. fa
cit. l. ſi intra. C. de non numerata pecun.
l. ſi tibi. C. mandati. l. polla. C. de his quib.
vt indig. l. furioſus. ff. de actio. & obliga-
tio. l. 1. C. ſi manci. ita fuer. ali. Quorum
ratio ea eſt, quia ex perſona ſucceſſoris
qualitas obligationis immutari non de-
bet. dict. §. ex his. Et quia perquàm indi-
gnum, & iniquum eſſet eum, qui cũ cle-
rico nihil contraxit, compelli forum ſe-
qui eccleſiaſticum. vt in ſimili ait dicta. l.
apud Iulianum. Iuſtiusq́; eſt, vt ipſe cleri-
cus aut abſtineat hæreditate laici homi-
nis ſibi delata, aut eam accipiat citra cu-
iuſquam iniuriam, id eſt creditorum hæ
reditariorum. Pro nobis, quia priuilegiũ
clericis cum læſione alterius concedi nõ
debet. l. cùm auus. C. de emancip. libero.
Et omne priuilegium debet reduci quan
tum poſsibile fuerit ad terminos iuris cõ
munis. capit. cauſam quę. de reſcript. l. ſi
quando. in princip. cum gloſ. C. de inoffi
cioſo teſtamento. vbi per Iaſ. poſt alios.
Et id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro
nobis auelli non debet. l. id quod noſtrũ.
de regulis iuris. Vnde ius creditori quæſi
tum contra me, ſine facto eius ſibi adimi
aut vlla ex parte lædi non debet ex perſo
na clerici, quem hęredem feci. Cùm ergo
regula mille legibus & rationibus probe
tur, videndum eſt, an exceptio ſit ſufficiẽ
ter probata. Et conſtat non eſſe. Nam ca-
pit. ſi diligenti. de foro competent. nihil
facit, ſi rectè inſpiciatur: quia ibi ex perſo
na ſua conuenitur clericus, non ex perſo
na defuncti, aliter enim exiſtimantibus
abſur-



abſurdum eueniret: quia nullorum ma-
gis intereſt, quàm ipſorum clericorum
huiuſmodi exemplum, aut priuilegium
non admitti. vt in ſimili ait Iureconſul-
tus in. l. diuus. ff. de milit. teſtament. §. pla
nè. Inſtit. eodem. Nam ſi lex canonica ta-
le priuilegium clericis cum iniuria laico
rum tribueret, tunc meritò, iureq́; opti-
mo opponeret ſe lex ciuilis pro defenſio
ne laicorum, nec permitteret, vt laicorũ
ſucceſsio cum tam grãdi creditorum hę
reditariorum iniuria, & damno clericis
deferretur. Nec enim dubium eſt, quin
ius, poteſtasq́ue ſuccedendi iure ciuili da
ta hominibus fuerit, & conſequenter co
anguſtari ab eodem iure ciuili poſsit, prę
ſertim iuſta de cauſa, qualem hanc eſſe
negari non poterit, ne creditorum hæ-
reditariorum ius in lucrum, prædamq́;
impiè clericis tradatur, qui hac in re cùm
agant de lucro captando, non tam fauen
di ſunt, quàm creditores, qui certant de
damno vitando. argumento. l. fina. C. de
codicill. l. filiusfamil. §. diui. ad finem. ff.
de legatis primo. Denique hæres repre-
ſentat perſonam defuncti. authenti. de iu
reiurand. à moriente præſtit. §. primo. l.
cùm à matre. cum ibi notatis. C. de rei vẽ
di. Vnde cùm clericus laici defuncti no-
mine conuenitur, non tam clericus ipſe,
quàm defunctus, qui laicus erat, conue-
niri videtur, ſicq́ue in foro ſeculari, non
eccleſiaſtico res agenda eſt. Pro hoc cap.
nouit. cum gloſſ. vbi omnes. de iudi. vbi
teſtatur Papa ſe nolle iuriſdictionem lai
cam vlla ex parte minuere: quinimò & ſi
minuere vellet, princeps ſecularis teſta-
tur ſe non permiſſurum. Ita ait. l. 7. titul.
tertio. libro. 1. ordinament. cuius verba.
Porque aſsi como nos queremos guar-
dar ſu iuriſdiction ala igleſia, y a los ec-
cleſiaſticos juezes, aſaz razon y derecho
es, que la igleſia, e juezes eccleſiaſticos
no ſe entremetan en perturbar la nueſtra
iuriſdiction real. Ad idem. l. 25. eodem ti-
tulo. Pro nobis bonus text. cum ibi nota
tis in. l. filiusfamil. §. diui. in fine. ff. de lega
tis primo.

*Imperator non habet iuriſdict. à Papa, ſed iure ꝓprio. cum cõmuni cõtra alteram communem.*

71 Nec enim dubium eſt, quin princeps
ſecularis habeat iuriſdictionem propriã,
proprioq́ue iure, non autem à Papa de-
mandatam. vt eleganter probat iure no-
ſtro. l. prima. titulo. 1. part. ſecunda. ad fin.
ibi. El Emperador es vicario de Dios en el
Imperio para hazer juſticia en lo tempo
ral, bien aſsi como lo es el Papa en lo ſpi-
ritual. quod expreſsim probat dict. l. 7. &
l. 25. titulo. 3. libr. primo. ordinamen. Qua
rum legum authoritas vincit facilè au-
thoritatem doctorũ canoniſtarum, qui
communiter tenent, quòd etiam in tem
poralibus Imperator recognoſcit Papã
tanquàm ſuperiorem. vt per glo. & Abb.
in capitul. nouit. de iudici. vbi Felinus co
lum. ſecunda. in fine. & Decius num. 7. &
Bald. in procem. ff. colũ. ſecunda. firmant
communem eſſe opinionem Canoniſta
rum, quòd etiam in temporalibus Papa
eſt ſuperior Imperatore. quam etiam fir-
mat eſſe communem Martinus Nauar-
rus in dict. capitul. nouit. tertio notabili.
qui latiſsimè procedit. qua de re latè per
Vermondum. de publicis cõcubinarijs.
colum. 376. per Couarru. in capit. pecca-
tum. §. 9. num. 7. de regulis iur. gloſſ. in. c.
cauſam quę. qui filij ſint legitimi. Alphõ
ſus à Caſtro. de iuſta hæreticorũ punitio-
ne. lib. 2. c. 23. col. 11. Anton. de Roſellis. de
poteſtate Imperatoris. fol. 8. §. ne ꝓlixius.
gl. in clem. ad noſtrã. de hæreti. Bar. in. l. 1.
§. præſes. ff. de requirẽdis reis. idẽ in extra
uaganti. Ad reprimendã. verbo, totius or
bis. Ex quibus omnibus apparet cõem eſ
ſe op. legiſtarũ, ꝙ Papa nõ ſit maior Impe
ratore in tẽporalibus. licèt in cõtrariũ ſe
habeat cõis opi. Canoniſtarũ. Quæ res a-
pud nos Hiſpanos indubitata eſſe debet
per. ll. regias. ſ. allega. quarum authoritas
facilè vincit authoritatẽ Canoniſtarũ, Le
giſtarumq́; op. abũdè tuetur. Cùm er-
go. l. ciuilis non dubiũ ſit, quin poſsit, &
debeat opponere ſeſe pro defenſione iu-

riſdictionis laicę, laicarumque perſona-
rum, & eo caſu, quo clericus ſucceſsit lai
co, iure illius laici, quorum perſonam re
preſentat, vti debeat ſecũdùm ius ciuile,
cui etiam ius canonicum videtur acce-
dere, vt iam oſtendimus, ſupereſt, vt iuri
ciuili hac in re ſtandum ſit, quandoqui-
dem ei expreſsim nõ repugnat ius cano-
nicum, nec etiam ſi aduerſari vellet, poſ-
ſet, cùm hæc materia ſit tẽporalis, in qua
l. ciuilis non recognoſcit ſuperiorem, &
poteſtas ſuccedendi à lege ciuili effluxe-
rit, vt plenè docemur ſuprà. §. primo. &
hæc pars faciat pro creditoribus, qui cer-
tant de damno vitando, & imputandum
ſit clerico, qui ſponte immiſcuit ſe laici
hominis hæreditati. l. nec emere. C. de iu-
re deliber. ſicque non ſit ei ſubuenien-
dum. argum. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſa-
ria. ff. qui ſatiſda. cog. vbi multa per Iaſo.
Optimus text. in. l. iam dubitari. in fi. ff.
de hæred. inſtit. vt declarat Soci. in. l. con
ditionibus pupillus. colum. antepenult.
ff. de condi. & demonſt. vbi priuilegium
abſtinendi, quod cõceditur liberis, qui-
bus inuitis parentum hæreditas quæſita
fuit, eis denegatur, quando præcedente
facto voluntario ſuo hæredes extiterũt,
quaſi neceſsitas non releuet, ſi quis in
eam præcedente actu voluntario ſuo in-
ciderit. Cui ſimilis eſt clericus, de quo lo
quimur, qui licèt inuitus conueniatur à
creditoribus defuncti, id tamen deſcen-
dit ex ſua voluntaria hæreditatis aditio-
ne, ſicque non iuuatur. Nec nouum eſt
clericos litigare ſub iudice laico, quale
eſt, cùm aliquid petunt à laicis. vt in. l. 25.
titul. 3. libro. 1. ordinamen. Nec per hoc
vniuerſo ordini clericali iniuria fieri vi-
detur, cùm de hæreditate, & ſic alia de re
principaliter ageretur, & non principa-
liter, ſed per quandam conſequentiam
mutatio fori contingat. argum. legis. ſi
quis nec cauſam. vbi plura per Iaſo. poſt
alios. ff. ſi certum petatur. Et cùm teſta-
toribus non permittatur teſtari, ita vt il-
la ex parte ius creditorum deterius fiat. l.
filiusfamil. §. diui. in fine. ff. de leg. 1. cer-
tè aut clericos hæredes facere non eſſet
permittendum, aut ſi permittatur, cum
ſua cauſa permitti debet, nempe, vt tales
hæredes clerici compellãtur litigare ſub
iudicibus laicis, non ſecùs, quàm defun-
ctus, ſi viueret, litem ageret. Ad. l. ſi con-
ſtante. §. fina. ff. ſoluto matrimo. reſpon-
deo vt per Ludo. & Alexand. ibi. ſecun-
dùm intellectum Petri, qui cæteris tu-
tior eſt, quique refertur ab Alexan.

72 Qua opinione retenta, ſequitur à for-
tiori, quòd ſi lis eſſet cœpta contra de-
functum, tunc clericus hæres idem iudi-
cium ſeculare ſubire teneretur. vt eſt cõ-
munis opinio, quam tenent Felin. num.
3. in dict. ca. quia. v. de iudicijs. Imol. in. l.
ſi hominem. ff. de fideiuſ. Paul. in. l. hæ-
res abſens. ff. de iudicijs. Paul. & Roman.
vbi Alexand. colum. 3. in medio. in. l. ſi
conſtante. §. fina. ff. ſolut. matrimo. Bar-
ba. in dict. ca. quia. v. colum. 8. Boëri. de-
ciſione. 69. nume. 32. Ange. in dict. l. hæ-
res abſens. Guilielm. Benedict. in. c. Rai-
nutius. de teſtamen. verb. & vxorem. 2.
nume. 124. quæ opinio à fortiori proba-
tur per omnes leges, & rationes in præ-
cedenti articulo congeſtas: licèt contra-
rium & malè tenuerint Abbas, Anto. &
Imol. in dict. c. quia. v. Bal. in. l. 1. C. ſi pen-
dente appellatione mors interuenerit.
Ange. in. l. tam ex contractibus. ff. de iu-
dicijs. Bald. in. c. in præſentia. colum. 4. de
probatio. Felin. in dict. c. quia. v. Alberic.
& Iacobi. qui hanc opinionem firmat in
vſu forenſi communiter ſeruari. & eſt
communis, ſecundùm Maranta. de or-
dine iudiciorum. fol. 121.

*Clerico accedit inſtãtia litis cœpta cum defuncto. cum cõmuni cõtra alterã communẽ.*

73 Amplia vndecimò, vt clericus etiam
minoris ordinis non ſolùm gaudeat pri
uilegio fori, ſed etiam vt laicus contra
clericum in criminibus exceptis teſtis eſ
ſe non poſsit. vt ex communi opinione
reſoluit Hoſtien. in. c. veniens. colum. 2.
de teſtib. facit, quod tradit Couar. de pra
cticis quæſtionibus. capit. decimooctа-
uo. per textum in capi. de cætero. de te-
ſtibus.

*Clericus an habeat priuilegiũ, ne laicus contra eũ poſſit eſſe teſtis.*

Contrarium tamen tenet gloſ. in cap.
de cætero. quam ſequitur & dicit com-
munem Felinus ibi colum. 3. nu. 9. Quod
dic vt ibi per eum, & alios ſuprà rela-
tos.

74 Denique dum diximus clericum poſ
ſe incidenter renuntiare quaſi tacitè pri-
uilegio fori, quod accidit, quando ſpon
tè immiſcuit ſeſe hæreditati laicorum,
vel quando cùm eſſet clericus minoris
ordinis, turpem artem exercuit, turpem-
que viuendi modum elegit, veluti ſi mi-
mus, hiſtrio, bufo, paraſitus, aut athleta
factus fuit, inque eo viuendi modo poſt
iudicis admonitionem perſeuerauit, li-
cèt is clericus expreſsim non poſſet pri-
uilegio fori renuntiare. dict. capitul. ſi di
ligenti. de foro competen. Qua in re mi-
rãtur noſtrorũ plerique quamobrem ta-
citè fieri liceat, quod expreſsim fieri per-
miſſum non eſt, contra omnem rationẽ,
& cõtra. l. cùm ex filio. §. primo. ff. de vul-
gar. vbi expreſſum tacito fortius eſt. licèt
regulariter à pari procedant. l. certum.
vbi multa per nouiſsimos. ff. ſi certum
petatur. Sed huius rei rationem illicò ſa-
tis apertam docemur, atque perſpicuam.
Sed interea ex ſuperiore differentia in-
fertur ad illam ſat cõtrouerſam quæſtio-
nem, dum quæritur, an iure regio illud
priuilegium nobilitatis (quam Hiſpanè
hidalguiam vocamus) vt nobilis pro de-
bito pecuniario, non ex delicto deſcen-
dente vinculis contineri nequeat, pacto
expreſſo remitti liceat. Quam rem vehe-
menter controuerſam in Granatẽſi præ
torio diſertiſsimus Couar. firmat olim
fuiſſe, & tandem obtinuiſſe partem affir
matiuam (vt renuntiatio valeat) quam
& ipſe ſequitur in capitulo. quanuis pa-
ctum. de pactis. in ſexto. part. ſecunda. in
principio. num. 5.

*Clericus priuilegio fori poteſt interdũ renuntiare, licèt expreſſim nõ poſſit, noua declaratio.*



Mouetur per regulam legis penulti-
mæ. C. de pactis. l. ſi quis in conſcriben-
do. C. de epiſcop. & clericis. l. quoties ab
omnibus. C. de fideicommiſ. l. ſtipulatio
iſta. §. inter certam. ff. de verborum obli-
gationibus. l. cùm pater. §. mando. ff. de le
gatis ſecundo. cum vulga. contra quam
regulam ipſe variè arguit, & ab omnibus
argumentis facilè expedit ſeſe.

Primùm enim arguit, quòd iſtud ſit
priuilegium nobilitatis, & ſanguinis,
quod quaſi naturale à nobilibus ſepa-
rari non poſſe videbatur. argumento. l.
eas cauſas. ff. de capitis diminutione. l.
iura ſanguinis. vbi in ſimili multa per
Decium, & alios. ff. de regulis iuris. §.
ſed naturalia. Inſtitut. de iure naturali.
Quod argumentum facilè excluditur.
Quia licèt quiſq; nobilitatem non quæ-
ſiuiſſet, ſed cum ea natus eſſet, tamen
nobilitatis effectus, quos lex poſitiua
nobilibus condonauit, nihil impedi-
mento eſt, quin ab ipſis nobilibus alia
lege poſitiua ſeparari poſsint. l. nihil
tam naturale. ff. de regulis iuris. dict. §.
ſed naturalia. capit. omnis res. de regu-
lis iuris. & conſequenter per interuen-
tum pactionis poſsint ſeparari, cùm con
trahentium pactiones vim legis ha-
beant. l. contractus. ff. de regulis iuris.
cum vulgatis.

Item arguit ab authoritate eorum,
qui tenẽt beneficio ceſsionis bonorum
renuntiari non poſſe: & ab authoritate
eorum, qui tenent beneficio legis. ad
egregias. ff. de iureiur. renuntiari non
poſſe: & ab authoritate eorum, qui te-
nent non valere pactionem illam, vt de-
bitor inuitus à creditore detineatur, aut
etiam propria authoritate capiatur debi
ti ſoluendi cauſa.

Item arguit ab authoritate eorum,
qui tenent non poſſe mulierem renun-
tiare priuilegio ſuo, ne vinculis deti-
neri poſsit pro ſoluendo ære alieno.
Quæ omnia argumenta facillimè ex-
cluduntur, oppoſitis authoritatibus

eorum, qui in his omnibus ſpeciebus contrarium verius eſſe contendunt, huiuſmodi renuntiationes firmas eſſe exiſtimantes. Vt interim omittam argumentum ab authoritate imbecilius eſſe, quàm longa confutatione egeat, adducit prætereà.l.alia.§.eleganter.ff.ſolut. matrimonio. & capi. ſi diligenti.de foro competent.l.fin.C.de bon.liber.capitul. ſecundo.de iudi.lib.6. quæ iura variè tentat effugere.

78 *Nobilis ꝑ debito an poſsit uinculis detineri.cum communi.* Quid dicendum? Et quidem primùm videbimus quid de iure communi, deinde quid de iure regio. Nam de iure communi communis ferè opin. eſſe videtur, vt nobilis vinculis detineri nequeat pro debito deſcendente ex cõtractu, vel quaſi. vt per Couarru. vbi ſuprà. per Alexan. num. vigeſimoquinto. in.l. Centurio.ff. de vulga. per Iaſ.in.l.miles.ff. de re iudic. colum. ſecunda. num.10. per Bart. in.l.ſi libertus. ff. de in ius vocand. per Aretin. conſil. 95. Reſpondeo breuiter. Anchar. in clementi.ſecunda.de magiſt. Guili.de Cuno in.l. penultim. ff. ex quibus cauſ. maiores. Ioannes Baptiſt.de ſancto Seueri. de debitoribus ſuſpect.& fugiti. quæſtione.5. princip. text. vbi per omnes in l.medicos.C.de profeſ.& medicis.libr.10. Huic ergo priuilegio, ſeu effectui nobilitatis licèt renuntiari poſſe per pacti interuentum videretur. argumento dict.l. penulti.C.de pactis. tamen in cõtrariam partem procliuior ſum. Moueor per tex. in.l.fina.C. de pactis. pignorum.ibi, creſcit aſperitas. vbi pactum legis commiſſoriæ nulla alia ratione vetitum eſt, niſi propter ſui aſperitatem: & licèt beneficio illius legis controuerſum ſit, an cum iuramento poſsimus renuntiare, tamen per ſimplicem renuntiationem legem illam tranſgredi non poſſe, omnes admittunt. vt ibi per doct.& per Bart.& omnes in.l. ſi quis pro eo. colum.final.ff. de fideiuſ. & diſſerimus plenè infrà.§.28. &.29. Nec dubium eſt, quin illa ratio aſperitatis in pactis & renuntiationibus vitandæ, quæ in dict.l.fin.expreſſa eſt, habeatur pro lege. Quia quãdo ratio legis eſt generalis, licèt deciſio ſit particularis, tamen ipſa ratio pro lege habetur, nec reſtringitur per deciſionem particularem, quinimò deciſio tunc loco tantùm exempli habetur, quod non arctat regulam. vt plenè tradunt Tiraquel.de cauſa ceſſante.part. prima.num.152.& num.135.cum plu.præceden.& ſequent. Iaſ.Decius Curti. iuni. & alij in.l.humanitatis.per text.ibi.C.de impuber.Iaſ.in.l.ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verborum obligationibus. numero duodecimo. ad finem. Iaſo in l.de quibus.num.14.ff.legib.Iaſ.in.l.quãuis.poſt gloſ.ibi.C.de fideicommiſ.idem in authent.quas actiones.C.de ſacroſanctis eccleſ. num. vigeſimoſecundo.cum plu.præcedent.& ſequent.per.l.his ſolis. C.de reuocand.donatio. Quod procedit ſecundùm communes & veras opinio. etiam in exorbitantibus, & pœnalibus, & correctorijs. vt dictis locis.& pleniùs ſuprà diſſeruimus. Nec dubium eſt, quin in pactione, qua de agimus, ſit longè maior aſperitas, quàm in pactione, de qua in dicta.l.fina.C.de pactis.pign. quandoquidem longè grauius eſt hominem liberum cum diſpendio ſuę libertatis & laxitatis detineri, quàm rem pignori datam pro modico pretio recepto in dominium creditoris tranſire. Eſt enim quælibet perſonæ moleſtia longè grauior, & intolerantior, durior, aſperior, quàm rerum amiſsio. argumento.l.in ſeruorum. cum ibi notatis. ff. de pœnis. l. quia poterat.ff. ad Trebellianum. iuncto.§.ſed neque.Inſtitut.de authori.tutor.l. quia autem.in princip.&.§.primo.ff.quæ in fraudem creditorum. Quo fit, vt quæ aſperitas erat in terminis dict.l.final. eadem, & longè maior ſit in hac pactione, & conſequenter tale pactum non valeat, non magis, quinimò longè minùs, quàm in terminis dictæ legis final. Aſtringe per



per ea quæ tradunt Bar.& omnes in.l. ſtipulationes non diuiduntur. in princip. ff. de verborum obligatio. dum aiunt, ꝙ licèt in obligationibus dandi compellamur præciſè dare, tamen non ſic in obligationibus faciendi, quaſi longè grauius ſit facere, aut pati, quàm dare etiam omnem ſubſtantiam.

76 *De ead.re.* Deinde moueor per text.in dict.capi. ſi diligenti.de foro comp. quem ſtringo dupliciter. Primũ, quia ſi renũtiatio iurata nõ ſufficit, vt ibi, multò minùs ſimplex ſufficiet, vt hîc. Itẽ, quia agebatur de mutatione fori, quæ leuis momenti eſſe videtur, ſi conferatur cũ lęſione reſultante ex captiuitate, & carcerum vinculis. Nam vt nos alibi ſcripſimus, & tradũt moderni in auth.res quæ.C. com.delegat.carceribus detenti, quaſi æquiparantur captis ab hoſtibus. Vnde nullus vnquàm ſanus negauit, quin ſit longè durior, & intolerabilior renuntiatio huius beneficij, q̃ illius beneficij, de quo in dict.capit.ſi diligenti. Vnde cũ in ſpecie noſter caſus nulla lege deciſus ſit, & argumentum à ſimili ſumendum ſit.l.neque leges.l.non poſſunt.ff.de legibus.certè illius tex. deciſio noſtro caſui non ſimilis tantùm, verùm ſimillima eſt.

77 *De ead.re.* Tertiò facit. l. ſi quando.§.illud.C.de inoſ.teſtament.ibi, quàm pactionibus aſtringendos. iunctis illis verbis, minimè prægrauari. vbi licèt caſus ſit diuerſus à noſtro, tamẽ ratio eadẽ, par, aut ſaltem ſimilis eſſe videtur: nam renũtiatio de qua ibi, ea potiſsimùm ratione improbatur, quòd plus æquo renuntians adſtringebatur, nec dubium eſt, quin in ſpecie noſtra longè arctior, & aſperior eſſet renuntiatio. Vnde cùm illa ratio ſit generalis, & in lege expreſſa, pro lege haberi debet, vt modò dicebamus.

Quartò facit.l. vt vim.ff.de iuſtitia & iure.ibi, & cùm cognationem quandam inter nos natura conſtituerit, hominem homini inſidiari nefas eſt. Quãtum autẽ cognationi naturali inter homines natura datæ adéptio libertatis & naturalis laxitatis aduerſetur huiuſmodi cõuentio, præſertim cũ tendat ad beneficiũ iure ſcripto & conſtituto conceſſum ſubterfugiẽdum, nullus niſi more ferarum immanis ſit, abnegabit.

Quintò facit. l. prima.§. quæ oneran dæ.ff.quarum rerum acti.non detur.ibi, ſemperq; ſit metu exactionis ſubiectus, propter quod quiduis ſuſtineat patrono præcipiente. Aſtringe, nã ſi illa ſubiectio non toleratur etiam in fauorem eius patroni, qui ſummum libertatis bonum liberto cõtulit, quantò minùs tolerabitur hîc, vbi renuntians nullum beneficium acceperat?

Sextò facit.l.1. &.2. ff. de lib. hom.exhib.iuncta doctrina Bart.in.l.ſtipulationes non diuiduntur. in princip.ff.de verborum obligatio.

Septimò facit.l.fina.ff. ſi quis à parente fu.ma.vbi Traianus *filium*, quem pater malè contra pietatem afficiebat, coegit emancipare. *Si* ergo patris aſperitas nõ eſt tolerabilis etiã in liberos, qui tam parentum debitores ſunt. vt.l. veluti.ff. de iuſtitia & iure. quantò minùs tolerabitur hæc aſperitas reſpectu illius, cui debemus nihil?

Octauò facit.§. ſed & maior aſperitas. Inſtitu.de his qui ſunt ſui vel ali.eod.modo inducendo.

Nonò facit.l.libertos.C.de obſeq.ibi, neque vincula perpeti.& ibi, potiùs obſequium quàm ſeruile miniſterium.ibi, cũ nobis cordi eſt ingenuis magis hominibus, quàm libertis rempublicam frequẽtari. facit.l.1.ff.ſolut.matrimonio.

Decimò facit, quia libertatis adéptio non ſolùm in omnibus, ſed etiam in caſu particulari quolibet videtur improbata. argumento.l. ſtipulatio hoc modo cõcepta.ff.de verbor. obliga.l.fi. C.de pact. l.pactum dotali.C.de collatio.

Vndecimò facit.l.fi.C.de nõ nu.pe.& ꝑ

totum illum titulum. vbi renũtiatio etiã
iurata exceptionis pe. non nu. non admit
titur. Nam cùm illa except. non numera.
pecun. in ſolo contractu mutui, non etiã
in reliquis contractibus locum habeat. l.
generaliter. eodem titul. ſanè ibi, & vbiq;
paſsim doctores hanc in mutuo ſpeciali-
tatis rationẽ aſsignant, ꝙ mutua pecunia
egentes, facilè ſeſe ad quiduis vtcunque
durum obligant, facileq; renũtiant, qui-
bus vt pote egentibus eſt meritò conſu-
lendum.

Duodecimò facit ſecũdùm quoſdam
l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matrimonio. &
l. fin. C. de bon. liber. in fin. ibi, reuerentia
tamen. Sed ſanè illa iura nõ merentur al-
legari, quia ibi prohibitio deſcẽdit ex re-
uerentia, quæ maritis ab vxoribus & pa-
tronis à libertis debetur: nã perſona mari
ti & patroni ſemper ſancta & honeſta v-
xoribus & libertis videri debet. argumẽ.
ff. de obſeq. l. liberto. non ſic in eo, qui cũ
nobili contrahit, qui eum vel nullo ho-
nore, vel non tanto honore proſequi de-
bet, aut tenetur.

Poſtremò hæc pars nobis videtur cõ-
muni omnium conſenſu, vſu, & applau-
ſu recepta. Videmus enim ex conſuetu-
dine tabellionum, omnium legum renũ
tiationes fieri ſolere, non ſic in hac nobi-
litatis renũtiatione, quæ ſi iure permitte
retur, fieri vero ſimile eſt paſsim à tabel-
lionibus hunc renuntiandi modum nõ
prætermittendum, non magis, quàm
reliqua id genus. In ſumma hæc pars lon
gè benignior & humanior videri debet,
aliter enim facilè euaneſceret hoc tam
laudabile & honeſtum nobilitatis priui-
legium. Et tãdem negari nõ poteſt, quin
omnia iura vituperare & odio habere vi
deantur renuntiationes, quibus libertas,
aut naturalis hominum laxitas minui-
tur, aut oppreſsio, captiuitáſue induci-
tur, aut ex parte alterius ex contrahenti-
bus interuenit nimia aſperitas, quæ quã
táque in hac pactione interueniat, nul-
lus (vt ſpero) non viderit. Denique quòd
ad hanc rem adducitur capitu. 2. de iudi.
libr. 6. non curo, quia illius text. ratio ceſ
ſat in ſpecie noſtra. Et ad fundamenta cõ
trariæ partis illicò reſpondemus.

78 Iure autẽ regio alibi tenuimus hoc no
bilitatis priuilegium poſſe pactione pe- *Nobilitas an iure regio poſsit renuntiari.*
rimi. Mouebamur per text. fortem in. l.
quarta. titu. de los hidalgos. lib. 4. ordina
ment. ibi. porque en tal caſo el meſmo
quebranta la libertad. Nam poſtquàm
dixerat lex, quòd nobilis per conductio
nem regij vectigalis, aut redituum rega-
liũ amittit illud nobilitatis priuilegiũ, ne
ob æs alienum in carcerem trudi poſſet,
ſubiecit non iniuria eo caſu id beneficiũ
viro etiam nobili denegari, quia tunc
ipſemet quaſi facto voluntario ſuo ius
nobilitatis læſiſſe videtur. Ergo planè in-
tellexit lex illa, in manu, & poteſtate no-
bilium eſſe nobilitatis priuilegijs præiu-
dicare, & renuntiare, nõ ſecùs, quàm quiſ
que poteſt miſſum facere omne priuile-
gium, ſuum fauorem reſpiciens. Et cùm
ratio illa ſit generalis, inque illa lege ſit
expreſſa, habetur pro lege, nec deciſio,
quæ particularis eſt, ſicque exempli loco
(vt iam oſtendimus) habetur, reſtringit
virtutem legis, quæ in ratione generali
conſiſtit.

Quid dicendum? Et magis eſt, vt etiã
iure regio hæc renuntiatio non valeat,
non magis, quàm iure communi. Et ad
dict. l. quartam, reſponde non eſſe nouũ,
vt quod nobis facere licet, id liceat, non
abſolutè per quẽcunque modum veli-
mus, ſed tantùm per modos à lege defini
tos. Vnde licèt nobilis poſsit per condu-
ctionem regij vectigalis ſibi nocere quo
ad illud nobilitatis priuilegium, tamen
per alium modum, vel factum non po-
terit, & longè minùs, per verbalem renũ
tiationem. Nam & ſimiliter clericus etiã
minoris ordinis per renũtiationẽ vtcũq;
iuratam non poteſt à ſe ſeparare priuile-
gium fori. d. c. ſi diligenti. de foro com-
petenti.



petenti, nec tamen dubium eſt, quin per
facti interuentum poſsit illud à ſe abdi-
care, quale eſt, cũ turpẽ artẽ exercuit, pu
tà erat hiſtrio, athleta, bufo, paraſitus, vt
ſuprà plenè diſſeruimus. Ratio, quia hu-
iuſmodi renuntiationes conuentiona-
les non nocere, pietatis, & humanitatis
eſt, turpem autem modum viuẽdi in di-
gnitatis & nobilitatis priuilegijs amittẽ
dis nocere, iuſtitiæ eſt. argumen. in. c. infa
mibus. de reg. iur. in. 6. Præterea in dict. l.
4. priuilegium lege regia datum nobili
tati, contra eand. legem regiam, id eſt, cõ
tra ipſum regem admitti iniquum erat,
& præter mentem concedentis, quæ ra-
tio ceſſat, cùm res agitur inter priuatos.
Et reuera cùm clericus minoris ordinis
turpem artem exercendo, priuilegiũ fo-
ri amittit, aut nobilis priuilegia nobilita
tis, tunc non tam videntur ea priuilegia
ſponte remittere, quàm eis tanquàm in
dignis ea priuilegia videantur adimi, vt
ſic nõ iure miremur ſi poſsint remittere
tacitè quod expreſsim nequeũt: nã ea re-
mittere tacitè nequeunt non magis, q̃ ex
preſsim, licèt eis inuitis ea priuilegia per
turpitudinis interuẽtum aliquando adi-
mantur. Simile per totum. C. & ff. quib.
vt indig. Simillimũ eſt quod docemur
ſuprà. §, 10. ad fi. vbi in pœnis ſubeũdis cõ
tendimus voluntatem noſtram ceſſare,
facinori enim conſenſum præbuimus,
79 pœnæ autem minimè.

*Ceſsionis beneficio non poteſt renũtiari. cũ cõi contra alterã communẽ.*
Stat ergo ex ſuperioribus renuntiari
non poſſe nobilitatis priuilegio, ne nobi
lis vinculis detineatur pro debito pecu-
niario. Quod variè intelligitur. Primùm
de iure cõmuni. Deinde de iure Regio.
Tertiò renuntiatione expreſſa. Quartò
etiam in renũtiatione tacita. Hinc primò
infertur deciſio illius articuli, an renun-
tiatio ceſsionis bonorũ fieri poſsit? Qua
in re cõmunis opinio eſſe videtur vt nõ
poſsit. Ita tenẽt Ricardus Malumbre. Al
ber. Bart. & Imol. in. l. alia. §. eleganter. ff.
ſol. matrimo. Cinus quæſt. 6. & Salic. nu.
9. in. l. 1. C. qui bonis cedere poſſunt. eſt
communis opinio ſecundùm Couarru.
in cap. quãuis pactum. de pact. in. 6. par. 2
in prin. num. 6. Alex. conſ. 37. num. 6. lib.
2. Abb. & alij in cap. Odoardus. de ſolu-
tionibus. Ioan. Faber in. l. fi. C. qui bo. ce-
de. poſ. & rurſus in. §. fin. Inſtitu. de actio.
Albe. in rubr. C. qui bo. cede. poſ. col. fin.
Henrricus in. d. cap. Odoardus. col. 1. ca-
pella Tholoſana quæſt. 61. ſentit Alexã.
in. d. §. eleganter. Imol. in cap. cùm cõtin-
gat. num. 32. de iurei. Felin. in. c. ſi diligen
ti. col. 2. de foro compe. Ripa. in. l. obliga-
tione. num. 33. ff. de pigno. eſt communis
opinio ſecundùm Albe. in. d. rubr. colũ.
fi. & ſecundùm Alciat. in cap. cùm con-
tingat. num. 69. de iureiu. eſt communis
opinio ſecundùm Couarru. lib. 2. varia-
rum reſolu. c. 1. num. 7.

Cõtrariam partem tenere videtur Co
uarru. in. d. c. quãuis. par. 2. in prin. num.
6. Fredericus conſi. 60. Felin. in cap. ex re
ſcripto. num. 11. de iureiu. idem in. c. ſi di-
ligenti. ſuprà allega. col. 2. Rota antiqua
565. Alciat. in. d. c. cùm contingat. nume.
69. Licèt contrariam opini. agnoſcat eſſe
communem. & in hanc partem inclinãt
Angel. Roma. & Alexan. in. d. §. elegãter.
Imol. vbi ſuprà num. 32. Guido Delphi-
natus quæſt. 211. Ripa in. d. l. obligatione.
nume. 33. Carolus Molin. de contracti-
bus. quæſt. 36. & in hanc partem inclinat
Couar. in. d. c. 1. lib. 2. reſolutio. eo caſu, ꝙ
debitor culpata rerum inopia premere-
tur. Mouẽtur per. l. fi. C. qui bo. cede. poſ.
vbi ſecundùm eos beneficium ceſsionis
bonorum tacitè renuntiari poteſt, ergo
faciliùs poterit expreſsim renuntiari. ar-
gum. in. l. cùm ex filio. §. 1. ff. de vulg. Sed
errant, nam in. d. l. fi. ceſsionis renũtiatio
tacita vel expreſſa non interfuit, ſed adẽ-
ptio legalis. Aliud eſt enim quòd tacitè,
vel expreſsim abdicet debitor à ſe benefi
cium ceſsionis bonorũ, aliud verò, quòd
ſibi adimatur à lege, prout ademptum
fuit in. d. l. fi. Deinde mouentur per. l. 2. ff.

de libero homi.exhibẽdo.l.Titius.§.Ti-
tio.ff.de cond.& dem.in quibus videtur
neminem poſſe ſuimet libertatem læde
re, ſed qui omittit beneficium ceſsionis,
videtur ſe obligare ad vincula perpetua,
ſicq́; ſuam libertatem,& laxitatem læde
re.Sed ſanè id non oberit,cùm quiſq; poſ
ſit ex toto ſe libertate priuare,ſi ſe vendi-
derit ad pretiumparticipandum,vel ſi ſe
monachum fecerit.vt in.§.fi.Inſtit. de iu
re perſonarum. & in authen. ingreſsi. &
authen.ſi qua mulier.C.de ſacroſ.eccleſ.
ſicq́; per actũ meritorium,vel etiam de-
meritorium.Sed adhuc communis opi.
negatiua verior eſſe videtur noua ratio-
ne. Nam tale pactum, quo renuntiatur
beneficium ceſsionis bonorum , quin
aſperitatem,& duritiem cõtineat,nullus
negauit,& conſequenter quaſi turpitu-
dinem,vel ſaltẽ inhumanitatem ex par-
te creditoris continere videtur , vnde li-
cèt poteſtas non deeſſet ex parte renun-
tiãtis,deeſt tamen honeſtas ex parte cre-
ditoris renuntiationem accipientis,& cõ
ſequenter tale pactum vitioſum videbi-
tur,per omnes leges, & rationes allega-
tas in quæſtione ſuperiore. Quod intelli
ge, quando renuntiatio fieret per pactũ
nudum,nam ſi fieret per cõtractum no-
minatum,tunc fortè admitteretur. arg.
d.§.fi.Inſtit.de iure perſonarum.quaſi in
contractibus nominatis durities,& aſpe
ritas faciliùs toleretur,quàm in nudis pa
ctionibus.Et iſto caſu poſſet ſaluari opi.
affirmatiua exiſtimantium talem renun
tiationem valere.

*Ceßionis benefi. etiã cũ iuramẽto non poteſt renuntiari. cum quibuſdam, contra cõmunem.*

80 Quòd ſi in tali renũtiatione interfuit
iuramentum,tunc firma erit ſecundùm
Imol.in dict.c.cùm contingat.nume.83.
Frede.conſi.60.Henrricus in.d.c.Odoar
dus.colum .1. Capella Tholoſana. q.61.
Marianus Soci.in tracta.de citationibus.
arti.17.num.18.Ripa in dict.l. obligatio-
ne .nume.33.& videtur receptior opinio
ex mente eorum,quos ſuprà retulimus.
Contrarium tamẽ tenet Guido Delphi.
vbi ſuprà. & Moli. vbi ſuprà.qui teſtãtur
ita fuiſſe iudicatum. Quorum opinio fir
matur noua,& viua ratione. Nam licèt
tale iuramentum poſsit ſeruari ſine inte
ritu ſalutis æternę.vt in dict.cap.cùm cõ
tingat.& dict.ca.quáuis pactum. & per
hoc videatur omnimodo ſeruãdum ab
ipſo debitore,occurrit tamen iniquitas,
& inhumanitas ex parte creditoris tale
iuramentum extorquentis, & conſequẽ
ter vis iuramenti debilitatur per interuẽ
tum relaxationis iuramenti.argum.in.c.
debitores.de iureiu. & in cap. ſignifican
te.de pigno .& quod tradit Barto. in.l.ſi
quis pro eo.colum.4.num.10.verſi.4. di
xi.ff.de fideiuſ.Alciat.in dict.c.cùm con
tingat.num.122.& num.176.vbi Abb.co
lum.17.in princ.& nume.5.facit.l.fi.C.de
non nu.pecu.

*Pactum, ut debitor priuato carcere detineatur,non ualet. cum cõmuni,cõtra quãplures.*

81 Infertur etiam deciſio illius articuli,
an valeat pactum,vt debitor poſsit capi
propria authoritate creditoris ,vel ab eo
in priuatis vinculis detineri. Et quòd nõ
valeat,tenent gloſ.in cap.ex reſcripto.de
iureiu.vbi Abb.& Imol.Ripa in.d.l.obli
gatione generali.num.12.Imol.& Areti.
in.l.obſides.ff.de teſtam. Couar.qui ita
firmat ab omnibus teneri in.d.cap. quã-
uis pactum.2.parte.in prin.num.6. Bart.
in.d.§.eleganter.vbi etiam Areti.& Ripa
vbi ſuprà num.12.firmat hanc eſſe com-
munem ſententiam . Licèt contrarium
teneant gloſſ. in dict. capitu. ex reſcri-
pto.vbi Hoſtien.Henrri.Cardi. & Felin.
colum.3.Bal.in.l.2. C.de patribus qui fi-
los ſuos diſtra. Sed prior opin.verior eſt.
argum.tex. l. Seius & Augerius. & quæ
ibi latè tradunt Bart.& Alexan.ff. ad le-
gẽ falc. quaſi reipublicæ interſit etiã prin
cipaliter huiuſmodi pactum non admit
ti propter rixas,& ſeditiones vitandas,&
propter reipublicæ quietem,& tranquil
litatem,vt interim omittam duritiem,&
aſperitatem , quæ inſunt huic pactioni.
vt ſuprà oſtendimus.

Infertur,an valeat pactum,quod licèt
foemi-



*Mater ut incarceretur pro debito ex tutela filiorum,conueniri non poteſt. cum multis contra cõem.*

82 fœmina ob æs alienum in carcerem re-
gulariter trudi nõ poſſet.authen.ſed no-
uo iure.C.de cuſtodia reorum.l.1. cũ au-
then.ibi collocata.C. de officio diuerſo-
rum iudicum.l. Tauri. 62.tamen ex vi
pacti ſunt qui putant, quòd mulier pote
rit vinculis detineri,vt ſi mater renũtiet
omni legum auxilio,cùm ei filiorum tu
tela committitur,& fortiùs,ſi expreſsim
conueniat,vt ex cauſa illius tutelæ ſi reli
qua non ſoluerit,poſſet in carcerem tru
di.Et quòd tale pactum valeat, eſt com-
munis opinio.vt teſtatur Couar.lib.2. re
ſolutionũ.cap.1.nume.3.& in.d.c.quãuis
pactum.2.part.in prin.num.7. tenet Bar.
in.l.ſi quis ſub conditione.num. 18. ff.de
teſtamen.tutela. idem Bart.in auth.ma-
tri & auię.quando mulier tutelæ officio.
& ibi Salic. num.14.Roma.in.l.alia.§.ele
ganter.num.11.ff.ſolu.matrimonio.Ro-
ma.Alexan. Soci.& Iaſ.in.l.pleriq;.colũ.
fin.ff.de in ius vocan.Iaſ.in.l.penu.num.
4.ff. ſi cert.pet.Matheſela.nota.109. Pla-
tea colum.pe.vbi Angel.in.l. nemo car-
cerem.C.de exactoribus tributorũ. libr.
10.Ioan. Andr.Dominicus, & Franc.in
cap.2.de iudicijs. in.6.Ioan.Bapt. de ſan-
cto Seueri.de debitoribus ſuſpectis & fu
gitiuis.q.6.

Contrariam partem tenent Bart.in.l.
ſi quis ſub conditione.ff.de teſtamen. tu
te.num.20.per legem.patronus. ff.de re-
iudi.& expreſsiùs Præpoſitus in cap. ex-
parte.m.de appella.Barba.in cap.2.num.
4.de pigno. Hippolytus in pract. crimi-
nali.§.attingam. num.64 .Ioan.à Monte
Sperelo in.l.pleriq; .ff.de in ius vocã.Go
mezi.in.c.2. de iudicijs. in.6.num.22.per
Xuarez in.l.2.tit.de los gouiernos.quęſt.
5.ſequitur Couar. in duobus locis ſuprà
citatis.Et hęc pars lõgè verior eſt.per tex.
in.d.l.patronus.& per.d.§.eleganter. præ
ſertim in ratione ſui,quę ratio cùm ſit ex
preſſa in lege,pro ipſamet lege haberi de
bet.vt ex communi opin. ſuprà reſolui-
mus. per legem. his ſolis.C. de reuo. do-
nat.l.cùm pater.§.dulciſsimis.ff.de lega.
2.plenè per Tiraq.de cauſ.ceſ. par. 1. nu.
152.& nu.135.Et in ſpecie in fauorem ma-
tris eſt optimus text. in.l .antepen.ff.de
obſequijs. optimus tex.in ratione ſui in
l.ſi quando.§.illud.C.de inoffi.teſtamen.
ibi,pactionibus aſtrigendos.iuncta.l.pa-
rentibus.ff.de inoffic.teſtamen.optimus
text. in.l.furioſè . ff.de curatore furioſi.
Pro nobis faciunt omnes leges, & ratio-
nes,quas ſuprà congeſsimus in quęſt.de
nobili renuntiante, quibus oſtendimus
pactum durum & aſperum non ſeruan-
dum:at in ſpecie noſtra non durum mo
dò,verùm immane quoq;,& impium eſ
ſet.Facit quia in decalogo præceptũ eſt,
Honora patrem & matrem.

*Renuntiari nõ poteſt benefi .l.ad egregias.ff. iureiu. cum multis contra cõem.*

83 Ex ſuprà dictis etiam infertur deciſio
illius articuli, an beneficio legis.ad egre-
gias.ff.de iureiu. poſsit quis renuntiare.
Qua in re ſunt qui putant renuntiari nõ
poſſe.Ita Roma.in ſingu.169.Cinus in.l.
nec honorem. C.de epiſ.& cleri. Albe.&
Alexan.in.d.l. ad egregias .aliàs incipit,
Ad perſonas egregias.Felin.in cap.ſi qui
teſtium.de teſtib.per cap.2.de iudi.in. 6.
vbi Gomezi.num.45.

Contrariam partem , vt renuntiatio
valeat,tenẽt Felin.in cap.ſi diligenti.nu.
24.de foro competen.Areti.& Roma.in
dict.l.ad egregias.ſenſit gloſſ.in.l.inuiti.
C.de teſtib. tenet Angel. in.d. §. elegan-
ter.Cinus in.d.l.nec honorem.Iaſ.in.d.l.
ad egregias.num.1.Gomezi. in.d .cap.2.
num.51.ſequitur Couar.in.d.cap.quãuis
pactum.2.part.in prin.num.8. per tex.in
dict.cap.2.& in.l.quãuis.verſi.inuitus. ff.
de in ius vocan.dum aiunt,quòd fœmi-
næ,& nobiles non coguntur adire iudi-
cem teſtimonij ferendi cauſa, quaſi ſen-
tiant,quòd volentes , non prohibentur
accedere,ſicq́; expreſsim , vel tacitè tali
priuilegio poterunt renuntiare.Sed ſanè
prior op.negatiua verior & ſubtilior eſt,
per omnes leges,& rationes, quas ſuprà
congeſsimus in quæſt.de nobilitatis re-
nuntia

nũtiatione,quia negari non poteſt,quin
ex parte illius,qui acceptauit talem renũ
tiationem,ſit quædam irreuerentia, im-
puritas, inhoneſtas, & quaſi turpitudo,
quæ ex parte ſua vitioſam faciunt conuẽ
tionem.Pro nobis dict.§.eleganter.in ra-
tione ſui,quæ pro lege haberi debet.bo-
nus tex.in.l.fi.C.de bon.liber.Neq; ad rẽ
pertinet,quòd licèt egregia perſona iurã
di,vel teſtimonij dicendi cauſa iudicem
adierit,id poſsit,& teſtimonium, vel iu-
ramentum valeat,non ſecùs,quàm ſi in-
ædibus ipſius perſonę egregiæ tale iura-
mentum,vel teſtimonium redditum eſ-
ſet,id enim non ex vi renuntiationis taci
tæ,vel expreſſæ cõtingit, ſed magis quia
per ipſius facti interuentum res deſinit
eſſe integra.Non ſic,quando quis renun
tiat verbo, quo caſu ſi poſtea interpella-
tus vt iudicem adeat,nolit eum adire,al
legans priuilegium dict.l.ad egregias.au
diendus eſt,& ſi excipiatur de renuntia-
tione illius priuilegij ab eo facta, repli-
cabitur tali honori renuntiari verbis aut
factis tacitè vel expreſsim non poſſe. Ni
ſi per tale factum res deſierit eſſe integra,
quale eſt, cùm iam teſtimonium, vel iu-
ramen.præſtitum fuit,tunc enim nobi-
litas non tantùm ſibi arrogare debet, vt
velit tale teſtimonium ſponte, & ritè fa-
ctum, infectum reddi. Simillimum eſt,
quòd iurament. calũniæ renuntiari non
poteſt tacitè vel expreſsim.l.2.§. ſed quia
veremur.C. de iur. calũni.& tamen citra
illius iuramenti interuentum valet iudi
cium,& ſententia, quando petitum non
fuit.vt ibi notatur per gloſſ.& omnes.&
tale iurament.eſt de iure gentium.ſiqui-
dem re integra,id eſt,ante ſententiam ab
alterutro litigantium petatur, vel etiam
à iudice .l.1.titu.4.libr.3.ordina.non ſic ſi
per ſententiam res deſierit eſſe integra.
vt dict.§.ſed quia.cum ibi notatis.& cap.
1.de iura.calum.libr. 6. Sic ergo in ſpecie
noſtra,licèt id nobilitatis priuilegium re
nuntiari non poſsit verbis, tamen id in-
telligitur non impedire validitatem ta-
lis iuramenti, aut teſtimonij ritè,& ſpon
te ſemel pręſtiti,cùm per hoc res deſierit
eſſe integra.In ſumma nobilibus maio-
res deferuntur honores, quàm reliquis.
capit.de multa.de præben.l. nobiliores.
de commer.& merca.C.§.item Seruiana.
vbi Iaſ.num.26.Inſtitu.de act.Tiraquel.
de nobili.capitu.20.Et poſito honore ex
parte vnius, ſequitur quòd ei reuerentia
debeatur ex parte alterius.l.honori.l.pa-
rens.ff.de.ope.liber.Bald.in.l.liberti.co-
lum.4.C.de ope.lib.idem in capit. licet.
de probati. Vnde priuilegio reuerentiæ
cauſa dato nullus poteſt renuntiare.Ro
manus ſingul.480.per.l.fin.C.de bon.li
ber.Alexand. & Iaſ.in.l.penu.C.de pact.
Decius in.l.venia.colum.fin.C.de in ius
vocan.Nec dubium eſt, quin nobiliori-
bus honor & reuerentia ab alijs plebeijs
debeatur, etiam iure gentium,per dicta
iura, & rationes. Nam de iure gentium
id eſſe intelligitur, quod à gentium ple-
riſque, quæ legibus, & moribus regun-
tur,receptum,& admiſſum eſt, etiam ſi
non ab origine mundi, ſed longè poſtea
admiſſum fuerit, & etiam ſi non pariter
ab omnibus peræquè gentibus,ſed diuer
ſis, ſucceſsiuiſque vicibus, atq; tempo-
ribus,vt probatur in exemplorum pleriſ
que,de quibus in.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.
& iur.& diximus plenè ſuprà.§.1.poſt prę
ludium.Nec dubium eſt,quin ab omni-
bus ferè gentibus,qui legibus, & mori-
bus regũtur,huiuſmodi reuerentia egre
gijs perſonis debeatur, cui renuntiare
quem poſſe per verborum interuentũ,in
decorũ eſſet,licèt cuiq; liberũ ſit eo priui
legio non vti:ſi tamen verbis renuntia-
uerit,magis eſt, vt huic renũtiationi lex
non aſsiſtat,quaſi careat ęquitate iuriſgẽ
tium, & conſequenter pœnitere liceat.
Reliqua dic vt per doct.in.l.pe.C.de pact.

*Clerici teſta. minùs ſolẽ. ualet.*

84 Redeundo ad formã teſtamẽti,quod
fit à clerico,magis eſt,vt in eo ceſſent oẽs
ferè ſolennitates, quæ in reliquorum
te ſta-



teſtamẽtis exiguntur, quia de iure cano
nico(cui tantùm iuri, non etiam iuri ci-
uili clerici ſunt ſubiecti) ſolẽnitatum ci-
uilium nulla ferè requiritur. argumẽ.c.
cùm eſſes.de teſtam.&c. relatum.1. eod.
titu. vbi ea ratio expreſſa eſt, quia in ore
duorum .&c. & quando ratio expreſſa
in.l. fit extẽſio etiam in correctorijs. Iſta
eſt vera & communis opinio, quam te-
nent gloſſ.in authen.de hæred.ab.§. fin.
verb.ordine.quam dicit vnicam Bald.in
l.fi.ff.de hær.inſtit.idem Bal.in.l.fi. C.de
lib.præt.Alexan.in.l.cùm mulier. col. 5.
ff.ſolut.matrimo.glo.in clemẽ.1. verbo,
eligatur. de electione. plenè per Iaſ. in.l.
re coniũcti. num.181.ff.de leg.3.Iaſ.in au
then.quas actiones.nu.22.C.de ſacroſan.
eccle.Bal.ibi colum.2.Paul. in.l. quãuis.
C.de fideicõ.Cuma.in.d.l.cùm mulier.§.
1.per tex.ibi.ff.ſolut.matri. Georgi. Nat.
in cap.quãuis.de pact.in.6.num.32.Cur-
ti.Iun.in.l.humanitatis.per tex.ibi num.
15.C.de impub.vbi Iaſ.num.6. Alexand.
num.5.Corne.num.5.Purpu.in.l.fi.C.de
pact.nu.23.vbi Curti.Iuni.num.9. Deci.
num.15.Iaſ.in.l. ſtipulatio hoc modo. ff.
de verb.obliga.colum. 5.ad fi. nu.12. De
ci.cõſi.372.n.7.Fort.in.l.Gallus.§.& quid
ſi tantùm.colum.87.ff.de liber. & poſt-
hum.Crottus in.l.ſi conſtante .ff.ſol.ma
trimo.lect.2.ſuper.7.quæſt.Bart.Iaſ.in.l.
tranſigere.num.15.C.de tranſactio.Ripa
in.l.nemo poteſt.num.50.ff.de leg.1. vbi
Hãnib.numer.349.Iaſ.in.l.Marcellus.in
prin.ad Trebe.Couar.in cap.Rainal.§.3.
num.6.de teſtam.Deci.in authen. ex te-
ſtamento.colum.4.C.de coll.Iaſ.in. l.de
quibus.num.14.ff.de legib.Tiraquel.de
cauſ.ceſſ.par.1.num.135.cum ſequen.per
legẽ.his ſolis.C.de reu.donat.l. ſi fratres.
§.idem Papi.ff.pro ſocio.l.2.§.idem quo-
que.&.§.ſi duo.ff.de coll.bo .l.fi.ff.de hæ
red.inſtitu. Et quando ratio in lege ex-
preſſa eſt,tũc illius legis deciſio particu-
laris loco exempli habetur,ipſa autem ra
tio ibi expreſſa habetur pro lege,cuiꝰ ge
neralitas non reſtringitur per deciſionẽ
particularem.vt ex communi opinio.re
ſoluunt Tiraq.de cauſ.ceſſ.par.1.nu.152.
Bal.in repet.l.de quibꝰ.col.12.ff. de legib.
verſic.item nota quòd non videtur. Ale
xan.conſ.75.Videtur in prę́ſenti. colum.
1.lib.5.Iaſ.in.l.à Titio.in prin.col.fi. ff.de
verb.oblig. idem Tiraq.in.l.ſi vnquàm,
C.de reu.donat.verbo,libertis. num.45.
Nam & ratio generalis omnes caſus ſpe
ciales comprehendit, non ex vi extenſi-
ua,ſed ex vi comprehenſiua,non aliter,
atq; genus omnes ſuas ſpecies amplecti-
tur,non quidem ex vi extenſiua,ſed ma
gis ex vi comprehenſiua. vt ex commu-
ni opinio. reſoluunt Tiraquell. de cauſ.
ceſſ.part.1.num.137.Petrus,& Cinus in.l.
iura non in ſingulas.ff.de legib.vnde ra-
tio legis inducit,& eſt ipſa lex.vt reſoluit
plenè Tiraq. vbi ſuprà num. 135.cum ſe-
quen. qui quamplures citat huius ſentẽ-
tiæ authores.

Vnde cùm in dict. cap .relatum.& in
dict.cap.cùm eſſes.ſit expreſſa illa ratio,
quia in ore duorum vel trium eſt de iu-
re diuino perfectũ teſtimoniũ, ſupereſt,
vt quæ ſolennitas in actibus inter viuos
idonea eſt,eadem quidem ſolennitas ſuf
ficiat in vltimis voluntatibus de iure di-
uino,& canonico:& cùm clerici legibus
tantùm diuinis & canonicis,non etiã ci-
uilibus ſubditi ſint, magis eſt, vt in eorũ
teſtamentis omnes ciuiles ſolennitates
ceſſare intelligantur,ſintq; inſpiciendæ
ſolẽnitates tantùm diuinæ, & canonicæ.

*Declaratiò noua.*

85 Proinde infertur,quòd licèt de iure ci
uili per præteritionẽ filijfam. vitietur te-
ſtamen.ipſo iure.l.inter cætera.l. pen .&
fi.ff.de libe.& poſth.l.1.ff.de iniuſt. rupt.
l.fin.C. de contratab. in prin.Inſtitu. de
exh.lib.quinimò hodie licèt eſſet exhęre
datus,teſtam.foret nullum ipſo iure,niſi
iuſta cauſa exhæredandi expreſſa eſſet.
vt eſt communis opinio, quam tenent
glo.in authen.de hære.& fal.§.exhæreda
tos.verb.noluit.glo.2.in prin.Inſtitu. de
inoffi.

inofficio.teſtamen.& vtrobiq; communiter doctores.eſt communis opinio ſecundùm Iaſ.in authen.non licet.colum.3.idem Iaſ.in authen. ex cauſa . colum.3. C.de lib.præt.idem in.l.in ſuis.colum. fi. ff.de lib.& poſthum.idem in.l.ſi mater. in princi.ff.de vulga.idem in.l.fi.num.18 C.de contratab.Crottus in.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.nu.52.ff.de libe.& poſth. Angel.de Perigl.in tracta.ſuita.q.fi. Alexan.in.d.l.in ſuis.num.12.vbi per Alber. Odofre.Petrum,Cinum,Bald.Angel.Salic.Fulgo.Paul.Corne.Alexan.Iaſ.Curt. Iuni.& alios.Grego.Lupus in.l.5.titu. 8. part.6.Barto.num.10.in.l.in quartam.ff. ad leg.fal.vbi Picus num. 6. & Ripa nu. 143.licèt hoc vltimum ſolitus ſim impugnare. Tamé qui poſt liberos legitimos ex matrimonio ſuſceptos clericus factus fuit,& deinde teſtamen.fecit, licèt liberos præterijſſet,vtiliter tamen teſtatus intelligetur,ſi modò legitimã eis quoquo titulo reliquiſſet. Quod nota, quia alij non aduertunt.

86 Qua ratione licèt ſingulariter teſtes debeant eſſe in conſpectu teſtatoris, vt eſt communis opinio,quam tenét & reſoluunt Deci.conſi.354.In caſu propoſito.num.1.Pariſi.conſi.33.colum.1.libr.2. Bal.in.l.ſi non ſpeciali.C.de teſtamẽ. vbi Iaſ. in prin.& rurſus in tertio notab.Corne.conſi.18.In nomine domini.lib.2.n.4 Bar.Salice.Fulgo.Paul.& Bened.de Plũbi.in.d.l.ſi non ſpeciali. Imol.& Abb.in capitu.2.de conſuet. eſtque communis opinio ſecundùm Corne.vbi ſuprà nu.6 Cinus & Alexan.in.d.l.ſi nõ ſpeciali.vbi etiã Abb. per tex.ibi in verb.in conſpectu teſtatoris.& in.l.ſi vnꝰ.in verbo,corã teſtatore.C.de teſtam.facit.l.qui teſtamẽto.§.veteres.ff. eod.titu. ſecũdùm veram & communem ſententiam quam tenét gloſſ.in.l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua pluui.arcen.quam communiter app.dicunt Alexan.num.6.& Iaſ.num.9.in.d.l.ſi nõ ſpeciali.Bar.Imol.& Paul.in.d.§.idem Labeo.per canoniſtas in cap.præterea.de teſtib.& in cap.ex literis.de conſuet. Abb. in cap.cùm cauſam.de teſtib.Bal.in.l. cõuenticulam.colum.7. de epiſco.& cleri. Inno.& Ioan.Andr.in .d.c.præterea. tamen hęc ſolennitas in teſtamento clerici non exigitur,non magis,quàm in actibus inter viuos,in quibus non reperitur, quòd talis ſolennitas deſideretur.

*Alia decla. noua.*

87 Et ſimiliter infertur,quòd licèt in teſtamento in ſcriptis oporteat tabellionẽ qui illud conficit, fuiſſe rogatum . vt ex vera & communi opin.reſoluit Alexan. conſi.153.lib.2.colum.2.per tex.in authẽ. de tabel.§.nos autem.vbi Accurſi.& alij. glo.& alij in cap.cùm.p.tabellio. de fide inſtru.nec tabellionis rogitus præſumitur, niſi vel probetur, vel ipſe id in ipſo inſtrumẽto atteſtetur.Inno.& alij in.c.1. de fide inſtru.Specula.& Ioan. Andr. de inſtru.edi.§.breuiter.Bar.& alij in.l.ſciendum.ff.de verb.oblig. & eſt communis opini.ſecundùm Alexand.vbi ſuprà.nu. 9.idem in dict.l.ſciendum.num. 42. vbi Imol.Angel.in.l.quæcunq;.§. fi.ff.de publi.tamen de omni iure in teſtamẽto clerici tabellionem fuiſſe rogatum non exigitur,dummodò aſsit legitima probatio quæ in actibus inter viuos idonea eſt. Quod intellige, quando teſtator tabellionem accerſiri iuſsit,aliter enim etiam de iure ciuili tabellionis interuentus nõ deſideratur,nam citra tabellionem conſcribi poteſt manu propria teſtatoris vel alterius.vt ex receptiore ſententia reſoluit Corn.conſi.226.Licèt in hac. num.2. lib.3.per .§.ſed cùm paulatim.Inſtitu. de teſtamen.l.hac conſul.C.eod.titu.vbi inter reliqua teſtamentorum requiſita nõ adijcitur tabellionis interuentus.

*Alia decla. noua.*

88 Vnde etiam infertur, quòd licèt cæcus non poſsit eſſe teſtis in teſtamento, ſecundùm veriorem & receptiorem ſententiam,vt reſoluit Corne. conſi.18. nu. 5.lib.2.Cinus.Albe.Butrig.Bar.Bal.Salic. Fulgo.Paul. Corne. Alexan. & Iaſ.in.d.





l.ſi non ſpeciali.per tex.ibi. in verbo, in conſpectu teſtatoris.& in.l.ſi vnus. eod. titu.de teſtam.C.in verbo,coram teſtatore.Deci.conſi.354.In caſu propoſito.col. 1.tamen in teſtamento clerici cæcus poterit eſſe teſtis, non ſecùs, quàm in actibus inter viuos, in quibus conſtat cæci teſtimonium nõ improbari, ſi modò notam habeat vocem contrahentium, vel aliter quod agebatur intelligat, vt eſt vera & communis opi.vt per Alex.in.d.l.ſi non ſpeciali.vbi Corne.nu.6.& Iaſ. nu.7. Pariſi.conſi.33. col.1. lib.2.glo.in.d.l.2.§. idem Labeo.ff.de aqua pluui. arcen.vbi Bar.Paul.& Imol.per docto.in. c. præterea.de teſtib.Panor.& alij in.c. cùm cauſam.eod.tit.per docto.in.l.teſtium.C. de teſtib.per tex.ibi . vbi teſtis poteſt deponere de his,quæ percepit per quemlibet ſenſum corporeũ:nec dubium eſt, quin cæcus licèt careat ſenſu videndi, non tamen careat ſenſu audiendi, & tangendi, & olfaciendi, & guſtandi. Quod nota, quia alij non aduertunt.

*Alia decla. noua.*

90 Proinde ſimiliter infertur, quòd licèt de iure ciuili in teſtamento nũcupatiuo requiratur,quòd teſtator proprio ore nũcupauerit nomen hæredis,vel illud propria manu ſcripſerit. vt in. l.iubemus. C. de teſtam.adeò,vt ſi teſtator alio hæredẽ nominante agnouerit nutu capitis, vel per verbum(ſic)vel(ita)licèt non pauci docẽtium teneant talem hæredis inſtitutionẽ valere.prout firmãt glo. & omnes in.d.l.iubemꝰ.vbi Iaſ.n.10.Bar.& oẽs in.l. hæredes palàm.in pri.ff.de teſtam. Ang. in.l.in fraudẽ.§.1.ff.de mil.teſta. Anto.& Imol.in.c.cùm tibi.de teſtam .Roma.cõſil.306.Propoſita.idem in.l.1.§.ſi quis ita. ff.de verbo.oblig.Angel.in prin.Inſti.de teſtam.eſt communis op. ſecũdùm Alexan.conſi.33.Ponderatis verbis. lib.3. Cinus,Bal.& Ang.qui hanc dicit cõmunẽ, & vſu appobatã in.d.l.iubemus. Couar. de teſtam.in.c.cùm tibi.nu.4.&.5.Alex. in.d.l.iubemus.per tex.in.l.quoniam indignũ.C.de teſtam.Iaſ.in.l.vbi autẽ non apparet.§.illud.ff.de verb.oblig. Deci.cõſil.489.In caſu occurrenti.nu.3.Alex.cõſi.12.Viſo inſtrumẽto.lib.1.nu.6.Alex.cõſi.47.Abũdè.lib.2.nu.7.Pariſ.cõſi.19.Cõſideratis.nu.13.lib.3.Corn.in.l.hac cõſul. §.per nuncupationẽ.C.de teſtam.Alexã. conſi.176.col.2.lib.5.idem in conſ.14. Viſis.n.15.lib.6.Soci.in.l.ſi ita ſcripſero.col. 1.ff.de cond.& dem.tamen contrariã op. vt inſtitutio hæredis facta ad interrogationẽ alterius nõ valeat, tenet Corn.conſil.77.Viſo.d.themate.lib.4. nu.1. Iacob. de Are.in.d.l.hæredes palàm.in pri.poſt plures relatos per Corn.vbi ſuprà. & per Iaſ.qui tenet cõtra cõmunem in.d.l.iubemus.nu.10.Tamẽ hæc controuerſia ceſſat in teſtamẽto clerici,quod per nutum capitis,& ſimilia verba poterit fieri, non ſecùs, quàm quilibet actus inter viuos. Quod non minùs vtile, quàm nouũ eſt.

*Alia decla. noua.*

91 Quapropter infertur, ꝙ licèt de iure ciuili teſtes teſtamento adhibitos oporteat vt toti teſtamẽto fuerint præſentes. vt in.l.cùm antiquitas.& in.l.caſus.C. de teſtam.& in.l.qui teſtamento .§. veteres. ff.eod.tit.& eſt cõmunis op. vt per Pariſ. cõſ.33.Et ſi prima facie.nu.28.cũ ſeq.lib. 2.Corn.cõſ.238.Reperio.nu.3.lib.4.Alexan.Corn.& Iaſ.n.8.& nu.12.in.d.l. cùm antiquitas.de teſtam.C.vbi Cinus,Bal.Salice.Paul.& alij.per docto.in.l.furioſum. per text.ibi. C. qui teſtamẽ. fac. poſſ.vnde vna pars teſtamenti non poteſt probari per ſeptẽ teſtes,dicentes ſe ſcire partem tantùm eorum, quę teſtamento ordinata fuerunt, & per alios ſeptem teſtes,dicentes ſe ſcire aliam tantùm partẽ eorum,quæ in eod.teſtamento ordinata fuerũt. vt eſt cõmunis op.Bal.Paul. Ale. & Iaſ.nu .9. vbi alij in.d.l.cũ antiquitas. per Cin.& Bal.in. d.l.ſi præſidi. C.de donat.ante nupt.Roma.conſilio.80. Viſis. Alexand.conſilio.177. Viſo thmate. lib. 2.quam doctrinã vehementer commendat Iaſ.vbi ſuprà.Alexand.& alij in dict.

l.cùm antiquitas. Tamen in teſtamento clerici magis eſſe videtur, vt talis probatio admittatur, non ſecùs, quàm in actibus inter viuos, qui non excludunt huiuſmodi probationis ſpeciem. Quinimò in actibus inter viuos etiam de iure ciuili admittitur, vt membratim fiat probatio, vt ſic vna pars contractus poſsit probari per duos teſtes, alia verò pars per alios duos teſtes. argumento tex. in. l. Gallus. §. *ille caſus*. ibi, duobus quaſi capitib⁹ legis commixtis. ff. de liber. & poſthum. vbi in ſimili per omnes in capitu. licèt ex quadam. per text. ibi de teſtibus. docet Iaſ. num. 11. in dict. l. cùm antiquitas. *Bal.* in ſimili in. l. teſtium. C. de teſtib. col. 5. idem Bal. in ſimili in. l. 1. 8. q. C. de teſtam.

92 *Alia decla. noua.* In ſumma infertur, quòd licèt de iure ciuili vitietur teſtamentum, ſi ſcribatur per notas, ſeu abbreuiaturas inſolitas. vt ex communi opinione diſſerunt Alexã. conſil. 153. Videtur prima conſideratione. num. 6. lib. 2. Bart. & omnes in authẽ. quod ſine. per tex. ibi. C. de teſtam. text. in. l. ſed cum patrono. §. fi. ff de bon. poſſ. & in. l. vnica. ff. ſi tabulæ teſtamenti ſtabunt. ibi, quia ex coniectura, nõ propriè ſcriptus videtur. Bar. in dict. l. ſed cum patrono. §. fi. & in. l. 2. C. de vetere iure enucle. Specula. de inſtru. editione. §. inſtrumentum. verſi. item opponitur quòd inſtrumentum eſt factum per notas. Guiliel. Bened. in cap. Rainuti. de teſta. par. 1. num. 61. verbo, teſtamentum. 1. in ſimili per Specul. de inſtru. editione. §. oſtenſo. verſicu. quid ſi abbreuiatura. tamen teſtamen. clerici non vitiabitur, licèt ſcriberetur per tales notas inſolitas, nõ magis, quàm vitiaretur quilibet actus inter viuos. Et eſt noſtrum inuentum.

93 *Alia decla. noua.* Deinde infertur, ꝗ licèt de iure ciuili oporteat ꝗ omnes teſtes intelligant oĩa in teſtamento contẽta, ita vt nullã particulã etiam minimã deſinant intelligere ſinguli teſtes: nec enim ſatis eſt ꝗ fuerint præſentes ſeptem teſtes, niſi præterea omnia, quæ ibi agebantur, plenè intellexerint. vt ex cõmuni opi. reſoluunt Corn. conſi. 304. Circa hanc cõſultationẽ. n. 20 lib. 1. in ſimili per Bal. & Paul. in. d. l. cùm antiquitas. & Guili. Bene. in. c. Rainu. de teſtam. par. 1. in verbo, in extremis poſitus. nu. 40. Corn. conſi. 226. Licèt in hac. lib. 3. nu. 5. & cõſi. 77. nu. 3. & nu. 11. lib. 4. Bar. in. l. fideicõ. §. quoties. ff. de leg. 3. Corne. cõſ. 307. Videtur prima facie. nu. 1. lib. 3. vt ſic de iure ciuili licèt teſtes ſint præſentes toti teſtamento, id nõ ſufficiat, niſi totũ intellexerint, & ſenſu perceperint: nec per contrariũ ſufficiat, ꝗ totũ intellexerint, niſi præſentes fuerint: potuerunt enim ante vel poſt actũ teſtandi ab ipſo teſtatore de contẽtis in teſtamẽto certiores fieri, id quod minimè ſufficeret. Tamẽ nõ ſic erit in teſtamẽto clerici, quod valere nouè interpretamur, licèt teſtes non tẽpore teſtamenti, ſed antea, vel poſtea notitiã ceperint eorũ, quæ teſtamento ordinata fuerũt, cùm id proculdubiò in actibus inter viuos admitteretur.

Vnde licèt in reliquorũ teſtamentis *De cad. re.* oporteat teſtes fuiſſe rogatos. l. hac cõſultiſsima. C. de teſtam. l. hæredes palã. ff. eodem. l. diuus. ff. de mili. teſta. §. planè. Inſt. eod. l. 1. & 2. tit. 1. par. 6. tamẽ nõ ſic erit in teſtamẽto clerici, quod valere non deſinit, licèt teſtes nõ eſſent rogati, ſed fortuiti: quia iure canonico, aut diuino rogitus teſtium non deſideratur, nec etiã in actib⁹ inter viuos, vt alibi docemur. Nec dubium eſt, quin in teſtamento clerici non maior ſolennitas deſideretur, quàm in actibus inter viuos.

Proinde ſimiliter infertur, quòd licèt reliquorum teſtamenta vitientur, ſi teſtes fuerint compulſi. l. qui teſtamento. §. fin. in fin. ff. de teſtamen. tamen non ſic erit in teſtamento clerici, quod per talem teſtium compulſionem non vitiabitur, non magis, quàm vitiarentur actus inter viuos, qui non illegitimè probarentur per teſtes, qui etiam compulſi

inter



interfuiſſent. argumẽ. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quibus cauſ. mai. iũcta. l. 1. in pri. ff. de teſtibus.

Qua ratione infertur non oportere teſtes eſſe maſculos in teſtamento clerici, non magis, quàm in actibus inter viuos, in quibus conſtat fœmineũ teſtimoniũ admitti, non ſecùs, quàm maſculorum. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtam.

Nec dubiũ eſt, quin eadẽ ratione (vt nouè interpretamur) ſubſcriptio teſtiũ in tali teſtament. neceſſaria non ſit, non magis, quàm in actibus inter viuos, licèt in reliquorum teſtamentis aliud ſit. vt. § ſed cùm paulatim. Inſtitu. de teſtam. d. l. hac cõſultiſsima. l. ad teſtium. §. fi. ff. eod. dict. l. 1. & 2. tit. 1. part. 6.

*De cad. re.* Vnde licèt regulariter ſignacula teſtium deſiderentur, per iura & rationes proximè allegatas, tamen non ſic erit in teſtamento clerici, in quo talium ſignaculorum interuentus neceſſarius nõ eſt, nõ magis, quàm in reliquorũ teſtamẽtis.

Qua ratione licèt olim omne teſtamẽtum incipere deberet ab hęredis inſtitutione. §. ante hæredis. Inſtit. de lega. l. 2. §. prius. ff. de vulg. quod & hodie viget in teſtamento cæci ſecundùm plurimorũ ſententias. vt per Decium in. l. hac cõſultiſsima. in pri. C. qui teſtam. fac. poſ. licèt nos contrarium alibi diſſeruimus. tamẽ in teſtamento clerici nulla erit controuerſia quin valeat, licèt non incipiat ab hæredis inſtitutione, etiam ſi is clericus cæcus eſſet. Quod nouiſsimum & veriſſimum puto.

Deniq; licèt teſtamẽtum regulariter debeat confici vno contextu. l. cùm antiquitas. C. de teſtam. l. furioſum. C. qui teſtam. face. poſ. l. qui teſtamẽto. §. veteres. ff. de teſtam. tamen clerici teſtamentum (vt nouè aduertimus) nõ vitiabitur per interuentum alicuius actus extranei nõ magis, quàm quilibet alius actus inter viuos.

Poſtremò licèt iure regio, vt alibi docemur, teſtamentum in ſcriptis deſideret ſignum tabellionis per Tauri legẽ 3. tamen id in teſtamẽto clerici etiam iure regio neceſſum non erit (vt nouè interpretamur) ſed quælibet legitima probatio ſufficiet, dummodò ſcripta ſit, ſecundùm diſtinctionem, de qua ſuprà. & pleniùs ſuprà. §. 11. per totũ. Quæ omnia nota. quia noua, & vtilia.

1 *Confeßio firmat relictum minùs ſolenne.*
2 *Contractus in ultima uoluntate factus non uitiatur, licèt ipſa ultima uoluntas deficiat. cum communi.*
3 *Donatio, non legatum inducunt illa uerba, Dono tibi talem rem. licèt id fiat in teſtamento. cum Angel. contra Fabr.*
4 *Teſtamentum quando uitietur per contractum ibi factum, noua declaratio.*
5 *L. fi. C. de fideico. 2. intelligitur.*
10 *Intell. 7. & nouus ad. l. fi. C. de fideico.*
11 *Fideicommiſſorum ſolennitas ad probationem tantùm deſideratur noua opin.*
14 *Fideicom. minùs ſolenne ualet, licèt teſtator ſolenniter teſtari uoluerit. contra communem.*
15 *Illatio. 2. contra mentem communis opinionis.*
16 *Illatio. 3. contra mentem communis opinionis.*
17 *Illatio. 4. contra mentem communis opinionis.*
18 *Illatio. 5. contra mentem communis opinionis.*
19 *Illatio. 6. contra mentem communis opinionis.*
20 *Illatio. 7. contra mentem communis opinionis.*
21 *Teſtamentum minùs ſolenne iure regio firmatur per confeßionem partis aduerſæ, noua opinio.*
22 *Confeßio non prodeſt ei, qui priùs negauit. cum communi contra alteram communem.*
23 *Confeßio quando poßit diuidi à iudice. cum cõmuni contra alteram communem.*
24 *Defenſio ut ſit inculpata, oportet probari fuiſſe neceſſariam. cum Bal. contra eund. Bald. & Iaſon.*
25 *Confeßio facta quãdo admittat probationem in contrarium. cum communi contra alteram communem.*
26 *Confeßio extraiudicialis etiam de iure Canonico infirma eſt. cum communi cõtra alteram communem.*
27 *Confeßio extraiudicialis non nocet, noua opin. etiam de iure regio.*
28 *L. fina. C. de fideicom. limitatur nouè.*
29 *Confeßio etiam liberatoria extraiudicialis non nocet. cum communi contra alteram communem opinionem.*

30 *Acceptatione pendente, omnis conceßio reuocari poteſt, licèt fiat parte præſente.*

31 *Confeßio eſt uera probatio. cum cõi contra alteram communem.*

32 *Confeßio facta coram iudice incompetente, non ualet, & an ſufficiat ad torturam.*

33 *Legatum rei alienæ ignoranter factum coniunctæ perſonæ non ualet, quando grauatus tã cõiunctus erat teſtatori, quàm ipſe legatarius. contra communem.*

34 *Legatum rei alienæ à teſtatore poſſeſſæ etiã ignorãter extraneo relictũ ualet quo ad hoc ut hæres teneatur tradere poſſeßionẽ illius rei.*

35 *Intell. l. cùm pater §. euictis ff. de leg. 2.*

40 *Prælegatum coniuncto licèt factum ſit, ei non debetur euictio.*

41 *Legatum rei alienæ ſcienter cohæredi relictũ, ualet quo ad euictionem. contra communem.*

42 *Legatum rei, quam ſciebat alienam defunctus, uel etiam ignorabat, coniuncto cohæredi relictum, ualet quo ad euictionem, ſi grauatus erat extraneus. contra communem.*

43 *Prælegatum rei alienæ etiam à teſtatore non poſſeſſæ ualet quo ad euictionem, ſi teſtator alienam ſciebat. Idem ſi ignorabat alienam eſſe, ſi tamen grauatus erat extraneus, honoratus uerò coniunctus. cum Bal. contra Bar. & nouißimos.*

44 *Prælegatum rei alienæ etiam ignoranter factum, non ualet quo ad euictionem, ſi is, à quo euincitur, erat extraneus teſtatori, licèt & cohæredes prælegata accepiſſent. cõtra Paulum, & Xuarez.*

45 *Legatum rei, in qua uſumfructum tantùm habebam, coniuncto relictũ, an ualeat. contra communem.*

48 *Intell. l. Sticho. ff. de uſufruct. lega. contra cõem.*

49 *Qui legat rem, in qua ſcit ſe uſumfructum tantùm habere, an etiam proprietatem legaſſe uideatur, quòd ſic. cum multis contra cõem.*

50 *Vſufructu legato cum onere, ne proprietas alienetur, proprietas legata non uidetur. contra communem.*

1 REDEVNDO ad caſus ſpeciales, in quibus adeſſe non oportet ſolẽnem teſtamẽtorum obſeruationem, ſciendum eſt eam ſolennitatem per interuentum confeſsionis remitti. Nam ſi hæredis fidei commiſerim, vt fideicom. ſiue ſingulare, ſiue vniuerſale alicui det citra vllius teſtis præſentiam, vel ſi teſtes interfuerint, modò autem cùm de fideicommiſſo agitur, nullus eorum ſuperſit, tunc videbatur id fideicõm. nullius momenti fore, quia in fideicõmiſsis regulariter quinq; teſtes deſiderantur. vt in. l. fin. C. de fideicom. l. fina. C. de codi. §. fin. Inſtitu. de fideicom. hære. tamen per interuentum confeſsionis ipſius hæredis (ſiue illa expreſſa ſit, quale eſt, cùm cõfeſſus eſt relictum eſſe fideicom. ſiue tacita, quale eſt, cùm iuramentum hac de re delatum ſubire noluit) firma redditur illa vltima voluntas, quaſi confeſſio hæredis onerati pro legitima probatione ſit etiam in vltimis voluntatibus, in quibus numeroſam teſtium turbam adeſſe regulariter oportet. Ita probat elegans tex. in. l. fi. C. de fidei. & in. §. fi. Inſti. de fideicom. hære.

*Cõfeßio firmat relictũ minùs ſolẽne.*

2 Qua in re fortiter opponitur. Nam ſi veritas, vel ſolennitas iuris deeſt, hæres ſcriptus ad ſolutionem vrgeri, aut compelli non poteſt. l. ſi. veritas. C. de fideicõ. l. ex teſtamento. eod. titu. l. ſi vnus. C. de teſtamen. l. ad teſtium. §. fina. ff. eod. l. ex imperfecto. ff. de lega. 3. Cuius contrarij timore intellectus dict. l. fina. & dict. §. fi. variatur multipliciter. Nam ſunt qui putant illam diſpoſitionem ibi ſuſtineri non tã in vim vltimæ voluntatis, quàm in vim contractus, quaſi hæres ibi teſtatori promiſerit fideicom. pręſtare. Vnde licèt ibi vltima voluntas defecerit, ſitq; infirma ex teſtium defectu, tamen ſuſtinetur diſpoſitio per interuentũ promiſſionis, quam hæres teſtatori fecit, ſicq; in vim contractus. Ita tenet Barto. colũ. 1. in princip. in. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. vbi ſequuntur doctores communiter. vt patet ex Iaſ. ibi lect. 1. numero. 18. & lect. ſecunda. numero. 27. Ripa numer. 29. Crottus nume. 12. Hannibal. numer. 187. Iaſ. in. l. fina. numer. 17. C. de fideicõmiſ. Imola col. 2. & Alexand. col. 3. in. d. l. nemo poteſt.

*Contractus in ultima uolũtate factus nõ uitiatur, licèt ipſa ult. uolun. deficiat cum cõi.*

Vnde



3 Vnde ſi in teſtamento tibi pręſenti dixi, Dono tibi rem meam, tenet Faber in §. legatum eſt. Inſtitu. de lega. quòd non ſit donatio inter viuos, ſed legatum. Infert talem liberalitatem infirmari teſtamento infirmato. vt. l. eam quã. de fideicom. C. & l. ſi nemo. de teſtamen. tute. Contrarium tenet Ange. in. d. §. legatum eſt. numer. 2. & rectè, quia apud omnes conſtat contrahi poſſe & donare in teſtamento. glo. & omnes in. l. hæredes palàm. §. fin. de teſtamen. Iaſ. in. l. cùm antiquitas. colum. 1. in. fi. cum ſequen. C. eod. Deci. conſi. 293. colum. 1. in fin. cum ſeq. Cùm ergo verbum, dono, ſit magis aptũ comprehendere donationem inter viuos, quàm legatum, debet eam comprehendere. per. l. non aliter. de lega. 3. Nec obeſt, quòd per quæcunque verba poteſt fieri legatum. §. ſed olim. Inſtitu. de lega. l. 2. C. comm. de lega. Nam fateor, ſi aliter conſtaret de voluntate teſtatoris, quòd non donare, ſed legare volebat. vt. d. l. non aliter. ſed in proproſito non conſtat. ergo. &c. vt dicta. l. non aliter. l. Labeo. de ſupell. lega. Non obeſt, quòd verba ſint intelligenda ſecundùm ſubiectam materiam, etiam ſi improprientur, vnde videbatur, quòd verbum, dono, in teſtamento prolatum, trahatur ad legatum. Nam reſpon. id verum, quando in ſenſu directo & proprio talia verba capi non poſſunt. ita procedit. l. ſi vno. ff. locati. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. itẽ ſi iurauero. ff. de iureiur. l. qui hæredi. §. domin⁹. de cõdi. & dem. vbi Socin. l. fundus qui locatus. de fund. inſtru. ſecùs ſi propriè poſſint accipi, vt in ꝓpoſito. Tene ergo Angel. contra Fabrum. Sed potes concordare, quòd Angeli opin. procedat, quando is, in quem liberalitas conferebatur, erat præſens, nã tunc cùm ſtatim in vim donationis (prout proprietas verborum ſonat) poſsit actus valere, ſequitur quòd ita valere debeat, maximè cùm per hoc in pinguiori ſignificatu verba ſumãtur. vt Inſtitu. de iure nat. §. ſed quoties. Sin autem erat abſens, tunc quia in vim donationis ſtatim valere non poteſt, valeat in vim legati, ad quod verba trahi & poſſunt. vt. d. §. ſed olim. & debent. vt dict. §. item ſi iurauero. cum conc. Qua opinio. retenta, certum eſt, quòd licèt infirmetur teſtam. reuocatiõe, vel aliàs, non infirmabitur talis liberalitas. Quod in ſpecie tenuit Bald. per illũ tex. in. l. fi. ff. de reb. eorũ. Iaſ. in. d. l. cùm antiquitas. colũ. 2. in prin. Deci. conſ. 293. col. 1. in. fi. cũ pr. ſeq.

*Donatio, nõ legatum inducũt illa uerba, Dono tibi talẽ rẽ. licèt id fiat in teſtamẽto. cum Ang. cõtra Fab.*

4 Item quæro, an præpoſito, quòd contractus fieri poſsit in teſtamẽto, taliter ꝙ contractus ille valebit. vt tenet gloſſ. & omnes in. d. §. fi. l. hæredes palã. & Deci. & Iaſ. vbi ſuprà per. l. ſi auia. C. de iur. delib. l. Pãtoni⁹. §. fi. de acq. hęr. l. ex ſentẽtia. de teſta. tut. l. Lucius. de alim. leg. l. non eſt mirũ. ff. de pig. act. l. eand. in pr. ff. de duobus reis. quæro (inquàm) an licèt contractus valeat, vitietur tamẽ teſtam. Quod videtur per. l. cũ antiquitas. C. de teſtam. l. hæredes palã. §. fi. ff. eod. vbi vno cõtextu actiõis cauetur teſtam. fieri dꝫbere ſine interpoſitiõe actus extranei. Facit, quia teſtam. eſt quid indiuiduũ. l. furioſum. q. teſta. fa. po. Facit etiã, quia abundãs cautela licèt nocere nõ ſoleat. l. teſtam. C. de teſtam. nocet tñ quãdo eſt contra naturã & formã actus. gl. Bal. Alex. & Iaſ. in d. l. teſtamentũ. quo fit, vt ſi talis cõtract⁹ nõ ſit pertinens & neceſſarius ad teſtam. valere nõ poſsit. His tñ nõ obſtantib⁹ cõtrariũ tenet Iaſ. in. d. l. cũ antiquitas. poſt plures, quos refert, dicẽs, ꝙ ſi actus interpoſitus ſit modici interualli, non nocet, nec vitiat teſtam. Et ita intelligit qđ dicitur cõtractũ fieri poſſe in teſtamẽto. Sed Are. poſt Ang. & Imol. quos refert in. d. l. hæredes palã. §. fi. col. 2. aliter, & rectiùs diſtinguit, ſcilicet referre, vtrũ cõtractus interpoſitus pertineat ad teſtam. & tunc teſtam. nõ vitietur. ita procedat. l. ſi auia. cum conc. an verò omnino ſit impertinens, vt tunc vitietur. vt ſi fortè poſt

*Teſtamẽtũ quando uitietur per contractũ ibi factũ noua declara.*

incœptum teſtamen.teſtator voluit aliquid vendere,vel fundos locare.ita procedat.l.cũantiquitas.&.d.l.hęredes palã.§.fin.Tu latiùs diſtingue. Nam aut contractus,qui fit in teſtaméto,fit non principaliter,ſed incidenter,& tunc nõ vitietur teſtam.Ita intelligo.l.ſi auia.C.de iure delib.&.d.l.Pantonius.in fi. &.d.l.Lucius.& dict.l.nec mirum.&.d.l.ex ſenté-tia.quia inſpicitur vel legatum, vel tutela,vel hæreditas, quam dare, vel datam fortiùs firmare volebam :non aũt inſpicitur contractus,qui inde incidenter reſultat.Et meritò,eſt enim inſpiciendum quod principaliter agitur,non quod incidenter reſultat. vt.l. ſi quis nec cauſam.vbi latè Iaſ.ff.ſi cer.pet.l.cùm proponas.C.de reb.cred.Aut cõtractus, qui fit in teſtaméto, fit principaliter propter ſe, & tunc ſi non ſit omnino impertinens, puto teſtam.non vitiari,veluti ſi ſit donatio quarundam rerum. Cùm enim teſtamen.faciamus ad res noſtras diſtribuendas, finiſq; teſtamentorum ſit eas diſtribuere,certè in modo huius diſtributionis,ſeu largitatis faciendæ vis magna eſſe non debet,quo fit, vt quoquo modo ſeu titu.diſtributio fiat, ea diſtributio extranea non videatur ab actu teſtandi, & conſequenter non vitiet teſtam.Ita intelligo,& approbo glo.d.l.hæredes palàm.§.fina.quatenus loquitur in donatione. Pro quo eſt bonus tex.in.l. aſsignare.ff. de aſsig.liber.iuncto.§.fina. Inſtitu.eod. Quòd ſi contractus,qui in teſtaméto fit, eſſet impertinens,& extraneus, ſeu alienus à diſtributione rerum noſtrarum,& ab actu teſtandi:vt ſi ædes meas in teſtamento locaui,vel fundum vendidi,tunc puto teſtam.vitiari per.d.l.cùm antiquitas.& dict.l. hæredes palàm.in fin.Et ita in hoc reprobo gloſſ.dict.l.hæredes.§.fi. quatenus loquitur in venditione, licèt app.per Bar.ibi.& per Iaſ.poſt alios,quos refert in dict.l.cùm antiquitas.colum.2. in principio.

5 Hæc quo ad primum intell.d.l.fin.C. de fidei.qui eſt verus,licèt diuinet.Alius intell.fuit gloſſ.in.d.l.fin. verb.ſubire.& gloſſ.in.l.ſi veritas. C.eod.titu. & gloſſ. mag.in.d.§.fi.Inſtitu.de fideicom.hæred. Quæ gloſſæ in ſuis locis communiter appr.vt ſi hæres,cuius fidei cõmiſſum fuit, neget id à ſe relictum, deinde cùm iuſiurandum ſibi delatum eſſet, illud relictũ agnouerit, ſed alleget non deberi, quia citra ſolennitatis interuentum relictum fuerit, vt tũc talis allegatio non releuet, quaſi propter præcedens mendaciũ puniatur.Simile eſt in.§.at aduerſus.Inſtitu. de pœna temerè litigan.vbi duplicantur induciæ in odium illius, qui priùs abnegauit.Sed certè is intellectus verus non eſt,quia in dictis iuribus nullum verbũ de mendacio hæredis, cuius fidei commiſſum fuit,ſed nituntur duntaxat in cõfeſsione ipſius, quaſi teſtium interuẽtus ad nihilum vtile ſit,præterquàm ad probationem rei,qua de agitur,quę per confeſsionem hæredis longè plenior eſſe intelligitur,quàm per teſtium interuentũ, & atteſtationes, vnde vbi talis confeſſio eſt, otioſum eſſet, & inane teſtes depoſcere.

*L.fi.C.de fideicom. 2. intelligitur*

6 Tertius ergo intellectus fuit gloſſæ in.d.l.fina.C.de fideicom. vt ea lex corrigat dict.legem.ſi veritas.& ſic hodie generaliter ex minùs ſolenni teſtaméto debeantur relicta.Quod ab omnibus meritò improbatur,nam deciſio dict. l. fina. non eſt generalis,vt illicò apparebit.

*Intell.3.*

7 Quartus ergo intellectus fuit, quòd dict.l.fina.procedat,quando teſtator voluit ſine ſolennitate teſtari, vt tunc valeat teſtamen.minùs ſolenne,quod non valeret,ſi mens teſtantis eſſet cum ſolennitate,& ritè teſtari.ita ait gloſſ.in dict.l. fina. ſecundùm quoſdam. Quorum intellectus verus minimè eſt, quia contra text.clarum in.l.codicillis.§.finali. ff. de legatis ſecundo. vbi gloſſa deridet ſtultitiam teſtatoris volentis minùs ritè teſtari,& teſtament.firmum eſſe, eſtq́ue cõtra.l.nemo poteſt.ff. de legat.1.vbi per Bart.colum.1. vbi Ripa num.1.& num.3. cum.20.ſequent.Iaſ.num.3.cum.5.ſequẽ. lect.1.& in lect.2.num.1.cum.14.ſequen. Hannib.num.44.cum.100.ſequen.Crottus in princip.colũ.1. &.2. &.3.Agnoſco tamen,quòd is quartus intellect.eſt communis ſecundùm Iaſ.in dict. l. fin.nu.12. per Fabr.& alios in dict.§.fi.tenent Fran. Curti.& Marti.Sil.& Bart.qui eos refert, & firmat hanc eſſe communem opin.in dict.l.fin. vbi Ange. Salice.Bart.in dict.l. ſi veritas. dum ſe refert ad dicta per eum in dict.l. fin. ſequuntur Cinus & Corne. in dict.l.fin.qui in num.4. hanc dicit cõmunem ſententiam. quod & ſequitur Paul.ibi.

*Intell.4.*



8 Quintus intellectus eſt, quem refert gloſ.in dict.l.fin.vt ſi hæres neget relictũ eſſe,tunc fideicommiſſarius nihil habiturus ſit,niſi probauerit ſolẽniter relictum eſſe: ſin autem agnoſcat relictũ eſſe, ſed dicat minùs ſolenniter, tunc tutus ſit.vt dict.l.ſi veritas.C. de fideicommiſ.ſecundùm quòd expediret hæredi mẽdacium dicere.quod abſurdum reputat gloſ.vbi ſuprà. argument.ff.de tributoria.l.illud. §.penultim.&. ff. de in litem iurand.l.videamus.§.1.&.§. at aduerſus.Inſtit.de pœna temerè litig.ſed hãc ſequitur Bar.tam in dict.l. fin. quàm in dicta.l.ſi veritas.& Cinus, Salice.Corn.colum.penult.Fulg. & Bald.in lect.antiqua.& in lectu.noua. Et ſeruatur in practica is intellect.ſecundùm Corn.& Fulg.& Cinum in dict.l.fi.

*Intellect. 5.*

9 Sextus intellectus eſt Bart.in dict.l.nemo poteſt. colum.1. ad princip.dicentis eſſe ſpeciale in dict.l. fin. ſed ſpecialitatis rationem nullam reddit,vnde is intellectus iure improbatur ab omnibus.

*Intellect. 6.*

10 Quid dicẽdum? Et quidem ſumus in noua & vera (ſi non longè decipimur) ſententia,cuius rei mõſtrandę gratia pręſabimur diuerſam eſſe naturam legatorum,& fideicommiſſorum,etiam hodie. Nam licèt legata,& fideicommiſſa hodie exęquentur quo ad ſui effectum, vim,& poteſtatem, vt non minorem vim,& authoritatem habeant hodie fideicommiſſa,quàm legata, & econtrà.l.1. vbi per omnes.ff. de legatis primo.tamen non ſic eſt quo ad ſui creationem.longè enim faciliùs fideicommiſſa producuntur in eſſe, quàm legata. Patet,quia etiam hodie legari non poteſt niſi à ſolo hærede:non ſic in fideicommiſſo, quod relinqui poteſt etiam à legatario, & à fideicommiſſario,& à mortis cauſa donatario,& ſimilibus,non ſecùs, quàm ab ipſo hærede. Ita probatur in princip. &.§.1.Inſtit.de ſing. reb.per fideicommiſ. relict.l. ab eo.C.de fideicom.l.1.§.penul.ff.de legat.3.cum ſimil.Præterea fideicommiſſum codicillis etiam relinqui poteſt, non ſecùs, quàm in teſtamento.§.penult.& fin.& etiam in princip.Inſtit.de codicil.& in princip.Inſtit.de fideic.hęr. Non ſic in legatis, quæ in ſolo teſtamento non etiam in codicillis relinqui poſſunt.§.pręterea.Inſti.eod. titul. licèt gloſ. & doctor. tam ibi, quàm etiam in princip. de ſing. reb. per fid.rel. Inſtit. hac in re non bene ſibi cõſtent, vt alibi docemur. Cuius rei illa ratio eſt, ꝙ olim fideicommiſſa nullam vim habebant,& ſic nullam iuris ſolẽnitatem deſiderabant.vt in dict. princip.Inſti.de fidei commiſ.hær.& in princip.&.§.1.Inſtit.de codicil. Sed cùm poſtea iure nouo fideicommiſsis vis,robur,& effectus fuerit accommodatus, nec circa ſolennitatẽ quicquam noui inductum fuerit, euenit, vt legatis exæquentur in viribus,& potentia, effectuq́;, & quo ad ſolẽnitatem ſint longè melioris conditionis,quia nullam ſolennitatem deſiderant hodie nõ magis, quàm olim, cùm viribus carebant.

*Intell.7.& nouus ad.l.fi.C.de fidei commiſ.*

Vnde licèt ea quæ deſiderãtur pro forma, non poſsint impleri æquipollenter. vt latè tradunt Alexand.& Iaſ.in.l.1.ff.de lib.& poſthu.plenè per Crottum nu.29. & Hãnibalem num.5.in.l. nemo poteſt. ff.de

ff.de legatis primo.Iaſ.num.14.& Alexã.
num.8.in dict.l.1.Decius conſi.612.num.
3.Bald.& Angel.in dict.l.1.Bald.in.l.am-
biguitas.C.de teſtament.& in.l.ſi inſtito
rem. ff. ſi certum petatur. Decius conſil.
466.num.19. idem Deci.in.l.hac conſul-
tiſ.nu.12.cum ſeq.C.qui teſta.fa.poſ.eſtq́;
communis opi. tamen fideicõmiſſorum
probatio poterit fieri æquipollẽter:quia
in his, quæ deſiderãtur ad probationem
tantùm, non etiam ad formam, ſufficit
æquipollens implementum. vt ex com-
muni opinione reſoluunt Alexand.& Ia
ſo.poſt alios in dict.l. prima. ff. de liberis
& poſthum. per.l.1.§.fina.ff. de dote præ-
lega.l.certum.ff. ſi certum petat. cum ſi-
mili. Vnde cùm teſtium ſolennitas in te-
ſtamentis requiratur non tantũ pro pro
batione, ſed etiam pro forma.vt ex vera
& communi opinione docemur ſuprà.§.
ſecundo.in princip. &.§.11. num.17.iun-
ctis his, quæ latè diſſeruimus ſuprà.§.ter-
tio.argumento.l.ad teſtium.§.fin.ff.de te
ſtament.&.l. ſi vnus.C.eodem.euenit, vt
licèt legata, & inſtitutiones, quæ alibi q̃
in teſtamento fieri non poſſunt.vt dict.§.
præterea.& dict.princip. Inſtit.de ſingu.
rebus. per fideicommiſſ. relict. iuncta.l.
proximè.ff. quæ in teſtamento delẽ.&.l.
prima.in fin. ff. de vulg. ſi in teſtamento
minùs ſolenni fiant, nullius momenti
ſint, nec ille defectus ſuppleatur per con
feſsionem hęredis legitimi (quia cõfeſsio
licèt ſuppleat probationis defectum, nõ
tamen ſupplet defectũ formæ, cũ forma
æquipollẽs implementũ non recipiat, vt
iam oſtendimus) tamen fideicommiſſa
(quæ nullam iuris ſolennitatem deſide-
rant, nullamq́; formã à lege accõmoda-
tam habẽt, nec quicq̃ deſiderant, præter
legitimam probationẽ quinq; teſtium.
vt.l.fi.C.de codi.l. fi.C. de fidei.§.fi.Inſtit.
de fidei.hę.) poterũt citra interuentũ vl-
lius teſtis valere, non ſecùs, q̃ ſi quinq; te
ſtes interfuiſſent, ſi modò per confeſsio-
nem partis ille probationis quinq; teſtiũ
defectus ſuppleatur. Nec enim dubium
eſt, quin confeſsionis probatio plenior
ſit, quàm probatio nõ ſolùm quinq;, ſed
etiam mille teſtium. vt dict.l.fi.& dict.§.
fin. Sicq́; in terminis dictorum iuriũ ab-
negamus eſſe ſpeciale (licèt id noſtrorum
plerique falſò opinẽtur) & firmamus ge-
nerale eſſe in omnibus fideicommiſsis, li-
cèt non ſic in hęredis inſtitutione, aut in
legato, quæ niſi in teſtamento fieri non
poſſunt, & cum ſolennitate, & forma te-
ſtamentis accommodata, quæ forma æ-
quipollẽter impleri minimè poteſt: licèt
probatio, quæ duntaxat non etiam vlla
forma in fideicommiſsis deſideratur, ex-
pleri æquipollenter ſine dubio poſsit, vt
iam docuimus.

12 Et noſtra opinio noſterq́; intellectus *De ead. rẽ.*
ad dicta iura probatur apertè in dict. §.fi.
Inſtitut.de fideicom.hære.ibi, & quia pri
ma fideicommiſſorum cunabula à fide
hæredum pendẽt, & tam nomen, quàm
ſubſtantiam acceperunt, ideo diuus Au-
guſtus ad neceſsitatem iuris ea retraxit.
Vides ergo, vt tota res nitatur fideicõmiſ
ſorum fauore propter piam cõfidentiã,
quã teſtator in perſona onerati repoſuit.
Nam, vt Cicero ait, turpiſsimũ eſt ſimul
& amicitiam ſoluere, & fallere eum, qui
læſus non eſſet, niſi credidiſſet. Lex enim
fideicommittenti, qui piè credebat, plùs
fauet, quàm leganti, qui iuris cautela, &
prouida diſpoſitione, non benigna fide,
aut pia confidentia vſus fuit. Ad idem.d.
§.final.ibi, nos eundem principem, (id eſt
Auguſtum) ſuperare contendentes.&c.
Nam Auguſtus fideicommiſsis (quæ an
tea inutilia erant) firmitatem condona-
uit.vt in principio Inſtitut. de fideicom.
hære.& in princip.Inſtitut.de codicil. Iu
ſtinianus autem eiſdem fideicommiſsis
alia priuilegia accumulare ſtuduit, nec
in legatis loquitur, in quibus Auguſtus
locutus non fuerat. Tertiò id patet in o-
mnibus verbis tam dict.§.fina.quàm.d.l.
fi.C. de fidei. in quibus pluries ac pluries
de fidei



de fideicommiſsis tantùm fit mentio, nõ
etiam de legatis, aut inſtitutionibus, aut
reliquis diſpoſitionibus præter fideicom
miſſum. Quartò patet in dict.§. fin.ibi, ſi
hæres perfidia tentus. Quintò ibi, quicũ-
que ſit, qui fidem hæredis elegerit. Sextò
ibi, fidei hæredis ſui cõmiſerit. Septimò
ibi, ne depereat volũtas teſtatoris fidei hę
redis ſui commiſſa. Et ſimilia verba ſæpiſ
ſimè repetuntur in dict.l.fina.C.de fidei-
commiſ. Ex quibus patet, illam prouiſio
nem ſpecialem eſſe, & peculiarẽ in fidei-
commiſsis, non etiam in reliquis diſpoſi
tionibus.

Nec dubium eſt, quin cùm illæ ratio-
nes ſint expreſſæ in dictis iuribus, habeãt
vim reſtringendi illius legis deciſionem,
ne plùs, aut vltrà ſe extendat, quàm extẽ
dit ſeſe ratio ibi expreſſa. vt plenè tradũt
Iaſ.in.l.de quibus.num.14.ff.de legib.idẽ
in.l.ſtipulatio hoc modo. num.12.ad fin.
ff.de verb.ob.idem in authen.quas actio
nes.num.22.cum præ.& ſequent.C.de ſa
croſan. eccleſ.idem in.l. humanitatis.per
text. ibi. C. de impub. vbi etiam Decius,
& Coraſi.& alij.pleniùs per Tiraquel.de
cauſa ceſſante. in prima parte. nu.135. &
num.152.tex. vbi omnes in.l.cùm pater.§.
dulciſsimis.ff. de legat.2. text.in.l.adige-
re.§.quanuis.ff.de iure patro. Et licèt dict.
l.fin.& dict.§. fin. loquantur quando re-
uera fideicommiſſum fuit relictum ſine
præſentia vllius teſtis.vt patet in dict.l.fi.
ibi, ſi ſine ſcriptura & præſentia teſtium
fideicomiſſo derelicto. & in.d.§. fin. ibi,
& neque.&c. tamen illud ita contigerat
in quæſtione ex facto emergente, de qua
vtrobiq; meminit Iuſtinianus, quæ qui-
dem quæſtio fuit cauſa tantùm impulſi
ua, non etiam finalis ad dicta iura condẽ
da, ſicq́; non habet ea iura reſtringere.vt
docent Bart.& communiter doctores in
l.demonſtratio.§.quod autem.ff.de con-
ditio. & demõſtratio. Quod euidentiùs
apparet in dict.l.fin.ibi, ſed ſiue quinque
ſint teſtes, ſiue minores, vel nemo. & in
dict.§.fi.ibi, ſed pauciores, vel nemo. vbi
illam nouam deciſionem ait procedere,
ſiue quinque teſtes interfuerint, ſiue pau
ciores, vel etiam nemo: & tamen in quæ
ſtione, de qua ibi meminit, nullus teſtis
interfuerat, vt ſic appareat, quòd etiam ſi
in quolibet fideicommiſſo teſtator non
fuerit confiſus de ſola fide hæredis, vel al
terius onerati, ſed teſtes adhibuerit, ſem-
per procedat dict.l.fi. & dict.§.fin.vt ſi te
ſtes adhibiti pauciores ſint, quàm q ple-
nam, & legitimam probationem in fidei
commiſsis inducunt, ſiue etiam tot ſint
adhibiti, quot in fideicommiſsis regula
riter requiruntur, ſed poſtea cùm res agi
tur, non ſuperſint, aut inueniantur, vtro-
que caſu ea probatio ſuppleri poſsit per
iuramentum onerati, perq́; eius confeſ-
ſionem, quaſi in fideicommiſsis teſtium
numerus, & reliqua, non pro forma, ſed
tantùm pro probatione requiratur, ſicq́;
poſsit ſuppleri per confeſsionem onera-
ti, quod fieri non poſſet, ſi pro forma re-
quireretur, vt ſuprà diximus. Et is ſenſus
probatur in dict.l.fin.ibi, ſed ſiue quinq;.
& in dict.§.fin.ibi, & neque.&c. Et ita in
puncto iuris tenent Corn.colum.2. &.3.
in dict.l.fin.& ibi Bald.Salicet.& Fulgoſ.
Licèt in contrarium ſe habeat commu-
nis opin.ſecundùm eund.Corne.ibi.

14 Retenta tamen noſtra ſententia, quæ *Fideic. mi-*
indubitãter vera eſt, & eſt ex mente Bal. *nus ſolenne*
Salicet.Fulgo.& Cornei, infertur veram *ualet, licèt*
non eſſe communem opi.ſuprà relatam, *teſtator ſo-*
volentem, quòd ſi teſtator voluit ſolen- *lenniter te-*
niter teſtari, & fideicommittere, nec ad- *ſtari uolue*
hibuit quinq; teſtes, ſed pauciores, tunc *rit. contra*
fideicommiſsi probatio non poſsit ſup- *communem*
pleri per cõfeſsionem onerati, quinimò
etiam hoc caſu ſecundùm nos ſupplebi-
tur per talem confeſsionem.vt dict.l.fin.
& dict.§.fin.

15 Infertur. 2. ex mente eorundem con- *Illatio. 2. cõ*
tra eandem communem opin.ſuprà rela *tra mentem*
tam, quòd ſi quinq; teſtes adhibuit, ſed tẽ *cõmunis o-*
pore quo res agebatur, vel nõ ſuperſunt, *pinio.*
vel

vel non inueniuntur, ea probatio ſuppleri poterit per confeſsionem onerati. per dicta iura.

*Illatio.3.cõtra mentem cõis opinio*

16 Infertur.3. ex mente eorundem cõtra eandem communem opinionem idem fore, etiam ſi hæres legatarius vel fideicõmiſſarius oneratus eſſet abſens tempore teſtamenti, & ignorans eius rei, qua de agebatur, nec vnquã fidem vllam teſtatori accõmodaſſet, quaſi ſemper poſsit defectus probationis quo ad validitatem fideicommiſſorum ſuppleri per confeſsionem onerati, quia in eis pro probatione tantùm, non etiam pro forma teſtes deſiderentur.

*Illat.4.cõtramentem cõis opinio*

17 Infertur.4. ꝙ etiã ſi teſtator noluerit ſolẽniter teſtari, ſicq́; nõ ritè hæredem ſcripſerit coram quatuor teſtibus fortè, vel paucioribꝰ, ea hæredis inſtitutio nullius momenti erit, nec ſuſtinebitur eo prętextu, quòd teſtator exiſtimauerit, aut cogitauerit futurum, vt hæredes ſui legitimi nullam controuerſiam facturi eſſent hæredi ſcripto, nec hac de re licebit hæredi legitimo deferrę iuramentum, quinimò confeſsio hęredis legitimi hac in re nihil noceret ſibi. quia dict.l.fin.& dict.§. fina. in fideicommiſſo tantùm, non etiam in hæredis inſtitutione loquuntur. Et ita intelligo, & amplio.l.ad teſtium.§.fin.ff.de teſtam. &.l.ſi vnus.C. de teſtament.&.l. codicillis.§.fin.iuncta ſua gloſ.ff.de lega. ſecundo. idq́; per rationes noſtras ſuprà relatas contra mentem communis opi. ſuprà relatæ, quæ data confidentia teſtatoris, & voluntate minùs ritè diſponẽdi, vult per confeſsionem partis iſthæc poſſe ſuppleri contra omne ius, omnemq́; rationem.

*Illatio.5.cõtra mẽtem cõis opin.*

18 Infertur. 5. contra mẽtem eiuſdẽ cõis opin. tale legatum non valiturum, licèt adeſſet cõfidentia teſtatoris, & voluntas minùs ritè teſtandi. argumen.§.præterea. Inſtit.de fideicommiſ.hær.& in princip. Inſtit. de ſingul. rebus. ſecundùm quòd ſuprà declarauimus, & per rationęs ſuprà relatas.

*Illa.6.contra mẽtem cõmunis opinio.*

19 Infertur. 6. contra mentem communis opin. quæ defendit quintum intellectum ſuprà relatũ, quòd ſi inſtitutio minùs ritè facta eſſet, tunc licèt hæres legitimus talem inſtitutionem factam fuiſſe priùs negaſſet, deinde confeſſus eſſet factam fuiſſe, ſed minùs ſolenniter, tunc talis confeſsio ei nõ noceret, quia dict.l.fi. &.d.§.fin. non in ea variatione (vt doctores falſò opinantur) ſed tantùm in fauore fideicommiſsi nituntur. Nam fideicõ. eſt (vt diximus) diſpoſitio informis, quæ nullam formam deſiderat, ſed tantùm legitimam, plenamq́; probationem, cõfeſſionis autem probatio pleniſsima eſt.

*Illatio.7.cõtramentem cõis opinio*

20 Idem &.7. cõtra mentem eiuſdem cõmunis opi. in ſimili legato. Quid autem in donatione cauſa mortis, quid in mortis cauſa capione, quid in eo, quod conditionis implẽdæ cauſa datur, cogita, quia per tempus non licuit inueſtigare.

*Teſtamentum minùs ſolẽne iure regio firmatur per cõfeſsionẽ partis aduerſæ noua opin.*

21 Quid autem iure regio? Et quidem cũ infrà.§.28.&. 29.& ſuprà.§.11. tenuerimus iure regio teſtamentum eſſe informe, ad cuius firmitatem nihil aliud deſideratur præter legitimam, plenamq́; probationẽ l.3.ibi, no hagan fee, ni prueua. in legibus Tauri.&.l.1.titul.2.libr.5. ordinament. in fi. ibi. E otroſi vala el teſtamento que fuere hecho con buenos teſtimonios. Nec dubium ſit, quin probatio confeſsionis ſit omnium pleniſsima. vt. d.l.fin.&.d.§. fi. euenit, vt ſi hęres legitimus iuret, & fateatur Titium fuiſſe hęredem ſcriptum, ſed tamen minùs ritè & ſolẽniter ſcriptũ fuiſſe alleget, tunc is legitimus hæreditate priuabitur, quę hęredi ſcripto applicabitur, de cuius vocatione ꝑ partis aduerſæ confeſsionem conſtat, quæ confeſsio pleniſsima probatio eſt, nec iure regio ad teſtamẽti firmitatẽq́ quã deſideratur ad formã, ſed tãtũ ad probationẽ. Legitimã autem probationẽ hac in re accipere debemus ſecundùm tenorem dict.l.3.&.d. l.1. quod nota, quia eſt noſtrum inuentũ, & in



& in vſu forenſi vtiliſsimum.

Habes ergo ex ſuperioribus quemadmodum, & quatenus teſtamentum minùs ſolenne ſuſtineatur per confeſsionẽ onerati. Retento tamen communi intellectu, quem ad dict.l.fin.C.de fidei.& ad dict.§.fin. Inſtit. de fidei.hær. aſsignat glo. in dict.l.fi. quam plerique noſtrorum ſecundùm Corne. ibi ſequuntur. & tenuit etiam gloſ.in.l. ſi veritas.C.de fideicom. cum qua omnes ibi ſimpliciter tranſeũt, vt hæres, qui priùs negauit fideicommiſſum fuiſſe relictum, licèt poſtea cùm ſibi defertur iurament. agnoſcat fideicõ. relictum fuiſſe, dicens tamẽ fuiſſe minùs ſolenne, hæc confeſsio non proſit ſibi, poſt quàm priùs negauerat, ſicq́; tãquàm peſſimus inficiator, aut mẽdax id fideicommiſ. præſtare cogatur. per dict.l. fin.&.d. §.fin.

*Confeſsio nõ prodeſt ei, qui priùs negauit. cũ cõmuni cõtra alterã cõmunem.*

22 Infertur veram eſſe opinio. Bart. in l.eum qui.num.4. ff. de iureiuran. quam ſequitur & dicit communem Socin.in.l. non vtiq;. ff. de except. num.7. ad medi. Bart. in quæſtione incipiente. Communiter per Italiam. Bald.in.l.ſi vnus ex ſocijs §.fin.ff. pro ſocio. Salicet.in.l. contra negã tem.C. ad legẽ Aquil. Aiunt enim quòd ſi ſponte cõfeſsis pœna per ſtatutum minuatur, non minuitur ei, qui priùs negauit, licèt poſtea faſſus fuerit. Quæ opinio videtur probari in dict.l.eum qui. ſecundùm quòd inducit Bart. ibi.& in dict.l.ſi vnus.§.fi. vt inducit Bal. vbi ſuprà.& nos inducimus optimum tex. quem ad hanc partem nullus vnquam allegauit in.d.l. fin.& in dict.§.fin. ſecundùm hunc intellectum cõmunem. Agnoſco tamen contrarium tenere Iaſ. num.8. in dict.l. eum qui. qui firmat communem opin. eſſe cõtra Bart. & contrarium tenet, & firmat communiter teneri Felinus in capit. cæterùm. de iudi. tenent Bald. Angel.& Sali. & nouiores in dict.l. eum qui. Sed pro priore ſententia etiam facit.l.bonę.§.hoc ſermone.ff.de verborum ſignificatio.l.ſi quis hæredem.C.de inſtitutio.& ſubſtit.

*Confeſsio quando poſſit diuidi à iudice. cum cõmuni cõtra alterã communẽ.*

23 Quid autem ſi is, qui agnouit delictũ, illud non ſimpliciter, ſed qualificatiuè faſſus ſit, putà fatetur homicidium ſe feciſſe, ſed ad ſuam defenſionem feciſſe ſe alleget? Et Bart.in.l. Aurelius.§.idem quę ſijt.ff. de lib.legat. tenuit iudicem poſſe diuidere hanc confeſsionem, acceptans eam, quatenus ait homicidium ſe feciſſe, non ſic quatenus ait ad ſuam defenſionẽ feciſſe. quam ſequitur, & firmat cõmuniter teneri Iaſ.in.l.vt vim.n.13. ff.de iuſt. & iur. Bal.in.l.ſi quidem. C.de excep. idẽ in.l.vn. col.11. verſ. denuò quæro de quæſtione quotidiana. C. de confeſ. Alexan. nu.7.in.l.1.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verb. oblig.

Contrarium tamen tenent Bal. in.l. 1. C. de ædil. acti. Romanus in.l.1.§. ſi quis ſimpliciter.n.7.&.n.14.ff. de verb.oblig. Abb. in.c. auditis. vbi per nouiſſ. de præſcrip. per Soci.in.l. non vtiq;.n.7.ff. de excep. per Alci.in. d.l.1.§. ſi quis ita.n. 76. ff. de verb.ob. quem.§. legit ſimul cum.§.ſi quis ſimpliciter. Sed cùm is, qui peierat, occidat animam.l.2.C. de reb.cred.l. quæ ſub conditione. in prin.ff. de condit.inſt. euenit, vt ſi reuera feci homicidium ad meam defenſionem, ſiue iurẽ me homicidium feciſſe, & vltrà nõ procedam, me ipſum nõ iure occidero, ſiue negem me homicidium feciſſe, per tale periuriũ animam meam occidã: ergo nihil iniquius, nihilq́; immanius, quàm non poſſe quẽ qualificatiuè reſpondere: ſicq́; licèt qualificatiuè ille reſpondeat, in terminis iuris communis pro confeſſo haberi non debet, licèt quia præſumptio iuris eſt cõtra eum, ſit puniendus pœna extraordinaria ſecundùm Abb. vbi ſuprà. Et ita concor. opi. ſuprà relatæ. (Quid ſi per ſtatutum quis teneatur ſimpliciter reſp. dic vt per doct. vbi.ſ.) Tu aduerte, quòd cõfeſſionis probatio eſt omni alia præſtantior, & concludentior. vt ait.l.fi. C.de fideicõ.&.§.fi.Inſt.eod. Confirmatur, quia contra præſumptionem iuris & de iure nulla

nulla admittitur probatio, & tamẽ confeſsio admittitur. glo. communiter approb. in. l. in contractibus. in prin. C. de non nume. pec. vnde in quæſtione noſtra, cùm per confeſsionem meam conſtet liquidiſsimè me deliquiſſe, debeo condẽnari. Nec poteſt dici, ꝙ cõſtet per coniecturas. iuxta. d. c. literas. nam imò conſtat per probationẽ liquidiſsimam, nec meæ confeſsionis declaratio mihi prodeſſe debet. arg. l. omnibus. C. de teſti. & l. vni. C. ne quis in ſua cau. iud. Sed certè ꝙ talis declaratio debeat prodeſſe, eſt tex. in. d. c. cùm dilecti. de accuſa. Sed dic, ꝙ ibi ideò admittitur cõfeſsionis declaratio, ꝙ in confeſsione non erat aliquid ſimpliciter, & abſoluè prohibitũ, ſed ꝙ poterat ad bonũ & malum (vt ibi dicitur) retorqueri: ſed homicidium eſt ſimpliciter prohibitum lege Dei, & dolo præſumitur fieri. l. 1. C. de ſicari. l. ſi nõ conuicij. C. de iniur. ideò declaratio iſta per præſumptionem excluditur. Sed ſuſtinendo Abb. & Iaſ. dic, quòd regulam habemus, vt quis confeſſionem ſuam poſſit declarare. d. c. cùm dilecti. Fallit, quãdo prçſumptio eſt contra declarantem, quç ſumitur ex qualitate facinoris; vt in quæſt. noſtra. Sed licèt declaratio excludatur per præſumptionem, excluditur tamen ita, vt nõ capitaliter condemnetur. vt. d. c. literas. Vndè vides, quòd opi. præcedens non eſt vera, ſi intelligit quòd rei declaratio admittatur, vt nullo modo puniatur, eſt tamen vera, & admittetur, vt mitiùs puniatur. Et nota, ꝙ dict. c. non procedit, quando quis confitetur id, quod eſt ſimpliciter prohibitum. Quod intellige ſanè, quando de delicto non conſtat niſi per ſolam confeſſionẽ meam, nam tunc poſſum eam declarare (vt dictum eſt) argu. l. ſi quis intentione. ff. de iudic. Sed ſi de delicto per teſtium depoſitiones conſtaret, certè mea declaratio nullo modo admitteretur. argum. dict. l. omnibus. C. de teſtib. & l. vnica. C. ne quis in ſua cauſa iudic. & iſto caſu non militaret ratio. d. l. ſi quis intentione.

24 Quid autem ſi occiſor probauit feciſſe ſe ad ſuam defenſionem, non autem probauit eam defenſionem fuiſſe neceſſariam? Et Bald. in. l. non ſolùm, colum. fin. C. de teſtibus. quem ſequitur Iaſon colum. 1. in. l. vt vim. ff. de iuſtitia & iur. tenet non oportere probare defenſionem fuiſſe neceſſariam.

*Defenſio ut ſit incul pata, oportet probari fuiſſe neceſſariam. cũ Bal. contra eund. Bald. & Iaſon.*

Contrarium, vt oporteat probare defenſionem neceſſariam, tenet Bald. ſibi contrarius in. l. vnica. colum. 10. verſic. item tu aſſeſſor. C. de confeſſ. & Romanus, quem refert Iaſ. vbi ſuprà. Et hanc opinionem puto veriorem contra Iaſo. quæ vltra Bald. probatur in clemen. vnica. de homicidio. Et ad funda. Iaſ. reſp. quòd in dubio verum eſt delictum non præſumi, nos autem non loquimur in caſu dubio, ſed certo: nam poſtquàm conſtat de vulnere, vel nece, iam conſtat ſatis delictum eſſe factum, niſi alia ratione probetur infectum: infectum autem probabitur duobus demum probatis. vt in. ll. pro hac opinione allegatis. ergo non ſufficit vnum probari (l. qui hæredi plures. de condition. & demon. l. ſi quis ita. l. ſi ita quis. ff. de verb. oblig. Bart. & Iaſ. l. 1. in prin. ff. de iuſti. & iur.) Præterea attento fund. Iaſ. ſcilicet, quòd in dubio non præſumatur delictum, ſequeretur, quòd nec oporteret probari factum eſſe vulnus, vel mortem illatam ad defenſionem: nam cùm factum præſumatur modo licito, ergo & ad defenſionem factum præſumeretur, ſed hoc eſt euidenter falſum, ergo &c. Ad alia fund. Iaſo. patet reſpon. & contra Iaſo. etiam facit. l. 1. C. vnde vi. Nam cum moderamine factum dici non poteſt, niſi ad defenſionem, defenſionemq́ue neceſſariam fiat. Adde, quòd homicidium vel vulnus dolo factũ præſumitur, niſi contrarium probetur. l. 1. §. diuus. ff. de ſicarijs.



ſicarijs. l. 1. C. de ſicarijs. l. ſi non conuicium. C. de iniur. & cap. 1. vbi gloſſ. de præſumpt.

28 Iſthæc procedunt in confeſsione vera. Quid autem in confeſsione ficta, putà ſi ſtatuto caueretur, vt qui non comparuerit, habeatur pro confeſſo? Et quidem ſtante dicto ſtatuto, illa confeſsio ficta eiuſdem iuris, & vigoris eſt, ac ſi vera eſſet. vt docet Aretin. conſil. 146. Viſa conſultatione. nume. 1. Bart. & Bald. in. l. quoniam. ff. de his qui notantur infam. Cinus in. l. ſi tutor. C. de interdicto matrimonio. Bald. in. l. 2. §. quòd ſi actor. in vltimo notab. C. de iuram. cal. Sed contra veram confeſsionem nõ admittitur probatio, niſi confeſsio facta eſſet per errorẽ, qui allegatus eſſet, & probatus. vt tenent glo. & alij in. c. Romana. §. ſin autem. de appella. in. 6. Imol. in. l. conſtitutiones. ff. de appella. Bald. in. l. minoribus. C. de his quib. vt indignis. idem in. l. vnica. C. de confeſsis. glo. in. c. ex literis. de diuortijs. Vnde cùm ficta confeſsio non recipiat allegationem, aut probationem erroris: quia qui cõfeſſus eſt nihil, is in confitendo errare non potuit, ſanè videtur, quòd contra talem fictam confeſsionem non admittatur probatio, nõ magis, quàm contra veram confeſsionem, quæ erronea non eſſet. Et ita tenet, & firmat communiter teneri, & practicari Bal. in. l. ſeruum quoque. §. publicè. nume. 7. verſicu. per hoc etiam dico. ff. de procurat. idem in addit. Specul. in titul. de appella. in verbo, an fictè confeſſus. Cinus in. l. 1. C. quorum appellationes non recipiantur. Ioan. Andr. ad Specula. in titu. de iuram. calum. §. fina. verſicu. ſed nunquid. Anto. in cap. fina. eodem titu. facit text. 11. quæſtione. 3. cap. rurſus. & cap. quicunq;.

*Confeßio facta quando admittat probationẽ in cõtrariũ. cũ cõmuni cõtra alterã cõmunem.*

Sed partem contrariam tenet, & firmat communiter teneri Aretin. vbi ſuprà. num. 4. 5. & 6. Antoni. in cap. fin. de confeſsis. colum. penult. Imol. in. l. creditor. §. iuſſus. ff. de appella. Ioan. Andre. ad Specula. in titul. de depoſitionibus. §. nemo. verſicu. veruntamen. per text. in dicta. l. quoniam. iuncta ſua gloſ. cum. l. ſerui ob malitiam. C. de adult. optimè facit. l. 2. C. qui teſtam. face. poſſunt. iuncta l. fina. in princi. ff. de his qui mortem ſibi conſciuerunt. Quid dicendum? Et quidem in eo, qui noluit iurare de calumnia, & in eo, qui fuit verè contumax in non comparendo, magis eſt, vt ſi ex forma ſtatuti habeatur pro confeſſo, contra talem fictam confeſsionem non admittatur vlla probatio, quaſi per ipſammet contumaciam deliquiſſe videatur, huiuſq́ue delicti pœna ſit ipſius cauſæ amiſsio. & ita procedat prima opinio. Non ſic in eo, qui mortem ſibi conſciuit, cùm de crimine accuſatus eſſet: nam licèt pro confeſſo habeatur. vt in dict. l. fina. in prin. tamen contra iſtam confeſſionem fictam, vel præſumptam admittitur probatio. vt in dict. l. fina. §. fina. & in dict. l. 2. quia illa confeſsio nõ tam ficta videtur, quàm præſumpta: nec dubium, quin contra præſumptionem iuris admittatur probatio. glo. vbi omnes in. l. ſiue poſsidetis. C. de probatio. Et eſt ratio differentiæ, quia qui fuit verus cõtumax quo ad comparendum, vel iurãdum de calumnia, is ſtatim certè & indubitanter deliquit, nec vlla ſuperueniens probatio delictum illud ſemel factum potuit infectum reddere. Non ſic in accuſato, qui mortem ſibi conſciuit, qui licèt vehementer conſcientia criminis id feciſſe præſumatur, adeò, vt ferè pro confeſſo habeatur, tamen non eſt certum, & indubitatum conſcientia criminis id feciſſe, cùm impatientia doloris, vel tædio vitæ, vel alias ob cauſas potuerit ſe perimere. ideò dicta. l. fina. non dixit, quòd habetur pro confeſſo verè, ſed quòd veluti pro confeſſo habetur, & ſic fictè, & præſumptiuè tantùm, vnde contra talem præſumptionem,

quæ ex re dubia effluxit, non immeritò admittitur probatio, quam admitti non deceret, aut expediret, vbi delictum eſſet certum, & indubitatum, id quod non minùs vtile eſt, quàm nouum. Vnde infertur, quòd in terminis dictæ.l.fina. C.de fideicommiſs. ſi hæres iuramentum delatum ſubire nolit, licèt fictè habeatur pro confeſſo, tenebitur tamē non ſecùs, quàm ſi verè confeſſus eſſet. vt probatur ibi, & in.§.fina. Inſtitut.eodem. quæ iura planè probant optimè.

*Cōfeſsio extraiudicialis etiā de iure canonico, infirma eſt, cū communi cōtra alterā communem.*

26 An autem in terminis dictæ.l.fina. ſufficeret confeſsio extraiudicialis de iure Canonico, etiam ſi in abſentia partis facta eſſet? Mouet quæſtionem, quòd communis opinio eſſe videtur de iure Canonico, vt confeſsio extraiudicialis facta etiam in abſentia partis, firma eſt, & vtilis. vt tenet, & firmat communiter teneri Felinus in cap.ſi cautio.de fide inſtrum.num.27. Decius, qui hanc communem opinionem dicit in conſil.163. In cauſa matrimoniali.nume.2. ſentit gloſ.in cap. quoties cordis. verbo, promitto. in fine.1.quæſtio.7. Antoni. Imol. & Cardina. in dict.cap. ſi cautio. Bald.in cap.innotuit. colum.1.de electio. Sentit Bald. in.l. rationes. C. de probatio. Bal.in authen.ſimiliter.colum.1.C.ad legem falcid.idem in.l.illud.col.1. C.de ſacroſanct.eccleſi. idem in lege. generaliter. quæſtione.10. C.de non numerata pecunia.

Contrariam partem, vt etiam de iure Canonico confeſsio extraiudicialis facta in abſentia partis non teneat non magis quàm de iure ciuili, tenet, & firmat communiter teneri Iaſ. in.l. tale pactum. in princip.colum.1.ff.de pact. Abb.in dicto cap. ſi cautio. idem in cap.1. colum.6. de confeſsis.idem in procœmio Decretalium §.Gregorius. colum.fina. Et hæc pars eſt ſuſtentabilis ſecundùm Felinum, vbi ſuprà. Sequitur, & dicit communem opinionem Alexand.conſil.180.In cauſa angelorum. colum.3. nume.7. qui ad gloſſ. dict.cap. quoties cordis. reſpondet & rectè procedere, quando erant verba diſpoſitiua, putà, Promitto tibi me decem Sempronio daturum. non ſic in ſpecie noſtra, vbi verba diſpoſitiua nulla ſunt. Nec vnquam apud me dubium fuit, quin hæc pars verior eſſet: quia ius canonicum & ciuile quaſi ſocietatem quandam coierint, vnum, idemque ius reputari debent. argumen.in cap.1.& in cap.2.de noui operis nuntiatione. cum ibi notatis. Traditur in ſimili per Iaſoné in.l.ſi pecuniam. in principio. ff. de cond. ca. dat. & vt ius ciuile, quod collectum eſt varijs ex partibus, id eſt, ex præceptis prætorijs, & ex præceptis iuris gentium, & naturæ, & ex conſtitutionibus Principum, & reſponſis prudentium, & plebiſcitis, adhuc vnū, idemque ius reputatur per totum. Inſtitut.de iur.natur. Sic etiam ius noſtrum vnum, idemque ius reputari debet, licèt ei etiam adiungas præcepta canonica. argumen.cap.nouit.cum ibi plenè traditis. de iudicijs. Nec mutat, quòd hæc iura inter ſe ſæpenumerò pugnent, nam & reſponſa prudētium, & conſtitutiones Principum, & edicta prætorum, & plebiſcita inter ſe ſæpiſsimè pugnant, & nihilominùs vnum ius eſſe intelliguntur. Vnde cùm differentia inter præcepta ciuilia, & canonica fieri non debeat, niſi vbi facta expreſsim reperitur. vt dict.cap.1. & 2. cum ibi notatis. & iure ciuili expreſſum ſit hoc caſu confeſsionem eſſe nullius momenti.l.certum.§.ſi quis abſente. ff.de confeſsis. gloſ.in.l.vnica. C.eodem. gloſ.in cap.fina. eodem titu. Supereſt, vt hæc pars verior ſit. Quinimò contrariam partem nullus (vt arbitror) tueretur, niſi quòd eam æquiorem putant, quæ reuera impia eſt, & captioſa. vt patet per textum optimum in ſimili in.l.diuus. ff. de milita.teſtamento.§.planè. Inſtitu. eodem titu. vbi licèt nuda militis voluntas rata eſſe debeat dum teſtatur.l.1.ff.de militari teſtamento. l.1. &.2. &.l. quanquam. &.l.





milites. eodem titu.C. & in princip. Inſtitu.eodem. adhuc tamen militis confeſsio, parte abſente prolata, dicentis ſe bona ſua relinquere Titio, nullius momenti eſſe intelligitur. Nam licèt hac in re liberrima ſit voluntas militis, pleniſſimaque eius poteſtas, & voluntas, tamen in confeſsione ſic temerè, & inconſultè prolata, nunquam intelligitur eſſe integra, aut deliberata voluntas: etenim non mediocris prudentiæ eſt, intelligere, vt verba in abſentes ſoleant volitare velut vmbræ, citra vllam loquentis deliberationem, aut plenum conſenſum, ſed vel iocandi, vel voluptate loquendi, aut libidine, vel etiam leuitate.

Taliter ergo loquentes obligatos cenſeri, aut quicquam egiſſe videri, impijſſimum eſſet, captioſum, & inhumanū, omnique iuris prudentia alienum, tantùm abeſt, vt pium, aut æquum intelligatur: præſertim cùm obligationes ſui natura ſint odioſæ.l.Arrianus. ff.de act. & obligatio. mutatioque voluntatis liberrima eſſe debeat, vbi alteri læſio non fit, aut contingit.l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de legat.3.l.4.ff.de adimēdis legatis.cap.cùm Marthæ. de celebratione miſſarum.

*Cōfeſsio extraiudicialis non nocet, noua opin. etiā iure regio.*

27 Et cùm ius Regium, & ius Canonicum hac in re, & in ſimilibus à pari videantur procedere. vt in.l.3. &.4.titulo. de las Excepciones. libro.3. ordinamen. iuncto cap.1. de pact. cum ibi notatis. ſanè inſpecta ſuperiore communi ſententia, quam impugnauimus, videretur dicendū iure Regio vtilem eſſe confeſsionem extraiudicialem in fauorem abſentis emiſſam. Sed ſecundùm ſententiam contrariam, quam tuemur, contrarium dicendum eſt, vt confeſsio extraiudicialis facta in fauorem abſentis, inutilis ſit iure Regio, non ſecùs, quàm iure Canonico, aut ciuili. Vnde in terminis dictæ.l. fina. C. de fideicommiſs. &.§.fina. Inſtitu.de fideicommiſs. hære-

*L.fin. C.de fidei. limitatur nouè.*

28 dita. magis eſt, vt hæres, qui extraiudicialiter, & parte abſente faſſus fuerit fideicommiſſum à ſe relictum fuiſſe, non teneatur, non magis, quàm ſi nihil confiteretur, nec fauor fideicommiſſorum efficiat, vt huiuſmodi confeſsio noceat confitenti.

*Confeſsio etiā liberatoria extra iudicialis non nocet, cū cōmuni contra aliā cōmu. op.*

29 Vnde infertur idem fore, etiam ſi cōfeſsio eſſet liberatoria. Nam ſi extraiudicialiter, & parte abſente hæres confeſſus eſſet ſe rogatum fuiſſe à teſtatore, vt debitorem liberaret, talis confeſsio non ſufficeret, vt compelleretur dictum debitorem liberare, nec haberet locum dicta.l.finalis.per iura, & rationes in ſuperiore quæſtione allega. Et in ſpecie, vt confeſsio extraiudicialis etiam liberatoria facta parte abſente, non noceat confitenti, tenet, & firmat communiter teneri Alexand. conſil.174.In cauſa, & lite. nume.1.& rurſus nume.7.Sequitur, & dicit communem opinionem idem Alexand.conſil.131. In cauſa inter vniuerſitatem. nume.8. Antoni. in cap. veniens. de renuntiatio. colum.4. quem refert, & ſequitur Bertrandus cōſilio.178. Suppoſito. nume.1. gloſſ.in.l. idem in duobus. ff. de pact. vbi Bart. & alij. Barto. in.l. non ſolùm.§.liberationis. ff. de liberatione legata. gloſſ. in.l. Pomponius. ff. de negotijs geſtis. Petrus, & Cinus quæſtione.4.in.l. generaliter. C.de non numera.pecun. Antoni. in dict.c. fina. de confeſsis. Bal.in.l.non idcirco.C.de iuris & facti ignoran.idem in rubric. C.res inter alios acta. Bald.in l.& hæredi.§.nos autem.ff. de pact. Bar. in dicta.l.tale pactum.in principio. Florianus, & Imol. in dict.cap veniens. de renuntiatione.Barto. Salicet. & alij in.l. poſtquàm liti.C.de pact. Salice.in.l.1.oppoſitione.15. C.de confeſs.Felin.in dict. cap.ſi cautio.nume.32.

Contrariam partem, vt valeat talis confeſsio liberatoria extraiudicialis facta parte abſente, tenet, & firmat com-

muniter teneri Bald.conſi.466. Quæritur an creditor.lib.4.Felin.in dict.cap.ſi cautio. nume.7. Fredericus conſil.128. Creditor præſente.quem refert,& ſequitur Felin.vbi ſuprà. glo.dict.l.nó ſolùm. §.ſi liberationis.2. Sed prior opinio verior eſt per.l.ſi tibi.§.ſi pactus.ff.de pact. & per dict.l.diuus. ff.de militari teſtam. & per.§.planè. Inſtit.eodem titu. & per iura, & rationes in ſuperiori quæſtione allega. & quia confeſsio eſt quædam declaratio, quæ nihil denuò inducit.l.hæredes palàm.§.1. ff.de teſtamé. nec vllibi expreſſum reperitur, quòd declaratio noceat declaranti, niſi fuerit acceptata. Quinimò etiam ſi confeſsio liberatoria facta eſſet parte præſente, confitenti nó noceret, niſi acceptata eſſet. vt tenet, & firmat communiter teneri Alexan.dict. conſi.174. colum.1. &.2. per.l.coram. ff. de verbo.ſignifica.l.diem proferre.§.coram.ff. de arbitris.l.1.in fin. ff.de authorita.tutor.

*Acceptatione pēdēte omnis cōceßio reuocari poteſt, licèt fiat p̄te præſente*

30 Et ante acceptationem liberū eſt pœnitere ei, qui ex cauſa voluntaria aliquid contulit in abſentem.Ita tenet Bart.in.l. qui abſenti.in fi. ff.de dona. per textum ibi, dummodò is, qui concedit, id faciat ex cauſa voluntaria.Sequitur Alexand. conſi.131.In cauſa inter. nume.10.libr.4. Idque planè procedit, etiam ſi cauſa eſſet oneroſa.vt in princi. Inſtitu.de obliga. ex conſenſu. vbi eſt text. quòd licèt inter abſentes poſsit fieri emptio, venditio, locatio, conductio, & cætera id genus: tamen non ſtatim poſt conceſsionem meam ius tibi abſenti quęritur, ſed demum poſtquàm per nuntium, vel per epiſtolam te certiorem feci, vt ſic interea liberum ſit mihi pœnitere. traditur in ſimili per Ripam, nume.32.in rubri.ff.de verbo.obliga.

*Cōfeßio eſt uera pbatio. cū cōi, cōtra alterā cōmunē.*

31 Illud autem dubium eſt, an in terminis dictæ.l.fina.C.de fideicommiſs.confeſsio dicatur propria probatio, ita vt comprehenderetur in ſtatuto faciente mentioné de probatione? Mouet quæſtionem, quòd regulariter confeſsio impropria, probatio non etiam propria intelligitur, quaſi non probatio, ſed releuatio ab onere probandi videatur. Iſta eſt communis opinio. vt firmat Decius in.l.cùm te. nume.8. C.de tranſactio. & eſt communis opinio ſecundùm Iaſon. ibi, nume.9.& eſt communis ſecundùm eundem Decium in rubr.de probat.nume.8.Bald.& Paul.in rubri.C.eod. Ioan. Andre.Anto.& Abb. in rubri. extra. de probati. Antoni.in.c.licèt cauſam.5.colum.eod. & in.c.ſi ſacerdos.colum.1. de officio ordinarij.Paul.in.l. Publia.ff.depoſiti. idem in.l.1. ff. de confeſsis. Felin. in rubri. de probatio.num.6. Ioan.Andre.in cap.bonæ.el.1.de electione. Bald. in cap.1. §. vaſſallus. colum. 2. ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & agnatum. Iacob.de Are. & Cinus, & Bald. in.l.actor. C.de probat. per.l.eum qui. in principio. ff.de iureiurand. & in cap.1.de confeſsis lib.6.

Contrariam partem, vt ſit vera probatio, tenent plures, qui referuntur per Decium, Iaſ.& Felinum, vbi ſuprà. Et in hanc partem inclinant Decius in duobus locis ſuprà citatis. & Iaſ. in dicta.l. cùm te. Socinus in rubric. ff.de confeſſis.quem refert Decius in dicta rubrica. de probatio.nume.8. Salicetus in rubri. C.de probatio.colum.fina.ſentit Barto. in.l.ſi duo.§. idem Iulianus. 2. in ſecundo notabili. ff.de iureiurando. Idem in l.1.in vltima quæſtione. ff.de offic.conſulis.glo.expreſſa in.l.1. C.de edendo.in verbo, quemadmodum. Barto.in.l.triticum.colum.1. ad finem. ff.de verbor. obligatio.

Pro hac parte contra magis communem Decius in dicta rubric.adducit decem fundamenta. Sed tu vndecimo loco habes textum meliorem de iure, de quo ad hanc concluſionem nullus meminit in.d.l.fi.C.de fideicó.ibi, cùm ipſe



ſibi iudex, & teſtis. Ecce tex.expreſſum, vbi confeſsio eſt vera teſtis depoſitio. Expendo duodecimò enudem textum ibi, nullisque alijs aduentitijs probationibus requiſitis. Quorum verborum ſenſus eſt, quòd confeſsio non ſolùm probatio eſt, ſed etiam eſt probatio vera, certa, indubitata, domeſtica, & profectitia, vt reliquæ probationes, ſi cum ea conferantur, veluti aduentitiæ intelligantur. Expendo decimotertiò eundem textum ibi, qualis locus teſtibus relinquatur, vel quemadmodum ad extraneam fidem decurratur, propria, & indubitata fide relicta. Et iſta pars in puncto iuris longè verior eſt in terminis iuris communis. & de iure regio probatur apertè in.l.8. in principio. titu.14. partit.3.

*Cōfeßio facta corā iudice incōpetente.nō ualet. Et an ſufficiat ad torturam.*

32 Deniq; quòd in terminis dict.l.fina. C.de fideicommiſ.confeſsio proſit quò ad firmitatem fideicommiſsi, procedit, dummodò facta fuerit coram iudice cópetente, non ſic, ſi fieret coram iudice incompetente. argumen. eorum, quæ plenè tradit Decius in.l. magiſtratibus. nume.7. vbi Alexand.nume.5. ff.de iuriſdictio.omnium iudicum. Talis enim confeſsio regulariter quaſi extorta à iudice incompetente, non facit plenam probationem, licèt in cauſis criminalibus faciat quale quale indicium. Sed an tale indicium ſufficiat ad torturam? Et communis opinio eſt, quòd ſufficiat ad torturam. Ita tenet Bald. in.l. vnica. colum.penulti. C. de confeſsis. idem in dicta.l.magiſtratibus. Sequitur, & dicit communem opinionem Decius ibi.nume.8. vbi Alexand. nume.6. & nume.5. Ange.in dicta.l.vnica. idem in diſputatione ſua incipiente, Aſtenſis miles. & eſt communis ſecundùm Alexand. vbi ſuprà. Eſt etiam communis opinio ſecundùm Imol. in cap.at ſi clerici. de iudicijs. licèt ibi contrarium teneat Anto. quem in puncto iuris ſequitur Imola ibi. Et an talis confeſsio extraiudicialis faciat ſemiplenam probationem, tradit plenè Iaſ. in repetitio.l.admonendi. nume.158.ff.de iureiur.

Stat ergo ex ſuperioribus valere fideicommiſſum minùs ſoléniter relictum, ſi quidem hæres ritè faſſus ſit à ſe relictum fuiſſe. Quod intellige, quando teſtator res proprias, non etiam alienas per fideicommiſſum reliquit, túc enim id fideicommiſſum regulariter non valeret, ſi alienas res reliquit, quas ſuas eſſe putabat.l. cùm alienam. C.de legat. niſi perſonæ coniunctæ reliquiſſet. vt ibi. Licèt contra hoc vltimum ſit fortis tex. in.l.cùm pater.§.euictis.ff.de lega.2.

*Legatū rei alienæ ignoranter factū coniunctæ perſonæ non ualet, quando grauatus tā coniunctus erat teſtatori, q̄ ipſe legatarius. cōtra cōmu.*

33 Et ad plenam huius rei notitiam reuoco in dubium intellectū dictæ.l.cùm alienam. C. de legatis.iuncta.l. cùm pater.§. euictis. de lega.2.ff. nam in.l. cùm alienam.dicitur legatum rei alienæ etiā ignoranti factum coniunctæ perſonæ valere, & conſequenter euictionem deberi, at in.§. euictis. dicitur euictionem non deberi. Ad ſolu.præmitte, quòd licèt legatum rei alienæ ignoranter factū non valeat regulariter, valet tamen ſi fiat coniunctæ perſonæ.dict.l.cùm alienā.&.§.non ſolùm.Inſtitu.de leg.Quod intelligendum eſt, quando rei alienæ legatum coniunctæ perſonæ factum fuit relictum ab hęrede extraneo, id eſt, non coniuncto teſtatori. ita procedit.l. cùm alienam. Secùs ſi etiam hæres grauatus eſſet teſtatori coniunctus, nam tunc tale legatum etiam coniuncto factum nó valeret.ita tenet Bald.in dict.l.cùm alienam. nume.9. Bald. & Imol. in dicto.§. euictis. idque probatur ratione. Nam vt legatum rei alienæ ignoranter factū non valet, quando ſunt extranei tam hæres grauatus, quàm legatarius honoratus. vt in dicta.l. cùm alienam. ita & ſimiliter valere non debet, quando ambo ſunt coniuncti per locum à contrarijs, vel à correlatiuis. Item quia lega

tarius coniunctus non debet vti priuilegio dict.l. cùm alienam. contra hæredẽ ſimiliter coniunctum,& ſic pariter priuilegiatum. argu.ff. de excuſatio.tutor. l.ſed & milites.§.coęqualitas.Cùm ergo in.§.euictis.fratres eſſent inſtituti,qui teſtatori pariter coniuncti erant, & alteri prædia fuiſſent prælegata aliena, meritò dicendum eſt tale legatum, vtpotè rerũ alienarum, non valere in præiudicium aliorum cohæredum, & conſequenter euictionem non deberi.

*Legatũ rei alienæ à teſtatore poſſeſſæ etiam ignoràter, & extraneo relictũ ualet quo ad hoc, ut hæres teneatur tradere poſſeßionem illius rei.*

34 Nec dicatur,ſi legatum non valebat, cui dubium, niſi quod euictio non deberetur? Nam reſpon. ꝙ legatum illud mero iure valuit, propterea ꝙ teſtator rem alienam à ſe poſſeſſam legauit.vt in ſpecie tenet glo.fi.in fi.dictæ.l.cùm alienam. quam ſequitur Iaſo.ibidem.col.fi. ad fin. Legatum enim rei alienæ à teſtatore poſſeſſæ indiſtinctè valet quo ad hoc, vt hæres teneatur tradere rei illius poſſeſsionem legatario bona fide poſsidenti propter vſucapionem, & propter fructuum perceptionem. Sed tandem tale legatum,vtpotè rei alienæ, non erit vtile in damnum hæredis,ſcilicet,vt hæres euictionem præſtare cogatur. Nam ſi rem alienam teſtator ſciuiſſet, non legaſſet. argu.l.vnum ex familia.§.ſi rem. ff.de leg.2. At cùm ſaltem hæres habebat poſſeſsionem rei, eam tradere tenetur,quia omne ius, quod teſtator habet in re,vel ad rẽ,legaſſe videtur.vt.l. apud Iuli.§.idem Iulianus.ff.de leg.1. Cùm ergo in dict.§.euictis. legatarius, & hæres pariter coniuncti eſſent teſtatori, & legata res aliena eſſet,à teſtatore tamẽ poſſeſſa,iure dicendũ eſt legatum illius rei valere quo ad hoc,vt ſaltem poſſeſsio legatario pręſtetur,nõ tamẽ quo ad hoc, vt cohęres grauatus teneatur ad euictionem,vel redẽptionem rei.vt ibi.& in.d.l. vnũ ex familia.§.ſi rem.Et hinc infertur, ꝙ idem eſſet,ſi in.d.§.euictis. omnes hæredes eſſent extranei teſtatori,& etiã inter ſe:nam prælegatum rei alienæ vni factum,ſimiliter quo ad euictionẽ, vel redemptionẽ non valeret,vt ibi per eandẽ rationẽ.& arg.d.l.cùm alienã. Hinc etiã infertur,ꝙ ſi in.d.§.euictis. cohæres grauatus eſſet cõiunctus teſtatori, cohæres verò honoratus,cui relictũ fuit,eſſet extraneus teſtatori, multò minùs prælegatũ valeret quo ad hoc,vt cohæres ad euictionem, vel redemptionem teneretur. Hinc etiam infertur, ꝙ ſi æquè cohæres grauatus teſtatori extraneus eſſet, alter verò cohæres coniunctus eſſet teſtatori, tunc tale prælegatũ in terminis.d.§.euictis.valeret, licèt factũ eſſet de re aliena, & ſiue teſtator poſsideret, cohæres teneretur de euictione,ſiue nõ poſsideret, teneretur ad redẽptionẽ.arg.d.l.cùm alienam. Facite ergo quatuor caſus, vt ex prædictis patet. Aut enim ambo cohæredes erant coniuncti teſtatori: aut ambo erant extranei teſtatori: aut cohæres tãtùm grauatus erat cõiunctus,alter verò extraneus: aut econtrà cohæres tantùm honoratus erat coniunctus, alter verò extraneus.

35 Prædicta procedũt ſecũdùm meã opinionẽ. d.enim.§.euictis. aliter intellexit glo.in glo.magna.& glo.fin.in.d.l.cùm alienã.dicentes, ꝙ in.d.§.euictis.ſpeciale eſſet,vtpropter tollendã inuidiam inter fratres prælegatũ ibi non valeat quo ad hoc, vt cohæredes de euictione tenerentur. Sed doct.glo.reprehendunt Bar. & Paul.in.§.euictis. Bar.Paul. Salice.Alex. Corne.& Iaſ.in.d.l. cùm alienam. ſuper glo.fi.eiuſdem.l.Et ratio reprehenſionis redditur ibidem per Salice.col. penulti. in principio. *Intellectus l.cũ pater. §.euictis.ff. de lega.2.*

36 Alium intellect.dixit veriorẽ Bal.in.l. cùm alienã.nu.9.quẽ reaſſumpſit in.d.§. euictis.& ibi Paul.illum ſequitur. Dicit enim Bald. quòd in.§.euictis. illud facit perſonarum coæqualitas. Redditque rationem hanc, ꝙ non præſumitur pater vnũ ex filijs prædilexiſſe alijs neglectis. *Intell.2.*

Certè



Certè licèt dictum eſſe poſsit bonum, tamen ratio eius nulla eſt. Nã cùm ex ipſo prælegato vni tantùm facto conſtet illũ prædilexiſſe,& ſic eius amor, vel voluntas vt pote ex facto ſuo collecta. iuxta.l. licèt Imperator. de leg.1. certa ſit, coniectura admittenda non eſt.l.continuus.§. cùm ita. de verborum obliga.ff. Bald. tamen opinionem quaſi opinioni gloſſæ conſentientem reprehendunt Salice. in l.cùm alienam .colum. penulti.& Paul. ibidem.

37 *Intell.3.* Tertius intellectus, & communis eſt quòd in.d.§.euictis,euictio nõ debeatur ex eo,quòd legatarius erat etiam cohæres,vnde licèt legatum ſibi auferatur,honoratus tamen,& cum emolumẽto portionis hæreditariæ manet, vnde ſatis debet eſſe contentus. Hunc intellectum tenuerunt Petrus,& Cinus,quos refert Salice.in.l.cùm alienam.dicens, quòd tenetur ab omnibus tã vltramõtanis, quàm citramontanis. Eundem tenet Salice.ibidem.col.fi.in princi. dicẽs communiter teneri. Eundẽ tenet Paul.ibidem. & Alexan.ibidem col.penul.in fi. dicens communiter teneri.Iaſ.ibidem. colum.fi .dicens ab omnibus teneri. & Corneus nu. 6.poſt Raphaël.quem ipſe refert. & Xuarez in.l.quoniam in prioribus.fol.89 .colum.2.C. de inof.teſtam. Sed tamen hęc ſententia mihi placere non poteſt. Primùm,quia tex.ille in.§.euictis. ſe fundat in eo,quòd teſtator rem alienam, quam pręlegauit,ſuam eſſe putarat.vt patet ibi, Pater qui ſe dominũ eſſe crediderat. vnde dat intelligere, ꝙ illa diſpoſitio non procederet,ſi pater rem prælegatam alienam eſſe ſciret, at ſecundùm communem opinionem non eſt curanda ſcientia teſtatoris,ſi modò legatarius erat etiã cohæres. Secundò,quia attenta communi ſolutione, illa verba, Pater qui ſe dominum eſſe crediderat. nihil operantur, ſed ſuperflueręt, quod non eſt dicendũ. vt in prima conſtitu.C.§.quibus. Tertiò, quia caſum dicere ſpecialem, miſerrimi ingenij eſt.vt glo.l.filium quem habentem.fam.her. C. Quartò, quia ratio ſpecialitatis,quam reddit cõmunis opinio, licèt aliquãtulum ſuadeat, parum tamẽ cõcludit. Quintò,quia regulam habeo, quòd in legatis debeatur euictio.l. ſi domus.§.de euictione.l. non quocunque. de leg.1.ff.

38 Quintus ergo intellectus fuit Alexã. in.l.cùm alienam.colum. penulti. Xuarez in.l. quoniam in prioribus.folio.89. colum.2. quòd iungantur communis intellectus,& intellectus Bald.in.l.cùm alienam.nu.9.ſcilicet,quòd in.§. euictis. euictio ceſſat,& propter perſonarũ ęqualitatem,& propter portionem legatario relictam.Sed & iſte intellectus eſt improbandus ijſdem rationibus,quibus communem intellectum improbauimus. *Intell.5.*

39 Sextum intellectum dat Alexan.in.l. cùm alienam.colum.penul.in fine. poſt gloſ.in.l.ſi domus.§.de euictione. quam ſequitur Barto.ibi colum.2.ad finem. & Alexan.ibi num.5. dicens communiter teneri,ſcilicet,quòd in.§.euictis. teſtator legauit,vel prælegauit rẽ alienam,quam ſuã eſſe putauit,ex certa cauſa, quæ erat nulla,vel finita,quo caſu legatum etiam coniunctæ perſonę factum non valet.& ita procedat. d.§. euictis.ſecùs ſi teſtator ſuã eſſe putaret ſimpliciter.Sed certè nec iſte intellectus eſt verus in ſe, vt puto, & notat Alexan. vbi ſuprà.Tum,quia nulla lege efficaciter probatur:tum,quia eo attento,multùm reſtringeretur.d.l.cùm alienam.Præterea & ſi verus eſſet in ſe,tamen neceſſarius non eſt, imò nec veriſimilis ad noſtrum.§.euictis. *Intell.6.*

40 Tene ergo meum intellectũ.Sed retẽto communi intell.ex eo habes, ꝙ prælegatum factum coniunctæ perſonæ,quę aliàs portionẽ habebat hæreditatis, licèt valeat mero iure quo ad hoc,vt ſibi tradatur poſſeſsio,non tamen valet quo ad hoc,vt ſibi debeatur euictio. Iſte eſt tex. *Prælegatũ coniũctio licèt factũ ſit ei non debetur euictio.*

 in

in.d.§.euictis.quod eſt verum etiam ſecũdùm me in terminis illius.§. hoc primò. Ratio huius eſt ſecũdùm communem, quia cum prælegato euicto ſibi manſit portio hæreditatis, ſatis contẽtus eſſe debet.hoc ſecundò.Sed hinc infertur ſecũdùm communem,quòd in terminis.d.§. euictis.non eſt differentia inter teſtatorem ſcientem,& ignorantem,prout opportunè perpendit Paul. ibi.nam ſolùm inſpicitur,an legatarius habeat portionẽ hæreditatis. Hinc ſubinfertur nõ eſſe differẽtia,vtrùm legatarius in dict.§.euictis. eſſet coniunctus teſtatori,an extraneus, quod etiam perpẽdit Paul.ibi. Quod eſt falſum in caſu,quo cohæres grauatus eſſet extraneus,nam tunc cohæredi coniũcto, eidemque legatario deberetur eui-
41 ctio. Vides ergo,quòd ratio communis, & duæ illationes, quæ inde ſequuntur, ſunt falſæ,retento meo intellectu. Nam licèt ſecundùm communem intellectũ tex.ille recipiat has duas extenſiones,vt procedat,etiam ſi teſtator ſciret rem eſſe alienam, & etiam ſi cohæres grauatus eſſet extraneus,alter verò coniunctus:ta-

*Legatum rei alienæ ſcienter cohæredi relictum valet quo ad euictionẽ.contra cõem.*

42 men ſecundùm meum intellectum, his duobus caſibꝰ tex.ille nõ procederet. Et ad iſtas illatiões,vide per Paul.ibi & Xuarez.vbi ſuprà.Infero quòd etiam ſi in.d.§.euictis.res aliena prælegata non poſſideretur à teſtatore,ſed à quodam tertio, adhuc tamẽ non deberetur euictio, nec cohæres grauatus cogeretur eam redimere,quia illum legatum teſtator fecit ignorans coniuncto,ſed ille coniunctus non gaudet priuilegio.d.l.cùm alienam. contra ſuum cohæredem, qui ſimiliter erat coniunctus.Quod eſt verum ex mẽ-

*Legatũ rei quã ſciebat alienam defunctus,uel etiã ignorabat, coniuncto cohæredi relictum ualet quo ad euictionem,ſi grauatus erat extraneus. contra cõmunem.*

43 te Bald. in dict.l. cùm alienam .nume. 9. licèt contrarium in ſpecie teneant Bart. in.§.euictis.& Xuar.in.l.quoniã in prioribus.fol.89.colum.2. Vnde ſubinfertur not.ext.ad noſtrum.§.euictis. & magna. limi.ad.l. cùm alienam. licèt ſecundùm Bar.& Xuarez.eſſet ècontrà.nam.§. euictis.limi.&.l.cùm alienam.ampliaretur.

*Prælegatũ rei alienæ etiam à teſtatore nõ poſſeſſæ ualet quo ad euictionẽ,ſi teſtator alienam ſciebat. Idem ſi ignorabat alienã eſſe, ſi tamẽ grauatus erat extraneus, honoratus uerò coniũctus.cũ Bal. cõtra Bar. & nouiſſimos.*

44 Nunc intro ſecundum reſponſum.d.§.euictis.Et Paul.ibidem in fi.& Xuarez. vbi ſuprà.eodem folio.col.3. in fine aiũt, quòd ſi eſſent quatuor hæredes, & duobus tantùm eorum eſſet factum pręlegatũ,putà mihi bos,tibi equus prælegatus fuit,quòd tũc inter te & me erit euictio. Cõtrarium audacter teneo per primum reſpon. illius.§.ſecundùm meum intellectum. Nam in quibus caſibus legatum rei alienæ non valeret ſi teſtator non poſſideret,in iiſdem dato quòd legatum valeat,propterea quòd teſtator poſſideret, valet inquam quo ad poſſeſſionem accipiendam,tamen tunc euictio non debetur.vt.d.§.euictis.primo reſpon.vt ſuprà declaraui.Vnde ſi tibi pręlegetur res aliena,regulariter expeditum eſt legatũ non valere, niſi eſſes coniunctus teſtatori. vt d.l.cùm alienam. Licèt ergo mihi res teſtatoris vtiliter prælegata ſit, id non eſt in cauſa,ꝙ magis tuũ legatum valeat,vel tibi debeatur euictio. Itaq; ſiue ambo eſſemus cõiuncti teſtatoris, ſiue ambo diſiuncti,ſiue ego coniunctus, tu diſiũctus euictio non erit.Quòd ſi tu eſſes coniunctus,ego autem diſiunctus,tunc à me tibi deberetur euictio,nõ propterea quòd mihi quoq; prælegatũ eſſet, ſed propterea ꝙ euictio debeatur ab cohæredibus teſtatori non cõiunctis,quando prælegatum cohæredi coniũcto teſtatoris factũ fuit.Vnde euenit,vt ſi omnes tui cohæredes eſſemꝰ extranei teſtatori, tũc tibi pręſtaretur euictio ab omnibus,licèt ego ſolus,non alij cohæredes prælegatum accepiſſent. Qua opinione retẽta, nõ obſt. d.§.euictis.in.2.reſpon.in quo ſe fundant Paul.& Xuarez. Nam ibi omnes cohæredes prælegata acceperunt, vt patet ibi in verb.filios. vnde cùm indefinita æquipolleat vniuerſali,ergo.&c.Nec eſt verũ, quòd ſit eadem ratio in quibuſdam cohęredibus prælegata accipientibus, quæ eſt in omnibus,prout firmabant Paul.&

*Prælegatũ rei alienæ etiam ignoranter factũ non ualet quo ad euictionem,ſi is, à quo euincitur,erat extraneus teſtatori licèt & cohæredes prælegata accepiſſent.contra Paul. & Xuar.*

Xuarez



Xuarez.vbi ſuprà.Nam in. d.§. euictis.2. reſpon. tota hæreditas diuiſa fuit à patre inter filios,vt patet ibi in verb.diuiſionẽ. quo caſu prælegata ſuccedunt loco portionis,vt ibi.&.l.quid ergo.2. vbi gloſ.ff. de lega.1.& in ſpecie tenet Barto.in.l.qui Romæ.§. duo fratres. col.fin. ff.de verb. obliga.Vt ergo ſi iudex,vel ipſi cohæredes inter ſe diuiderent hæreditatem , deberetur euictio.vt.l.ſi fratres.C.commu. vtriuſq; iudi.& not. gl.fi.in . d.§. euictis. & Bart.in.d.§.duo fratres. in fin.ita etiam debetur euictio,quando teſtator iudicis familiæ herciſ.officium vſurpat, diuidẽs inter filios hæreditatem.vt.d.§. euictis.2. reſpon.Sed iſta ratio ceſſat, quando teſtator filios hæredes,vel extraneos inſtituit æquis vel iniquis partibus,nec diuiſit inter eos totam hæreditatẽ,ſed vni,vel quibuſdam,vel etiã in omnibus poſtea quaſdã res ſingulares prælegauit, licèt poſtea reperiatur,ꝙ ſpecies illa, quę vni ex iis legauit,erat aliena,& ſic euicta fuerit, non video quare debeatur euictio.cùm regula ſit,quòd ſi res aliena ab ignorante legetur, euictio nõ debeatur,vt tenent gloſſ. & omnes in.l. ſi domꝰ.§. de euictione. ff. de leg.1.per.l.cùm alienam. & per.§. non ſolùm.Inſtitu.de lega.& dict.l. vnum ex fa.§.ſi rem.nam quæſtionem noſtram intelligo in terminis.d.§.euictis.Quia vt ibi in primo reſpon . teſtator ignorans rem alienam prælegauit,ita & in.2.reſpõ. præſumo fuiſſe ignorantem. Itaq; non eſt facienda differentia,vtrùm teſtator vni ex hæredibus quibuſdam vel omnibus prælegata fecerit:nã ſi talia p̄legata fuerint rerũ ſingulariũ nõ facta per modũ diuidendæ hæreditatis,tũc ſi teſtator fuerit ignorans, non valeat,nec debetur euictio,vel redemptio,licèt ſecùs ſi eſſet ſciens. At ſi talia prælegata fuerint facta per modum hæreditatis diuidendæ,tunc debetur euictio,ſiue inter oẽs tota hæreditas diuidatur, ſiue inter quoſdã pars diuidatur hæreditatis.Putà, quatuor pariter hæredes inſtitui,& cùm haberem bona Italica & Hiſpana,inter duos hæredes diuiſi bona Hiſpana,dicens,quòd illa bona faciebãt dimidium hæreditatis: poſtea ſecuta euictione partis vnius,ille de euictione agere poterit contra omnes cohæredes .d.§. euictis.in.2 .reſpon.quem ita not. extendo . Verum eſt ergo, quòd eadem ratio eſt in quibuſdam,quæ eſt in omnibus cohæredibus , & in hoc rectè loquuntur Paul.& Xuarez .Sed eſt differentia, vtrũ teſtator prælegata fecerit inter omnes, vel quoſdam,hæreditatem vt iudex diuidendo,an quaſdam particulares res quibuſdam,vel omnibus prælegauerit,non diuidendo hæreditatem: nam tunc non video quare debeatur euictio , nec hoc caſu loquitur. d.§. euictis. licèt hoc caſu loquantur,& exẽplificent,& malè Paul. & Xuarez.

45 Item quæro,ſi rem, in qua vſumfructum habeam,coniunctæ perſonæ ſimpliciter legaui,an legatum valeat? argu. l.cùm alienam.an deſinat valere.argum. l.vxor patrui.C.de lega.&.l. quod in rerum.§.1.de lega.1.ff.Et puto quòd legatũ valebit.Primò,quòd vt legatum rei alienæ extraneo factum licèt regulariter nõ valeat,valet tamen ſi fiat teſtatoris coniuncto.d.l.cùm alienam . ita etiam & legatum rei,in qua vſumfructũ tantùm habeo,licèt nõ valeat ſi fiat extraneo, deberet tamen valere ſi fieret coniuncto . & ſic limitetur.d.l.vxor.&.d. l. quod in rerum.§.1.Confirmaturq́; hæc ſimilitudo. Nã vt legatum rei alienæ ignoranter factum nõ valet,ne cogatur hæres rem redimere .l. vnum ex fa.§.ſi rem.de lega.2. ita & legatum rei,in qua vſumfructũ teſtator habet,valere non debet: nã ſi valeret,hæres cogeretur rem redimere.contra.d.§.ſi rem. Vnde vt fauore coniũctionis inducitur quòd valeat legatum rei alienæ ignoranter factum , licèt per hoc hęres redimere alienam rem cogatur:ita etiam induci debet,vt ſi fauore coniunctionis

*Legatũ rei in qua uſũfructũ tantùm habebã,coniuncto relictũ, an ualeat. contra cõmunem.*

ctionis legaui legatum rei, in qua vſumfructum teſtator habet, valeat, æſtimatióque totius rei quaſi res aliena legata eſſet poſt eius mortem debeatur. & ſic limitatur. d. l. vxor. & d. l. quod in rerũ. Secundò adduco. l. Sticho. ff. de vſufru. lega. in verbo, ſi poſt mortem. à contrario ſenſu. Nam ibi Stichus rem, in qua vſumfructũ tantùm habebat, nepotibus legauit. ait tex. quòd ſi poſt mortem eorum, quibus eadem res legata fuit à proprietario ipſe Stichus eam legauit ſuis nepotib[9], quòd tũc id feciſſe præſumitur iuris errore ductus, eo quòd ſuam eſſe putauit. ergo ſi ante mortem eorum eam legaſſet, tunc fauore eorum nepotum, non quòd rem ſuã eſſe crederet, ſed quòd hæredes onerare valet, legaſſe videretur, & ſic propter coniunctionem legatariorum videtur teſtator rem, in qua vſumfructum tantùm habebat, legaſſe, non ideo quòd ſuã eſſe putaret, ſed eo quòd hæredes grauare valet, niſi eſſet aliqua coniectura in oppoſitum, vt fuit ibi. Et ille tex. facit optimè ſi rectè cõſideretur. Et tex. ille eſt optimus ad hoc, quòd qui legat rem, in qua vſumfructum tantùm habet, licèt effectualiter rem alienam legauit, tamen indiſtinctè legatum non valet. vt. d. l. vxor. eo quòd ſemper præſumitur ratione iuris, quod habet in re, putaſſe rem illã ſuã eſſe, vt ibi, & conſequenter legatum non valet. vt. l. cùm alienam. Vnde infero, ꝙ ſi probaretur in caſu & terminis dict. l. vxor. quòd teſtator ſciebat rem legatam poſt eius mortem omnino alienam fore, quòd tunc legatum valeret, totiuſq́; rei quaſi alienæ ęſtimatio deberetur. Tertiò, generi per ſpeciem derogatur, ſed licèt tale legatum videatur non valere per regulam generalem. l. vxor. tamen id legatum valere videretur per regulam ſpecialem. l. cùm alienam. ergo debet præualere, maximè cùm ſit eadem ferè ratio: nã quid refert ab initio res aliena legetur, an verò res, quę omnino poſt mortem teſtatoris aliena futura eſt? Vnde ſi cõiunctæ perſonæ rem, in qua vſumfructum tantùm habebat, legauit, videtur legatũ non valere ex eo, quòd qui legat rem, in qua ius habet, licèt ius illud ſit morte periturum, adhuc illud tantùm ius legaſſe videtur, & conſequenter legatum non valet. l. vxor patrui. C. de leg. l. quod in rerum. §. 1. de lega. 1. l. Sticho. ff. de vſufr. leg. quæ ll. cùm generaliter loquuntur, videtur quòd habeant locum, etiam ſi tale legatum perſonæ cõiunctæ factum eſſet. Sed in contrarium facit, quòd rei alienæ legatum ignoranter factum licèt non valeat in extraneo, valet tamen in perſona coniuncta iure quodam ſingulari, de quo in l. cùm alienam. cui ſpeciei per genus, hoc eſt, per regulam generalem. d. l. vxor. nõ videtur derogatum. Sed reſpon. fateor, ꝙ non eſt derogatum quo ad ſpeciẽ, in qua loquitur. d. l. cùm alienam. ſed bene videtur derogatum extra caſum illius legis. argum. l. quod verò contra. ff. de legib. Sed reſpondeo, quod iure ſingulari in vna perſona receptum eſt, ad aliam trahi non debet. ita procedit. d. l. quod verò cõtra. at fauor, qui inducitur in. l. cùm alienam. fauore & intuitu illorum, qui teſtatori ſunt coniuncti, id iure cõmuni, optimaq́; ratione receptum eſt, in qua iuſta præſumptione fundatur. de qua in. l. ſi res obligata. de lega. 1. l. prædia. C. de fideicommiſ. §. non ſolùm. Inſtitu. de leg. Vnde illius legis diſpoſitio, ſcilicet. l. cũ alienam. debet extendi ad omnes caſus eandem, vel ſimilem rationem habentes, tũ per generalitatẽ. l. illud. ff. ad legẽ. Aquil. l. neq; leges. l. non poſſunt. ff. de leg. tum quia & aliàs ius ſpeciali ſanguinis ſeu cõiunctionis fauore receptum, extenditur ex identitate rationis. vt in. l. filium. §. ſed cùm portio. ff. de leg. præſt. vbi licèt iure ſingulari, & contra diſpoſitionem. l. eam quam. C. de fideicommiſ. l. ſi nemo. ff. de teſt. tut. l. ſi nemo. ff. de regul. iur. receptũ erat, quòd infirmato per contra tab. teſtamẽ



ſtamento, legata relicta coniunctis perſonis deberẽtur: tamẽ adhuc illud ius ſingulare ex quo fauorabile exiſtit, extẽditur ad portiones coniunctis perſonis relictas. vt. d. §. ſed cùm portio. argum. l. cùm quidam. ff. de lib. & poſthu. quod enim coniunctionis fauore receptũ eſt, id piũ eſſe videtur. vt. l. humanitatis. C. de imp. & conſequenter fauorabile ac extendendum. vt. l. cùm quidã. ff. de libe. & poſth. facit. l. vnica. C. qui ante apert. tab. l. cùm acutiſsimi. C. de fideicommi. Tene ergo, quòd ſi rem, in qua ſolũ vſumfructum habebam, coniunctæ perſonæ ſimpliciter legaui, in dubio, & regulariter legatum valet ad ſimilitudinẽ legati rei alienæ ignoranter facti. licèt in ſpecie cõtrarium teneant Bart. in. l. Sticho. ff. de vſufru. leg. & Paul. in. l. ſi domus. §. de euictione. ff. de leg. 1. & in. l. qđ in rerũ. §. 1. ff. de leg. 1. gloſſ. magna in fine. dum allegat. l. vxor. C. de leg. & dict. l. quod in rerum. §. 1. ad hoc quod licèt legatum rei alienæ ignoranter factum coniunctæ perſonæ valeat, fallit tamen ſecundùm ipſam in caſu. dd. ll. quam ſequitur Barto. ibidem colum. 2. ad fin. quam etiam gloſ. in hoc ſimpliciter ſequitur Alexan. ibidem. nu. 5. licèt in alio eam impugnaret. & in hoc eam ſimpliciter ſequitur Iaſ. ibidem nu. 87. licèt de alio dubitauerit. & Paul. ibi num. 7. magis in ſpecie. & Iaſo in. l. quod in rerum. §. 1. poſt Bald. & Guil. quos ipſe refert.

46 Quartò adduco. l. Sticho. ff. de vſufructu lega. vbi rem, in qua vſumfructũ tantùm habebam, nepotibus meis legaui, & tex. ait, quòd ſi poſt mortem eorum, quibus proprietas illius rei legata erat à primo teſtatore ego legatum feci, quòd tũc ratione illius iuris, quod in re habebam, non quòd hæredem ad redimẽdum grauare vellem, videor legaſſe, & ſic potiùs præſumitur error in iure vel in facto, q̃ voluntas grauandi hæredem. Idq́; ibi ſtatuitur ea peculiari ratione, quòd legatũ fuit poſt mortem eorum, quib[9] proprietas à primo teſtatore legata fuerat: ergo ceſſante illa peculiari ratione, ſi talem rẽ cõiunctæ perſonæ legaſſem, potiùs ꝙ hæredem gauare vellem, quàm quòd rem ad me pertinere putarem, videor legaſſe, & ſic voluntas grauãdi hæredem potiùs quàm error præſumeretur, etiã ſi res ex certa cauſa, putà legati, ad me pertineret, vt ibi.

De ead. re.

47 Quintò vltra omnes adduco viuam rationem. Nam certũ eſt, quòd quò magis errauit teſtator, vel maiorem errandi cauſam habuit rem legatã ſuam eſſe putãs cùm eſſet aliena, eò minùs valet legatum, quandoquidem eo errãte, legatum regulariter nõ valet, quod valeret, ſi ſciẽs eſſet. vt dict. l. cùm alienam. ſed quando teſtator rem legatam ſuam eſſe putauit, eo quòd eam inuenit in hæreditate, tunc iuſtam, & magnã cauſam errãdi habuit. vt. l. qui in ius. de reg. iur. ff. cap. is qui in ius. eod. titu. in. 6. at ſi rem à pupillo emerat ſine tutore, quo caſu venditio nulla eſt. l. ſi curatorẽ. C. de in integ. reſt. & per totam. Inſtitu. de aut. tut. tunc nõ habuit iuſtam cauſam putandi rem eſſe ſuam, & ſic errandi, quòd error in iure. &c. vt. l. leges ſacratiſsimæ. C. de legibus. & ca. ignorantia facti. de regul. iur. in. 6. ergo patet, quòd in exemplo quod ponit Bar. Paul. Alex. ſcilicet. de teſtatore à pupillo emẽte, quòd minorem rationem errandi habuit teſtator, & conſequenter tunc tale legatum coniunctæ perſonæ relictũ magis valere deberet, quàm in alio exẽplo, quod ponunt ipſi de teſtatore rem alienam legatã in hæreditate ſui patris inueniente, quo caſu dicunt legatũ tale coniũcto factũ valere: & certè eſſet dicendũ & cõtrà, ꝙ iſto caſu legatum minùs valeret q̃ illo, quãdoquidẽ in iſto caſu magis teſtator errauit, vel maiorem, iuſtiorémue cauſam errandi habuit, quàm in illo. Sed tamen vtroq; caſu teneo legatum valere, & ſic duo teneo. Primò, quòd poſteriore caſu

caſu legatũ minùs valere deberet, quàm priore. Secundò, quòd vtroq; caſu legatum valeat. Et conſidera, quòd in.d.l. Sticho. teſtator legauit nepotibus rem, in qua vſumfructum tantùm habebat, & ſic quę poſt mortem ſuam aliena futura erat, & errore iuris (vt ibi Cõſultus interpretatur) putabat etiã poſt mortem ſuã duraturam, & per hoc legatum non valet, licèt ſi errore facti ſuam putaſſet rem quæ aliena erat, id legatum valeret. vt.d.l.cùm alienam.cum concordan. ergo legatũ rei alienæ, quam ſuam eſſe, vel poſt mortẽ ſuã futuram eſſe teſtator falsò putauit, coniunctis perſonis factum valet, ſi teſtator errauit in facto. vt.d.l.cùm alienam.cum concordan. ſecùs ſi in iure. vt dict.l.Sticho. Et meritò, quia pleniùs interpretari debet voluntas teſtatoris, qui in facto errauit, quàm ſi errauit in iure. argumen.cap.ignorantia.de regul.iur.in.6 l.leges.C.de legib. Ergo patet ex.d.l. Sticho. iuncta.d.l.cùm alienam. quòd ſi nepotibus meis rem, in qua vſumfructum tantùm habebã errore facti legaui, quia errore facti etiam poſt mortem meã rem meam duraturam putaui, tunc valebit legatum, vt hæres teneatur rem illam redimere, vel æſtimationem eius legatario præſtare.

48 Iuxta prædicta quęro in.d.l.Sticho.ff. de vſufru.lega. an nepotibus Stichi ſola proprietas fundi, an totus fundus, id eſt, tã proprietas, q̃ vſusfructus legatus fuerit? Et Bar.in.d.l.Sticho.& Iaſ.in.d.l.quod in rerum.§.1.nu.9.& Alexan.ibidem nume.2.& Paul.ibidem.in prin. Areti. ibid. & Corneus in.l.vxor patrui.column.2.in medio.C.de leg. tenẽt, quòd ſola proprietas fuit legata dictis nepotibus decepti. per text. ibi, dum ait, proprietatem nepotibus ſuis legauit. Sed certè illa verba non obſunt, nam ibi ſumitur proprietas pro pleno dominio, ſcilicet proprietatis & vſusfructus. quod patet ex eodem tex.ibi, hæredes Stichi legatarijs nepotibus eundem fundum tradiderunt. ſi ergo totum fundum tradiderũt, ergo tam proprietatem, q̃ vſumfructum. Item ſi totus fundus fuit traditus, ergo totus fuit legatus, ne aliàs hæredes Stichi ſuum iactare viderentur. contra.l.cùm de indebito.ff.de probatio. Item quòd proprietas ſumatur pro pleno dominio, probatur & ſecundò in eod.tex.ibi, vti eum fundũ darent Lucio Titio. iunctis ijs verbis, quibus proprietas legata eſſet. vbi quod in princi.tex. fundum appellauit, poſtea in fin. appellat proprietatem, & ſic aliàs & tertiò proprietas pro re integra ſumitur in.l.per procuratorem. C. de acquir. poſſe. Nec dicatur, ꝙ in.d.l.Sticho. dum dicitur, fundus, intelligatur ꝓ nuda proprietate: nam fundi appellatione, non ſola proprietas, ſed etiã vſusfructus continetur.l.ſi quis cùm totũ. ff. de excep. rei iud. notant docto.in.l.5.§.fin.ff.de lega.1. Extat ergo contra omnes indifferenter, quòd in dict.l.Sticho. Stichi nepotibus plenus fundus legatus fuit.

*Intell.l. Sticho. ff. de uſufru.leg. contra cõmunem.*

49 Et retento meo intellectu, inde infertur, quòd ſi rem, in qua vſumfructum tãtùm habebam, legaui, licèt in caſu dict.l. Sticho. propter peculiarem rationem ibi aſsignatam, quam etiã perpendit Bar.ibi. ius tantùm quod habebã in re, licèt morte periturũ legaſſe videar, tamen vbi non eſſet illa peculiaris ratio, tũc non ſolùm ius, quod habebã in re, vt pote morte periturum, ſed etiam aliud ius legaſſe viderer, ſi ſciebam ius morte periturũ, quod eſt contra omnes.dd. ſuprà relatos. Nec dicatur hoc procedere, quando legatarius eſſet coniũctus teſtatori, ſecùs tamẽ ſi eſſet extraneus. Nam.dd. prædicti non faciũt differentiam eſſent extranei legatarij, an coniuncti, nec ille text. ſe in hoc fundare videtur. Vnde per illum text. teneo, quòd ſi legaui rem, in qua vſumfructum tantùm habebã, vel aliud ius morte periturum, non illud ius tãtùm, ſed totam rem legaſſe videor, ſiquidem verè,

*Qui legat rem, in qua ſcit ſe uſumfructum tãtùm habere, an etiã proprietatẽ legaſſe uideatur? & ſic cũ multis cõtra cõmunem.*





vel præſumptiuè ſciebam ius illud morte mea periturum. Secundò pro hac parte eſt bonus text. quem optimè inducit Paul.ibi in.l.vnum ex familia.§.& ſi fundum.verſic. quòd ſi talia. iuncta glo. oneratam.ff.de leg.2. Tertiò ex tex.in.l. cùm pater.§.cùm pater. ſecundùm quòd eum inducit Barto.ibi.ff.de lega.2. Quartò eſt tex.in.l.cùm pater.§.pater filiæ. ſecũdùm intellectum Dini. quem ibid. refert Bart. ff.de lega.2. Quintò eſt tex.in.l. Mæuius. §.penul.de lega.2. ſecundùm quòd inducit Iaſ.in.l.quod in rerum.§.1.colum. fin. ff.de lega.1. Quinto probatur fortiſsima ratione. Fruſtratio nunquã præſumitur. l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.vt lega.nomineatur.l.qui bis. ff. de verborùm obliga. l.3.ff.de mil.teſtam. at ſi contrarium diceremus, legatum eſſet fruſtratorium, & effectualiter non valeret, ergo.&c. Sextò, nullus præſumitur ſciẽter elegiſſe viam, per quam eius iudiciũ, ſeu diſpoſitio impugnetur.l.3.ff.de teſtamen. mili. at ſi cõtrarium diceremus, teſtator ſcienter feciſſet legatum inane, quod dicere, ridiculũ eſt. Septimò, interpretatio in dubio faciẽda eſt, vt diſpoſitio ſuſtineatur, etiam ſi verba improprientur.l.ſi quando.de leg. 1.l.quotiens. de rebus dub. at ſi contariũ diceremus, tunc interpretatio fieret, vt legatũ non valeret, ergo.&c. Et hanc meã opinionem tenent gloſſ. oneratum in.l. vnum ex familia.§.ſed & ſi fundũ. ff. de lega.2.& ibi in ſpecie Paul.& gloſſ. in.l. quod in rerum.§.1.in prima ſolu. licèt poſtea ſe & malè correxerit. ff. de lega.1.& Bar.in.l.cùm pater.§.cùm pater.& in.§.pater filiæ.ff.de lega.2.& Aretin.in.l.quod in rerum.§.1.poſt Imolam ibi, quem ipſe refert.de lega.1.& Paul.in.l. vxor patrui. C.de lega.& Dinus, quem refert Barto.in dict.§.ſed & ſi fundum.in fin. Sed in contrarium ſe habet magis communis opinio, quam tenuit gloſſ.in dict.l.quod in rerum.§.1.& in dict.l.vxor patrui.& Bar. in dict.l.quod in rerum.§.1.& in.l.Sticho ff.de vſufruct.lega.& in dict.l.vxor. idem ſentit Barto. in dict.§.ſed & ſi fundum. in fine. dum recedit ab opinione Dini. idem tenent Paul. Alexand.& Iaſo.num. 9.in dict.l.quod in rerum.§.1. idem ſentit Salice.in dict.l.vxor. dum approbat ſolutio. gloſſ.ibi.& ibidem Corneus tenet expreſsim hanc Barto.opinio. Et hanc eſſe communem opinionem teſtantur Paul. Alexan.& Iaſo.in dict.l.quod in rerum. §.1. Mouentur.1. per.l.vxor. C.de legat. ad quam plures dantur ſolutiones per Alexand.& Iaſo.in.l.quod in rerum.§.1. Sed illam tene, ſcilicet, quòd ibi non tractabatur, an teſtatrix videretur legaſſe ius tantùm quod habebat in re, vel rem totam, nam hoc eſſet tractare de voluntate teſtatricis. Ibi autem ſolùm quæritur de potentia. Quod patet ibi, primò in verbo, ſi teſtata deceſſerit. nam intelligo, quòd teſtamentum fecit, nec illum, in cuius rebus habebat vſumfructum, inſtituit, ideo eius de rebus diſponere non potuit, licèt poſſet, ſi eum inſtitueret. vt l.vnũ ex fam.§.ſi rem.de leg.2. ff. Patet & ſecundò ibi, vſumfructũ tantùm earum habens. Sẽſus enim eſt, ꝙ illa teſtatrix putabat ſe poſſe res legare vel in totum, vel quo ad vſumfructũ, etiam in pręiudiciũ proprietarij, propterea quòd vſumfructum earum habebat, ſed hoc abnegat Imperator, dicens vſumfructum tãtùm legaſſe. Hoc patet in verbo, nõ poteſt. Ex quo patet, ꝙ non quærebatur de voluntate legãtis, vtrùm vellet ius tãtùm, quod habebat in re, legare, nec ne, ſed quęrebatur de potẽtia ipſius, an poſſet legare nec ne, & expeditũ erat, ꝙ poterat etiã vltra ius q̃d habebat in re legare in ꝑiudiciũ hęredis, ſed an poſsit in pręiudiciũ ꝓprietarij quo ad hoc, vt rẽ cõpelleretur vẽdere dubitabatur, ſicut & aliàs ꝓpter cõionẽ qs vẽdere cõpellitur in.§.fi.Inſt.de dona. vnde cũ fuiſſet cõmunio inter teſtatricẽ vſumfructũ habẽtẽ, & proprietariũ, qui habebat proprietatem, dubitabatur, an

vendere compelleretur, & ſic an legatũ
ei præiudicaret. Et hæc ſolutio & intelle
ctus eſt veriſsimus, licèt illum & malè re
prehendat Iaſ. in dict. l. quod in rerum. §.
1. col. 2. quem ibi dd. iterum tenere vidē-
tur, licèt aliter illum tex. intelligat Paul.
ibid. ſcilicet in dict. l. vxor. Secundò non
obſtat. l. quod in rerum. §. 1. qui allegatur
pro communi opinione. Nam fateor, ꝙ
ſi vſumfructum tantùm habebam, eum
quelegauerim, illũ tantũ legaſſe iudeor,
& conſequenter legatum non valet. Sed
reſpon. omiſsis ſolutionibus, de quibus
per Alexan. & Iaſ. ibidem. quòd ille text.
procedit in dubio; ſcilicet quòd cùm te-
ſtator errabat in iure, putans quòd vſuſ-
fructus nõ finiretur morte, aliàs non le-
gaturus, ſi finiturum putaſſet, vel cùm
errabat in facto, putans rem totam ad ſe
pertinere. ſicut in ſimili ita intelligitur. l.
ſeruum filij. in principio. & ibi Barto. &
Iaſ. colum. 3. ff. de lega. 1. Non obſtat ter-
tiò. l. ſi domus. §. finali. & . l. 5. §. finali. de
lega. 1. nam in illis legibus ius, quod ha-
bebat teſtator, eius morte periturum nõ
erat, ideo illud tantùm videtur legaſſe.
Fac ergo tria membra. Cùm vſumfructũ
tantùm habebam, aut proprietatem tan
tùm legaui, & tunc valet legatum ſecun
dùm diſtinctionem. l. cùm alienam. quia
prorſus res aliena legata fuit. ita tenẽt &
bene omnes. dd. ſuprà allegat. & ita intel
ligunt tex. in dict. l. Sticho (ſed in hoc er-
rant.) Aut legauit vſumfructum tãtùm,
& tunc ſecundùm omnes docto. tale le-
gatum non valet indiſtinctè, propterea
quòd ius tantùm, quod habebat, legaſſe
videtur, licèt ſit morte finiturum, idq́ue
etiam ſi teſtator ſciſſet. quod eſt falſum
ſecundùm nos. Aut legauit rem ſimpli-
citer, & tunc dic vt ſuprà. Retenta tamẽ
ſententia communi, vt qui legat ſimpli-
citer rem, in qua vſumfructum tantùm
habebat, nihil egiſſe videatur, etiam ſi ſci
ret proprietatem ad ſe non pertinere, in-
de planè infertur ſuſpectam eſſe illam cõ
munem ſententiam, quæ habet, quòd le-
gato vſufructu cum onere, ne res illa alie
netur, videtur etiam legata proprietas,
quaſi cùm vſufructuarius indubitanter
non habeat ius alienandi proprietatem,
quinimò nec etiam ipſum vſumfructũ.
vt in. §. conſtituitur. cum ibi notatis. In-
ſtit. de vſufr. ſupereſt, vt per appoſitionẽ
illius prohibitionis, videatur teſtator e-
tiam proprietatem legaſſe, ne illa prohi-
bitio fruſtra adiecta videatur. Ita in ſpe-
cie tenẽt Bal. in. l. Proculus. ff. de vſufr. per
text. ibi. & reſoluunt Pari. conſi. 71. lib. 2.
Corneus conſilio. 64. colum. 1. lib. 4. De
ci. conſilio. 41. colum. 1. Ruin. conſilio.
39. colum. 1. libr. 2. Roman. conſilio. 206.
numer. 4. Curti. Iunior. conſilio. 14. co-
lum. 1. Bellon. conſilio. 6. num. 8. Gratus
conſi. 29. nume. 13. lib. 2. Angel. & Fulgo.
poſt Bal. in dict. l. Proculus. Iaſ. in dict. l.
ſi mihi & tibi. §. fina. lect. 2. Alexan. in. l. ſi
conſtante. in princ. ff. ſolu. matrimonio.
Claudi. Marme. vbi ſuprà. Cuma. in dict.
§. ſpecies. Albertus de augmento & dimi
nutione. 6. colum. Cuma. & Fulgo. quos
refert Pariſi. vbi ſuprà. Baueri. in. l. cum fi
lio. num. 48. ff. de lega. 1. Riminal. Iuni. in
princi. Inſtit. de donationi. num. 357. per
Pinellum, qui contrarium tenet in. l. 1.
part. 3. num. 42. C. de bo. mater. Caſtellus
in. l. 10. Tauri. ad fin. Crem. nota. 27. Hip-
polyt. ſingul. 561. Fernandus de Loazes
in. l. filiusfamiliàs. §. diui. numero. 15. ff. de
lega. 1. Socin. conſilio. 131. numero. 15. lib.
1. Curti. Seni. conſilio. 51. numero. 23. Bar-
ba. conſilio. 64. libr. 2. colum. fina. Et licèt
cum hac opinio. nos etiam ſimpliciter te
nuimus ſuprà libr. 1. §. 9. numer. 8. tamen
hæc ſententia ſuſpecta videtur. Quia ſi is
qui legat rem, in qua vſumfructum tm̃
habebat, qui morte periturus erat, non
videtur legare proprietatẽ, licèt per hoc
tota diſpoſitio reddatur inutilis. vt in. l.
quod in rerum. §. 1. ff. de legat. 1. l. vxor
patrui. C. de legat. l. Sticho. ff. de vſufru-
ctu legat. longè minùs videbitur legaſſe
proprie

*Vſufru. legato cũ onere, ne proprietas alienetur, proprietas legata nõ uidetur. contra cõem.*



proprietatem, qui vſumfructum tãtùm
legauit, etiam ſi adiecerit onus illud, ne
res alienaretur. Stringe hoc. argumẽ. Nã
tolerabilius eſt, quòd inutilis reddatur
illius oneris adiectio, ſaluo ipſo vſuſ-
fructus legato, quàm quòd pereat tota
diſpoſitio. Quia faciliùs admittitur, & to
leratur, quòd diſpoſitio pereat ex parte,
quàm quòd pereat ex toto. l. cùm quæ-
ſtio. vbi declarat Corne. numer. 6. C. de
lega. Stringe ſecundò hoc argumento.
Nam in dict. l. quod in rerum. & in dict.
l. Sticho. & in dict. l. vxor. res ſimpliciter
legata fuit, quo caſu ex vi verborum cõ-
prehenditur tam vſusfructus, quàm pro
prietas, & nihilominus reſtringitur lega
tum ad vſumfructum duntaxat, etiam ſi
per hoc tota diſpoſitio pereat. Quantò
magis in ſpecie noſtra, vbi & vſusfructus
tantùm legatus fuit, & diſpoſitio ſuſtine
tur in vſufructu? Nec me mouet, quòd il
la adiectio, ne res alienaretur, videatur in
utilis, quaſi ineſſet à lege. Nam id ſæpe fa
ciunt teſtatores, & contrahentes maioris
declarationis gratia. vt in. l. 3. ff. de lega. 1.
l. non rectè. C. de fideiu. l. qui mutuam. ff
mandati. l. ſi conuenerit. ff. pro ſocio. l. 1.
verſicu. ego puto. ff. de ædili. edict. Quin
imò non eſt nouum, teſtatores ius igno
rare. tex. expreſſus in dict. l. Sticho. & in. l.
non aliter. §. 1. ff. de leg. 3. vnde qui vſufru
ctu legato adiecit, ne res alienaretur, nõ
eſt mirum, ſi ignoraſſet etiam à lege pro-
hibitam eſſe talem alienationem: præſer
tim cùm teſtator præſumatur turbatus
mortis cogitatione. l. hac conſultiſsima.
§. at cùm humana. C. qui teſta. face. po. au
then. de trien. & ſemi. §. illud.

Tenẽdo hanc partem, ad. l. Proculus.
ff. de vſufru. in qua repoſitum eſt vnicũ
fundamentum communis opini. reſpon
di cùm res controuerteretur, ſenſum il-
lius legis eſſe, vt licèt regulariter res mea
alteri rei meæ ſeruire nequeat, tamen res
hæreditaria alteri rei hæreditariæ ſerui-
tutem poterit debere, ſiquidẽ altera res
quo ad proprietatem tantùm, vel quo
ad vſumfructum tantùm, vel quo ad v-
trunque legata eſſet, vt quo caſu ſolus
vſusfructus legatus eſſet, eo caſu cùm pri
mùm vſufructuari⁹ altiùs tollere cœpiſ
ſet, ſtatim vſumfructum amitteret, qui
ad ſuam proprietatem rediret, nõ autem
quòd legato vſufructu per prohibitio-
nem altiùs tollendi, videatur etiam pro-
prietas ſuperaddita. ea enim prohibitio
ad legatum coanguſtandum adiecta, nõ
debet operari ipſius legati augumentũ.
contra. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg.
l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. Licèt enim
fructuarius non poſsit ſeruitutem conſti
tuere. l. ſed & ſi quid. §. fin. cum. l. ſequen.
ff. de vſufru. id tamen intelligitur in præ-
iudiciũ directi domini, vel proprietarij,
non ſic in præiudiciũ ſuum, nam in ſuũ
præiudicium poſſet. vt reſoluit plenè Pi-
nellus de boni. mater. l. 1. par. 3. nume. 70.
(id quod non ſatis expeditum eſt, vt ali-
bi docemur, licèt ſit magis receptum.)
Ergo prohibitio teſtatoris, de qua in dict.
l. Proculus. nõ in hoc vtilis fuit, vt etiam
proprietas contra omne ius, omnemq́;
rationem legata interpretaretur, ſed in
hoc vtilis fuit, vt ſi fructuarius ſeruitutẽ
imponeret, ea ſeruitutis conſtitutio non
valeret duratura per totum tempus vitę
fructuarij, ſed potiùs ſtatim inutilis eſſet,
& præterea vſusfructus ſtatim finiretur.
Isq́ue eſt verus ſenſus illius legis ab alijs
non ſic præuiſus, aut ſaltem non ſic de-
claratus.

1 *Teſtamentum minùs ſolenne ualet tempore belli. cum communi.*
*Declaratio. l. 13. titul. fina. libr. 3. fori. & . l. 54. & l. 55. Tauri. & . l. 32. titu. 9. part. 6. & . l. 3. titu. 1. par. 6.*

2 *Teſtamentum minùs ſolenne ualet, ſi fit in carcere tyranni. cum cõi.*
*Declaratio. l. 54. & . l. 55. Tauri. & . l. 13. tit. fi. lib. 3. fori. & . l. 3. tit. 1. par. 6.*

3 *Teſtamenti ſolennitas relaxatur ex cauſa neceſſitatis. cum cõi.*

Declaratio.l.54.&.l.55.Tau.&.l.13.tit.ſi.lib.3. fori.&.l.31. Tauri extenditur.
4 Teſtamentum peregrini minùs ſolenne ualet. cum communi.
Declar.l.54.&.55.Tauri.&.l.2.ti.2.lib.5. ord.
5 Teſtam. minùs ſolenne ualet,ubi deeſt copia teſtium.cum communi.
Declar.l.59.Tauri.nu.5.
6 Teſtam.minùs ſolenne factum coram principe, ualet.cum communi.
L.22.tit.3.lib.1.ordi.ampliatur.
7 Teſta.minùs ſolenne ualet,ſi fiat apud acta iudicis.cum communi.
8 Teſta.factum apud acta iudicis ualet, etiam ſine teſtibus,ſi alio quouis modo de teſtamenti factione appareat.noua opinio.
L.13.tit.9.par.6.ampl.
9 Teſta.minùs ſolenne ualet,ſi fiat in loco hoſtili. cum communi.
L.9.tit.5 lib.3.fori.ampl.
10 Teſtamentum minùs ſolẽne an ualeat,ſi fiat corã epiſcopo.
11 Teſtamentum minùs ſolenne probat defuncti uolunta.
12 L.1.tit.2.lib.5. ordi.
13 Probatio illegitima ſufficit in foro conſcientiæ.
Decla.l.9.tit.de las reſtit.lib.3.ordi.&.l.24.tit. de los uaſallos.lib.4. ordi. &.l.6.tit.1. lib.6. ordi.&.l.2.tit.de los cont.lib.6.ordi.&.l.12. tit.de los cont.lib.6.ordi.&.l.1.tit de los cõt. Decu.libr.6. ordina. &. l.7.titulo.3 .libr.7. ordina.
14 Teſtamentum militis minùs ſolenne ualet, etiam ſi ſit miles naualis.cum communi.
15 Teſta. militis non requirit numerum,nec rogitũ teſtium pro forma. noua opinio cum Corneo.
16 Intellectus.l.4.tit.1.par.6.
17 L.4.tit.1.par.6.ſecundò declaratur.
18 Teſta.ad pias cauſas non requirit rogitum, nec numerum teſtium pro forma. cum communi.
19 Teſta.factum coram preſbytero parochiali non requirit numerum teſtium,nec rogitum pro forma. noua opinio.
20 Teſta.peregrini non requirit numerum nec rogitum teſtiũ pro forma. noua op.
Declaratio.l.2.tit.2.lib.5.ordi.
21 Teſta.factum à patre inter liberos non requirit numerum nec rogitum teſtium pro forma. noua opinio.
22 Intellectus duplex ad.l.7.tit.1.par.6.
23 Eadem noua declaratio in teſtamento facto corã principe
24 Intellectus ad.l.5.tit.1.par.6.
25 Idem in teſtamento principis.
26 Idem in teſtamento facto ab habente merum imperium.
27 Idem in teſtamento facto apud acta iudicis.
28 Idem in teſtamento facto tempore peſtis.
29 Idem in teſta.facto in carcere tyranni.
30 Idem in teſtamento facto ubi erat hominum penuria.
31 Militis priuilegio in teſtando non gaudent doct. & aduocati.
32 Militis teſtamentum hodie ſubiacet querelæ, & requirit cauſæ expreſſionem in præteritione. cum communi contra Iaſ.& alios.
33 Militis teſtamẽtum hodie ſubiacet querelæ, cum communi contra glo. Roder. Xuarez, & alios.
Declaratio.l.2.tit.2.lib.5.ordi.
34 Miles ſi hæredem in re certa tãtùm faciat,in reliquo non uidetur inteſtatus deceſsiſſe. cum communi.
35 Miles hæredẽ nutu facere poteſt.
Declaratio.l.2.tit.2.lib.5.ordi.
36 Militis præteritio non habetur pro inſtitutione, neq; pro exhæredatione in terminis.l.Gallus. contra omnes.
37 Matris præteritio in terminis. l.Gallus. non haberetur pro inſtitutione, aut exhæredatione, contra omnes.
38 Peculium caſtrenſe quid dicatur.
39 Peculium caſtrenſe eſt, quod donat miles commilitoni etiam coniuncto.cum Coraſ. contra alios.
40 Peculium quaſi caſtrenſe quid.
41 Miles uidetur uti iure communi,ſecundùm communem op. nos contra.
42 Compendioſa facta à milite poſt pubertatem iure tantùm fideic.ualet.
43 Miles qui filium inſtitutum reſtituere iuſsit hæreditatem,legitimæ pepercisſe uidetur.
44 Fund. communis.
45 Voluntas ſupponit intelligentiam.
46 Miles præſumitur ius ignorare.
47 Miles,qui filium rogauit hæred. reſtituere, non uidetur pepercisſe legitimæ.
48 Paganus,qui iuſsit filium hæreditatem reſtituere, non uidetur legitimæ pepercisſe.
49 Miles, qui filio inſtituto militariter ſubſtituit, non uidetur legitimæ pepercisſe. contra doctores.
50 Indubitanter poſſe militem legitimæ filiorũ præiudicare iure.ff.
51 Etiam hodie teſtamentũ militis non ſubiacet querelæ. contra communem.
52 Miles, qui iuſsit filium hæreditatem reſtituere, non uidetur ei permittere Trebelli. detrahere,contra Ripam.



53 Miles,qui filio inſtituo militariter ſubſtituit,nõ uidetur permittere deducere Trebelli. contra Ripam.
54 In teſtamento pagani etiam hodie uidetur contra eius præſumptam uoluntatem deduci fal.
55 Secundum fundam.
56 Compendioſa uerbis communibus facta poſt pubertatem in teſtamento militis ualeat ut militaris directa,non ut fideicommi.contra communem.
57 L.precibus.
58 Compendioſa uerbis communibus facta poſt pubertatem licèt mater ſit in medio ualet ut directa militaris,non ut fideicõmi.contra communem.
59 Compendioſa uerbis directis facta poſt pubertatem ualet iure directæ militaris,non fideic. contra communem.
60 Superiora procedunt licèt mater ſit in medio. contra communem.
61 L.precibus. contra Plumbi. Decium, & Coraſium
62 Fundam. tertium.
63 Portio hæreditatis repudiata cohæredi non accreſcat in teſtamento militis. contra Viglium.
64 An poſterius teſtamentum militis, & teſtamẽtum prius in re dubia ſimul ſtare poſsint.contra omnes noua op.
65 Sub pupilla. continetur tacita uulga. etiam in milite.contra Vigl.
66 L.precibus
67 Tacita pupillaris ſub uulgar. contenta admittatur contra matrem. contra communem.
68 Fundam.quartum.
69 Sub compendioſa an uulg.contineatur.
70 Pupillaris an ſub ſe comprehendat tacitam uulg.
71 Intellectus.l.ſi is qui ex bonis. de uulg.
72 Quintum fundam.
73 Pupillaris à milite inutiliter facta, ualet in uim directæ militaris,non fideic.
74 L.in teſtamento.nouè intellecta.
75 Sextum fundam.
76 Quare ceſſet fal. in teſtamento militis. contra communem.
77 Subſtitutiones reſtringuntur legis interpretatione,noua decla.
78 Teſtamentum in.8. caſibus hîc denuò conſideratis admittit teſtem fœminam.
79 Idem in compulſione teſtis,nouæ op.
80 Idem in teſtium ſubſcriptiones,nouæ op.
81 Idem quo ad hoc,ut unico cõtextu fiat teſtamẽtum,nouæ opinio.
82 Idem quo ad hoc, ut teſtamentum fiat in conſpectu teſtantis,nouæ op.
83 Idem quo ad intelligentiam teſtium, nouæ opinio.
84 Idem quo ad uiſum teſtium, nouæ op.
85 Idem quo ad præſentiam teſtium, nouæ opinio.
86 Idem quo ad notas ſcripturæ,nouæ op.
87 Idem quo ad rogitum tabellionis, nouæ opi.

*Teſtamẽtũ minùs ſolẽne ualet tẽpore belli, cũ cõmuni.*

1 PRAETEREA regularis teſtamentorum ſolennitas fallit.19.in teſtamẽto facto tempore bellorum.vt ex text.in.l.fin.ff. de militar.teſtamẽto.vbi traditur per omnes. notant Bald. Salicetus,Paul.Aretin.Fulgoſi.Alexan.Corne. & Iaſ.in.l.fina.C.de teſtamentis.Ripa in tractatu de peſte.in priuilegijs vltimarum voluntatum.in principio.Barto. in l.1.de bonorum poſſeſsione ex teſtamento militis.per text.ibi.Decius conſil.284 colum.3.nume.3.Guiliel.Benedict. in capitu.Rainutius.de teſtamentis.in verbo, teſtamentum.1.numer.15.Hannibal.in.l. nemo poteſt.ff.de lega.1. nume. 22.& eſt receptiſsima opinio ab omnibus pleriſq; eorum,quos retulimus tenere, quòd teſtamẽtum factum tempore peſtis valeat cum minore ſolennitate.facit.l.vnica.in princip.C.de caduc. tollen.ibi, vt quod belli calamitas introduxit, lenitas pacis ſopiret.Et hòc tempore fortè valeret contractus factus à muliere ſine licentia viri,cùm nec mariti,nec iudicis copia eſſet. Sicque not.limitatur.l.54.&.55.Tauri.& l.13.tit.ſi.lib.3.for.

*Declara.l.13.tit.ſi.lib.3.fori.&.l.54.&.l.55. Tauri.*

Id tamen teſtamen.bellorum tempore factum licèt quo ad numerum teſtiũ gaudeat prærogatiua,tamen nõ ſic quo ad iuſtitiam diſpoſitionis,vnde conditio turpis inde reijceretur. Et ita extendo.l.32.titulo.9.part.6. Cæterùm licèt teſtament.vitietur,ſi teſtator diuerterit ad actus extraneos.l. cùm antiquitas. C.de teſtam.

*L.32. tit.9. par.6.*

*L.3. tit.1. par.6.*

teſtamen.l.hæredes.§.fina.ff.eod. tamen fortè non ſic quando fiebat tempore belli.arg.ſuprà dictorum.Et ita puto limitãdam.l.3.tit.1.par.6.

*Teſtamẽtũ minùs ſolenne ualet, ſi fit in carcere tyranni, cũ cõmuni.*

2 Fallit.20.in teſtamento facto in carcere tyranni,in quo teſtamento iuris ſolennitas relaxatur, vt teſtamentum valeat, ſaltem cum quinq; teſtibus. Iſta eſt vera & cõmunis opinio ex mente & ſententia eorum,quos ſuprà diximus tenuiſſe valere teſtamentum minùs ſoléne factum tempore peſtis.Et in ſpecie reſoluit Guiliel.Benedict in capitu.Rainutius. de teſtam.in verbo,teſtamentum.primo.numer.13.Nicolaus de Mata. Bald.& Salicetus.& Iaſ.nume.3.& Corneus column.2. in dict.l.fin.C.de teſtamen. Decius conſilio.274.Viſo puncto.numer.1.Pariſius conſilio.46.numer.24.libr.3. qui plures allegat. Mouentur argumento text.in dict.l.fina.C.de teſtamen.& per tex.egregium in.l.ſi quis dolo.ff.ſi quis aliquem teſtari prohibuerit. Et hoc caſu valeret fortè contractus factus à muliere ſine licentia mariti.Sicque limitabitur.l.54.& l.55.Tauri.&.l.13.tit.fi.lib.3.fori.

*Declara. l. 54. & 55. Tauri, & l.13.tit.fi.li.3.fori.*

*Declar.l.3. tit.1.par.6.*

Et ſimiliter hoc caſu cùm ſit teſtamẽ. in carcere tyranni,extraneus actus ex illa neceſsitate interpoſitus non vitiabit. Sicque limitabitur.l.3.titu.1 part.6.l.cùm antiquitas.C.de teſtamen.&.l.hæredes.§.fi. ff.eod.titu.facit etiam.l.furioſum.C. qui teſtam.fac.poſ.

*Teſtamenti ſolẽnitas relaxatur ex cauſa neceſſitatis. cum communi.*

3 Fallit.21.ſi ex cauſa neceſsitatis ſolennitas integra adhiberi nõ potuit. Iſta eſt vera & communis opinio.vt per Corne. Alexand. & Iaſ. poſt alios ibi in.l.caſus. per illum tex.C.de teſtamen.Iaſ.in.l.fin. numer.3.cum ſequentibus.eod.titu.Pariſius conſilio.33.lib.2.nume.28.qui plures allegat.idem Pariſius conſilio.46.nume.23.&.24. lib.3.Ripa in tractatu. de peſte. in priuilegijs vltimarum voluntatum 1.&.2.colũ. & tradunt in ſpecie plerique eorum,quos diximus tenuiſſe quòd relaxatur ſolennitas in teſtamento facto tempore peſtis. Facit text.in.l.fideiuſſor.§. ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſdare cogantur. vbi multa per Iaſ. & Hannibalem in dict.l. nemo poteſt.nume.72.cum pluribus ſequentibus.ff.de lega.1.l.vt gradatim.§.1. ff.de muneribus & honoribus.l. vnica. in principio.C.de caducis tollen.l. caſus. vbi per omnes.C.de caducis tollen.l.fin. vbi per omnes.C.de teſtament. Et hoc etiam caſu fortè valeret contractus à muliere factus ſine licẽtia mariti, præſertim vtiliter,& limitaretur.l.54.&.l.55.Tauri. &.l.13.tit.fi.lib.3.for.

*Declara.l. 54.&.l.55. Tauri. & l.13.tit.fin. lib.3.fori.*

*L.31.Tau. extenditur.*

In teſtamento ſic facto tempore neceſsitatis fortè liceret vrgente neceſsitate per alium teſtari,licèt regulariter contrà.vt.l.captatorias.C.de teſtamen.milit. &.l.captatoriæ.ff.de lega.1.Et hoc caſu licèt regulariter iure regio reſtricta ſit facultas per interpoſitam perſonã teſtandi vt.l.31. Tauri.cum.9.legibus ſequen.tamen fortè in hac ſpecie liberè per alium liceret,nõ ſecùs, quàm per ſemetipſum. per quod illæ leges nouè extenderentur.

*Teſtamẽtũ peregrini minùs ſolenne ualet.cũ cõmuni.*

4 Fallit.22.in teſtamento peregrini,qui Romam petit,in quo relaxatur ſolennitas teſtamentorum. vt reſoluit Franciſcus de Ripa in tractatu.de peſte.in priuilegijs vltimarum voluntatũ.nu.8.Ang. in authenti.omnes pregrini.per text.ibi. dum ait,liberam habeant facultatem.C. communia de ſucceſsionibus.Angel.in §.quod autem.in authen.de non alienandis.Michael Ciſontinus in.l.3.Tauri.Iaſ. in.l.fina.nume.9.C.de teſtamen.Paul.in l.nutritoribus.C. cõmunia de ſucceſsionibus.Guiliel.Benedict.in capitu.Rainuti.de teſtamentis.in verbo, teſtamẽtum 1.num.16. Alexand.in.l.ſcriniarius.C.de teſtamento militis.colum.3.& in.l.fi. C. de teſtamentis. & ſic eſt communis opi. per tex.in dict.authen.omnes peregrini. Ratio, quia priuilegiũ liberè teſtandi cõceſſum militibus, propterea ꝙ inſeruiũt reipublicæ,nõ debet denegari ijs, qui Romam petunt obſeruitium,& obſequium

Dei



*Declaratio l.54.&.l.55. Tauri.*

Dei,qui altior princeps eſt.vt in authen. quomodo oporteat epiſcop.§.1. Et tali caſu etiam valeret cõtractus factus ab vxore vtiliter citra licentiã mariti. Sicq; limitaretur.l.54.&.l.55.Tauri.

*Declaratio l.2.tit.2.libro.5.ordi.*

Iure autem regio teſtamẽtum peregrini etiam minùs ſolenne valere videtur.vt in.l.2.ibi,libremente.titu.2.libr.5. ordina. Niſi contradicas per text. in.l.ſi quando.in prin.cum ibi notatis per glo. & alios.C.de inoffi.teſtam.Et ita tenerẽ, niſi me in contrarium moueret authoritas eorum,quos retulimus.

*Teſtamentũ minùs ſolenne ualet ubi deeſt copia teſtiũ. cũ cõi.*

5 Fallit vigeſimotertiò,vbi deeſt copia teſtium, nam tunc relaxatur teſtamentorum ſolennitas.vt reſoluit Pariſi.conſil.32.Ad reſolutionem.num.2.& num. 17.latè Decius conſi.284.col.2.in princi. Tradunt Alexan.Corne.& Iaſ.& alij cõmuniter in.l.fi. per text.ibi. C.de teſtam. & iſta eſt communis opinio.latè per Ripam in tracta. de peſte. in priuilegijs vltimarum voluntatũ cauſa peſtis.in princip.Et eſt ex mente, & ſententia eorum, quos ſuprà diximus tenuiſſe ſolennitatem relaxari in teſtamentis tempore peſtis.facit.l.vt gradatim.§.1.ff.de mune.& hono.Vnde ſi deeſſet copia tam mariti, quàm iudicis,putarem valere contractũ factum à muliere ſine eorum licentia,limitareturq;.l.54.&.l.55.&.l.59.Tauri.& l.13.titu.fina.lib.3.fori.

*Declaratio l.59.Taur.*

*Teſtamentum minùs ſolenne factum corã Principe, ualet. cum communi.*

6 Fallit vigeſimoquartò in teſtamento facto coram Principe. vt in.l. omniũ. C.de teſtamẽ. vbi tradunt communiter omnes docto. Videbatur cõtrà.argum. text. in.l.ex imperfecto. C.de teſtam. & in.l.ſi hæredum.C.de inoffi.teſtam.in.l. Papinianus.§.Imperator.ff.eodem.tit.in l.ex imperfecto.ff.de leg.3. & in.§.fin.Inſtitu. quib. mod.teſtament. infirmatur. Sed pro ſolutione vide Iaſ.qui eleganter tradit diſtinctionem quadrimembrem in dict.l.ex imperfecto.C.de teſtam.

*L.22. tit.3. lib.1. ordi. ampl.*

Hoc tamen caſu licèt propter Principis præſentiam diſpẽſetur cum vitio formæ, non tamen diſpenſabitur, vt incapacem filium ſpurium poſsit inſtituere. argum.l.ſi quando.in prin.C.de inoffic. teſtam. Et ne duo priuilegia concurrãt contra.l.1.cũ ibi notatis. C.de dotis promiſ. Et ita poteſt extendi.l.22. tit.3.lib.1. ordin.Facit ad.l.9.&.l.12.&.l.17.Tauri.

*Teſtamẽtũ minùs ſolenne ualet, ſi fiat apud acta iudicis. cũ cõmuni.*

7 Fallit vigeſimoquintò in teſtamento facto apud acta iudicis,in quo ſimiliter relaxatur ſolennitas iuris ciuilis. vt eſt communis omnium opinio per tex. ibi in.l.omnium.C.de teſtam. Tradunt notanter Guilielmus Benedict. in dict. c.Rainutius.de teſtam. in verb.teſtamẽ. 1.num.18. Richard.Malum. & Cinus in dict.l.omnium. Bart. Bald.Fulgo. Paul. Alexan.Iaſ.colum.fin. & alij ibidem. Et

*Teſta.factũ apud acta iudicis ualet,etiã ſine teſtibus, ſi alio quouis modo de teſtamẽti factione appareat. noua opinio.*

8 cùm quæritur,an in tali teſtamẽto oporteat ſaltem duos teſtes deſcribi? Et Bart. Bald.& Alexan. tenent oportere deſcribi ſaltem duos teſtes.Sed Iaſ. Paulus, & Fulgoſ.in contrarium inclinant, quorũ opinio longè verior eſt,ſi modò per confeſsionem partis, vel alio legitimo modo de rei veritate poſsit apparere. Nec enim refert quid vno, an altero probationis genere appareat,& in probationibus nihil refert, quid ex æquipollentibus fiat. vt per Alexand. in.l.1.ff.de libe. & poſthu.l.certum.ff.ſi certum peta.l.1. §.fina.ff.de dote prælega.l.1.ff.de libe. & poſthu.diximus in ſimili ſuprà.

Itaq; licèt in reliquis teſtamentis teſtes deſiderentur pro forma ipſius teſtamenti.vt diximus ſuprà.libr.1.tamen in hoc teſtamento non deſiderantur niſi tantùm pro probatione.Vnde ſi quouis alio legitimo modo teſtamenti factio probetur,id ſufficit. Et eſt noua conc.& declaratio. In hoc tamen teſtamento licèt augeatur poteſtas teſtatoris circa ſolennitatem ipſam, non tamen augebitur circa res, de quibus diſponitur. Vnde baſilicam Principis legare non licebit hoc teſtamento magis, quàm in reliquis teſtamentis. argum.l. apud Iulia-

*L.13. tit. 9. par.6. ampl.*

rr 4 num.

num.§.fina.ff.de lega.1. Et poteſt intelligi,& ampliari.l.13.tit.9.parti.6.

9 Fallit vigeſimoſextò in teſtamento cuiuſque plebei facto in loco hoſtili.vt eſt text. vbi notant docto. communiter in.l.fi.ff.de milit.teſtam. tex. vbi Bart.& alij in.l.1. ff.de bon.poſſeſs.ex teſtamento militis .Tradit Ioan. Faber in.§. item ea quæ.Inſti.de rerum diuiſione.& in rubri.Inſtit. de militari teſtamen. Et eſt ex mẽte omnium eorum, quos retulimus ſuprà in fallẽtia.19.dum diximus, quòd teſtamento facto tempore belli relaxatur ſolennitas, & regularis teſtamentorum obſeruatio. An autem tale teſtamẽtum factum tempore belli, vel in loco hoſtili, licèt bellum non ſæuiret, infirmetur ſimul ac bellum ceſſauerit,vel ſimul ac teſtator eo loci eſſe cœperit, vbi hoſtilitas non imminet? Et Iaſ.in ſimili quòd non.in.l.fin. col.1. C.de teſtamen. quia factum legitimè,&c.vt in regula. factum legitimè.de reg.iur. & quia qualitas adiuncta verbo,&c. l. in delictis.§. in extraneis.ff.de noxal.acti.Bart.in.l.ex facto.ff.de vulga.in prin.licèt in contrarium faciat.l.vni.in prin.C.de cadu.toll. Tale autem bellum oportet licitum eſſe,vt valeat teſtamentum.ſecundùm Fabrum,vbi ſuprà. & ſecundùm Caſtellũ, in.l.3.Tauri.fallen.2. In hoc tamen teſtamento facto loco hoſtili,non licebit legitimas liberorum lædere per meliorationes factas vltra tertium & quintum: quia hîc non eſt eadem ratio diſpenſandi, ſicq; ceſſat diſpenſatio. vt plenè per Tiraq. de cauſa ceſſante. parte.1. nu.89. argum.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patro.Sicq; ampliatur.l.9.tit.5.lib.3.fori.

*Teſtamentum minus ſolenne ualet,ſi fiat in loco hoſtili. cum cõi.*

*L.9.titu.5. libro.3.fori ampliatur.*

10 Fallit vigeſimoſeptimò in teſtamento facto coram Epiſcopo,in quo,ſecundùm quoſdam,relaxatur ſolennis teſtamentorum obſeruatio,nõ ſecùs, quàm in teſtamento facto coram iudice inter acta,eadem ratione. Nam ſi teſtamentũ factum coram iudice ea ratione ſuſtinetur abſq; teſtium ſolennitate, quia ibi præſumitur eſſe multitudo perſonarũ. vt in dict.l.omnium.C.de teſtamen. eadem ratione idem erit in teſtamento facto coram Epiſcopo , apud quem ſemper præſumitur eſſe multitudo perſonarum. vt notat glo.in dict.l.omnium.in parte,intra. per authen.quomodo oportet Epiſco.in.§.illud. &.c.peruenit. &.c. Epiſcopi.2.q.7.&.c.fina.36.diſtinct. Sed hæc fallentia non eſt tuta,licèt per id teſtamentum,ſi haberet clauſulam annullatiuam, reuocaretur teſtamentum præcedens.

*Teſtamentum minus ſolenne an ualeat,ſi coram epiſcopo fiat.*

11 Nam(& erit.28.fallen.)licèt teſtamentum non ſit ſolẽne,& deficiat aliqua ſolennitas requiſita de iure,per tale teſtamentum ſaltem probatur teſtamẽtum factum,licèt non ſolenniter factum. Et prodeſt, probatq; ad multa, licèt per ſe non valeat. tex.in.l.ſi. ff. de reb.eorum. quæ ad hoc eſt pulchra lex, & non alibi,ſecundùm Alberi.ibi.& Bal.commẽdat eam ad hoc in.l.fina. penulti.col. C. de fideicommiſſ. Et ſic vltima voluntas quantumcunq; imperfecta ratione ſolennitatis,declarat teſtatoris voluntatẽ. vt eſt caſus in dict.l.fina. & ſingulariter per Bald. in.l.in teſtamento. ff. de fideicommiſſ.liber.Et ſic conſuluit per illam legem Romanus conſil.79.in medio.2. col.Et ſic illud teſtamentum qualecunq; ſit,probat reuocationem aliorum teſtamentorum præcedentium , quamuis in ſecundo teſtamento non ſit inſtitutio hæredis: quia cùm in eo ceſſauerint alia omnia teſtamenta,& noluerit valere,niſi tantùm vltimum,ruptum fuit primũ, & teſtator ab inteſtato remanſit. ſecundùm Bald.in.l.ſancimus.C.de teſtam.& ibi Salice. & ſecundùm Ioan.de Imol.& Aretin. in.l.ſi ita.§. regula. ff. de liber. & poſthum.& in deciſionibus Guido.deciſio.200.& dicit,quòd ita in Parlamento fuit iudicatum. Et attento iure noſtro,iſta opinio eſt veriſsima. per text.in

*Teſtamentum minus ſolẽne probat defuncti uolũt.*



l.1.tit.2.lib.5.ordinamenti.

*L.1. titu.2. lib.5. ordi.*

Et quòd tale teſtamẽtum, ſi valeat in foro animæ & cõſcientiæ in effectu etiã in foro cõtentioſo ſuſtineatur, videtur: quia ſummi iudices,ad quos per vltimã appellationem deuentum eſt, tenentur ſecundùm quoſdam iudicare, inſpectâ non iuris ſubtilitate, ſed tantùm veritate.argum.l.11.titu.1.lib.3.ordin.

13 Et in rebus tangentibus animam, ꝙ debeat iudicari veritate inſpecta, & ꝙ ſufficiat minùs legitima probatio, probo ex ſequentibus. Primò, quia forus conſcientiæ eſt forus boni, & æqui, & tribunal veritatis . Pulchra verba ſunt Bald.in.l.vna.C.de confeſs.Item quia in his quæ tangunt animam, non curatur de apicibus iuris, nam cõſcientia eſt iudicium mentis conſonans in quodam iure naturali, aliena quodam modo à rigore iuris.vt dixit eleganter Bal.in.l.iuſtitia.ff.de iuſtit.& iur.& alibi idem Bal. in.l.ſi quis filio exhæredato.§.irritum.ff. de iniuſto rupto . quòd conſcientia eſt quid intrinſecùs latens in mente, quod nullatenus directò probari poteſt.Hinc etiam Bal.in authen.ad hęc.verſi.ſed dubitatur. C.de vſuris. dicebat, quòd conſcientia nihil aliud eſt, niſi ſenſus animæ cognoſcentis bonum & malum.Et ideò Bal.in ſuo cõſilio ſchiſmatis, quod communiter habetur ſuper rubric.C.ſi quis aliquem teſta.prohibuer. declarat,quid ſit conſcientia, & dicit, quòd conſcientia,& iuſtitia habent ſe vt diuerſa. vt dicit Bal.in.l.fina.C.de pœna iudi.qui ma. iud.Cùm igitur hîc tractemus de exoneranda conſcientia, non de apicibus iuris,ſed de veritate eſt tractandum, & ſic minor probatio requiritur.

*Probatio illegitima ſufficit in foro conſciẽtiæ.*

Secundò facit dictum Abb.in.c.ſicut dignum.fin.colum.de homicidi.vbi dicit, quòd in foro animæ non curamus de ſtricto modo intentandi actionem, ſed attenditur ipſum purum factum, & ſic ipſa veritas : vnde ex quo quis dedit cauſam damni, tenetur ad emendationem damni.ſecundùm Innocentium. Facit etiam quod tenet Bal. in.l.& ſi inutiliter.C.de fideicõmiſſ.ꝙ vbi aliquid fit ex conſcientia, non debet curari de apicibus iuris.Vnde dicit,quòd commiſſum ad conſcientiam, videtur commiſſum ad veritatẽ, & eſt ſatis,quòd ſit munitum iure gentium. Et licèt non allegat,facit tex.in.l.teſtamento. ff.de fideicommiſſ.liber. & in.l.milites. C.de religio.& ſumpt.fune. Facit etiam quod decidit Abb.in.c.relatum.in pr.de teſtam. verſi.ex ijs.quòd ſtante ſtatuto,quod in contractu mulieris interueniat conſenſus duorum propinquorum, aliâs non valeat,certè cõtractus mulieris, licèt nõ ſit ſeruata forma,valet in foro conſcientiæ, in quo ſolùm attenditur veritas, & ius gentium.Et ideò dicit Abb.in.c.porrectum.de regula.per gloſ.ibi,quòd profeſsio religionis facta, non ſeruata forma tradita à regula, ligat in foro conſcientiæ.

Tertiò facit dictum Innocentij in cap. quòd ſicut.de electio. quod multùm cõmẽdat Abb.in.c.quia pleriq;.de immunita.eccle.11.col. verſic. quo ad ſecundã partem quæſtionis. vbi tenet, quòd electus ad dignitatem eſt tutus in foro cõſcientiæ, ſi electio valet de iure gẽtium, licèt nõ ſit ſeruata forma iuris poſitiui. Sequitur idẽ Abb.in cap.1.in fi.de in integrum reſtitu. & Anchar.in regula,beneficium.de regul.iur.in.6. 6.q. Ex quibus omnibus patet clariſsimè, quòd in his,que tãgunt animam,iudicatur inſpecta veritate , & non curatur de apicibus iuris,& ſic minor probatio ſufficit.

Adhuc tamen tutius eſt tenere, quòd tale teſtamentum non valeat,nec reuocet prius teſtamentum. vt.§. poſteriore. Inſti.quibus mod.teſtamen.infirmetur. niſi in caſu.l.ſancimus. C. de teſtamen. Quia de poteſtate legis licèt non ſit dubitandum, quin poſsit,ſi velit, quem in foro

foro animæ obligare, tamen illud ita intelligendum eſt, vt in re dubia velle nũquam videatur. vt plenè docemur in.§.32.nume.15. Ergo in ſpecie noſtra magis eſt, vt per ſecundum teſtamentum minùs ſolenne.l.& ſi poſsit, non tamen videatur obligatum voluiſſe hæredem in priore teſtamento ſcriptum huic poſteriori teſtamento minùs ſolenni acquieſcere per rationes, quas ſignauimus in.§.1.nume.24.& nume.25. Quibus rationibus coguntur etiam iudices idem ſequi, vt cum legibus diſpẽſare, nullo permittente iure videantur, contra ea, quæ diſſeruimus in.§.6. num.4. Licèt autem lex nũquam videatur quenquam in foro animæ obligare voluiſſe, vt diximus, fallit tamen, quando ipſa lex id expreſſit, vt in foro conſcientiæ tranſgreſſor alicuius legis teneretur. Item fallit, quãdo lex expreſsit quem ipſo iure, vel ipſo facto obligari. vt diſſeruimus plenè in dict.§.32.num.15. cum ſequen. Vnde in terminis.l.9. tit. de la reſtitucion de los deſpojados. lib.3.ordinam. vbi defenſores ciuitatum vetantur immobilia ipſarum ciuitatum occupare ſub hac pœna, vt ipſo facto à decurionatu deciderent, reſpondimus tranſgreſſorem illius legis in foro animæ obligatũ magiſtratum etiã nullo incuſante deponere. Nã verba legis ita habẽt, So pena, que por el meſmo hecho pierdan el officio.

*Declara. l. 9. titu. de la reſtit. lib. 3. ordi.*

*Declara. l. 24. titu. de los uaſall. lib. 4. ordi.*

Qua ratione idem quoq; dicebam in terminis.l. 24. titul. de los vaſſallos del Rey. lib.4. ordina. vt verba illa, que por el meſmo caſo aya ſeydo, y ſea priuado. quorum ſenſus eſt, vt vaſſallus regius, qui à iuriſdictione regia ad eccleſiaſticã declinauerit, ſtipendio illo regio, ipſo facto priuatus exiſtat, inducãt, vt ipſo iure ab ſtipẽdio decidat, & nullo etiã incuſante, illud deponere teneatur in foro aĩæ.

*Declar. l. 6. tit. 1. lib. 6. ordi.*

Vnde ſimiliter in terminis.l.6. tit.1. lib. 6. ordin. vbi potentiores prælati, & aliæ perſonæ ibi comprehenſæ vetantur regia vectigalia cõducere ſub hac pœna, vt ipſo facto illius legis tranſgreſſor decidat ab omni ſtipẽdio regio, in hæc verba, Y de mas que por el meſmo hecho ayan perdido, y pierdã qualeſquiera marauedis, y pã, y juro, que en los nueſtros libros, &c. Ergo illius legis contemptor in foro animæ tenebitur ad illam pœnã nullo etiam incuſante.

Licèt autem lex in re dubia neminem, vt diximus, in foro animæ regulariter obligare voluiſſe videatur, neq; animas illaqueare regulariter expediat, tamẽ aliquãdo lex expreſsim in foro animæ quẽ obligatũ vult, quod potiſsimùm in reipublicę adminiſtratoribus, officialibúſq; publicis, aut regijs fieri & ſolet, & expedit. Vnde.l. 2. titu. de los Contadores maiores loquitur in hæc verba, Es nueſtra voluntad, y anſi lo declaramos, que por el meſmo hecho qualquier que hiziere contra las dichas Ordenanças, incurra en la pena, o penas dellas ipſo iure. Y deſde luego ſea obligado à pagar la dicha pena, o penas dellas in foro conſciẽtiæ, ſin que aya, ni ſe ſpere otra condenacion, quantoquier que el delicto ſea occulto, Quorum verborũ ſenſus eſt ſummos Rationales, aut etiam inferiores nõ poſſe ab ijs, qui cũ eis negotiantur, quicquam recipere, licèt donum vltrò oblatum fuerit, ſub pœna graui ibi expreſſa, ad quam continuò ipſo iure teneantur in foro animæ, nullo etiam incuſante. Quæ lex iuſtiſsima eſt, ne negotiatores ab reipublicæ, aut Regis adminiſtratoribus deprædentur.

*Declar. l. 2. tit. de los cont. lib. 6. ordi.*

*Declar. l. 13. tit. de los cont. lib. 6. ordi.*

Idemq; receptum eſt in terminis.l.13. eodem tit. quo ad inferiores rationales. & verba legis ita habent, En todas las dichas penas deſde agora condenamos al que en ellas cayere, y queremos que ſea tenudo in foro cõſcientię a las pagar ſin q̃ ſea, ni ſe ſpere ſer en ellas condenado por ningun juez. Quorũ verborum ſenſus eſt, legis trãſgreſſorem donum à negotiatoribus vetitum turpiter recipientem in foro animę ſtatim ad pœnam ibi ſtatutam teneri citra vllam iudicis ſententiam. Quam legem ſanctiſsimam, & veluti diuino afflatu delapſam, fas eſt dicere ad compeſcẽdam horum tyrannorum rabiem, inſatiabilemq; auaritiam.



*Declar. l. 1. titu. de los cont. de cu. lib. 6. ordi.*

Idemq; traditum eſt in.l.1. titu. de los Contadores mayores de cuentas. lib.6. ordina. vbi ſimiliter illi Rationales, tam ſummi, quàm inferiores vetantur dona accipere, ſub pœna graui, in hæc verba, En las quales penas deſde luego los condenamos, por manera, que ſean obligados à las pagar in foro conſcientiæ, ſin que mas ſean condenados en ellas, quãtoquier que el delicto ſea occulto. Quorum verborum ſenſus eſt, vt in foro animæ abſque vlla iudicis condemnatione teneantur. Deniq;.l.7. tit.3. lib.7. ordin. ibi, So pena, que por el meſmo hecho ayan perdido los officios. vult, vt magiſtratus reipublicæ, qui vectigal publicum cõduxerit, ipſo iure magiſtratu decidat, quam ſimiliter in foro animæ obligare defendimus ſuprà in ſimili. & ita eam intelligo.

*Declaratio. l. 7. tit. 3. lib. 7. ordinam.*

14 Fallit vigeſimononò in teſtamento militis, quòd valet cũ duobus teſtibus. vt in.l.1. & in.l. diuus. ff. de milit. teſtam. & in.§. planè. Inſtit. eod. tit. vbi ſimiliter per docto.l. ſicut certi. &.l. ſi cùm vel in vtero. &.l. milites. C. eod. tit. vbi communiter per omnes docto. Iaſ. in.l. hac conſultiſsima.§. ex imperfecto. num.6. & ibi Paul. C. de teſtam. Iaſ. in authen. nouiſsima. num.16. C. de inoffi. teſtam. Guiliel. Benedict. in.c. Rainutius. de teſtamen. num.21. in verbo, teſtamentum.1.

*Teſtamentum militis minùs ſolẽne ualet, etiam ſi ſit miles naualis. cũ communi.*

Milites autem ſunt in multiplici differentia, idque priuilegium extenditur non ſolùm ad milites terreſtres, ſed etiã ad milites nauales. Vñ Emanuel de Acoſta. in.l. Gallus.§. & quid ſi tantùm. in.1. parte. num.62. ff. de libe. & poſthum. ſic ait, Planè archigubernos, nauarchos, & trierarchos claſsium iure militari teſtari poſſe, dubitatio non eſt.l.1.§. item nauarchos. infrà. de bono. poſſeſsi. ex teſta. mili. vbi Vlpianus omnes etiam nautas, & vigiles in claſsibus militis eſſe ſcripſit, nec eſſe dubitandum, quin iure militari teſtari poſsint. Deniq; licèt in bello nauali non decedant, manifeſtè vult eorum teſtamenta quaſi militum valere: quanquàm Franciſcus Ripa in.l. centurio. num.11. ff. de vulg. & pupilla. contrarium deceptus ſcriptũ reliquerit. Quinimò milites nauales in certiori periculo ſeſe exponunt. vt in ſimili ait Bald. in.l. cùm oportet. C. de bonis quę lib. in prin. vbi ait, milites nauales peculium, & lucrum caſtrenſe habere, non ſecùs, quàm milites terreſtres. Mare enim hominib[9] immanibus aſsimilatur. vt ait Bal. in.l.2. C. de nautico fœnore. multa per Ioan. Lupum in.c. per veſtras. de donationib. inter virum & vxor. col.51. verſi. hinc eſt etiam. Vnde ſi maritus cœpit facere cõmercium, vel negotiari per mare, dicitur vergere ad inopiam. Bart. in.l. ſi conſtante.4.q.1.q. principalis. ff. ſolut. matrimonio. Et quàm periculoſa ſit nauigatio, & bellum nauale, docet

Ouid. lib.2. de ſine tit.

*Nauita ſollicitus quoq; uentos horret iniquos,*
*Et prope tam lethum, quàm propè cernit aquam,*
*Quòd ſi concuſſas Triton exaſperat undas,*
*Qui tibi nunc toto eſt, nullus in ore color,*
*Tu fœcunda uoces generoſæ ſydera* Ledæ,
*Et fœlix dicas, quem ſua terra tenet.*

Horatius Oda.3. lib.

*Illi robur, & æs triplex*
*Circa pectus erat, qui fragilem truci*
*Commiſit pelago ratem*
*Primus, nec timuit præcipitem Africum*
*Decertantem aquilonibus,*
*Nec triſtes hyadas, nec rabiem* Noti.

Ibidem.

*Audet omnia perpeti*
*Gens humana ruit per uetitum nephas.*

Iuuenalis.12. Satyra.

*I nunc, & uentis animam committe dolato*
*Confiſus ligno, digitis à morte remotus*

*Quatuor,*

*Quatuor, aut ſeptem, ſi ſit latiſsima teda.*

Seneca in Medea.

*Audax nimium qui freta primus*
*Rate tam fragili perfida rupit,*
*Terraſq; ſuas poſt terga uidens*
*Animam leuibus credidit auris.*
*Dubiaq; ſecans æquora curſu*
*Potuit teneri fidere ligno*
*Inter uitæ mortiſq; uias*
*Nimium gracili limite ducto.*

Terentius in Hecyra.

*Non Hercle uerbis*
*Parmeno dici poteſt tantum, quàm re ipſa, nauigare incommodum eſt.*
*Par. Itáne eſt? Soſ. O fortunate neſcis quid mali præterieris*
*Qui nunq̃ es ingreſſus mare, Nam alias ut omittam*
*Miſerias, unã hanc uide, dies triginta, aut plus ea*
*In naui fui, cũ interea mortẽ ſemp̃ expectabã miſer.*
*Ita uſq; aduerſa tempeſtate uſi ſumus.*

Tibul. Eleg. 9. lib. 1.

*Lucra petituros freta perq; patentia uentis*
*Ducunt inſtabiles ſydera certa rates.*

Propertius libr. 3. Elegi. 7. de morte Pæti.

*Ite rates curuæ, & lethi quoq; texite cauſas.*
*Iſta per humanas mors uenit acta manus.*
*Terra parum fuerat, terris adiecimus undas,*
*Fortunæ miſeras auximus arte uias.*
*Ancora te teneat, quem non tenuêre penates?*
*Quid meritum dicas, cui ſua terra parum eſt?*
*Ventorum eſt quodcunq; paras, haud ulla carina*
*Conſenuit? fallit portus & ipſe fidem.*

Claudianus in præfa. lib. 1. de rapt. Proſerpinæ.

*Inuenta ſecuit primus qui naui profundum,*
*Et rudibus remis ſollicitauit aquas:*
*Qui dubijs auſus cõmittere flatibus alnum,*
*Quas natura negat, præbuit arte uias.*
*Tranquillis primùm trepidus ſe credidit undis,*
*Littora ſecuro tramite ſumma legens.*
*Mox longos tentare ſinus, & linquere terras*
*Et leni cœpit pandere uela Noto.*
*Aſt ubi paulatim præceps audacia creuit,*
*Cordaq; languentem dedidicêre metum,*
*Iam uagus irrupit pelago, cœlumq; ſecutus*
*Aegæas hyemes, Ioniumq; domat.*

*Accidit & noſtro ſimilis fortuna Catullo,*
*Cùm plenus fluctu medius foret alueus, & iam*
*Alternum puppis latus euertentibus undis*
*Arboris incertæ nullam prudentia cani*
*Rectoris conferret opem, decidere iactu.*
*Cœpit cum uentis, imitatus Caſtora, qui ſe*
*Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno*
*Teſticulorum, adeò medicatum intelligit inguen.*
*Fundite quæ mea ſunt, dicebat, cuncta Catullus*
*Præcipitare uolens etiam pulcherrima, ueſtem*
*Purpuream, teneris quoq; Mecœnatibus aptam.*

Stat ergo, quòd teſtamentum militis minùs ſolẽne valeat. Iſta eſt communis opinio, vt iam diximus, quæ variè intelligitur. Primò in milite terreſtri. Secundò etiam in milite nauali, vt modò diximus. Tertiò intelligitur, vt p̃cedat quo ad numerum teſtium, nam in eius teſtamento duo teſtes ſufficiunt. vt eſt communis opinio per tex. ibi in. l. 1. & in. l. diuus. ff. de milit. teſtam. in. §. planè. vbi cõmuniter docto. Inſtit. eod. tit. & eſt text. expreſſus in. l. 4. tit. 1. parti. 6. ibi, ante dos teſtigos llamados, y rogados para eſto. facit. l. 5. tit. 1. partit. 1. & l. 6. tit. 14. partit. 3. & l. 49. tit. 5. partit. 5. Tradit Guilielmus Benedict. in. c. Rainutius. de teſtam. in. §. teſtamentum. 1. num. 20. notabiliter per Corne. conſil. 118. In hac conſultatione. lib. 3. num. 7. Michaël Ciſontanus in. l. 3. Tauri. in. 1. fallentia.

*Teſtamentum militis non requirit numerũ, nec rogitũ teſtiũ pro forma, noua opin. cum Corn.*

15 Intellige tñ notabiliter ſecũdùm Corne. vbi ſuprà. vt illi duo teſtes non requirantur pro forma teſtamenti militaris, ſed tãtùm ad probationem, vnde ſi alio legitimo modo teſtamẽtum militis probaretur, putà, per confeſsionem partis, vel aliâs, tunc id teſtamentum valeret, etiam ſi nec duo teſtes interuenirẽt, vel ſi interuenirent, rogati non fuiſſent. Neque ad rem pertinet dict. l. diuus. & dict. §. planè. & d. l. 4. tit. 1. partit. 6. vbi expreſſim duo teſtes etiam rogati exiguntur. Nam per rationem expreſſam in dictis iuribus, illa iura ſunt reſtringẽda. l. cùm pater. §. dulciſsimis. ff. de lega. 2. gloſſ. in clemen. 1. de electione. glo. in authen. de hæredibus ab inteſtato. in. §. fi. quas glo. communiter approbatas diximus. Sed in. d. iuribus expreſſa eſt illa ratio. Quòd ſi teſtes ad hoc ipſum rogati non interfuiſſent, facilè verum militis iudicium ſubuerteretur. Ergo illa ratione ceſſante,





te, prout ceſſat, quando aliâs conſtat de vera militis volũtate, debet ceſſare illud requiſitum de duobus teſtibus rogatis: & per hoc debet militis teſtamẽtum valere, etiam ſi rogitus, & numerus teſtiũ deficiat. Optimè facit, quod in ſimili ſuprà diximus circa intellectum. l. 1. ff. de libe. & poſthum.

Stat ergo, quòd in teſtamento militis non ſunt neceſſarij duo teſtes, nec eſt neceſſe, quòd teſtes ſint rogati, non magis, quàm in actibus inter viuos. Et vtrunq; nouiſsimum eſt, & fortè præter mẽtem communis opinionis ſuprà relatæ.

*Intell. l. 4. ti. 1. par. 6.*

16 Vnde infertur neceſſaria declaratio ad dict. l. 4. tit. 1. parti. 6. vt dum ait, dos teſtigos. procedat, quantũ ad probationem regularem, non autem quantũ ad ſubſtantiam, vel formam teſtamenti. Vnde non excluditur, quin tale teſtamentum alia probatione ęquipollenti, vel plenio re poſsit probari. Nam quęcunq; ad probationem tantùm deſiderãtur, poſſunt impleri æquipollenter. glo. communiter approbata in. l. hac conſultiſsima. in verb. indicia. C. qui teſtam. fac. poſ. & diximus circa intellectũ. d. l. 1. ff. de libe. & poſthum. ſuprà.

*L. 4. tit. 1. parti. 6. ſecũdò declaratur.*

17 Similiter. d. l. 4. in verb. llamados. recipit aliam neceſſariam declarationem, vt cùm ille rogitus requiratur nõ pro forma, ſed ad ſolã probationẽ, eius omiſsio non noceat, ſi aliter de veritate conſtat per ſuperiorem rationem.

*Teſtamentũ ad pias cauſas non requirit rogitum, nec numerũ teſtiũ pro forma. cũ cõi.*

18 Vnde infertur, ꝙ in teſtamẽto ad pias cauſas rogitus teſtium ſimiliter neceſſarius non eſt, nõ magis, quàm in actibus inter viuos: quia ſola ſolennitas iuris gẽtium in tali teſtamento deſideratur, ſecundùm Corne. vbi ſuprà. quòd communiter receptum eſſet, ſuprà diximus in fallent. ſuperioribus.

*Illat. noua.*

Infertur, ꝙ in teſtamento ad pias cauſas duo etiam teſtes nõ ſunt neceſſarij, ſi aliâs vel alio legitimo modo, putà, per confeſsionem, vel aliam legitimã probationem de tali teſtamento facto ad pias cauſas conſtare poſsit, ſecundùm Corn. in. d. conſi. 118. lib. 3. quia in. c. relatum. 1. de teſtam. illi duo teſtes ad probationẽ tantùm, non etiam pro forma deſiderantur. Licèt aliter ſentiant Ioan. Andr. Anton. Imol. Abb. & alij in dict. c. relatum. Bart. in. l. 1. C. de ſacroſan. eccle. nu. 76. & ibi Bal. in fin. Marcus Anto. in. §. ſed hæc quidem. Inſt. de teſtam. nu. 35. Pariſi. conſil. 24. col. 2. lib. 3. & alij, quos ſuprà retulimus, dum ſimpliciter tenent duos teſtes exigi.

*Teſt. factũ corã preſbytero parochiali nõ requirit num. teſt. nec rogitũ p̃ forma. no. op.*

19 Vnde infertur idem fore in teſtamento facto coram presbytero parochiali, quod teſtamentum ſimiliter non deſiderat interuẽtum duorum teſtium, nec rogitum eorũ pro forma eſſentiali, ſed tantùm pro probatione, & conſequenter ſi alio quouis legitimo modo probetur, valebit ſine rogitu teſtium, & etiam ſine interuentu eorum.

*Teſt. peregrini nõ requirit num. nec rogitũ teſtiũ p̃ forma. no. op.*

20 Infertur quartò, ꝙ teſtamentum peregrini, quod, vt ſuperiùs diximus, ęquiparatur teſtamento milit. ſimiliter valebit ſine rogitu, & etiam ſine interuẽtu duorũ teſtium, ſi alio quouis legitimo modo probetur. Et ita extenditur. l. 2. tit. 2. lib. 5. ordinam.

*Decla. l. 2. titu. 2. lib. 5. ordi.*

*Teſt. factũ à patre inter liberos, nõ requirit numerũ nec rogitũ teſt. pro forma. noua opi.*

21 Infertur quintò, idem fore in teſtamẽto facto à patre inter liberos, nã valebit ſine rogitu, & etiam ſine interuẽtu duorũ teſtium, ſi alio quouis legitimo mo-

*Intell. dup. ad. l. 7. tit. 1. par. 6.*

22 do probetur. Vnde infertur neceſſaria declaratio ad. l. 7. tit. 1. parti. 6. ibi, faziendo lo ante dos teſtigos llamados, è rogados para eſto. vt illud intelligatur eſſe de ſolennitate, non formali, ſed probatoria: & ſic poſsit impleri æquipollenter per aliud quodcunque genus probationis legitimæ.

*Ead. noua declarat. in teſta. facto corã principe.*

23 Infertur ſextò, idem fore in teſtamẽto

*Intell. ad. l. 5. ti. 1. pt. 6.*

24 facto coram Principe. Et ſic debet intelligi tex. in. l. omniũ. C. de teſtam. & in. l. 5. tit. 1. parti. 6.

*Idẽ in teſta. principis.*

25 Eadem ratione ſeptimò idẽ erit in teſta

mento facto ab ipſomet Principe.

26 Infertur octauò, idem fore in teſtamẽto facto ab eo, qui habet merũ imperiũ in loco vbi teſtatur, nam tale teſtamẽtũ valebit ſine rogitu, & etiam ſine interuẽtu teſtiũ, cùm teſtes ibi requirantur pro ſolẽnitate tm̃ probatoria, non formali.

*Idem in teſtamẽto facto ab habente merũ imperium.*

27 Infertur nonò, idem fore in teſtamẽto facto apud acta iudicis, vbi teſtes ſimiliter pro ſolẽnitate tãtùm probatoria, nõ formali deſiderantur, & ſic æquipollenter ea probatio impleri poteſt.

*Idẽ in teſtamẽto facto apud acta iudicis.*

28 Infertur decimò, idem fore in teſtamẽto facto tempore belli.

*Idẽ in teſtamẽ.facto tẽpore peſtis.*

Infertur vndecimò, idem fore in teſtamento facto tempore peſtis.

29 Infertur duodecimò, idem fore in teſtamento facto in carcere tyranni.

*Idẽ in teſt. facto in carcere tyrãni*

Infertur decimòtertiò, idem fore in teſtamẽto facto vbi erat hominum penu-
30 ria.Nam in omnibus his caſibus, & ſimilibus relaxatur ſolennitas teſtamentorum, & iuris gentium ſolennitas duntaxat deſideratur, quo iure ſufficiunt duo teſtes, etiam non rogati, & etiam ſine teſtibus aliæ legitimæ probationes admittuntur: nec eſt neceſſaria teſtium ſubſcriptio, nec reliqua id genus, vt ſuperiùs in ſimili diximus.

*Idem in teſtamẽto facto ubi erat hominũ penuria.*

Illud autẽ dubium eſt, an aduocatus,
31 & docto. legentes gaudeant priuilegio militis in hoc, vt ſine ſolennitate iuris ciuilis poſsint teſtamentum facere? Et cõmunis opinio quibuſdam repugnantibus eſt, ꝙ non. vt reſoluunt Alex. Socin. Iaſ. Ripa, Alciat. & alij in.l.Centurio.in prin.ff.de vulga. quia in exorbitantibus non poteſt fieri extenſio, vbi eſt minor ratio. Nec dubium eſt, quin longè minor ſit ratio in doctoribus legentibus, vel in aduocatis, quàm in militibus. Illi enim licèt militibus aſsimilentur. vt in l.aduocati. cum gloſſ. & ibi notatis per docto. tamẽ inter reliquas rationes, propter quas militibus relaxatur ſolennitatis teſtamentariæ obſeruatio, illa ratio potiſsima eſt, quòd iura ignorare præſumuntur. vt in prin. Inſti.de teſtamen. milit.§.planè.eodem tit.l.1.l.diuus.ff.eodem. diximus etiam ſuprà. Quæ ratio ceſſat in doctoribus, & aduocatis, quibus turpe eſſet ius ignorare. ff.de origi. iur.l.2.§.Seruius autem.

*Militis priuilegio in teſtando nõ gaudẽt doctores, & aduocati.*

In contrarium autem, vt hi etiam gaudeãt militum priuilegijs, facit, quia ipſi quoque militare intelligũtur. dict.l.aduocati. & plerunq; milites armati ſunt perfidi, immanes, auidi, cupidi, non ſic in militia togata. Vnde Lucanus lib. 10.bel.ciuil.

*Nulla fides, pietaſq; uiris, qui caſtra ſequuntur.*
*Venaleſq; manus: ibi fas, ubi maxima merces.*

Per contrarium in militia togata reperitur integra, ſanctaq; virtus, atq; laudabilis. Vnde Ouidius ad Piſonem.

*Nec enim ſi bella quierunt.*
*Occulit & uirtus: licet exercere togatæ*
*Munera militiæ, licet & ſine ſanguinis hauſtu*
*Mitia legitimo ſub iudice bella mouere.*
*Hic quoq; ſeruati continget gloria ciuis,*
*Altaq; uictricis intexunt limina palmæ.*
*Olim turba uias impleuerat agmine denſo,*
*Ardua nunc eadem ſtipat fora, cùm tua mœſtos*
*Defenſura reos uocem facundia mittit.*
*Seu trepidos ad iura decem citat haſta uirorum*
*Et ſic mare iubet centeno iudice cauſas.*
*Seu capitale nefas operoſa diluis arte.*

Deniq; tenẽda eſt communis opinio. Nam licèt digniores ſint milites togati, quàm armati, tamen aliunde præmium petere debent, non in eo, quòd eis relaxetur teſtandi ſolennitas, quæ ſibi parũ vtilis eſſet. argum.dict.§.planè.dict.l.diuus.iuncta.l.iubemus.C.de teſtam.

Quid in Cardinalibus, & ſimilibus, vide per Socin. in.l.Centurio. colũ.1. &.2. ff.de vulgar.

32 Ille autem caſus ſatis dubius eſt, an hodie teſtamentũ militis deſideret cauſam exprimi in præteritione, aliàs teſtamẽtũ ſit nullũ? Mouet quæſtionẽ, ꝙ olim præteritio militis non vitiaret teſtamẽtum, ſed haberetur pro exhęredatione.l.ſicut certè.l.ſi cùm vel in vtero.§.pe.Inſt.de exhæredatione.

*Militis teſtam. hodie ſubiacet q̃relæ, & re q̃rit cauſæ expreßionẽ in prætoritione. cũ cõi contra Iaſ. et alios*



hæred.libe. Ampl.vt idem in præteritione erga poſthumũ.l.ſi cùm vel in vtero. in fi.C.de teſta.milit.Ampl.in pręteritione circa adoptatũ.l. idem eſt.ff. de teſta. milit.Ampl.in præteritione erga filium, quem habere ignorabat, ſi hoc animo erat, vt vellet, ꝙ quiſquis ſibi naſceretur, is exhæres eſſet.l.qui iure milit. de teſta. mil.ff. Ampl.quartò, vt procedat, etiam ſi non miles, ſed veteranus deceſsit, infra annũ tm̃ miſsionis.§.ſed hactenus. Inſti. de teſta.mili.Ampl.quintò, vt procedat etiam quo ad hoc, vt filius is remoueatur à cõtra tab.liberti.l.ſi patronus teſtamento.in prin.ff.de bon.libert.l.Paul.2. ad fi.eod.Limit.in eo, qui ignorabat ſe filios habere.l.ſicut certi.l.ſi cũ vel in vtero.in prin.C.de teſtam.mil. Limit.in eo, qui tẽpore teſtamenti nõ erat occupatus in militia, ſed iam veteranus erat.§.pe.Inſti.de exh.lib.à contrario ſenſu.& in.§.illis autẽ.&.§.ſed hactenus. Inſti.de milit. teſta.Limit.& cùm tempore teſtamenti erat in militia, ſi tamẽ mortuus fuit poſt annum à tempore miſsionis. Stat ergo teſtamentum militis olim nõ vitiari ex cauſa exhæredationis, vel pręteritionis: hodie autem cõmunis opinio eſt, quòd teſtamẽtum militis ex cauſa exhæredationis, vel præteritionis factæ, cauſa non expreſſa, vitietur, non ſecùs, quàm teſtamentum pagani. Vnde infertur primò, quòd ſi paterfa.miles liberos exhæredet ſine cauſæ expreſsione, teſtamentũ non valebit. Infertur ſecũdò, quòd ſi liberos prætereat, cauſa nõ expreſſa, ſimiliter teſtamentum non valebit. Licèt in hoc caſu, & ſuperiore corrigantur tex.in.§.illis autem.& in.§.quatenus.& in.§.pe.Inſtit. de milit.teſtam.& in.l.fina.C.de inoffic. teſtam. & in.l. ſicut certi. & in.l. ſi cùm vel in vtero.C.eod.titu.de teſtam. milit. Infertur tertiò, quòd ſi filiusfa.miles faciat teſtamentum de caſtrenſi peculio, & patrem exhæredet, cauſa non expreſſa, teſtamentum non valebit. Infertur quartò idem fore, ſi matrem exhæredet cauſa non expreſſa. Infertur quintò idẽ fore, ſi patrẽ prætereat, cauſa non expreſſa. Infertur ſextò idem fore, ſi matrẽ prætereat, cauſa nõ expreſſa. Hæ concluſiones omnes ſunt communiter approbatæ, ſecundùm Iaſ.nu.8.in.l.ſicut certi.C. de teſtam.milit.& ſecundùm Iaſ.nu.5.in l.fi.C.de inoff.teſtam. Salice.Fulgoſ.Cinus, Alexand. & alij in dict.l.ſicut certi. Bart.in authen.ex cauſa. C.de lib.præte. vbi Curti.iuni.nu.49. & Alexan. col.4. & alij ibi communiter. Viglius in.§.pe. Inſtit. de milit.teſtam. Iaſ.in dict.authẽ. ex cauſa.nu.19. Decius in.l.ſi cùm vel in vtero.C.eod.titu.Mouentur omnes per tex.in authen. vt cùm de appell.cognoſcitur.in.§.& hæc quidem de parentum. verſi.ſancimus.ibi, rebus proprijs, in quibus habent teſtandi licentiã. & in verſi. ſi pater nurui.ibi, in rebus, in quibus habent teſtãdi licentiam.& in verſi.his caſibus.ibi, de quibus filij teſtari potuerãt. In quibus iuribus præteritio, vel exhæredatio filijfa. erga parentes vitiat teſtamentũ, niſi ſit expreſſa cauſa præteritionis, vel exhæredationis. Et ille tex.in tribus locis ſuprà expenſis, intelligitur in milite filiofa. Patet, quia loquitur de rebus, in quibus filijfa. habent teſtandi licentiam: ſed filiusfa.miles habet teſtãdi licentiam in bonis caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus, non autẽ in aduentitijs, vel profectitijs. vt in.l.pen.& fi. C.qui teſta.face.poſſ.& in.§.fi. Inſti.de mili.teſta. & in.§.illis autẽ.& in.§.hactenus.eod.tit. & in.l.fi.C.de inoff.teſta. Ergo cùm tex. dicat, vt tripliciter expẽdimus, ꝙ in quibus rebus filiusfa. habet teſtandi licentiam, tenetur exprimere cauſam exhæredationis, vel præteritionis, & filiusfa. habeat teſtandi licentiam, tam in caſtrẽſibus, quàm in quaſi caſtrenſibus, ſequitur, quòd tenebitur exprimere cauſam exhæredationis, vel pręteritionis tam in caſtrenſibus, quàm in quaſi caſtrẽſibus.

Vnde cùm bona caſtrenſia ſolus miles
habere poſsit, ſequitur, quòd filiusfami.
etiam miles de caſtrenſibus, vel alijs te-
ſtari non poterit, niſi exprimat cauſam
exhæredationis, vel præteritionis. Sed in
omnibus ſex concluſionibus ſuperiori-
bus verior eſt opinio Romani, & Iaſ. cō
tra communem in .d.l. ſicut certi. nu.8.
Primò, quia ſummoperè vitãda eſt legũ
correctio. vt in.l. ſi quando. in prin. C. de
inoffi. teſtam. Secundò, quia in dict.§.&
hæc quidem de parentum . Imperator
nullum verbum protulit in milite: er-
go ſi id voluiſſet, expreſsiſſet. vt in.§. ſin
autem ad deficientis. C. de cad. toll. Ter
tiò, quia ius nouum generaliter loquẽs,
recipit interpretationem paſsiuam, & re
ſtrictiuam per leges veteres. vt in.l. nam
& poſteriores. & in.l. non eſt nouum. ff.
de legib. & ex communi opinione reſol
uunt Alexan. poſt alios per tex. ibi in.l.1.
§. lex falcidia. ff. ad leg. falci. Rode. Xua-
rez in.l. quoniam in prioribus. ſuper le-
ge regia ibi inſerta. in prin. C. de inoffi. te
ſta. vnde illa verba, In quibus rebus ha-
bent teſtandi licentiam. debent intelli-
gi ſine correctione iuris veteris, vt pro-
cedant in quaſi caſtrenſibus, in quibus
teſtatur filiusf. paganus. Quæ licèt olim
querelæ non ſubiacerent, hodie tamen
ſecùs. vt in authen. presbyteros. C. de epi
ſcop. & clericis. & in dict.§. hæc quidem
de parentum. Quartò, quia lex noua ge
neraliter loquens, præſertim ſi ſit corre-
ctoria, non intelligitur comprehendere
caſus, qui habẽt ſpeciale priuilegium in
illa materia. glo. communiter approba.
vt per Iaſ. vbi ſuprà. in.l. ſciendũ. in prin.
ff. qui ſatiſdare cogãtur. vbi latè Iaſ. poſt
alios. ſed miles in hac materia iure vete-
ri habebat peculiare priuilegiũ, vt eius
præteritio, vel exhæredatio etiam ſine
cauſa valeret, & excluderet querelam,
vt dict. iuribus. ergo, &c. Niſi reſpõdeas,
quòd etiam filiusfa. paganus ſimile pri-
uilegium habebat, vt teſtamentum fa-
ctum de quaſi caſtrenſibus non ſubiace
ret querelæ, & quòd eius præteritio, vel
exhæredatio erga parentes valeret ſine
expreſsione cauſæ. ergo, &c. Et cùm. d.§.
& hæc quidem de parentum. in tribus
locis ſuprà expenſis generaliter loqua-
tur, negari nó poteſt, militem filiumfa.
qui teſtatur de caſtrenſibus, comprehen
di non ſecùs, quàm filiusfam. paganus,
qui teſtatur de quaſi caſtrẽſibus. Et præ-
terea vtrobiq; eſt eadẽ ratio. & facit etiã
tex. in authen. presbyteros. C. de epiſco.
& clericis. & ſic tutius eſt tenere cómu-
nes ſententias.

33 Interea adde, ꝙ teſtamentum militis
olim querelæ non ſubiacebat, quod va-
riè intelligitur. Primò in patrefa. milite
teſtamentũ faciente. l. fi. in prin. C. de in-
offi. teſta. Secundò in filiofa. teſtamentũ
faciente. d.l. fi. & .l. teſtamentũ. C. de inof
fi. teſta. Tertiò intelligitur, ꝙ parentes te
ſtatoris nó poſſunt querelam mouere.
d.l. teſtamentũ. Quartò intelligitur, ꝙ fi
lij teſtatoris non poſſunt querelã moue
re. l. de inoffi. ff. eod. tit. Quintò intelligi
tur nó ſolùm ſi fiat iure militari, ſed etiã
ſi fiat iure cómuni. d.l. de inof. Sextò in-
telligitur, etiã ſi miles eſſet, qui volebat
querelã mouere. l. ſi iuſtitia. §. de inof. ff.
de inoffi. teſta. Ratio dubitandi per. l. ſed
& milites. §. coæqualitas. ff. de excuſ. tut.
Septimò intelligitur etiam in teſtamẽto
veterani, ſi & ſit infra annum miſsionis.
l. Papinia. §. ſi quis in militia. ff. de inoffi.
teſta. & tempore militiæ factũ eſſet. §. ſed
hactenus. Inſti. de milit. teſta.

*Militis teſtamentum hodie ſubiacet querelæ. cũ communi. contra glo.* Roderi. *Xuarez, & alios.*

Vnde infertur teſtam. peregrini vitia-
ri, niſi talis expreſsio fieret. & ita intelli-
go. l.2. tit.2. lib.5. ordina.

*Declara. l. 2. tit. 2. lib. 5. ordi.*

Hodie autẽ controuerſum eſt, an teſta
mentũ filijfa. factũ de caſtrenſibus, vel
quaſi caſtrenſibus ſubiaceat querelæ. Et
ꝙ hodie querelæ nó ſubiaceat, non ma-
gis, q̃ olim, tenuerũt glo. in auth. ex cau-
ſa. in verb. irritũ. C. de lib. præt. Sẽtit glo.
in auth. presbyteros. C. de epiſco. & cler.
Bal.



Bal. in.l. cum lege. C. eod. tit. Rode. Xua-
rez in.l. quoniã in prioribus. C. de inoffi.
teſtam. fol.3. col.3.

Sed in contrarium ſe habet vera, & cõ
munis opinio, quã tenent glo. & docto.
in.l. teſtamẽta. vbi Bar. Iaſ. & alij. C. de in
offi. teſta. glo. & docto. in.l. ſi cùm vel in
vtero. C. de milit. teſta. glo. in.l. Papini. §.
Papinia. ff. de inoffi. teſta. & glo. fi. in. d.l.
cũ lege. Bar. in. d. authẽ. ex cauſa. col.9. in
prin. vbi Iaſ. nu.19. & Curti. iuni. nu.49.
poſt alios cõmuniter ibi. Alexan. in.l. fi.
in fin. C. qui teſtam. fac. poſſ. Iaſ. in. d.l. ſi-
cut certi. nu.8. & in.l. fi. nu.5. C. de inoffi.
teſtam. Deci. in.l. ſi cùm vel in vtero. C.
de milit. teſtam. per text. in dict. authen.
presbyteros. melior tex. in. d.§. & hæc de
parentum. vt ſuprà induximus.

34 In ſumma, ille caſus ſatis ambiguꝰ eſt,
an miles, ſi in vna re hæredẽ inſtituit, ne
q; ei nullũ cohęredem dedit, videatur in
omni reliquo inteſtatus deceſsiſſe? Qua
in re communis opinio eſt, ꝙ in reliquo
nó videatur inteſtatus deceſsiſſe. vt latè
probat glo. vbi pleriq; ſcribẽtium in.l.1.
C. de teſt. milit. & ibi Iaſ. latiſsimè. nu.10.
cũ pluribus ſequẽtibus, quod dic vt. ſ.

*Miles ſi hæredẽ in re certa tantùm faciat, in reliquo nõ uidetur inteſtatus deceßiſſe. cõtra communem.*

35 Illud autẽ notãdum eſt, ꝙ miles poteſt
hæredem inſtituere nutu, vel coniectu-
ris. Ita nouiſsimè, & elegãter docet Ema
nuel de Acoſta in.l. Gallus. §. & quid ſi tã
tùm. in prin. nu.31. ff. de libe. & poſth. nã
in milite ſola voluntas ſpectatur, & rata
eſt. l.1. ff. de milit. teſta. l.1. in fi. C. eod. tit.
licèt in pagano ſecùs eſſet. l. iubemus. C.
de teſtam. & plenè diximus ſuprà. idẽ er
go & in peregrino. Et ſic ampliatur no-
tanter. l.2. tit.2. lib.5. ordina. & euincitur
coacta ratione. Nam ſi tacita exhæreda-
tio firmat teſtamentũ militis. l. ſicut cer-
ti. l. ſi cùm vel in vtero. C. de teſta. milit.
multò magis ſuſtinebitur tacita hęredis
inſtitutio, quę fauorabilior eſt. l. cũ qui-
dam. ff. de libe. & poſthum.

*Miles hæredẽ nutu facere poteſt.*

*Declar. l. 2. tit. 2. libr. 5. ordi.*

Vnde infertur notabilis intellectus ad
l. Gallus. in prin. eod. tit. vbi filio, quo ad
verba pręterito, nepos ex eo ita ſubſtitu
tus fuit, ſi filius meus, me viuo, deceſſe-
rit, tunc nepos ex eo, qui poſt mortem
meam naſcetur, hæres eſto. Neq; appa-
ret filium fuiſſe expreſsè inſtitutum, &
per hoc teſtamentũ nullum fuiſſe vide-
batur. l. inter cætera. ff. de liber. & poſth.
l.1. ff. de iniuſt. rup. & in prin. Inſti. de ex
hæredat. libero. Verùm cùm in hac ſpe-
cie negari non poſsit, quin is filius taci-
tè inſtitutus videatur. argu. tex. in.l.3. C.
de inoffi. teſtam. & quia qui vult conſe-
quens, hoc eſt, ſubſtitutionem valere, vi
detur velle, & præmiſiſſe ipſius filij inſti
tutionem, quæ eſt antecedens neceſſa-
rium ad validitatẽ ſubſtitutionis. ergo,
&c. vt. l. illud. ff. de acq. hære. & .l.2. ff. de
iuriſdicti. omnium iudic. & ſic, quòd in
terminis. d.l. Gallus. in prin. valeret teſta
mentum, ſi teſtator eſſet miles, etiam ſi
filius nó eſſet expreſsim hæres ſcriptus,
tenuerunt ibidem Emanuel in prin. nu.
31. & ibi Ange. nu.3. & Martin. Lauden.
in tracta. de principibus. q.447. Quod
extendunt ipſe, & Emanuel, vbi ſuprà.
vt procedat etiam in teſtamento princi
pis, quod quidẽ teſtamentũ valeat ſine
iuris ciuilis ſolennitate. arg. l. omnium.
C. de teſtam. inq; eo hæredis inſtitutio
non ſecùs, quàm in teſtamẽto militis nu
tu fieri poterit. Sed in terminis. d.l. Gal-
lus. ſi teſtamentum fieret à milite. Imol.
ibi in.2. col. & Alexan. col.4. in cõtraria
ſunt opinione, vt licèt teſtamentũ ſuſti-
neretur, non tamẽ ex eo capite, quòd fi-
lius videretur tacitè inſtitutus, ſed ma-
gis ex eo, ꝙ tacitè videretur exhæreda-
tus. Quæ tacita militis exhæredatio te-
ſtamentũ ſuſtineret, nó ſecùs q̃ expreſſa.
Nos aũt ſumus in noua opini. vt in ter-
minis. d.l. Gallus. ſi teſtamentũ fieret à
milite, licèt filius, quo ad verba, reuera
præteritus eſſet à patre milite, tñ ea præ-
teritio pro exhæredatione haberi non
poſsit: quia præteritio militis, qui filiũ ſe
habere ignorabat, vel mortuũ putabat,

vel aliâs bona mente fiebat, non habe-
tur pro exhæredatione, neque eius teſta
mentum firmat, ne filius ille patris pri-
uetur hæreditate præter eius voluntaté,
& naturale votum.l.cùm ratio.ff.de bo-
nis damnatorum.l. ſcripto. ff. vnde lib.
Ita in ſpecie probat dict.l. ſicut certi. &
dict.l.ſi cùm vel in vtero.Facit text.in.l.
ſi ita.§.fina.ff.de libe.& poſthum. Vnde
36 in terminis dict.l.Gallus.pater miles nõ
potuit videri filium ſuum mala mente
præterijſſe, quem, ſe viuo, moriturũ pu-
tabat. Sicq; filius ille non potuit haberi
pro exhęredato, eo caſu, quo patri ſuper
uiueret, adhuc tamen eo caſu valeret te-
ſtamentum militis, quaſi hæres ille ex-
traneus ſub hac conditione ſcriptus vi-
deatur, ſi filius viuo teſtatore deceſſerit,
vt ſi ſuperuiuat patri, tunc is teſtator in-
teſtatus deceſsiſſe videatur, quaſi deficié
te conditione inſtitutionis. Ergo hoc ca
ſu filius & præteritus reuera fuit, tam ex
verbis, quàm ex mente teſtatoris. Nec
poteſt ex mente, & ſententia teſtatoris
pro inſtituto haberi, licèt id falſò opiné-
tur Emanu. & Ange. nec etiam haberi
pro exhæredato, licèt id falſò opinétur
Imol. & Alexand. cùm teſtator non poſ
ſit videri eum inſtituiſſe, vel exhæredaſ-
ſe eo caſu, quo, ſe viuo, filius moriretur,
ſicq; eius inſtitutio, aut exhæredatio ina
37 nis, & pro non ſcripta foret. Eadem quo
que in teſtamento matris ex mente, &
ſententia Ange. Imolæ, Alexan. & Ema-
nuel. vbi ſuprà. procederent, vt ſi mater
diceret, Si filius meus, me viua, deceſſe-
rit, tunc nepos ex eo hæres mihi eſto. nã
tunc is filius vel pro inſtituto haberetur
ſecũdùm Emanuelem, & Ange. vel pro
exhæredato, ſecundùm Imol. & Alexan.
Nos contrà, vt pro præterito habeatur,
cùm in eius perſona eo caſu, quo, viua
teſtatrice, moriretur, inanis, otioſa, &
pro non ſcripta futura fuiſſet tam inſti-
tutio, quàm exhæredatio.

*Militis præteritio non habetur ꝑ euictione, neque pro exhæredatione in terminis legis. Gallus. contra omnes.*

*Matris præteritio in terminis. l. Gallus. non haberetur pro inſtitutiõe, aut exhæredatione. contra omnes.*

Denique illud non eſt prætermitten
dum, ꝙ peculium eſt quadruplex, profe
ctitium, aduentitium, caſtrenſe, & qua-
ſi caſtrenſe. vt tradit glo. in. l. cùm opor-
tet. C. de bon. quę lib. in verbo, exceptis.
text. optimus vbi per glo. & omnes in. l.
fin. C. de inoffi. teſtam. glo. 1. in prin. Inſt.
per quas perſo. nob. acq. tex. in. d. l. cùm
38 oportet. per totam legem. Caſtrenſe di-
citur, quod militiæ cauſa, vel occaſione
filiusfa. acquiſiuit, non acquiſiturus, ſi
non militaret. l. ſi fortè. & l. caſtrenſe. ff.
de caſtr. peculio. & de iſto filiusfa. pote-
rat olim liberè diſponere tam inter vi-
uos, quàm in vltima voluntate.

*Peculiũ caſtrẽſe quid dicatur.*

39 Sed dubium eſt, an quod coniunctus
in militia donauit cõiuncto, id in re du-
bia militiæ cauſa, an potiùs coniunctio-
nis cauſa donatum videatur? Et Gome-
ſius in. §. actiones autem. num. 14. Inſtit.
de actio. & Lupus de Pal. rub. in rep. ru-
bri. de dona. inter virum & vxor. num.
16. §. 44. tenent in re dubia ratione ſan-
guinis potiùs, quàm militiæ donatum
videri, ſicque caſtrenſe non reputari. ar-
gum. l. tutor. §. qui tutoribus. ff. de excu.
tutor. Sequitur Crottus in. l. frater à fra-
tre. in princip. ff. de condi. indebi. Facit,
quia naturalia, vt eſt coniunctio ſangui
nis, præualent accidentalibus, vt eſt mi-
litia. l. ſi quis poſthumos. in prin. ff. de li-
ber. & poſthum. Contrariam ſententiã
tenet Coraſi. lib. 2. miſcellanearum. c. 4.
per tex. in. l. hæreditate. ff. de caſtren. pe-
culio. & quia iſta interpretatio vtilior
eſt ipſi militi donatario. argum. tex. in. l.
2. ff. ad Macedo. & l. ſeruum filij. in prin.
ff. de leg. 1. l. 2. ff. de caſtrenſi peculio. l. fi.
C. de inoffi. teſtam. l. 1. §. nec caſtrenſe. ff.
de colla. bonorum. Vnde infertur cõclu
ſio, Quod cõiunctus donat coniuncto
militi, non ſanguinis, ſed militiæ ratio-
ne donatum videtur. Sed Coraſi. lib. 2.
miſcella. c. 4. id negat generaliter proce
dere, ſed tantùm, quando illa donatio fa
cta eſſet inter cõmilitones coniunctos,
non enim ſufficit, militẽ eſſe donatariũ,
vt volunt prædicti, niſi & donator miles
ſit. ita propriè loquitur dict. l. hæreditate
Cõſ. vltra Coraſ. per. l. licèt. C. de pact. vbi
inter cõmilitones per ſimplicem pactio-
nem datur hæreditas, & tamen non eſt
receptum, quòd à pagano militi dari
poſsit. Tenendo ergo opi. Coraſ. fac con
cluſiones. Caſtrẽſe eſt, quod in militia fi
liusfam. quæſiuit, non acquiſiturus niſi
militaret. dict. l. ſi fortè. l. caſtrenſe. ſuprà
all. Ampliatur vt caſtrenſe reputetur etiã
id quod talis filiusfa. habuit à coniũcto
commilitone. l. hæreditate. ſecundùm in
tell. Cora. ſuprà alleg. Quod verò datum
fuit à coniuncto, qui ſecũ non militabat,
ſibi non quæritur tanquam caſtrẽſe, ſed
tanquam aduẽtitium. d. l. tutor. §. qui tu-
toribus. Quæ hoc modò intelligẽdo, am
40 plia. nota. vt in donatario milite ꝓcedat.
Quaſi caſtrẽſe peculiũ eſt, quod aduoca
tus percepit ex ſalario publicè deputato.
l. fori. l. cùm aduocatio. C. de adu. diu. iu-
di. Sed quęritur, an quod hodie à clientu
lis capiũt, ſimile reputetur. Quod firmat
glo. ſingu. in. l. fori. quam ſequuntur Ci-
nus, & Bald. in. l. fi. vbi Iaſ. num. 2. C. de in
officio. teſtamen. Crottus in. d. l. frater à
fratre. num. 2. Gomezius in dict. §. actio-
nes. nu. 15. per. l. velut. C. de aſſeſſo. Quod
probatur ratione. Nã cùm ſalarium ſub
rogetur loco ſalarij publici, ſuccedit re-
gula, ſubrogatus. &c. latè Iaſ. in rub. ff. de
verborũ. nu. 15. Adde nouam ſpeciem
ſecundùm Gomez. nu. 15. in dict. §. actio-
nes. in eo quod habuit ex donatione fa-
cta à principe. l. cùm multa. C. de bo. quę
lib. Idem in eo qui non recognoſcit ſupe
riorem, quia & his æquiparatur Impera-
tor. De qua æquiparatione meliùs quàm
alibi per Ripam num. 7. in rubr. extra de
conſtit.

*Peculiũ caſtrẽſe eſt, quod donat miles cõmilitoni etiã coniuncto. cũ Coraſi. cõtra alios*

*Peculium quaſi caſtrẽſe quid.*

Redeundo ad militem verum non in
terpretatiuum adde, quòd miles in re du
bia non videtur habere animum præter
eũdi eum filium, quem ſe habere ignora
bat, aut mortuum putabat. l. ſicut certi.
l. ſi cùm vel in vtero. C. de teſtam. mil. fa-
cit. l. Titius. in princi. ff. de liber. & poſth.
l. mater decedens. C. de inofficioſo teſta-
mento.

Infertur ergo, quòd miles licèt regu-
lariter poſsit legum formas in teſtamen
tis condendis prætermittere, tamen ſi ve
lit, ne aliter teſtamẽ. ſuum valeat, quàm
cum iuris communis ſolennitate, eius vo
luntas ſine dubio rata erit. vt tradunt oẽs
per text. ibi in. l. in teſtamento. C. de teſta
mento mili. Quinimò etiam in re dubia
ſecundùm communes opiniones miles
videtur vti iure communi, cuius contra
rium ſolitus ſum defendere, ideo facio
talem concluſionem.

Militem in re dubia iure ſuo non cõ-
muni vſum videri.

41 Contrariam concluſionem, & ſic cõ-
munem tenent omnes doct. quales ſunt
Salice. & Paul. in. l. in teſtamento. C. de te
ſtam. milit. vbi idem ſequuntur Fulgoſi.
& Corne. in vltimo notabi. num. 10. Bal.
in. l. quanquam. C. eod. Paul. in. d. l. in te
ſtamento. nume. 8. qui illum text. ad hãc
cõcluſionem dicit meliorem de iure. De
cius in. l. 1. de teſtamento milit. num. 3. &
iterum nume. 5. idem Decius in dict. l. in
teſtamento. vltimo notabi. num. 11. & idẽ
Decius in dict. l. quanquam. numer. 20.
Alexan. ibi colum. 1. vbi etiam Salice. Frã
ciſc. de Ripa in. l. centurio. de vulg. n. 6. &
iterũ. n. 23. & iterũ. nu. 46. & ibid. nu. 49.
Iaſ. in. l. in teſtamento. num. 6. de teſtamẽ
to. mil. Curti. in. l. precibus. C. de impub.
num. 43. Corne. in dict. l. in teſtamento.
vltimo nota. per tex. ibi, quem dicit me-
liorem de iure ad hanc concluſionẽ. idẽ
Corne. in. l. quanquam. eod. Romanus
in. d. l. quanquam. nume. 4. & in. d. l. in te
ſtamento. nume. 4. Areti. in dict. l. in teſta
mento. in prin.

*Miles uidetur uti iure cõmuni ſecundùm cõmunem op. nos contrà.*

42 Idem quoq; tenet Couar. extra. de te-
ſtamen. cap. Rainutius. §. 9. nume. 19. qui
ex hoc infert compendioſam à milite fa
ctam verbis communibus poſt puber-

*Compendioſa facta à milite poſt pubertatem iure tãtùm*

 tatem

*fideicom- miſ. ualet.*

tatem non iure directæ militaris,ſed iure tãtùm fideicommiſ. valiturã, vt per hoc miles iure communi vſus videatur. Idẽ Iaſ.in.l.precibus.colum.7.in medio.poſt Salice.ibidem.C.de impub. Alexand.in l.centurio.num.53.poſt Paul. & Fulgoſi. ibidem. Salic.Ioan.And.quos refert Alexan.ibid.nu.52.

*Miles, qui filiũ inſtitutũ reſtituere iuſsit hæredit. legitimæ peperciſſe uidetur.*

43 Idem Soci.in.d.l.centurio.colum. 16. qui ex hoc infert poſt Areti.& Imol.ibidem, quos ipſe quoq; citat, quòd miles, qui filium inſtitutum iuſsit hęreditatem reſtituere, non videtur eum grauaſſe in legitima reſtituẽda: vt quemadmodum paganus,qui filium reſtituere rogauit, legitimæ ipſius peperciſſe videtur.argum. l.ſi quando.§.illud.C. de inofficio. teſtamen.vbi traditur per omnes.& per Areti.in.l.qui ſuperſtitis.ff.de acquiren. hæred.ita etiam miles,qui iure cõmuni paganorum vti videtur,peperciſſe legitimę filiorum videtur.Et quòd miles iure cõmuni vti videatur,firmat Socin.in.l. Cẽturio.de vulg.colum.10. & iterum colũ. 14.qui poſt Iacob.de Arena.Cin. Salicet. & Paul. in.l.precibus.C.de impub. quos ipſe refert,infert cõpendioſam ſubſtitutionem à milite verbis cõmunibus factã poſt pubertatẽ iure tãtùm fidei. nõ directę militaris valere,vt ſic iure cõi vſus videatur.Idem quoq; firmat iterum col.12 vbi etiam infert vt ibi per eum. Idẽ tenet ibid.column.14. Vnde infert ſecundùm quoſdam, quòd miles etiam per directã militarem non videtur vti iure ſpeciali, ſicq́; non videtur filio quo ad legitimam præiudicare.Idẽ firmat Ripa ibid.nu. 67. Vnde infert, quòd compendioſa verbis communibus facta poſt pubertatem iure tantùm fidei.non iure directæ militaris valebit, ſiue mater exiſtat in medio,ſiue non,vt ſic iure tãtùm communi vſus videatur,non priuilegio. Vnde ibid.nu. 46. ait poſt Imol. & Areti. ibid. & Alex. & Pau.in.l.precibus.quos refert & ſequitur,quòd ſi per fideicommiſ.grauet filiũ, nõ videtur grauaſſe in legitima. Ideo in nume.68.infert,quòd compendioſa à milite per verba obliqua facta, poterit mater impuberis deducere tam Trebellianicam,quàm legitimam.Idem firmat Alexan. ibid.nu.43.&.51.&.52. poſt glo.d.l. Centurio.quã ipſe dicit cõmuniter app. firmat inquam,quòd quia miles videtur vti iure communi,ideo cõpendioſa verbis ſiue directis,ſiue communibus facta à milite poſt pubertatẽ obliquatur. Hoc amplius inquit, etiam ſi expreſsim velit ipſe per directam militarem matri quo ad legitimam præiudicare,nõ poterit, & longè minùs id poterit per fideicõmiſſariam. Idq́; intelligit & amplius iterum nu.57. Idem vult Iaſ. in dict.l. Centurio. num.28.& Politus in tract.de compend. nume.14.& Zaſi. in tract. de compendi. ſubſt.nume. 9.quòd quia ſemper miles videtur vti iure communi, ideo ſi faciat compendioſam, ſiue verbis directis,ſiue cõmunibus, ſemper poſt pubertatem valeret iure tantùm fidei. non iure directæ militaris,quando mater exiſtit in medio, nam ſi non exiſtat,tenent vtroq; caſu, ꝙ valeat iure directæ militaris.Idẽ in principali cõcluſione, quòd iure cõmuni vſus videatur,tenet ibid.Lancel. Galiaula.nu. 75.& nume.60.in dict.l.Centurio.& Ioãnes Bap.in.l.precibus.C.de impub.

*Fundam.cõmunis.*

44 Huius autem tam receptę ſententiæ caput præcipuumq́; fundam.cõſiſtit( vt & omnes fatentur)in.l. in teſtamento.1. C.de teſtamẽ.milit. vbi filiam impuberẽ cum extraneo hæredes inſtituit, eosq́ue inuicem ſubſtituit, filia poſtquàm patri hæres extitit,in pupillari ætate deceſsit, cuius ſucceſsionem mater ab inteſtato, iuréue legitimo vendicabat,cohæres autem,idemq́; ſubſtitutus multis nominibus ad ſe pertinere cõtendebat. Primùm quaſi ex pupillari ſubſtitutione vocatus, quam ſubſt.pupillarem ſub reciproca cõprehendi in confeſſo eſt.iuxta text. cum glo.fin.in.l.Lucius.in princi.ff.de vulga. quæ



quæ ſubſtitutio pupillaris ſub reciproca contenta,vt pote ſaltem verbis generalibus expreſſa (vt illic docent Barb.& alij) excludit matrem.vt firmant gloſſ.& oẽs ibid.per tex.ibi.Sed hæc allegatio excluditur in.d.l.in teſtamento.in prin. Nam quòd regulariter traditur ſub reciproca pupillares etiam cõtineri,id(inquit) procedit, quando reciproca fit illis, quibus ſingulis pupillaris fieri poterat, ſecùs ſi ſingulis fieri non poterat,vt in ſpecie noſtra,vbi extraneo fieri nõpoterat pupillaris,licèt filio poſſet. Vnde ſubſtitutꝰ hac allegatione fruſtratus, alia via idem tentauit. Nanq; (inquit) certum eſt, quòd miles poteſt ex priuilegio ſpeciali non ſòlùm ante aditam ( quod poſſunt etiã pagani)ſed & poſt aditã directò ſubſtituere.l.milites etiam.&.l.ſi miles ita hæredẽ. ff.de mili.teſtamento.&dict.l.in teſtamẽto.2.reſpõ.licèt pagani non poſsint poſt aditam.vt.l.poſt aditam. C.de impuber. Vnde cùm miles ſimpliciter & indefinitè dixerit,vos inuicem ſubſtituo. ſub his verbis comprehendere potuit, & reuera cõprehendit omnes omninò ſpecies ſubſtitutionum.argumẽ.dict.l.Lucius.ff. de vulga.& in ſpecie tenet Barto.ibid. colũ. 1.&.2.ergo comprehendit etiam directas militares, quo fit, vt poſt mortem alterutrius, ſuperſtes ad præmoriẽtis portionem per directam militarem admitti debeat.Ergo licèt is ſubſtitutus per pupillarem non admittatur,tamen per militarẽ, quæ tã extraneo, quàm filio fieri potuit, admitti deberet.Imperator autem fatetur hanc allegationem: reſpondit tamen quòd licèt poſsit ex priuilegio militares vtriq; facere,tamen in dubio nõ videtur feciſſe,quia iure communi, non priuilegio vti videtur.

Mihi autem libuit in primis hunc nodum diſſoluere,rationem animi mei ſequutus potiùs,quàm ſolennem procedẽdi obſeruationem.Igitur cùm ( vt oſtendimus)verb.ſubſtituo,in ſui generalitate vtrunq; caſum comprehẽdat, tam aditæ,quàm repudiatæ hæreditatis. vt & patet ad ſenſum.& probat.l. iam hoc iure. ibi,hoc cõmuni verbo.ff.de vulg.& ſentit Barto.in.l.Lucius.colum.2.eod. videbatur,quòd ſi teſtator dixit, primum inſtituo,ſecundũ ſubſtituo.tũc ſiue per repudiationem inſtituti,ſiue poſtquã adiuit per mortem eius portio vacare cœpiſſet,locus fieret ſubſtituto. Quod nouiſsimè expendit Alciatus in rubr.ff.de vulg. nume.3.&.6.& tamen contrarium obtinuit,vt per legis interpretationem verbi, ſubſtituo, ſignificatio contra vim verborũ coãguſtata fuerit per rationes, de quibus per Alciatum.ita procedit.l.poſt aditam.C.de impuberum.Quod& ipſe multò antè, quàm in eius ſcripta incidiſſem, pręſenſeram,& publicè diſſerueram.Modò ſic,vt ſi paganus dixit,Hæredes meos inuicem ſubſtituo. licèt poſsit etiã poſt aditam per fideicommiſ. ſubſtituere .vt per totum.C.&.ff.ad Trebel.tamen non videtur ſubſtituiſſe niſi tantùm ante aditam.d.l.poſt aditam.ita etiam miles licèt poſsit etiam poſt aditam per militarem directò ſubſtituere, tamen non videtur niſi tãtùm ante aditam ſubſtituiſſe: vt data paritate terminorum non minùs miles iure ſpeciali,quàm paganus iure communi vti videatur,quãdoquidem in terminis illius legis quemadmodum miles non videtur vti iure ſpeciali, ne poſt aditã inſtitutus teneatur reſtitutionis onere,ita & paganus non videretur vti iure communi,ne poſt aditã inſtitutus quaſi ex fideicommiſſo teneretur onere reſtitutionis.Id quod ſatis innuitur in.l.Lucius.de vulga.& in.l.iam hoc iure. verſi. quodius.& in dict.l.in teſtamento.1. reſpon.& in.l.quanuis. C. de impuberum. in quibus veluti notum proponitur, ꝙ cùm reciproca fit imparibus (id eſt, illis, quorum ſingulis pupillaris fieri non poterat,licèt quibuſdam poſſet) ſub tali reciproca ſòlæ vulgares continentur, non etiam

etiam fideicommiſſariæ. Ratio, quia ſub
ſtitutio fit non vt onus fideicommiſſi
iniungatur primò nominato, quem præ
dilexit teſtator. vt. l. Publius. §. 1. ff. de cõ-
diti. & dem. ſed vt ſi fortè repudiaretur
hæreditas, vel aliàs excluderetur inſtitu-
tus, tunc ſupereſſet alius hæres ſubſidia-
rius, qualis eſt ſubſtitutus. argumẽ. C. de
cad. tollen. ad prin. & Inſtitu. de vulga. in
princi. Itaq; in terminis dict. l. in teſtamẽ
to. non quia miles non videatur vti priui
legio, ſed quia nec miles, nec paganus
poſt aditam videntur in dubio ſubſtituiſ
ſe, excluditur ſubſtitutus. Aliàs enim ſi
diceremus id fieri, quia non videtur vti
iure ſpeciali, tunc ſequeretur, quòd cùm
fideicommiſſariam poſſet facere de iure
communi, tunc ſaltem per fideicommi.
poſſet ſubſtitutus petere hæreditatẽ, per
que fideicommiſſariam à milite factam
vniuerſam militis hæreditatem, de qua
non deducitur Trebellianica, conſeque
retur, quod eſt euidenter contra illum
text. Isq; eſt nitidus, planus, & inauditus
intellectus ad illum text. quem intelle-
ctũ ſi maiores noſtri vidiſſent, nũquã (ſi
nõ fallor) cõem illã ſententiã per illũ tex.
defendiſſent, niſi vrgentiora fund. inue-
niſſent. Pro cõi etiam videtur facere. l.
quanquam. C. de teſtamento milit. l. 1. in
fin. eodem. l. militis codicillis. §. final. ff.
eod. l. querebatur. ff. eod. l. ſi certarum. ff.
eod. l. ſicut certi. l. ſi cùm vel in vtero. C.
eodem. quarum tam inductionẽ, quàm
reſolutionem conſultò miſſam facimus,
quia vtrunque facillimum eſt.

Nam verus intellect. d. l. 1. C. de teſtam.
milit. in verſicu. & liquidò probatur. eſt,
quòd probatur eo ipſo, quòd non proba
tur contrarium. Nam miles, qui ex parte
tantùm, vel ex rebus certis ſcripſit hære-
dẽ, in reliqua hæreditatis parte videtur
inteſtatus decedere voluiſſe. vt probat
text. in. l. ſi duobus. & in. l. ſi miles vnum.
ff. de milit. teſtamento. & tenent gl. mag.
& ibi communiter doctores in. l. 1. C. de
teſtamento militis.

Item verus intel. ad dict. l. quanquam.
eſt, quòd teſtator, qui per numerum vn-
ciarum diuiſit hæreditatem, licèt ipſa in
12. vncias regulariter diuidatur, tamẽ po
teſt per teſtatorem in plures, vel paucio-
res vncias diuidi. vt. §. hæreditas. & in. §. ſe
quenti. Inſtitu. de hære. inſti. & vt poteſt
in plures, vel pauciores vncias hæredita-
tem diuidere, ita in re dubia in tot vncias
eam diuidere videtur, quot diſtribuit. vt
ibi. & §. videamus. Inſtitu. de hære. inſtit.
idq; ſiue teſtator miles ſit, ſiue paganus.

Item ad. d. l. ſicut certi. & l. ſi cùm vel
in vtero. verus intellect. eſt, quòd teſtator
ſiue miles ſit, ſiue paganus, ſi liberos in te
ſtamento ignoranter præterijt, non vide
tur voluiſſe eis nocere. Quod intelligitur
primò, quando præterijt filium, quem ſe
habere ignorabat. Secundò, quando prę
terijt filium, quem mortuum putabat.
Tertiò, quando præterijt poſthumum.

Et in omnibus his caſibus idem quo-
que foret in teſtamento pagani. Nam ea
omnia etiam in teſtamento pagani pen-
dent ex libera voluntate, & arbitrio te-
ſtatoris, & fiunt à lege interpretationes
in fauorem teſtatoris pagani, & ſimiles
interpretationes fiunt in fauorem teſta-
toris militis, ne ſit deterioris conditionis
quàm paganus. Et ſic generaliter dici-
mus, quòd omnes interpretationes fauo
rabiles, quæ fiunt à lege in teſtamẽtis pa-
ganorum, fiunt etiam in teſtamento mi-
litis. vt in. l. ſi Rufinus. & in. l. captatorias
C. de teſtamento milit. & vtrobique per
Iaſ. poſt alios. & probatur. in. ll. ſuprà al-
legatis. & ita etiam procedit dict. l. ſi cer-
tarum. & ita etiam procedit dict. l. mili-
tis codicillis. §. finali. & dict. l. quæreba-
tur. in principi. ff. de mil. teſtamento. vbi
probatur, ꝙ licèt miles poſſit decedere
cum duobus teſtamẽtis, tamen in dubio
cùm facit ſecundum teſtament, videtur re
cedere à primo. Ratio, quia duo in ſolidũ
hæredes vnius teſtatoris eſſe non poſſunt.
l. quod



l. quod contra. §. vni duo. ff. de regul. iur.
Ergo cũ vniuerſa hæreditas hæredi in pri-
mo teſtamento ſcripto data fuerit, & etiã
tota hæreditas fuerit data hæredi in ſecun
do teſtamento ſcripto, & vltima voluntas
deroget priori. l. pacta nouiſsima. C. de pa-
ctis. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de
legat. 3. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de le-
gatis. 1. ſupereſt, vt miles, qui hæredi in pri-
mo teſtamẽto ſcripto totam hæreditatem
dedit, & totam hæreditatem ſecundo de-
dit, in ſecundo teſtamẽto videatur recede-
re velle à prima voluntate, & quod primo
dedit, in ſecundum transferre: nam & ea-
dem volũtatis interpretatio fit in teſtamẽ-
tis paganorum, & ſimiliter fieri debet in te
ſtamentis militum, ne aliàs eorum delude
retur voluntas, & eſſent deterioris condi-
tionis, quàm pagani.

Nunc verò ad contrariam partem ver
tamus intuitum, quæ non ſolum à nemi-
ne vnquàm defenſata, ſed nec etiam in di-
ſcrimen adducta fuit. Pro qua in primis vi
get talis conſideratio.

*Voluntas ſupponit in telligentiã.*

45 Voluntas præſupponit notitiam, & in
telligẽtiam: ſed miles inſpecta legis cenſu-
ra non habet notitiam iuris communis, er
go impoſsibile eſt, quòd videatur eo iure
vti, quod ipſe ignorat, quale eſt ius cõmu-
ne. Quòd autem volũtas præſupponat no
titiam, præterea quòd patet ad ſenſum, pro
batur in. l. mater decedens. de inofficioſo
teſtamento. ff. ibi, cùm & hi qui neſciant
ius ſuum eligentes id quod putent ſibi cõ
petere non admittant. facit text. in. l. cum
qui. in primo reſponſo. & in. l. nihil. §. pen.
eodem titulo. & in. l. de ætate. §. ex cauſa
ff. de interrogatorijs actionib⁹. & in. l. ſi cũ
te. ff. de pactis. & in. l. in repudiãda. & in. l.
Clodius. ff. de acquirend. hær. & in. l. fina.
§. antepenulti. C. de furtis. & in. l. habebat.
in fine. ff. de inſtitoria actio. Id quod ob-
tinet non ſolùm quum defectus volunta-
tis erat certus, & indubitatus, ſed etiã quũ
erat præſumptus. argumento text. in. l. ſi
vnquàm. C. de reuocan. donatio. proinde
per ſuperuenientiam liberorum donatio-
nem omnium bonorum, vel partis eorũ
quaſi ex defectu volũtatis præſumpto in-
firmari receptum eſt. vt ibidem. Qua ratio
ne obtinuit, filium, qui patris hæreditatẽ
reſtituere rogatus fuit, non teneri ad reſti-
tutionem, ſi cum liberis deceſſerit, quaſi ſi
teſtator cogitaſſet de liberis filij ſui graua
ti, id onus inducturus nõ fuiſſet. vt in. l. cũ
acutiſsimi. C. de fideicommiſ. & in. l. gene-
raliter. §. curant. C. de inſtitutio. & ſubſtit.
& in. l. cùm auus. ff. de conditio. & demõ.
Et ideo ſi mater quæ filios inſtituerat in
puerperio alterius filij præteriti deceſſerit,
non videtur eum præterijſſe, eo quòd vo-
luntas prætereundi præſupponit intelligẽ
tiam filij pręteriti, ea autem mater filij poſt
factum teſtamentum nati notitiam non
prçſumitur teſtamenti tempore habuiſſe,
ideoq; ea præteritio quaſi voluntate defe
cta non nocet. vt in. l. 3. C. de inofficioſo te
ſtamento. Nam & præteritio militis erga
eum filium, quẽ ſe habere ignorabat, mor
tuúmue putabat, non nocet filio, quaſi pa
terfamiliàs miles nõ videatur habuiſſe ani
mum prætereundi eum filium, quem ſe
habere ignorabat. vt in. l. ſicut certi. & in. l.
ſi cùm vel in vtero. C. de teſtamento milit.
Denique mutatio inſtitutionis nõ nocet
priori hæredi, quem teſtator deceſsiſſe exi
ſtimabat. vt in. l. ſi. ff. de hęre. inſtitu. Neq;
ad rem pertinet, quòd notiſsima ſit iuriſci
uilis regula, poſteriorem voluntatem præ
ualere priori. vt in. l. ſi mihi & tibi. §. in lega
tis. ff. de lega. 1. & in. l. diuus. §. licèt. ff. de iu-
re codicillo. l. ſi quis in principio teſtamẽ-
ti. ff. de lega. 3. in. l. pacta nouiſsima. C. de
pact. in. l. pacta. ff. de contrahẽda empt. in
l. ſi quis priore. ff. ad Trebellianum. in. l.
quærebatur. ff. de milita. teſtamento. in. §.
poſteriori. & in. §. ſed & ſi quis. Inſtitu. qui
bus modis teſtamentũ infirmatur. Nanq;
illa iura procedunt, vbi non arguitur defe
ctus voluntatis, qualis interfuiſſe videtur
in ſpecie noſtra, vel ex errore teſtatoris, vel
ex ignorantia. Quibus adſtipulari vide-
tur

tur,quod dicitur in.l.ſi pater. de hæredi. inſt.C.in.l.neq; apud.eodem.& in.l.eam quã.C.de fideic. & in.l.ſi per errorẽ.ff.de iuriſd.omniũ iud.cum vulgatis.

*Miles præſumitur ius ignorare.*

46 Quòd autẽ miles iuris cõmunis ignarus videatur,nuncupatim probat tex.in l.quanquã. in verbo, ſimplicitatẽ militarem.C.de teſtam.mil.& in pr.Inſt. eodẽ. & in.l.fi.§.1.C.de iur.delibe.& in.l.1.C.de iuris & fact.ign.& in.l.1.in verbo,ſimplicitati.ff.de mil.teſta.Stat ergo ex ſuperioribus militem iuris communis ignarum nõ poſſe videri vti iure communi, cuius notitiam non habet.

*Miles qui filiũ rogauit hæred.reſtituere,nõ uidetur pepercisse legitimæ. contra communẽ.*

47 Vnde infertur,quòd miles,qui filium inſtitutũ rogauit,vt vniuerſam hæreditatem reſtitueret,nõ videtur tacitè excepiſſe legitimam filio debitam,quinimò vniuerſum reſtitui voluiſſe viſus eſt, vtpote qui priuilegio ſuo non iure communi, quod ignorat,vti videtur. Hinc eſt,ꝙ ex hæreditate ipſius nõ deducitur falcidia. vt in.l.in teſtamento.2.C.de teſtam.mil. in.l.in teſtamento.C.ad.l.falc.in.l.3.in fi. princip.ff.ad Trebellianum. Proinde apparet veram non eſſe cõmunem ſententiã exiſtimantiũ non videri eum legitimę filiorũ nocere voluiſſe,quaſi iure cõmuni vti videretur.Neq; ad rẽ pertinet quod dici ſolet, paganum, qui filiũ reſtituere iuſsit,non videri eius legitimæ nocuiſſe, cùm ſit inſignis differẽtiæ ratio inter paganum,qui iuris communis peritus cenſetur,ſicq; ex præcepto.l. videtur legitimæ nocere noluiſſe.vt in.l.ſi quis.§.illud C.de inoffi.teſtam. & militem, qui iuris communis ignarus,tali præcepto paruiſſe viſus non eſt.

*Paganus qui iuſsit filiũ hær.reſtituere nõ uidetur legitimæ pepercisse.*

48 Deniq; quod omnes veluti notum indubitatumq; proponũt,vt paganus,qui filiũ inſtitutum reſtituere iuſsit,legitimæ pepercisse videatur, id nobis non probatur.Nam onus fideicomm.ex legitima filiorum non tam ex voluntate, diſpoſitionéue teſtatoris, quàm ex prouiſione legis reijcitur, vt in.l.quoniam in prioribus.& in.l. ſcimus.§. cùm autem. & in l. omnimodo. &.l. quæ nuper. C.de inofficioſo teſtamen. id quod præſenſiſſe videtur Iuſtinianus,qui in authen.vt cũ de appellatione cog.§. cęterum. ſcriptũ reliquit,onus legitimæ,quod inducitur per diminutionem ipſius reijci diſpoſitione legis,induciq; legitimæ repletionẽ etiã contra expreſſam teſtatoris prohibitionem,tantùm abeſt,vt de voluntate teſtatoris id onus remotum videatur.

*Miles, qui filio inſtituto militariter ſubſtituit, non uidetur legitimæ pepercisse. cõtra doct.*

49 Tertiò infertur militem, qui filio inſtituto directam ſubſtitutionem militarẽ accõmodauit, nõ videri legitimæ ipſius pepercisse. Nam & ſi cum communi omnium ſententia fateremur, quòd paganus id feciſſe videretur obtẽperãs legum diſpoſitionibus,tamen ſecùs eſt in milite. Neq; obſcura eſt inter paganum, & militem differentiæ ratio,cùm paganus legum peritus præſumatur.vt.l.leges ſacratiſsimæ. C.de leg.ſecùs autem in milite,vt dictum eſt.Licèt cõtrarium,& malè,tenuerint Angel.& Paul.qui referuntur in add.ad Bar.in.l.precibus.nu. 8.ibi, ſed an ſit verum.

*Indubitãter poſſe militẽ legitimæ filiorũ præiudicare in re.ff.*

50 Quartò infertur non iuſtè dubitaſſe Ripam in.l.Centurio.num. 42.poſt glo. Bar.& ibi alios.ff.de vulga. an miles per directã militarẽ poſsit legitimę filiorum pręiudicare,cùm & ab initio poſsit.vt in l.in teſtamento.1.C.de teſtam.milit.& in l.milites etiam. & in.l. miles ita hæredẽ. in prin.ff.eod.& etiam ex poſt facto eius teſtamentum non ſubiaceat querelæ. vt in.l.fina.C.de inofficio.teſtam. & in.l. fi. C.qui teſtamẽta facere poſſunt. Id quod fatetur Alexander in.l. Cẽturio.ff. de vulgar.& pupilla.& Ripa ibidem

*Quòd etiã hodie teſta. militis non ſubiaceat querelæ.cõtra cõem.*

51 Deniq; omnes fatentur,quòd iure nouiſsimo authen. hodie ſubiacet querelæ teſtamentum militis.Mouẽtur per text. in auth.vt cùm de appella. cog.§. & hæc quidẽ.Sed nobis contraria ſententia verior ſemper viſa eſt.Nãlicèt ibi dicatur filiũfamiliàs teſtantem non poſſe patrem ſuũ



ſuũ pręterire,id qđ in filiofamiliàs milite neceſſariò intelligendũ ſit,cùm paganus filiusfa.de nullis bonis poſſit teſtari,vt habetur per oẽs,maximè Iaſo.& Deciũ in.l. pen.C.qui teſta.fa.poſſ. tamẽ ille tex.poteſt intelligi in filiofamil.milite,qui poſt miſſionẽ teſtatur de iure cõmuni: nam licèt poſt miſſionẽ duret facultas teſtandi, tamẽ non durat qualitas & priuilegiũ factionis teſtamẽti. vt tenet gl. pri. in.§.ſed hactenus.Inſti.de mil.teſta. quã dicit cõmuniter approbatã Vigli.ibi.Vnde nihil impedit intelligere illũ tex.in filiofa.milite, qui nõ in caſtris iure militari, ſed poſt miſſionẽ in vrbe iure cõmuni teſtabatur. Poteſt etiã intelligi in filiof.pagano,q teſtatur de quaſi caſtrẽſib⁹. iuxta.l. fi.C. de inof.teſta.Nam licèt priuilegij loco ei datũ ſit vt poſſit teſtari, tñ intelligendũ eſt vt teſtetur ſecundũ formã iuris cois,ſicq; vt patrẽ ſine cauſa ꝓteritũ nõ relinquat, queád.nõ põt nõ adhibere ſolẽnẽ numerũ teſtiũ. Et qa dixi cõmunẽ eſſe ſentẽtiã, vt hodie teſtamẽtũ militis ſubiaceat querelæ,tñ hac de re vi.glo. & doct. in.§.illis aũt.Inſti.de teſta.mili.gl.in.l.Papinianus. §.Papinianus.ff.de inof.teſta. gl.in.l.fi. C. eod.gl.in authẽ.ex cauſa.C.de lib.pręter. gl.in.l.ſi cùm vel in vtero.C.de mili.teſta. gl.in.l.cũ lege.C.de epiſ.& cle.gl.in auth. presbyteros.eod.gl.in.§.pe.Inſti.de exhę. lib.Iaſ.in.l.fi.C.de inof.teſta.n.5.Iaſ.in.d.l. ſicut.n.8.Barto.in.d.authen.ex cauſa.vbi Curti.n.49.Vigli.in.d.§.pe.Inſt.de exhæ. lib.Xuarez in.l.qm̃ in priorib⁹.C.de inof. teſta.fo.3.col.3.Iaſ.in.d.authẽ.ex cauſa. n. 19.Corne. Iaſ. Deci. poſt Alex.& alios in d.l.fi.C.qui teſtamen. fa. poſſunt.

*Quòd miles,qui iuſſit filiũ hære. reſtituere non uideatur ei ꝑmittere Trebel. detrahere cõtra Ripam*

52 Itẽ infertur verã nõ eſſe ſententiã Ripæ in.l.Cẽturio.n.49.ff.de vulga.dicentis,ꝙ miles,q filiũ inſtitutũ hæreditatẽ reſtituere rogauit,neq; ꝓhibuit deductionẽ Trebellianicæ,videtur permiſiſſe, vt deducatur:quia(inquit)cùm miles ꝓhibere poſſet,nec fecerit,ꝑmiſiſſe videtur. l.nec nõ ff.ex quib.cau.maio. Qua ratione idem

*Miles qui filio inſtituto militariter ſubſtituit nõ uideatur permittere deducere Trebel. contra Ripam.*

53 quoq; putat, cùm filius directã ſubſtitutionẽ militarẽ habuit. Sed iſthęc oĩa euidẽter inepta ſunt. Cõſtat em̃ militẽ iuris cõmunis ignarũ (quale eſt ius Trebellianicę deducẽdæ) nõ ꝑmiſiſſe videri vt deduceretur ea quarta,cuius notitiã nõ habebat. Præterea & ſi re vera eius notitiã haberet,adhuc idẽ foret.Quia q Trebellianicæ notitiã habet,neq; eã ꝓhibuit cũ poſſet, nõ tã id feciſſe videtur, quia velit quartã ſpõtè cõcedere, q̃ qa exiſtimat,ea vetita,futurũ,vt hæres repudiet hęreditatem,ſicq; totũ eius iudicium infirmetur.

*Quòd in teſtamẽto pagani etiam hodie uideatur contra ei⁹ præſumptã uol.deduci fal.*

54 Proinde infertur, ꝙ licèt hodie teſtator poſſet ꝓhibere falcidiã. vt in authen. ſed cùm teſtator.C.ad.l.falci. neq; prohibuerit,tñ cõtra eius volũtatẽ deduci videtur. qđ nominatim ꝓbat tex.in.c.Rainaldus. in fi.ex̃.de teſt.id qđ eſt cõtra ſentẽtiã Ripæ. Infertur etiã,ꝙ vel hodie falcidia deducitur cõtra præſumptã volũtatẽ teſtatoris,qđ eſt cõtra ſentẽtiã eorũdẽ. Subinfertur,ꝙ cùm ſecũdũ verã & cõmunẽ ſentẽtiã,de qua ꝑ Cor.& alios in.d.authẽ.ſed cùm teſtator. poſſit defunctus ꝓhibere Trebellianicã nõ ſecùs q̃ falcid.tñ licèt teſtator expreſſim eã nõ ꝓhibeat,nõ ꝑ hoc videtur eã ꝑmiſiſſe, ſed cõtra pręſumptã eius volũtatẽ deducitur. Quod ſimiliter eſt cõtra ſẽtẽtiã eorũdẽ ex mẽte cõis opi. Et ꝙ hodie falcidia nõ deducatur cõtra tacitã vol.teſtãtis,tenuerũt & malè Rip.in l.Cẽturio.n.49.ff.de vulg.Rip.in.l.1.§.deniq;.n.7.ff.ad Trebel.& iterũ in ead.l.1.in prin.n.15.Deci.cõſi.247.Curt.cõſ.76.col. 5.Paul.de Mõte in.l.in quartã.ff.ad.l.falc. col.28.Imol.in.l.1.ff.de leg.1.And.Sicu.& Ana. quos refert Ripa in.d.l.in quartã.n. 47.vbi ſibi contrarius tenet,ꝙ etiam hodie deducatur cõtra vol.teſtatoris tacitã.

Secũdò huic noſtræ ſentẽtiæ adſtipulatur inſigne illud Papiniani reſponſum,q in.l.Cẽturio.ff.de vulga. ſcriptũ reliquit, militẽ qui filio ſi infra viceſimũquintum ætatis annum deceſſiſſet directò ſubſtituit filio poſt pubertatem decedente,directam

rectã militarẽ accõmodaſſe videri. Con-
ſtat ergo priuilegio militari, non iure cõi
vſum videri, qñ cõſtat apud oẽs, ꝙ ſi iure
cõi vti videatur, tunc ea ſubſtitutio poſt
pubertatem vel nullo iure valeret, vel iu
re tantùm fideico. vt per Bar. & alios in. l.
Centurio. ff. de vulg.

*Cõpendioſa uerbis cõmunibus facta poſt pubertatẽ in teſtamento militis ualeat ut militaris directa, non ut fidei. cõtra cõmunem.*

56 Vnde infertur, ꝙ ſi miles faciat ſubſtitu
tionẽ cõpẽdioſam verbis cõibus, ea ſubſti
tutio poſt tpa pubertatis valebit iure dire
ctę militaris, nõ iure fidei. ſi mater nõ exi
ſtit in medio. Nã cũ verbũ cõe ſit aptũ cõ
prehẽdere vtrũq; casũ tã repudiatiõis, q̃
acquiſitiõis. vt in. l. iã hoc iure. in verbo,
cõi. ff. de vulga. ſeqtur, ꝙ nõ minùs locũ
habebit directa militaris poſt portionẽ
acquiſitã morteq́; amiſſã, q̃ vulgaris ante
acquiſitionẽ. id qđ eſt cõtra cõem ſentẽtiã
Bar. in. d. l. Cẽturio. & in. l. pcibus. C. eod.
Id qđ pręterea ꝙ nominatim pbatur in. d.
l. Cẽturio. firmatur rõne noſtra, q đfendi
mus militẽ priuilegio ſuo in re dubia vſũ
57 videri potiùs, q̃ iure cõi. Nec me mouet

*L. precibus*

text. in. d. l. pcibus. quæ decepit doct. Nã
qđ ibi dicitur, veluti ex cauſa fideic. non
eò pertinet, vt p fideic. filius poſt puber-
tatẽ grauatus videatur, ſed eò, vt licèt per
directã militarẽ grauatus videatur, tñ ve
luti ex cauſa fideicõ. eius hæres à ſubſtitu
to conueniatur, pter ſimilitudinẽ, quæ
inter militarẽ, & fideicõmiſſariã reperi-
tur, nã vtraq; demũ poſt portionẽ quæſi
tã locũ habet. Nec me mouet, ꝙ à quibuſ
dã obijcitur magnã eſſe inter eas diuerſi
tatẽ, cũ de militari nõ detrahatur quarta,
quæ detrahitur de fideicõmiſſaria. Nã re
ſpõ. ꝙ licèt regulariter de fidei. quarta de
trahatur, tñ nõ detrahitur, cũ fideicõmiſ
ſaria fit à milite, vt fideicõ. à milite facta
nõ ſolùm ſimilis ſit directę militari, quia
vtraq; poſt portionẽ quæſitã locũ habet,
ſed etiã ſimillima eſſe videatur, quia & à
nuetra earũ quarta deducitur, & vtraque
poſt portionẽ quæſitã locum habet. Eſt
ergo veriſſim⁹, ac nouiſſimus legis illius
ſenſus, vt directa militaris fideicõmiſſarię
nõ à pagano, ſed à milite factæ ſimillima
eſſe videatur.

*Cõpendioſa uerbis communibus facta poſt pubertatem licèt mater ſit in medio, ualet ut directa militaris, nõ ut fidei. contra communẽ.*

58 Neq; ad rẽ pertinet, ꝙ pleriq; aiũt com
pendioſam verbis cõibus à milite factam
poſt pubertatẽ fauore matris, nõ iure di-
rectę militaris, ſed fideicõmiſſi valere. Nã
cũ oſtẽderim⁹ inter eas ſubſtitutiones ni
hil ferè intereſſe, inciuile eſſet, ob nullũ,
aut minimũ emolumentũ tã inſignẽ iu
ris varietatẽ inducere. cõtra. l. Antoni⁹. ibi
ſatis habuit Imperator. ff. đ fideic. libe. &
quod in ſimili ait tex. in pr. Inſt. de. l. falc.
ibi, p nullo aut minimo lucro. Proinde
ſubinfero cõpendioſam à milite verbis
cõmunibus factã poſt pubertatẽ iure di-
rectæ militaris nõ fideic. valere. etiã ſi ma
ter ſit in medio, vt per hoc miles iure ſuo
nõ cõi vſus videatur, ſuæq́; diſpoſitionis
exitus talis ſit, qualẽ verba deſiderãt, iux-
ta. l. 1. ff. de mil. teſta. & in pr. Inſt. eodẽ. &
in. l. nõ aliter. ff. de. leg. 3. Quod ſimiliter
eſt contra cõmunẽ ſententiã Bar. & alio-
rũ tã in. d. l. precibus. q̃ in. d. l. Centurio.

*Cõpendioſa uerbis directis facta poſt pubertatẽ ualet iure directæ militaris nõ fidei. cõtra cõmunem.*

59 Infero cõpendioſam à milite verbis di-
rectis factã poſt pubertatẽ iure directę mi
litaris, nõ iure fideic. valere, ſi mater non
eſt in medio. quod probatur. l. & ratiõe.
Nã id probat. d. l. Centurio. ibi, ex priuile
gio militis. Probaturq́; ex ſentẽtia & ra-
tione noſtra, qui defendimus militẽ pri-
uilegio ſuo, non iure cõi vſum videri. Li-
cèt contrariũ velit Bar. in. l. precibus. nu.
4. & . 7. & nu. 11. & in. l. Cẽturio. nu. 12. quẽ
vtrobiq; doct. ſequũtur. vt ſi mater nõ ſit
in medio, tũc poſt tẽpora pubertatis obli
quetur. Mouẽtur p. d. l. pcibus. ibi, veluti
ex cauſa fideic. q̃ nil obeſt. vt dixi. s. n. 19.

*Quod ſuperiora procedãt, licèt mater ſit in medio. contra cõem.*

60 Infero idẽ fore, etiam ſi mater exiſtat in
medio. qđ inducit rõ noſtra, & pbat. d. l.
Cẽturio. ſi nõ violetur. Nec me mouet. d.
l. pcibus. ibi, nõ vſq; ad certã ętatẽ. p quã

*L. precibus cõtra Plũb. Deciũ, & Coraſ.*

61 Plũbi. Deci. & Cora. n. 31. ibi dicũt referre,
vtrũ cõpẽdioſa fiat à milite indefinitè, vt
tunc poſt pubertatem obliquetur, an fiat
vſq; ad certã ætatẽ, vt tunc etiam poſt pu
bertatẽ valeat iure directo, quaſi cùm ſit
vſque



vſq; ad certã ętatẽ, miles videatur vti pri
uilegio ſuo, licèt cũ ſit ſimpliciter, non
priuilegio, ſed iure cõi vſus videatur. Nã
is ſenſus vtpote modicũ rõnis habẽs, à ple
riſq; iure notatus eſt. Vnde verus ſenſus
illi⁹ tex. eſt, ꝙ ideo dicitur in. d. l. precib⁹.
nõ vſq; ad certã ętatẽ, vt oſtẽderet, ꝙ cũ
compẽdioſa ſit nõ vſq; ad certã ętatẽ, ſed
indefinitè, tũc ſit tm̃ diſtinctio bimẽbris,
vt ſi pupill⁹ infra pubertatẽ decedat, loc⁹
ſit pupillari ſubſtitutioni, in qua veniũt
bona tam patris, ꝙ filij. l. ſed ſi plures. §. ad
ſubſtitutos. de vulgari. Quòd ſi pupillus
decedat poſt pubertatẽ, tũc indiſtinctè di
rectę militari loc⁹ ſit, in qua veniũt nõ bo
na filij, ſed bona tm̃ patris, integra tñ: verũ
ſi cõpendioſa fiat vſq; ad certã ętatẽ, putà
vſq; ad annũ. 25. tũc triplex diſtinctio fa-
ciẽda eſſet, vt ſi pupillus in pupillari æta-
te decederet, tũc locus eſſet pupillari. Sin
aũt poſt pubertatẽ infra. 25. annũ decede
ret, tũc loc⁹ eſſet directæ militari, in qua
veniũt bona tm̃ patris, integra tñ. vt in. l.
milites etiã. ff. de mil. teſta. & in. l. in teſta
mẽto. 1. C. eodẽ. Sin verò poſt annũ. 25. de
cederet, tũc nulli ſubſtitutioni locus eſ-
ſet. arg. tex. in. l. ſi ita quis ſubſtituerit. ff.
de vulg. Sẽſus ergo. d. l. precib⁹. fuit nõ ꝙ
referret, vtrũ ſubſtitutio cõpẽdioſa fiat in
definitè, an vſq; ad certã ætatem, quo ad
hoc, vt miles teſtator videatur vti, vel nõ
vti priuilegio ſuo, ſed vt referret, quantũ
ad caſus, q cõtingere poſſent, vt cũ fieret
vſq; ad certã ætatẽ, tres caſus eſſent inſpi-
ciendi, cùm autem fieret ſimpliciter, tũc
duo tantũ inſpicerentur.
62 Deinde pro nobis facit egregiũ Paul. iu

*Fundam. 3.*

riſcõſulti reſpõſum, qui in. l. ſi duobus. ff.
de mil. teſta. ſcripſit, in teſtamẽto militis
portionẽ cohæredis repudiãtis alteri co-
hæredi nõ accreſcere. Id quod nulla alia
rõne euenire intelligo, niſi ꝙ priuilegio
ſuo, non iure cõi vſus videatur, cũ notiſſi
ma ſit iuris ciuilis regula, in teſtamẽto pa
ganorũ portionẽ repudiatã accreſcere co
hæredi. vt in. l. vnica. C. quãdo nõ petẽ. in
l. 1. §. his ita. C. de cad. toll. in. l. 1. & . 2. in. l. ſi
tu ex parte. in. l. ſi ſolus. & in. l. ſi duo. ff. de
acqui. hær. in. l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis &
leg. in. §. fi. Inſt. de Orficiano.

*Portio hæreditatis repudiata cohæredi q̃ non accreſcat in teſtamẽto militis cõtra Vigl.*

63 Vnde infero verã nõ eſſe opi. Vigl. qui
in. §. hæreditas. Inſt. de. hær. inſt. ſcripſit in
teſtamẽto militis, q vniuerſam inter hęre
des diſtribuit hæreditatẽ, portionẽ repu-
diãtis alteri accreſcere, quãuis ſi ex parte
tm̃ vnũ inſtituiſſet, reſiduũ hęreditatis ei
nõ accreſceret. Differẽtiæ aũt rõnem hãc
induxit, ꝙ primo caſu, cũ miles vniuersã
inter cohæredes diſtribuerit hæreditatẽ,
nulla ex parte inteſtatus decedere voluit,
& cõſequenter pars repudiata cohæredi
debuit accreſcere, ne aliàs cõtra eius volũ
tatem fiat, vt ex parte inteſtatus decedat.
Quę rõ ceſſat, cũ ab initio ex parte tm̃ hę
redẽ inſcripſit, quo caſu ex reliqua parte
inteſtatus videtur decedere voluiſſe. Sed
huic cõſiderationi nũcupatim cõtradicit
d. l. ſi duobus. vbi ab initio miles ex toto
teſtatus deceſſit, & tñ repudiãtis portio
nõ accreſcit cohæredi. Cuius rei ratio nõ
obſcura eſt, licèt à nemine ante inuenta
fuerit. Nam licèt iuris cõis diſpoſitio ha
beat, ꝙ repudiantis portio accreſcat co-
hæredi, tñ miles nõ poteſt videri eo iure
vti, cuius iuris inſpecta legis cẽſura igna-
rus fuit, & quod eius volũtas nõ induxit,
id lex inducere non voluit, ne fortè fie-
ret contra eius voluntatem. At paganus
illum caſum cogitare, & intellexiſſe præ
ſumitur, eumq́ue expreſſim cauere no-
luiſſe, vtpote à lege cautum. Hinc eſt,
quòd licèt ſi paganus in poſteriore teſta
mẽto cauit, vt etiã prius teſtamentũ vale
ret, id aſſequi non poſſit iure directo, ſed

*An poſterius teſtamẽtũ militis & teſtamẽtũ prius in re dubia ſimul ſtare poſſint cõtra oẽs noua opi.*

64 vt in vim tantùm fidei. prius teſtamentũ
valeat, tñ ſecùs eſt in milite ſecũdùm Vi-
gli. n. 2. in. §. ſed & ſi quis. Inſt. quib. mod.
teſt. in fir. arg. l. quærebatur. ff. de mili. te-
ſtam. Sed fortè nouiſſimè poſſet tẽtari, ꝙ
etiã ſi id expreſſim nõ cauerit miles, ad-
huc idem ſit, vt per poſterius teſtamentũ
nõ infirmetur prius teſta. Nã nec de po-

 teſtate

teſtate militis pót dubitari. vt.l.quæreba
tur.nec id eius volũtati repugnat.Nã ſen
ſus militis ſecundũ teſtamentũ faciẽtis po
tuit eſſe, vel ꝙ hæreditatẽ primo adime-
ret,inq́; ſecũdo teſtamẽto ſcriptũ tradu-
xerit:vel ꝙ eũ,quẽ ſecũdo teſtamẽto ſcri-
pſit,cõiũgere voluerit ſcripto in primo te
ſtamẽto.Hæcq́; ſecũda interpretatio lon
gè benignior eſt.arg.l.triplici. in fi. ff.de
verb.ſig.l.Iulianus.ff.de hær.inſt.Itẽ ſecũ
dũ eã miles videtur vti iure ſuo, qđ in du
bio credendũ eſt, vt dixi, & nominatim
ꝓbat.l.ſi miles.ff.ad leg.fal.l.Papinianus.
§.Papinianus.in.fi.ff.de inoffi.teſt.facit.l.
quinquaginta.ff.de ꝓba.l.cũ centũ.ff.de
adim.lega.cum gloſ.Id quod eſt præter
intentionem omnium vbiq; doct.

Itẽ infertur,ꝙ licèt regulariter ſub exp̃ſ
ſa vulgari à pagano facta cõtineatur taci
ta pupillaris.vt in.l.iã hoc iure.ff.đ vulg.
in.l.Luci⁹.eodẽ.in.l.2.& in.l.q̃uis.C.eodẽ.
in.l.in teſtamẽto.1.C.de teſta.mil.tñ ſecùs
eſt cũ vulgaris fit à milite. vt nominatim
probat tex.bene intellect⁹ in. l.precib⁹.§.
nã nõ eſt incerti iuris.C.de impu.firmat
65 in ſpecie Vigl.pręter ſentẽtiã cõem in pr.
Inſt.đ pupil.ſub.n.16. q nullã reddit rõnẽ
differẽtię,ea tñ nõ obſcura eſt:nã miles iu
ris cõis ignar⁹,ſub expreſſa vulgari nõ eſt
viſus tacitã pupillarẽ cõprehẽdiſſe,cuius
vim,atq; naturam ignorabat.Quę rõ ceſ
ſat in pagano,q illius iuris notitiã habuiſ
ſe.eoq; vti voluiſſe videtur. Miles.n.qui
inſpecta legis cẽſura ignar⁹ iuris tã cõis,
q̃ ſibi ſpecialiter cõpetẽtis, nunq̃ videtur
aliud induxiſſe,vel voluiſſe,q̃ qđ nudus,
ſimplexq́; ſermo ei⁹ demõſtrat. Sed ſub
expreſſa vulgari ꝙ cõprehẽdatur tacita
pupillaris,id ꝑ extẽſionẽ legis cõtra vim
verborũ inductũ eſt.vt reſoluit Curt.in.l
1.col.1.in.fi.C.đ impu.q̃ extẽſio quãuis in
paganorũ teſtamẽtis cõtra vim verborũ
fiat,vt impuberi cõſulatur. vt in.l.ſi pupil
lus.in verbo,vtilitatẽ impuberis.ff.đ acq.
hær.in.l.ex tribus.cũ gl.fi.ff.de inof.teſta.
tñ in teſta.milit.ea interpretatio extẽſiua

*Quòd ſub pupil.cõtineatur tacita uulg.etiã in milite.cõtra Vigl.*

fieri non debet, ne eius voluntas pericli-
tetur,cuius voluntatis obſeruatio præ-
ponderat fauori pupilli.

66 Infero illũ tex.d.l.precibus. nõ ꝓbare il
lã cõem ſententiã,quę habet tacitã pupil
la.ſub vulgari cõtentã nõ admitti cõtra
matrẽ,quãdoquidẽ text.ille in milite tm̃
67 ꝓcedit,vnde per locũ ab ſpeciali cõtrariũ
probat,tm̃ abeſt,vt cõem tueatur ſenten
tiã.In ſpecie cõtra eã cõem eſt text.in.l.fi.
C.đ inſt.& ſub.& in.l.2.& in.l.quãuis.C.
de impu.in quib⁹ iuribus habetur,ꝙ ſi ta
cita pupillaris cõprehẽderetur ſub reci-
proca imparibus facta,ſine dubio mater
excluderetur,& ſi ibi nõ excluditur,ideo
eſt,q̃a ſub reciproca imparibus facta nõ
cõtinetur tacita pupi. qđ probatur in.l.
Lucius.iũcta.l.iã hoc iure.verſi.quod ius
ff.de vulg.vt latè inducit Curt.in.l.p̃cib⁹.
nu.26.Cũ ergo ſub vulgari expreſſa cõti
neatur tacita pupillaris ſecũdũ Bar.& oẽs
in.l.Cẽturio.col.2.de vulg.ꝑ.l.fi.C.đ inſt.
& ſub.& plures leges ꝓbent per tacitã pu
pil.matrẽ excludi nõ ſecùs,q̃ per expreſ-
ſam,nec quicq̃ obſit.d.l.p̃cibus. quæ (vt
oſtẽdim⁹) loquitur in milite,ſupereſt, vt
vera nõ ſit illa ſentẽtia,quæ habet,per ta-
citã pupill. ſub vulgari cõprehẽſam ma-
trẽ nõ excludi. Quã ſentẽtiã cõem dicũt
Curt.Iun.in.l.precibus.n.26.C.de impu.
Cora.ibi.& etiã Deci. Vigl.in pr. Inſt.de
pupill. n.16.Soci.in. l.2.de vulg.col. 9.&
ibi Iaſ.n.32.poſt.Ale. & alios.& ibi oẽs an
tiqui & noui. & etiã in.l.1.de vulg. poſt
Bar.ibi.oẽs doct.in.l.fi.C.de inſt.& ſubſt.
& in.l.Centurio.poſt Bar.ibi.ff.de vulga.
Qua de re ſuo loco latiùs.

68 Præterea noſtrã ſentẽtiã tuetur egregiũ
Vlpiani reſpõſum,qui in.l.ſi miles vnũ.ff.
de mil.teſtam.ſcriptũ reliquit,militẽ, qui
ex re tãtùm certa aliquẽ ſcripſit hæredem,
quo ad reſiduũ hæreditatis videri inteſta-
tum decedere voluiſſe, vt per hoc non iu
re communi, ſed priuilegio militari vſus
videatur.Infero,ꝙ licèt cõpendioſa à paga
no facta ſecũdùm cões op.comprehẽdat
ſub

*L.precibus*

*Quòd tacita pupill. ſub uulga. cõtenta admittatur cõtra matrẽ. cõtra communem.*

*Fundam.4*



ſub ſe tacitam vulgarem ,tamen ſi fit à mi
lite,non comprehendit,eo quòd miles nõ
iure cõmuni vſus videtur,ſed id tãtùm vo
luiſſe, quod nuda, ſimpliciaq́; eius verba
demonſtrant. Deniq; etiã in pagano hæc
ſentẽtia,licèt cõtraria,non modò cõis,ſed
veluti catholica habeatur, recipi pót. Pri-
mùm,quia oĩa iura de cõpen.ſubſt.loquẽ
tia ponunt pro cõſtanti aditã fuiſſe hære
ditatem. vt in.c.1.de teſta. lib.6.in.l. preci-
bus.C.de impu.in.c.Rainutius.& in.c.Rai
naldus.extra. de teſta. itẽ facit tex.in.l.co-
dicillis.ff.de vſufr.leg.& in.l.hæredes mei.
§.cũ ita.ad Trebel.Et facit viua ratio.Nã cũ
compendioſa fiat ſub conditione mortis
inſtituti, impoſsibile eſt, viuo repudian-
te,ꝙ inſtituto ſtatim admittatur ſubſtitu-
tus ex tacita vulgari, ne contra volũtatem
defuncti,& contra naturam conditionis,
de qua in.l.hæres meus.de cond.& demõ.
admiſſus videatur.

70 Qua ratione fortiter defendi poteſt ve-
rã non eſſe illam cõmunem ſententiã,quę
habet,ꝙ ſub pupillari expreſſa continetur
tacita vulg.Nã præterea ꝙ eorum ſentẽtia
nulla.l.probatur,id euidẽter extat cõtra vo
luntatẽ teſtatoris,& cõtra naturã conditio
nis adiectę.Nã cũ ſubſtitutus vocatus fue
rit denuò ſub conditione,ſi & pupillus in
pupillari ætate deceſſerit,& ipſe ſubſtitut⁹
pupillo ſuperſtes fuerit, abſurdũ eſt eũ ad-
mitti ſtatim poſt repudiationẽ pupilli, ne
ſi fortè ipſe ſubſtitut⁹ prior pupillo moria
tur,habeat hæreditatẽ cõtra volũtatẽ teſta
toris, q eũ nõ aliter admiſſum voluit, q̃ ſi
ſupuixiſſet impuberi. Itẽ, ne ſi pupillus a-
doleuerit,ipſe ſubſtitutus cõtra naturã pu
pillaris,quę expirat pubertate,admiſſus re
periatur. Niſi fortè reſpõdeas teſtatorẽ vo
luiſſe nõ aliter eũ admitti ad impuberis hę
reditatẽ,q̃ ſi & impuberi ſupuixiſſet,& im
pubes in pupillari ætate deceſſiſſet,verùm
ad teſtatoris hęreditatẽ eũ admitti non ve
taſſe,etiã ſi iſtorũ nihil eueniſſet.Adhuc tñ
magis eſt, vt vulgaris tacita ſub pupillari
exp̃ſſa nõ cõp̃hẽdatur. Quid em̃ ſi pupill⁹
adoleuerit?Quid ſi emãcipat⁹ fuerit?Quid
ſi viuo patre deceſſerit?Quid ſi in adoptio
nẽ datus fuerit?Quid deniq; ſi monachus
effect⁹ fuerit? In oĩbus his caſibus,& ſimi-
libus,leges ſimpliciter aiũt ſubſtitutionẽ
pupillarẽ infirmari,q̃.ll.mirè violarẽtur,ſi
intelligeremus infirmari quo ad bona tã-
tùm impuberis,nõ etiã teſtatoris.De q̃bus
caſibus vi.Bar.& alios poſt gl.ibi.ĩ.l.in pu
pillari.ff.de vulg.& pu. Nec me mouet,ꝙ
ſub expreſſa vulg.cõprehẽdatur tacita pu
pillaris. Nã reſp.id receptũ eſſe ꝓpter vtili
tatẽ impuberis.l.ſi pupillus.ver.vtilitatem
impuberis.ff.de acq.hęr.l.ex tribus. cũ gl.
fi.C de inof.teſt.Pręſumptũ eſt.n.teſtatorẽ
magis voluiſſe eũ,quẽ ſibimet hęredẽ, ſuc
ceſſorẽq́; elegit,filio quoq; ſuo,ſi impubes
moreretur,ſuccedere voluiſſe, quo magis
in tuto ſit ſalus impuberis,cùm eius ſucceſ
ſionẽ ſperat ſubſtitutus,q̃ ſi eã veniẽtes ab
inteſtato ſperarẽt. Cõſidit.n.multò magis
l.de eo,quẽ paterfa.delegit,q̃ de alijs.arg.l.
fi.in prin.C.de cur.fur.l.pen.ff.eod.facit.l.
multi nõ notæ.ff.de lib.& poſt.l.Seius Sa-
turninus.ff.ad Treb.§.fin aũt. Inſti.de pu-
pill.ſub. Itaq; extẽſio, quã facit.l.de vul-
gari ad pupillarẽ, fit ꝓpter vtilitatẽ impu-
beris, quę ratio ceſſat in extenſiõe faciẽda
de pupillari expreſſa ad vulgarem: præſer
tim cùm ſucceſſorem filio impuberi quiſ
que exoptet bonis moribus præditũ,quo
magis in tuto ſit ſalus impuberis: at ſibi
quiſq; magis exoptat ſucceſſorẽ de gẽtili-
tate, cognationeq́; ſua, quàm de probi-
tate morum eius ſollicitus ſit. Nec ad rẽ
pertinet.l.iã hoc iure. de vulg. ibi, vt qui
in alterum caſum ſubſtituit, in vtrunq;
caſum ſubſtituiſſe intelligatur. quæ ver-
ba hunc videntur habere ſenſum,vt ſiue
fecerit vulgarem, ea trahatur ad pupilla
rem, ſiue fecerit pupillarẽ,ea trahatur ad
vulgarẽ. Nam reſpon. illa verba ſic ob-
ſcura & inuoluta recipere interpretatio-
nem ab alijs legibus in eadẽ materia lo-
quentibus,quales ſunt.d.l.verſ.quod ius
&.l.Lucius.eod.tit.&.l.2.l.quanuis.C. de

*Pupillaris an ſub ſe cõprehẽdat tacitã uulgarem.*

impuberum.l.in teſtamento.1.C.de mil.
teſtamēto.in quibus legibus fit interpre-
tatio, vt vulgaris expreſſa trahatur ad pu
pillarem: nulla autē.l. explicitè cauetur,
ꝙ econtrà pupillaris expreſſa trahatur ad
vulg.quo fit.vt.d.l.iã hoc iure.de vulga-
ri ad pupillarem trahenda intelligi de-
beat, non de pupillari ad vulgarem.

Siquis tamen velit cōmunem defen-
dere, poterit fortè reſp.ꝙ etiam vulgaris,
quæ ſine dubio continet ſub ſe tacitā pu
pillarē, poteſt multis modis deficere, nec
tamē per hoc deficeret tacita pupillaris.
Quid enim ſi filiũ meũ ſpuriũ alteri filio
impuberi vulgariter ſubſtituā? Certè li-
cèt ſpurius ex vulgari bona mea capere
nequeat, tamen ex tacita pupillari bona
habebit impuberis.tex.ſing.in.l. ſi is qui
71 ex bonis.de vulg.Ecce ergo quēadmodũ
*Intel.l. ſi is* vulgaris ab initio inutiliter facta, cōpre-
*qui ex bo-* hēdit ſub ſe tacitā pupillarē, ergo multò
*nis.de vulg.* magis ſi ab initio valeat, & per hoc tacitā
pupillarē producat, nō debet finita vul-
gari finiri pupillaris.arg. l. patre furioſo.
ff.de his qui ſunt ſui vel ali.iur. Quod ſi-
ne dubio admitterem, niſi moueret me,
ꝙ in.d.l.ſi is qui. nō ſatis aperitur, vtrùm
vulgariter, an pupillariter facta fuerit
ſubſtitutio. Vnde intelligendũ eſt, ꝙ im-
puberi facta fuit ſubſtitutio ſimplex, &
informis, quo caſu cōtinetur tam vulg.
q̃ pupillaris, vt oſtēdimus ex mēte Alcia
ti in rubr.de vulg.nu.6. Ergo cùm ſubſti
tutio impuberi ſimpliciter fit, tā vulg. q̃
pupillaris æquè principaliter cōtinentur
ex vi comprehenſiua, non extēſiua, vt in
terminis.d.l.nō poſsit rectè dici, ꝙ altera
alterā ſub ſe cōtineat. Sed quia de hoc la-
tiùs ſuo loco, ideo interim tenēdũ eſt cō-
pendioſam, vulgarē ſub ſe cōprehēdere,
ſiue à pagano fiat, ſiue etiā à milite. Nam
cùm à pagano fit, ex ꝓfeſſo defendimus
ſuo loco cōem op. Idē ergo ſi fiat à milite,
cũ id nō cōtradicat, vel repugnet verbis
teſtatoris, & lōgè minùs eius mēti & ſentē
tię aduerſetur, vt ſuo loco latè diſſerimꝰ.

72 Quintò eodem pertinere videtur ele- *Fundam.5.*
gans Vlpiani reſponſum, qui in.l.3.ff.de
mili.teſtamen. ſcripſit militem, qui iure
cōmuni teſtari deſtinauerat, nec ſolēnia
adhibuit, iure ſuo renũtiaſſe nō videri, id
q́; teſtam.iure ſpeciali & priuilegio cōſti
turũ. Nec mutat, inquit iureconſultus,
quòd viam iuris communis elegerit, nã
per hoc non tam priuilegio renuntiaſſe,
quàm vtroque iure vti voluiſſe videtur.
Quantò ergo magis iure ſuo vti videbi-
tur ille miles, qui nō probatur ad ius cō-
mune ſeſe redegiſſe, vt cōtra tam apertũ
iuriſcōſulti reſpōſum cōtendere ceruico
ſi ac temerarij hominis eſſe videatur?

73 Vnde infertur, ꝙ pupillaris à milite in *Pupillaris*
utiliter facta trahetur ad directā militarē *à milite in*
nō ad fideicōmiſſariā quēadmodũ à pa- *utiliter fa-*
gano facta. Idq; nouiſsimũ eſt, & præter *cta ualet in*
ſentētiā Bar.& omniũ, qui in.l.verbis ciui *uim directæ*
libus.ff.de vulg. & in.§.fi.Inſti. de pupill. *militaris,*
& in.l.Scęuola.ff.ad Treb.indiſtinctè vo *nō fidei.*
lũt, ꝙ pupillaris inutiliter facta ad fideic.
trahatur, ex quorũ ſentētia idē foret & ſi
à milite facta proponeretur, quaſi miles
vti videatur iure cōmuni. idq́; nos ſatis re
74 futauimus. Nec quēquā mouerit.l.in te- *L.in teſta-*
ſtamēto.C. de milit.teſtam. quæ decepit *mēto nouè*
doct. Nã licèt illa verba, vos inuicē ſubſti *intellecta.*
tuo. à milite prolata, poſsint ſalua ꝓprie-
tate ſermonis trahi etiā ad directā milita
rē, quę habet locũ poſt aditā.l.milites etiā
ff.de mil.teſtam.d.l. in teſtamento.tamē
ſimiliter & illa verba ſalua proprietate
ſermonis licèt à pagano adijcerētur, poſ
ſent trahi ad fideicōmiſſariā, quæ locum
habet demũ poſt aditam.l.ille à quo.§. ſi
de teſtamēto.ad Trebel.& tamen quem
adm. miles, qui illis verbis indefinitis vſus
eſt, non videtur ſubſtituiſſe per militarē
poſt aditā, ſed tãtùm ante aditā.d.l. in te-
ſtamēto. ita & paganus ſimilibus verbis
vſus nō videtur ſubſtituiſſe ꝑ fideicōmiſ
ſariā poſt aditam, ſed tantùm ante aditā.
l. Lucius.de vulg. l. iam hoc iure. eod.
l.2.l.quanuis. C. de impuber. vt verum
ſit etiā



ſit etiam in ſpecie, & terminis dict.l. in
teſtamento. quòd miles non minùs pri-
uilegio ſuo, quàm paganus iure cōmu-
ni vti videatur: nam cùm vterq; poſsit
etiam poſt aditam hæreditatem (licèt di
uerſimodè, quia miles directò, paganus
tantùm per fideicommiſſum) ſubſtitue
re, tamen nullus eorum videtur per illa
verba voluiſſe ſubſtitutionem per ver-
ba indefinita facta poſt aditam trahi, ſed
ad caſum tantùm repudiationis reſtrin-
gi. Proinde ſi dixit teſtator, Primum in-
ſtituo, ſecundũ ſubſtituo. ea ſubſtitutio
à milite facta non trahitur, nec porrigi-
tur, vt poſt aditam hæreditatem inſtitu-
tus teneatur reſtituere, vel per fideicom
miſ. ſi à pagano facta fuit ſubſtitutio, vel
per directam militarem, ſi fieret à mili-
te. Secundò, quia ſubſtitutio informis,
(qualis eſt illa, quæ fit per verba indefi-
nita) licèt in ſui generalitate, etiā ex pro-
prietate verborum cōprehendat caſum
tam aditionis, quàm repudiationis, ta-
men ex legis interpretatione reſtringi-
tur, vt tantùm ante aditam locũ habeat.
l.poſt aditam. C.de impub. Ratio huius
interpretationis faciendæ eſt, quia ſub-
ſtitutiones in dubio factæ videntur in
ſubſidium, ne diſpoſitio prima fiat cadu
ca.l.vni. in prin.C.de caduc.toll.in prin.
Inſti.de vulg. quo fit, vt ſimulac aditur
hæreditas, iamq́; prima inſtitutio cadu-
ca fieri nō poſsit, ceſſet finis ſubſtituti o-
nis, & per hoc ipſa ſubſtitutio.l.adigere.
§.quanuis.de iure patrona.ff. Cùm ergo
ſubſtitutiones non ad incommodũ, ex-
cluſionemq́; hæredis ſcripti, ſed ad teſta
menti conſeruationem factæ intelligan
tur, ſupereſt, vt poſtquàm teſtamentum
iam aditione hæredis confirmatum eſt,
ſubſtitutio euaneſcat: idq́; deſcendit à
voluntate teſtatoris præſumpta, ne per
eius verba generalia eius volunt. ex par-
te, vel ex toto eludatur. qua ratione &
75 in teſtamento militis idē recipiendũ eſt.
*Fund.6.* Sextò adducitur.l.3.in fi.prin.ff.ad Tre
bel.l.in teſtamēto.2.C.de teſtam.milit.l.
in teſtamento.ad leg.falci. C. in quibus
dicitur non ſolùm poſſe, ſed etiam in re
dubia videri militem iure ſuo vſum, pro
hibere legem falcidiam. Nec ad rem per
tinet, quòd leges fauorabiles ſoleant lo-
cum habere etiam in militari teſtamen
to.l.ſi Rufinus.l.captatorias.& vtrobiq;
Iaſ.C.de teſtam.milit. Et ipſorum teſta-
torum gratia Falcidia inducta eſt. vt in
prin.Inſti.de leg.falcid. vnde ea non mi
nùs in teſtamento militis, quàm pagani
locum habere deberet. Nam miles, qui
iuris ignarus eſt, id tantùm voluiſſe cre-
ditur, quod nuda eius verba demōſtrãt:
neq; quod ipſe non cogitauit, nos intro
ducemus, quandoquidem legum inter
pretationes plerunq; non tam propter
morientium, quàm viuētium fauorem
inductæ videntur. Hinc apparet, quæ
ſit vera ratio, quare ceſſet falcid.in teſta-
mento militis. Deniq; quòd miles iure
ſuo, & priuilegio ſuo ſemper vti videa-
tur, item quòd vel hodie Falcidia cōtra
volũtatem defuncti deduci videatur. c.
Rainaldus.in fi.de teſtam.nil tamen cō-
tra militis voluntatem induci debet, vt
dixi. Nec ad rem pertinet, quòd in prin.
Inſtit.de leg.falcid. dicatur legem falci-
diam ſeruari ipſorum teſtatorum inter-
eſſe, vtileque eſſe. Quorum verborum
ſenſus eſt, quòd licèt introducatur con-
tra eius voluntatem, tamen adhuc vtile
eis reputatur, quaſi Falcidiæ obſeruatio
vtilior ſit defunctis, q̃ eorum volũtatis
nudæ obſeruatio. At in teſtamēto mili-
tis minimè recedimus ab eorũ volunta-
te, ſiue eis vtilis ſit, ſiue inutilis, vt ſit pro
ratione, & vtilitate voluntas.

76 Subinfero parum apta eſſe, quæ circa *Cōtra com*
hanc rem tradunt Chriſtophorus, Bald. *munē qua-*
Fab. Platea, & Iaſ.col.2.in addi.ad Chri- *re ceſſet fal*
ſtoph.in prin.Inſti.de leg.falci. vbi An- *cid.in teſta.*
ge.col.2. Iaſ.in.l.1.§. deniq;. col.2. & in.l. *militis.*
in teſtamento.2.col.1.C.de teſtam.milit.
Ripa in dict.§.deniq;.& in.l.in quartam.

col.1.&.2.ad Treb. vbi Berengarius fol. 4. ad finem. Coraſi.in præludi.l. filium, quem habentem.nu.19.C.fam.her. Quidum rationem,quare ceſſet Falcid.in teſtamento militis inuenire ſtudent, mira fabulantur.Vera ergo ratio eſt,quòd ad miſſa Falcidia, negari non poteſt, quin periclitetur volũtas teſtatoris.d.l.Titia. dict.c.Rainaldus.in fi. Falcidia autẽ excluſa,periclitatur teſtamentum. in prin. Inſti.de leg.falci.Satius autem eſt, teſtamentum militis, quàm eius volũtatem periclitari.argum.dict.§.præterea.Inſtit. de acti.Facit pro me.l. ſi miles.ff. ad leg. falcid.l. ex militari.ff.de milit.teſtam.l. Papinianus.§.Papinianus.in fi.ff.de inofſici. Nam in dict.l.ſi miles. probatur, ꝙ miles in re dubia videtur vti iure ſpeciali militum,vt ſic hæres quartam Trebellianicam non deducat de hæreditate militis, quam iuſſus fuit reſtituere.& in.d. §.Papinianus. ſimiliter probatur, ꝙ miles in re dubia videtur vti priuilegio militum,& velle,vt ſuum teſtamentũ non ſubiaceat querelæ, non ſolùm quando deceſsit in militia,ſed etiam ſi poſteà,infra annum tamen miſsionis.

Pro nobis etiã.l. quærebatur.§. vtrùm autem.ff.de milit.teſtam. vbi miles, qui expreſsim iuſsit, rogauitq; hæredem in ſecundo teſtamento ſcriptum,vt primũ teſtamentum iure fideicommiſsi ſeruaretur,videtur velle,vt conſeruentur nõ ſolùm legata in primo teſtamento facta (quod & paganus cauere poſſet)ſed etiã vt conſeruẽtur hæredum inſtitutiones in illo primo teſtamento,quod teſtator miles iure codicillorum valere voluit, idque paganus facere non poſſet: nam hæredum inſtitutiones, quæ fiunt à paganis in codicillis, non valent. vt in.l.2. C.de codicil.l.1. ff.de iure codicil.§.codicillis.Inſtit.eodem.

In ſumma facit, quia vnuſquiſq; videtur velle,vt eius diſpoſitio valeat eo pleniori modo,quo valere poteſt. argum.l. quoties in ſtipulationibus. ff.de verbor. oblig.§.ſed quoties.Inſtit.de iure natu.

77 Denique hac in re & illud facere videtur,ꝙ ſubſtitutio informis(qualis eſt illa,Primum inſtituo,ſecundũ ſubſtituo) licèt in ſui generalitate ſit apta comprehendere vtrunq; caſum, tã aditæ,quàm etiam repudiatæ hæreditatis, tamen ex præſumpta voluntate defuncti, ne per verborum generalitatem eius voluntas eludatur,reſtringitur ad caſum repudiatæ tãtùm hæreditatis,vel alterius excluſionis,non etiam ad caſum aditæ hæreditatis.Qua ratione idem in teſtamento militis admittendum, ne careat pia interpretatione,quam lex teſtatorũ fauore facit: ideo dictum eſt,quòd leges fauorabiles habent locum etiam in teſtamento militis.l. Rufinus.l. captatorias. C.de teſtam.mili.vbi Iaſ.poſt alios. Ergo ſi miles dixit, Quandocunq; deceſſerit inſtitutus, ſubſtituo.ſicq; fecit compendioſam,tũc ſi hæres(qui pubes erat) poſt aditam deceſsit,ſubſtitutus iure militari totam militis hæreditatem habebit, licèt in teſtamento pagani ſubſtitutus admitteretur cum detractione Trebel.ex fideicommiſ.ſubſtitutione.Ratio differentię,quia primum gradum in voluntate defuncti habuit inſtitutus,ſecũdum gradum ſubſtitutus, tertium gradum hæredes hæredis inſtituti. Quo fit, vt poſt mortem inſtituti, ſubſtitutus ad vniuerſum admittatur,quo ante inſtitutum moriente,hæredes inſtituti ad vniuerſum admitterẽtur.l.ille à quo.§. ſi de teſtamento.ff.ad Trebel. quia iſti tertiũ gradum habebant in voluntate defuncti.At in teſtamento pagani,cùm ſubſtitutus admittitur,detrahitur ſibi quarta, contra præſumptam defuncti voluntatẽ,etiam hodie. vt dixi per.c. Rainutius. extra.de teſtam.Ergo eo caſu in teſtamẽto militis non deducetur quarta,nec ex diſpoſitione legis, quia non induxit, vt in teſtamento militis deduceretur: nec ex

*Subſtitutiones reſtringũtur legis interpretatione.noua declaratio.*



ex tacita ipſius militis permiſsione,quia impoſsibile eſt,vel ſaltem non veriſimile,vt miles videatur quartæ deductionẽ permiſiſſe,quæ cõtra pręſumptã omniũ teſtatorum voluntatem deduci intelligitur.Ergo miles in re dubia videtur vti eo iure, quod ſibi vtilius eſt, & magis eius voluntati contiguum, ſiue illud ſit commune ius,ſiue militare. Ergo,ſi dixit miles,Hæredes meos inuicem ſubſtituo (ſicq; fecit reciprocam)altero moriente poſt aditam, cohæres ex reciproca non admittetur ad legitimorum præmoriẽtis excluſionem, quia quilibet teſtator eo caſu præſumeretur talem ſubſtitutionem feciſſe(vt lex ſcitè interpretatur)ad hunc finem,vt excluſo inſtituto,ſit ſubſtitutus,in quo conſeruetur teſtamentum,non ad hunc finem,vt poſt quàm inſtitutus acquiſiuit,& deceſsit ſubſtitutus,hæredibus inſtituti excluſis admittatur. Ergo ſit regula,quòd vt paganus videtur in re dubia vti iure ſuo,& omne ius ſuum in iudicium, inq; firmitatem ſuarum diſpoſitionũ induxiſſe, ita etiam & miles videtur iure ſuo vſus, inq; confirmationem,firmitatemq; ſuarum diſpoſitionum omne ius ſuum deduxiſſe.Fallit,quando id eſſet in eius detrimẽtum. vt in dict.l.in teſtamento. C. de teſtam.milit. idq; ex regula,quæ habet,quòd nullus videtur elegiſſe id ius, quod ſibi nociturum eſſet,quod in milite nuncupatim inducit.l.3. ff.de milit. teſtamento.

Deniq; in ſubſtitutione informi, qualis eſt illa (Primum inſtituo, ſecundum ſubſtituo.)eadem interpretatio fit in milite,quæ in pagano,vt poſt aditam,locũ non habeat ſubſtitutio. arg.l.poſt aditã. quia ea interpretatio fauorabilis eſt teſtanti, eo quòd eius voluntatis pediſequa,contigua, & cõſeruatiua eſt. Sed in impubere,& etiam in demente teſtatoris filio comprehenditur vterq; caſus,tã hæreditatis non acquiſitæ, quàm etiam acquiſitæ, ſi tamen is filius in ætate pupillari, vel furore deceſſerit, eo quòd id vtile ſit ipſi impuberi, vel furioſo.l.ſi pupillus.in verbo,vtilitatem impuberis.ff. de acqui.hær.l.humanitatis.C.de impube. & conſequenter & ipſi teſtatori eorum patri vtile, eiuſq; voluntati contiguum ſit. ergo & in milite locum habebit. In ſubſtitutione autem pupillari, ꝙ ſub ſe tacitam vulg. comprehẽdat, cùm & hæc interpretatio quaſi voluntatis teſtatoris ſit pediſequa, & obſeruatrix.l. iam hoc iure.ff.de vulg.ſequitur, quòd habeat locum etiam in milite. Idem eadẽ ratione in ſubſtitutione vulgari,quæ ſub ſe tacitam pupilla.continere intelligitur: nam & in milite locum habebit. Idem in ſubſtitutione reciproca(qualis eſt illa,Vos inuicem ſubſtituo)nam aut fit puberibus, & continet vulgares: aut impuberib⁹, vel furioſis teſtatoris *filijs*, & continet vulgares pupillares exemplares, niſi ſint diſparis cõditionis, quo caſu vulgares tantùm continebit: quæ omnia & in milite locũ habebunt: quia hæ omnes interpretationes à lege effluẽtes in præſumpta teſtantis volũtate fundantur. At in compendioſa, quòd ante aditam hæreditatem ſit vulg.id & in milite procedit,quia hæc interpretatio fit à lege ex præſumpta teſtatoris voluntate. Quod aũt poſt aditã in vim valeat fideicommiſs.& per hoc detrahatur quarta, id non fundatur in voluntate teſtantis, ſed in defectu potẽtiæ ipſius, qui Falcid. vetare non poteſt: ideò id in milite locũ non habet, quia in teſtando omnia poteſt. Nec me mouet, quòd hodie & paganus poteſt Falcid.prohibere, nam ſuprà reſponſum eſt.

In fideicom.autem, quæ tantùm poſt aditam locum habet, & ex quarta parte minuitur, quod in pagano receptũ eſt, id in milite etiam in re dubia locum nõ habet,quia ea diſpoſitio quo ad paganũ, nõ in tacita eius volũtate, ſed in defectu pote-

poteſtatis fundatur, quia defectus in mi-
lite non eſt. Ergo miles in ijs, quæ paga-
no non licent, militi autem licent, ſem-
per videtur vti iure militari, non cōmu-
ni. In ijs autem, quæ etiam pagano lice-
rent, iure communi vſus videtur, ſicq́;
in quibus caſibus lex in pagano præſu-
mit defeciſſe voluntatē, in ijſdem & in
milite præſumitur voluntatē defeciſſe.
Vnde infero, quòd in omnibus caſibus,
in quibus receditur à regulis iuris exprę
ſumpta mēte teſtatoris, omnes illi & in
milite procedent, & in omnibus illis mi-
les videbitur vti iure communi.

*Teſtamentū in. 8. caſibus hîc denuò cōſideratis admittit teſtē fœminam.*

78 Redeundo ad ſolennia teſtamentorū,
ex his, quæ per totum hūc. §. dicta ſunt,
inter reliquos caſus, in quibus diximus
teſtamentum eſſe informe, habetis octo
caſus principaliores, ſcilicet, Teſtamen-
tum factum tempore belli. Et teſtamen-
tum factum tempore peſtis. Et teſtamē-
tum factum tempore neceſsitatis. Et te-
ſtamentum factum, vbi eſt teſtiū penu-
ria. Et teſtamētū factū in loco hoſtili. Et
teſtamentū factum apud acta iudicis. Et
teſtamentum factum in carcere tyran-
ni. Et teſtamentum factum à peregrino,
vel milite. In quibus omnibus caſibus
diximus formam teſtandi remitti quo
ad numerum, & rogitum teſtium. Sed
& quo ad ſexum teſtium, ſimiliter intel
ligendum eſt, formam remiſſam eſſe, vt
licèt regulariter fœmina in teſtamentis
teſtis eſſe vetetur. vt in. §. ſed cùm paula-
tim. Inſtit. de teſtam. l. qui teſtamento. §.
mulier. eod. tit. ff. & l. hac conſultiſsima.
C. eod. & l. hac conſultiſsima. C. qui te-
ſtam. facere poſſunt. l. 1. & . 2. tit. 1. parti. 6.
tamen in his octo teſtamentorum ſpe-
ciebus fœmina admittatur in teſtem nō

*Idem in cōpulſione teſtis, nouæ opiniones.*

79 ſecùs, quàm maſculus. Quinimò licèt re
gulariter compulſio teſtis teſtamēto ad
hibiti vitiet ipſo iure teſtamentum. l. qui
teſtamento. §. veteres. in fin. ff. de teſtam.
tamen non ſic erit in his octo teſtamen-
torum ſpeciebus. Et ſimiliter licèt regu-

*Idem in teſtium ſubſcriptiones nouæ opiniones.*

80 lariter teſtiū ſubſcriptiones in teſtamen
to exigātur. d. §. ſed cùm paulatim. cum
ſimilibus ſuprà allegatis, tamen non ſic
in his octo teſtamentorum ſpeciebus.
Quòd & in teſtium ſignaculis admittē-
dum eſt, vt in his octo caſibus neceſſaria
nō ſint, nō magis, q̄ ſolennis teſtium nu
merus, aut rogitus, quorum interuentū
in his octo caſibus non fore neceſſariū,
ſuprà docemur. vt ſic limitētur vtiliter,
& nouè. d. l. hac coſultiſsima. & . d. §. ſed
cùm paulatim. & . d. l. 1. & . 2. parti. 6. cū ſi-

*Idem quo ad hoc, ut unico contextu fiat teſtamētum, nouæ opin.*

81 milibus. Id quod ſimiliter admittendū
eſt in ea ſolennitate, quæ regulariter in
reliquis teſtamētis deſideratur, nempe,
vt vnico contextu fiat. iuxta. l. cùm anti
quitas. C. de teſtam. & l. qui teſtamento.
§. fi. ff. eod. & l. furioſum. C. qui teſtam. fa
ce. poſſ. nam in his. 8. teſtamentorū ſpe-
ciebus hæc ſolēnitas ceſſat, nec enim vi-
tiabuntur, licèt non vno, eodemq́; con-
textu fiat. Horum omnium ratio ea eſt,
quòd pro forma in huiuſmodi teſtamē-
tis nihil deſideratur, ſed tantùm requi-
ritur probatio legitima, qualis eſt illa,
quæ ſufficit in actibus inter viuos, vt ſu-
prà iam ſæpè edocti fuimus, in actibus
autem inter viuos, iſtorum nihil deſide
ratur. Quæ omnia in dictis octo caſi-
bus non iniuria admitti poſſent, præter-
quàm in vltimo caſu de teſtamento pe-
regrini, in quo licèt ſecundùm commu
nes opiniones ſuprà relatas admittendū
etiam ſit, tamen nobis nō ſat probatur.
Quinimò etiam in teſtamento facto in
carcere tyranni, vel tempore neceſsita-
tis, iſthæc dubia ſunt, ſiquidem ea neceſ
ſitas ſit in eo tantùm teſtatore, non etiā
in reliquis teſtatoribus: ſicq́; ratio legis
ſolennia exigētis in particulari tantùm,
nō etiā in cōmuni ceſſare videtur. ergo,
&c. vt in ſimili per Tiraq. de cau. ceſſan
te. par. 2. limit. 31. & . 32. Areti. in. l. 2. col. 5.
ff. de vulg. per. l. 1. ff. de minorib. cogita.

*Idē quo ad hoc, ut teſtamentū fiat in cōſpectu teſtātis, nouæ opini.*

82 Deniq; licèt regulariter requiratur, ꝙ
teſtes ſint in conſpectu teſtantis, iſta eſt
vera



vera, & communis opinio. vt reſoluunt
Deci. conſi. 354. In caſu propoſito. nu. 1.
Bal. in. l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. Iaſ.
in dict. l. ſi non ſpeciali. in prin. & . 3. not.
& Pariſi. conſi. 33. col. 1. lib. 2. Corne. con-
ſi. 18. In nomine Domini. lib. 2. nu. 4. Ful
go. in dict. l. ſi non ſpeciali. Bar. Sali. Pau.
& Benedict. de Plumbi. in eadē. l. ſi non
ſpeciali. Imol. & Abb. in. c. 2. de conſuet.
& eſt communis opinio ſecundùm Cor
ne. vbi ſuprà. nu. 6. Alexand. & Cinus in
dict. l. ſi non ſpeciali. nu. 6. Adeò, vt ſi in
ter teſtatorem, & teſtes eſſet paries inter
medius, teſtamentum non valeret, etiā
ſi teſtes percepiſſent quæ in eo teſtamen
to ordinabantur. prout iſta eſt commu-
nis opinio ſecundùm Alexan. vbi ſuprà.
nu. 6. & ſecundùm Pariſi. vbi ſuprà. & ſe
cundùm Iaſ. nu. 7. in. d. l. ſi non ſpeciali.
Cinus in. l. teſtium. 4. q. C. de teſtib. & Al
beri. in. d. l. ſi non ſpeciali. reprobata glo.
quæ contrarium tenet in. l. 2. §. idem La-
beo. 1. in verbo, audierint. ff. de aqua plu-
uia. arcend. & probatur hæc communis
opinio in dict. l. ſi non ſpeciali. ibi, in cō-
ſpectu teſtatoris. & in. l. ſi vnus. C. de te-
ſtam. in verbo, corā teſtatore. Et hæc cō-
munis opinio limitatur, id eſt, vt nō pro
cedat in actibus inter viuos. ita tenet gl.
in. d. §. idem Labeo. quam communiter
approbatam dicunt Iaſ. nu. 9. in. d. l. ſi nō
ſpeciali. & ibi Alexan. nu. 6. Tenent Bar.
Paul. & Imol. in. d. §. idem Labeo. tenent
cōmuniter Canoniſtæ in. c. ex literis. de
conſuetu. & in. c. præterea. de teſtib. Ab-
bas in. c. cùm cauſam. eod. tit. Bal. in. l. cō
uenticulam. col. 2. C. de epiſc. & cleri. In-
nocē. & Ioan. And. in dict. c. præterea. &
illa glo. eſt ſingularis ſecūdùm Alexan.
vbi ſuprà. Tamen nō ſic erit in his octo
teſtamentorū ſpeciebus, de quibus pro-
ximè mentionem habuimus. In quibus
probabilius eſt, non deſiderari, quòd te
ſtes videant ipſum teſtatorem, ſi modò
ea, quæ ab ipſo agebantur, plenè intelle-
xerint. Nam cùm, vt iam oſtēdimus, in
illis octo caſibus pro forma deſideretur
nihil, ſed tantùm pro probatione legiti-
ma id exigatur, quod exigitur ad legiti-
mam probationem inducendam in acti
bus inter viuos, nec dubium ſit, quin in
actibus inter viuos opus nō ſit, quòd te-
ſtes videant ipſos contrahētes, ſupereſt,
vt ſimiliter idem ſit recipiendum in his
octo teſtamentorum ſpeciebus.

*Idē quo ad intelligētiā teſtium, nouæ opini.*

83 Vnde quanuis regulariter requiratur,
quòd teſtes intelligerent omnia in teſta
mento contenta, ita vt quęlibet particu
la teſtamenti teſtium cuilibet innotuiſ-
ſe appareat. vt eſt vera, & cōmunis opi-
nio, vti reſoluit Corne. conſi. 304. Circa
hanc conſultationem. nu. 20. lib. 1. quod
maximè verum eſt, quātùm ad hæredū
inſtitu. & ſic poſtquàm teſtamentū con
ſcriptum fuerit, expedit, quòd relegatur
coram teſtibus. ſecūdùm eund. ita tenēt
Bal. & Paul. in. l. cùm antiquitas. C. de te-
ſtam. per text. ibi. & Guiliel. Bened. in. c.
Rainutius. de teſtam. par. 1. in verb. in ex
tremis poſitus. nu. 40. & Corne. conſil.
226. Licèt in hac. lib. 3. nu. 5. idem Corne.
conſi. 77. nu. 3. & nu. 11. lib. 4. quod conſi
lium incipit, Viſo dicto themate. Bar. in
l. fideicom. §. quoties. ff. de lega. 3. per tex.
ibi. idē Corn. cōſi. 307. Videtur prima fa-
cie. nu. 1. lib. 3. Tamē in illis octo caſibus
ſuprà memoratis magis eſt, vt hæc ſolē-
nitas ceſſet, dummodò non deſit ſaltem
ea probatio, quæ in actibus inter viuos
regulariter exigitur. argum. eorum, quę
ſuprà oſtendimus.

*Idem quò ad uiſum teſtiū, nouæ opiniones.*

84 Proinde licèt regulariter requiratur, ꝙ
teſtis teſtamento adhibitus, non ſit cæ-
cus, nam ſi cæcus eſſet, ipſum teſtatorē
videre non poſſet, quod regulariter ne-
ceſſe eſt, vt teſtamentum valeat. iſta eſt
vera, & communis opinio, quam reſol-
uit Corne. conſi. 18. nu. 5. lib. 2. Cinus, Al
beri. Butriga. Bar. Bal. Salice. Fulgo. Paul.
Corne. Alexan. Iaſ. in. l. ſi non ſpeciali. C.
de teſtam. per tex. ibi. in verbo, cōſpectu
teſtatoris. & in. l. ſi vnus. eod. tit. in verb.
coram

coram teſtatore. & reſoluit Deci.conſi. 354.In caſu propoſito.col.1.tamen aliud erit in ſpecie noſtra. Nam vt in actibus inter viuos cæcus teſtis eſſe nullo iure prohibetur,cùm alijs ſenſibus corporeis nō careat præter ſenſum vidēdi,ita quoq; & in his octo teſtamentorum ſpeciebus teſtis eſſe poterit, cùm in his quaſi ad formam deſideretur nihil, ſed tātùm ad probationem legitimam.Legitimaq́; probatio in dictis octo caſibus ea intelligatur, quæ in actibus inter viuos interuenire & ſolet, & oportet, vt iam diſſeruimus.

*Idē quo ad præſentiā teſtium, nouæ opiniones.*

85 In ſumma licèt regulariter requiratur, quòd teſtes fuerint præſentes toti teſtamento, aliter enim teſtamentum nō valeret.tex.eſt.in.l.cùm antiquitas.C.de teſtam.& in.l.caſus.eod.tit.& iſta eſt vera, & communis opinio.vt reſoluunt Pariſi.lib.2. conſi.33. Et ſi prima facie.nu.28. cum ſequentib. Corne.conſi.238. lib.4. incipit,Reperio. nu.3. cum plurib.ſequ. Alexan.Corne.& Iaſ.nu.8.& nu.12.in.d. l.cùm antiquitas.poſt Cinum,Bal.Paul. & Salice.& alios ibi.tradunt communiter docto.in.l.furioſum. C.qui teſta.fac. poſſ. vnde vna pars teſtamenti non poteſt probari per ſeptem teſtes dicētes, ſe illud ſcire, & non plus, & alia pars per alios ſeptem teſtes : quia teſtamētarij teſtes nihil probāt, niſi ex integro probēt totius teſtamenti tenorem.Quod intelligendū eſt, niſi per obliuionē ceciderit à teſtium memoria aliquid eorū, quæ teſtamento interfuerunt, cùm integro teſtamento ipſi teſtes depoſuerint ſeſe interfuiſſe. iſta eſt vera,& communis opinio.vt reſoluunt Bal.Paul.Alexā. & Iaſ. nu.9.in.d.l.cùm antiquitas.& pleriq; eorū,quos ſuprà retulimus.Cinus,& Bald. in.l.ſi præſidi.C.de donat.ante nupt.Roma.conſi.80.Viſis.Alexan.conſi.177.Viſo themate.lib.2.quam doctrinam vehemēter exclamat Iaſ.vbi ſuprà.poſt Alex. & alios, licèt in actibus tamen inter viuos probatio mēbratim admittatur. argum.tex.in.l.Gallus.§.ille caſus.ibi, duobus quaſi capitibus.l.commixtis.ff.de libe.& poſth.vbi tradūt nouiſſi. Vnde infertur, quòd ſi duo teſtes deponāt, quòd talis maſculus eſt in tali gradu,& alij teſtes deponunt, quòd fœmina eſt in tali gradu,tales teſtes plenè probant conſanguinitatē,& gradus.vt in.c.licèt ex quadam.de teſtib. docet Iaſ.nu.11. in dicta.l. cùm antiquitas. Et ſimiliter infertur, ꝙ ſi duo teſtes deponunt, quòd viderunt me poſſidere fundum Sempronianum quinq; annis, & alij duo teſtes deponūt, quòd viderunt me poſſidere eundē fundū alijs quinq; annis immediatè ſequētibus,tunc præſcriptio plenè probata intelligitur.ita tenet Iaſ. in dict.l.cùm antiquitas.nu.11. Bal.in.l.teſtium.C.de teſtibus.col.5.verſi.circa primas.faciunt quę tradit ipſe Bal.in.l.1.8.q. C.de teſtam. Tamen iſthæc regulariter procedunt in reliquis teſtamentis,non ſic in in illis octo teſtamentorum ſpeciebus ſuprà enumeratis,in quibus magis eſt, vt ꝓbatio mēbratim fieri poſſit non ſecùs, quàm in actibus inter viuos.argum.eorum, quæ ſuprà diſſeruimus.

*Idē quo ad notas ſcripturæ, nouæ opiniones.*

86 Vnde licèt regulariter requiratur, ꝙ non ſcribatur teſtamētum per notas,ſeu literas inſolitas, ita vt vix percipi poſſit ſenſus ſcripturæ. ita eſt vera,& communis opinio, vt reſoluit Alexan. conſi.153. Videtur prima cōſideratiōe. nu.6. lib.2. Bar.& communiter docto.in authen. ꝙ ſine.C. de teſtam.per text.ibi. & per tex. in.l.ſed cum patrono.§.fi.ff.de bon.poſſ. tex.in.l.vnica.ff. ſi tabulæ teſtamenti ſtabunt.ibi, quia ex coniectura nō propriè ſcriptus videtur. Bar.in.d.l.ſed cū patrono.§.fi.&in.l.2.C.de vetere iur.enucleando.& in fi. C.de emendatio.Iuſtin.codi. Specula.in tit.de inſtru.edi.§.inſtrumentum.verſi.item opponitur,ꝙ inſtrumentum eſt factum per notas.Anto.in.c.1.in 7.col.de fide inſtrum.Ange.in.l.Lucius.





in prin.ff.de milit.teſtam.Bart.& alij in l.quoties.§.1.ff.de hæred.inſtitu. per tex. ibi.in verſi.ſed & ſi quis. Guilielm.Benedict.in.c.Rainutius.de teſtam.1.par.in fine.num.61.Dinus in dict.l.Lucius. Facit quod notat Bar.in.l. quicquid aſtringēdæ.colum.1.ff.de verbo.obliga. Specul. in titu.de inſtrum.editio.§.oſtenſo. verſic.quid ſi abbreuiatura. Tamen iſthæc procedunt regulariter, non ſic in illis.8. teſtamentorum ſpeciebus ſuprà relatis, in quibus etiam per notas inſolitas (dūmodò percipi ſenſus earum poſſit) teſtamentum ſcribi licebit,non ſecùs, quàm reliqui actus inter viuos, vt ex ſuperioribus colligitur.

*Idē quo ad rogitū tabellionis nouæ opiniones.*

87 Denique licèt requiratur, quòd tabellio,qui conficit teſtamentum, fuerit rogatus, nam ſi rogatus non fuerit, tunc teſtamentum, quod teſtator expreſſim voluit per tabellionem confici,vitiatur, non ſecùs,quàm ſi teſtes rogati non fuiſſent. iſta eſt vera, & communis opinio, vt reſoluit Alexan.conſi.153.Videtur prima conſideratione.col.2. per text.in authen.de tabell.§.nos autem. & ibi notatur.notant glo.& docto.in.c.cùm.p. tabellio. de fide inſtru. & communis opinio eſt, quòd tabellio non præſumitur rogatus,niſi probetur, vel niſi ipſe tabellio in ipſomet inſtrumento atteſtetur ſe rogatum fuiſſe. ſecundùm Innocen. & alios in.c.1.de fide inſtrumē. Specula. & Ioan.Andre. in titu.de inſtrum.editio.§. breuiter. Bart.& alij in.l.ſciendum.ff.de verb.obliga. & hanc dicit communem opinionem Alex.conſi.153. Videtur prima conſideratione.lib.2.nu.9. Alexā.in dict.l.ſciendum.nu.42.& ibi Imol. Ange.in.l.quæcunq;.§.fin. ff.de publi. & in dict.l.ſciendum.idem Ange.conſil.206. Reperitur quædam imbreuiatura. Antoni. & Abb.in.c.1. de fide inſtrum. Bal. in.l.1.de fide inſtrum.& iure haſtæ fiſcalis. Tamen iſthæc regulariter procedūt, non ſic in octo caſibus ſuprà memoratis, in quibus (vt nouè interpretamur) id neceſſe non eſt, non magis, quàm in actibus inter viuos, vt ex ſuperioribus deducitur,quod nota, quia nouum, & vtile.

1 *Codicillis hæreditas dari non poterat.*
2 *Codicillis quare hæreditas non detur, rationes duodecim.*
3 *Ius quæſitum ut nobis auferri nequeat.*
4 *Teſtamento facto, ius nobis quæritur plenè per mortem teſtantis, pleniùs per aditionem.*
5 *Gabella ſemel quæſita, non deſinit deberi per diſſolutionem contractus factam ſine conſenſu gabellarij.*
6 *Dilatio reo conceſſa, prodeſt actori, nec excluditur renuntiatione rei.*
7 *Codicillis, an liberis directò detur hæreditas.*
*L.2.tit.12.parti.6.ampl.*
8 *Codicillis, an patri per filium directò detur hæreditas.*
*L.2.titu.21.parti.6.ampl.*
9 *Codicillis, an piæ cauſæ detur hæreditas directò.*
*L.2.tit.12.part.6.ampl.*
10 *Codicillis hæreditas non datur etiam iure directæ ſubſtitutionis.*
11 *Codicillis adimi non poteſt conditio poſita in inſtitutione hæredis.*
12 *Codicillis inſtitui quis non poteſt etiam in eo, quod ſibi titulo ſingulari relictum fuerat in teſtamento.*
13 *Codicillis non poteſt poni conditio ad inſtitutionem teſtamento factam.*
14 *Codicillis inſtitutio etiam in certa re fieri non poteſt.*
15 *Codicillis poteſt miles directò hæreditatem relinquere.*
*Declaratio.l.2.tit.2.lib.5.ordin.*
16 *Codicillis poteſt fieri declaratio perſonæ, quæ obſcurè fuerat teſtamento inſtituta.*
17 *Codicillis an reuocari poſſit pupillaris ſubſtitutio facta in teſtamento.*
18 *Codicillis confirmari poteſt hæreditas teſtamento data.*
19 *Hæreditas codicillis data, an in uim fidei. ſuſtineatur.*
20 *Declaratio.l.3.titu.1.partii6.& l.fina.titul.12. parti.6.*
21 *Teſtamentum non deſiderat ſcripturam. cum cōmuni.*
22 *Scriptura neceſſaria non eſt pro forma actus inter uiuos, licèt conuenerit ſcripturam fie-*

*ri.cum communi.*

23 *Codicillari qui uult in ſcriptis, non pro forma id uoluiſſe uidetur; cum Azone contra communem.*

24 *Intellectus.l fina. titu.12. parti.6.*

25 *Intellectus.l.3.Tauri.& l.1.titu.2.libro.5.ordinamenti.*

REDEVNDO ad caſus ſingulares, in quibus ceſſat teſtandi ſolennitas, limit.30.vt teſtam. minùs ſolẽne ſaltem ex parte valeat.argum.l.codicillis.§.fi.ff.de leg. 2. vbi etiam & ex ſuperioribus planè infertur, an teſtator licèt formam teſtamentorum regulariter tranſgredi & prætermittere nequeat, tamen ſi de facto eam pretermiſit, noceat, vt ea diſpoſitio nulla ex parte valeat, an verò tale teſtamentum in vim ſaltem codicillorum ſuſtineatur, ſi interfuit ſolennitas ſufficiẽs ad codicillos? Mouet quæſtionem, quòd voluntas teſtatoris nulla ex parte immutari poteſt, quin ex toto teſtamentum vitietur. vt probat text. in l. ſi quis cùm teſtamentum nullum. ff. de teſtam. Vnde teſtamentum, quod propter formæ tranſgreſsionem iure teſtamenti valere non poteſt, ſi iure codicillorum valere diceremus, maxima fieret mutatio volũtatis, cùm codicillis in vim tantùm fideicommiſsi hæreditas deberi poſsit, & conſequenter quarta Trebellianica inde deduceretur, ſicque ex quarta parte voluntas teſtantis immutaretur, & frauderetur: quia hæres, quem vniuerſa bona iure directo teſtator habere voluit, ea haberet diminuta ex parte quarta. Adhuc tamen lex ait poſſe teſtatorem efficere rem huiuſmodi.l.codicillis.§.fina.ff. de leg.2.vbi teſtator, qui ex profeſſo, & conſultò ſolennia adhibere noluit, dicens ſe miſeram, & exactam teſtamentorum abſeruationem ſeruare nolle, non ex toto inutiliter teſtatus eſt, quia eius teſtamentum valet ſaltem in vim fideicommiſsi codicillis dati. Simile fit, quando teſtator iurauit, vel iurare fecit hæredem. vt in. l. cùm pater.§.filius matrem.ff.de leg.2. ſecundùm communem intelle. quem ſignauimus ſuprà.

Teſtator tamen efficere non potuit, quòd huiuſmodi teſtamentis hæreditas directò daretur, ſed quòd valerent quaſi in vim codicillorum, quibus hæreditas directò dari non poteſt, neque adimi. vt eſt celebris regula, quam probat tex. ordinarius in.l.ſecunda.C.de codicillis.

*Codicillis hæreditas dari nõ poterat.*

1 Et dico, quòd cum illa.l. concordant multa iura, quorum aliqua loquuntur in hæreditate, aliqua in legatis, & fideicommiſsis. Primò concordat tex.in.l.hęreditas.C. de his quib. vt indig. in princ. text. in.l. quidam cum teſtamento.§.ſed cũ veteres.C.de neceſ.ſer.hęred.inſt.tex. in.§.codicillis.Inſtitu. de codici. notatur Inſtit.de vulga.ſubſti.in princ. text.in.l. 2.in fi.cum prin.ſequentis. ff. de iur. codici.& in.l.conficiuntur.§.1. eod.tit. tex. in.l.Scæuola.ff.ad Trebellia.text. in.l. ſi idem.in fine.C.de codicill. & in. l. quod autem.in princip.ff.ſi quis omi.cauſ. teſta.& in.l.3. C.ad Trebel.& in.l.ſine ſcriptura.eod.tit. Iſta propriè loquuntur in inſtitutione, & ſubſtitutione. ad idem tex.in.l.quidam in ſuo.§. fina.ff. de condi inſti. & in.l. inſtitutio talis. eod.tit. In legatis autem & fideicommiſsis concordat lex ex teſtamento.&.l.eam quam.C. de fideicommiſ.&.C. quan.di. le.ce.l. fi. & tex.in.l.1.§.fi.ff.de leg.3.&.l.ſi Titio & Mæuio. §.fi. de leg.3. &.l. ab exhæredati. in princip.de leg.1.& in.l.Titia.vbi caſus ſimilis.ff.de inofficioſo teſtamento. Caſus notabilis & ſingularis in.l. ſi fundum per fideicommiſ. §.fi. cum lege ſequen.ff.de legatis.1.Ex quibus omnibus habeo, quòd hæreditas in codicillis non poteſt dari, vel adimi directò, ſed per fideicommiſ.ſic.

Videbatur mihi contrarium, quia codicilli,



2 dicilli, & quælibet vltima voluntas dicitur teſtamentum. Hinc dicit Bald. in.l.1. ff.de teſtamen. ſaluari notarium à falſitate, qui dicit, talis condidit teſtamentum, in quo legauit Titio centum, & aliter non inſtituit hæredem. nam intelligitur teſtamentum pro qualibet vltima volũtate. refert Iaſ.in.l.quæ nuper.C.de inofficioſo teſtamento.gloſ. in.l.ſecunda. C. communia de legatis.& in.l.ſecunda.C. de conſtitut. pecunia. gloſ. quam ibi notat Angel.Inſtit.de teſtamentis.in princ. & eſt gloſ. quam legiſtæ non allegant in cap. quanquam. de vſu.libr.6.gloſ. fi. Et ego nouiſsimè pondero tex.in.c.cùm eſſes.in princip.extra.de teſtamen.quemadmodum ergo in teſtamento poteſt directò dari hæreditas, ita videbatur in codicillis. Contrarium tamen eſt verum, vt ibid.cum ſuperius allegatis. Quæ eſt ergo ratio diuerſitatis? Dico, quòd prima reſponſio eſt ſecundùm Bald. in. d.l. 2.propter breuem ſolennitatem codicillorum. vt notatur in. l. verbis ciuilibus. ff.de vulga.ſubſti. Secunda, quam ſequitur Bar.& alij in.d.l.ſi idem. Tertiã rationẽ ponit Iuriſconſultus.l. quod per manus.ff.eod. ibi vide. Ego addo quartam rationem: quia codicilli dicuntur quid acceſſorium ad teſtamentum. vt probatur in.d.l.quod per manus.& notatur in rubri.C.eod.& in rubr.Inſti.eod.& in rubri.ff.eod. Quia tales ſunt codicilli ad teſtamentum, qualis eſt ſcapha ad nauem. vt notatur in dicta rubr.Inſtit. eod. quæ autem ſit ſcapha, eſt tex.in.l.ſcapha.ff.de euictio. Si ergo dicuntur quid acceſſoriũ, eſſet contra ius, quòd teſtamentum confirmaretur à codicillis, & ſic principale ab acceſſorio.contra.l.nuda.cum ſimi.C.de contrah. ſtip. optimè facit.l. ex pupillari. ff. de vulga. & pupi. ſubſti. C. de contrahen.& cõmi.ſtipu.l.nuda.quia iniquum eſt vt dominus veſtiatur à ſeruo, vt aliqui dicunt docto. quinimò quod eſt fortius & ſingulare, acceſſorium quantumcunq; geminatum non poteſt veſtire principale.vt probat text. ſingula. in. l. ſi pacto quo pœnam.C. de pact.& ibi moder. quod eſt contra communem ſentẽtiam. vt ibi notatur. quanto ergo minus ſi acceſſorium eſt ſimplex, vt in caſu noſtro? Quinta etiam ratio poteſt addi perſuaſiua, ſcilicet ne rerum turbentur officia.contra.l. conſulta diualia. cum ſimili. C. de teſtamen. Cùm ergo illa poteſtas ſit data vel attributa teſtamentis tantùm, ergo.&c. Sexta ratio poteſt eſſe, quia non debet quis ab alio expectare vel petere, quod ipſe eſt alijs daturus vel facturus. vt dictum eſt in. l. ſi quis ex argentarijs.§. fina. ff. de edend.facit.l.cum clericis. C. de epiſcopis & cler. Addo tex. in authen.de ſanct. epiſcopis.§.1. colum.9. vbi dicitur, quòd qui debet alios docere, non debet ab alijs doceri: cùm ergo teſtamentum det robur codicillis, & ab eo depẽdeant, nõ debet ab eis cõfirmari vel deſtrui. Quartam rationem colligo in.l. hæres per ſeruum. ff. de acquirenda hæreditate.cum ibi notatis.vbi vna res hęreditaria etiam inanimata dedignatur acquiri per aliã hæreditariam animatam, id eſt, ſeruum & ſic digniorem: quanto ergo magis teſtamentum debet dedignari, ſi tollatur vel confirmetur per codicillos, qui dicuntur acceſſorij & minoris potentiæ vt ſuprà dictum eſt? nam & aſinus auribus intumeſcit dum videt ſe per comparem comprehendi. dicit gloſ. in dict.l. hæres per ſeruum.& in. l. prima. §. veteres. ff. de acquirenda poſſeſsione. facit quod notat gloſ.in.l. ſecunda. C. de dolo.& in.l. ſi cum exceptione.§. eum qui. ff. quod metus cauſa.vbi habetur, quòd inuidioſus non inuidet maiori vel minori, ſed pari. ergo idem in caſu noſtro dato quòd codicilli & teſtamentum eſſent pares. Octaua ratio poteſt reddi, qa par in parem non habet imperium.cap. ex inſinuatione. de appellation. l. nam

*Codicillis quare hæreditas nõ detur rationes.12.*

& magiſtratus. ff.de arbit. cum ſimilib.
ergo codicilli non debent habere pote-
ſtatem tollendi, vel confirmandi teſta-
mentũ, maximè cùm codicilli non ęqui
polleant, vt dictum eſt: imò ſunt inferio
ris potentiæ, vt infinitis probatur argu-
mẽtis. Nonam rationem colligo ex ver
bis Bal.in.l.humanitatis.C.de impub.&
alijs.11.col. in medio.vbi vide. Decimã,
& ſubtiliorem colligo per Bal.in.l.1.pe-
nul.col.in prin.de ſacroſ.eccle.in repeti.
Vndecimam colligo, & ſubtilem ex pul
chrè notatis per Bened.in.l.3.9.col.ad fi.
C.de iur.delibe. Duodecima ratio poteſt
colligi ex dictis per Paul.in.l.ſi credito-
res.in.fin.C.de pact. & ibi Iaſ.3.limitati.
Et iſta ſufficiant quãtùm ad rationes hu
ius regulæ. Nec obſtat, quod dixi, quòd
codicilli dicuntur teſtamentum, quia il
lud eſt verum de larga ſignificatione, &
arguendo ab alluſione vocabuli, non ta
men per hoc ſequitur, quòd id, quod fit
in teſtamẽto, poſsit fieri in codicillis, ra-
tionibus, de quibus ſuprà. Sed contra
hoc ſe offert, quòd conſeruatio teſtamẽ
ti reſpicit publicam vtilitatem.l. vel ne-
gare.ff.quemadmod.teſtam.aper.gloſſ.
ſingula.in.l.Gallus.§.quid ſi is. in verb.
vtilitatem. ff.de liber. & poſthum. pro-
bat tex. quem ad hoc pondero in.l.2. C.
vt in poſſeſs.lega. Sed habeo, quòd illa,
quę reſpiciunt publicam vtilitatem, ex-
tenduntur ad largum, vel improprium
ſignificatum, dato etiam, quòd ſint ſpe-
cialia, quod eſt fortius, vt inquit Bart.in
l.quemadmodum.C.de agrico.& cenſi.
lib.11. & in.l.2.§. exercitum. ff.de his qui
notan.infam.Bal.in.l.non ſine.C.de bo-
nis quæ liber.& notabiliter Paul.in.l.bo
na fides.ff.depoſi. ergo ſignificatio teſta
menti, de qua in propoſito, debet exten
di ad codicillos, qui largo ſumpto voca
bulo dicuntur teſtamentum, cùm hoc
ſit publicæ vtilitatis, vt dixi. Si ſic, ergo
quemadmodum in teſtamento poteſt
dari, vel adimi hæreditas, idem videtur
in codicillis. Iſta obiectio eſt ſatis colo-
rata, tamen nihil obſtat. Quia fateor, ꝙ
conſeruatio teſtamenti, poſtquàm eſt
factum, reſpicit publicam vtilitatem: &
idem dicerem in codicillis, poſtquàm
ſunt facti, nam lex dicit, Publicè expe-
dit ſuprema hominum iudicia exitum
habere.dict.l.vel negare. & ſic compre-
henditur quæcunq; vltima voluntas, ta
men per hoc nõ ſequitur, quòd id, quod
poteſt fieri in teſtamento, poſsit fieri in
codicillis, cùm inter eos ſit diuerſa ratio,
vt ſuprà latè dixi, & hoc patet ad ſen-
ſum. Incidenter tamen vnum notabi-
tis, quòd licèt appellatione teſtamenti
comprehẽdantur codicilli, vt dixi, vnũ
tamen eſt, quòd in materia correctoria,
nedum non comprehenduntur codicil
li, ſed nec etiam teſtamentum nuncupa
tiuum. ita probat textus, qui eſt mihi ſin
gularis in.l.quæ nuper. C.de inoffici.te-
ſtamen. iuncta.l.omnino. eodem titul.
& colligit Iaſ. in dicta.l. quæ nuper. &
iſta quo ad primum, inquantum hæc
ratio dicit, quòd hæreditas non poteſt
dari, vel adimi in codicillis.

3 Secundò præſupponitur, quòd hæ-
reditas ſemel data bene poſsit adimi, li-
cèt non in codicillis. Contra hoc præ-
ſuppoſitum oppono, & licèt non ſit ſub
tilis, eſt tamen nouiſsima ratio dubitan
di in propoſito. Quandocunque ex ali-
quo actu, vel contractu facto inter ali-
quos eſt tertio ius quæſitum, ab illo con
tractu, vel actu, partes non poſſunt re-
cedere, illo tertio inuito, vel ignorante,
4 vt infrà notanter probabitur: ſed ſic eſt,
quòd ex teſtamẽto eſt quæſitum ius hæ
redi, vel legatario, nam per teſtamẽtum
acquiritur plenè, per mortem teſtatoris
pleniùs, per aditionem pleniſsimè. vt
eſt glo. quam Barto. ibi dicit notandam
pro iuuenibus in.l.omnium.C.de teſta-
men. ergo per regulam ſuprà dictam ſta
tim probandam, non poteſt teſtator adi
mere hæreditatem, vel legatum in præ-
iudiciũ

*Ius quæſitũ ut nobis nequeat auferri.*

*Teſtamẽto facto ius nobis quæritur plenè ꝑ mortem teſtantis, pleniùs ꝑ aditionem.*



iudicium hæredis, vel legatarij, eo inui-
to, vel ignorante, cuius contrarium hîc
dicitur, & pro hoc facit, quia ſtudioſè
agendum eſt, vt quæ verbo promittun-
tur, opere compleantur.ca.qualiter.ex-
tra. de pactis. & illud, Quæ procedũt de
labijs meis, non faciam irrita, &c. & ab-
ſurdum eſt, vt quod quiſque ſua voce
dilucidè proteſtatus eſt, is in eundem
caſum proprio valeat teſtimonio reſiſte
re.l.generaliter. C.de non numera.pecu
nia. dict.cap.per tuas. de probatio. cum
ſimilib. Regula autem ſuprà dicta pro-
batur eleganter per ſequẽtia. Primò tex.
in.l. ſi cùm Hermes. C.locati. &.l. item
quæritur.§.qui impleto.ff.locati. vbi ha
betur, quòd ſi fideiuſſor interuenerit in
contractu locationis facto ad certum
tempus, certum eſt, quòd finito tempo-
re, ſtatim finitur contractus, & ſic inci-
pit competere exceptio fideiuſſori, quæ
eſt quoddam ius. Ponamus, quòd iterũ
partes de nouo conſentiant in contra-
ctu, nonne nocebit fideiuſſori? Dicunt
illa iura, quòd non, niſi denuò conſen-
tiant. Sic in propoſito, cùm in legato fa-
cto ſit quæſitum ius legatario, non po-
teſt ſibi adimi, eo diſſentiente, cuius cõ-
trarium hîc dicitur. Secundò probatur
in.l.fina.de pact.vbi ex pacto facto cum
debitore de non petendo oritur excep-
tio fideiuſſori, quæ ſibi non adimitur, li
cèt poſteà partes paciſcantur in contra-
rium, vt ibi dicitur, ſic ergo videbatur
in pręſenti. Tertiò pro hoc facit, nam
eſt certum, quòd ſi partes faciant vendi
tionem, non obſtante perfectione con-
tractus, poſſunt partes à contractu re-
cedere. vt in.l.1. C.quando liceat ab em-
ptio.diſced.& in.§.fin. Inſtit.quibus mo
dis tolli.obliga. Facit ratio, quia vnum-
quodque poteſt tolli vinculo, quo liga-
tum eſt.l.nihil tam naturale.ff.de regul.
iuris. ſed venditio fuit celebrata conſen
ſu, ergo contrario conſenſu, &c. Facit
quod dicimus de adoptione ſoluẽda per
emancipationem, quæ eſt contractus:
item quia contraria contrarijs tollũtur,
vel curantur.l.1.in princi. C.de cadu.tol
5 len. tamen habemus, quòd ſi ex forma
ſtatuti, ex contractu emptionis eſt quæ-
ſitum ius gabellario, nõ poſſunt partes
recedere, eo inuito, ſine eo quòd ſibi ſol
uatur gabella. ita notabiliter Bald.in.l.ſi
conſtante. C. de donat. ante nuptias. &
in alijs locis. Ita ergo videbatur in propo
ſito, quòd non poſsit adimi hæreditas,
vel legatum ſine conſenſu hæredis, vel
legatarij, cui eſt quæſitum ius, cuius cõ-
trariũ hîc videmus, ergo malè. Pro hoc
facit text.in.l. ſtipulatio. ff.de iur.dotiũ.
vbi ſi extraneus ſtipuletur de dote ſibi
reddenda, acquiritur ſibi ius ſtatim ſo-
luto matrimonio: vnde ſi matrimoniũ
reintegratur, actio ſibi quæſita non in-
tercidit, imò ad hoc, vt ſibi tollatur, re-
quiritur eius nouus conſenſus. ergo ſic
in caſu noſtro. Quintò facit regula.l.id
quod noſtrum. ff.de regul.iuris. vbi id,
quod noſtrũ eſt, ſine facto noſtro à no-
bis diſcedere non poteſt. ergo ſic in pro-
poſito. Sextò facit tex. ſingularis in.l.Lu
cius Titius.§.Paulus.ff.de admi.tuto.vbi
tex.inquit, quòd ſi tutor poſt pubertatẽ,
& ſic finita tutela aliqua ex voluntate
aliqua adminiſtrauit, cùm ex illo tem-
pore fideiuſſor datus, qui rem pri.ſal.fo.
promiſit, ſit liberatus ex poſteà geſto
per tutorem voluntariè non tenetur,
imò requiritur eius conſenſus, vt tenea
tur, cùm ex lapſu tẽporis ſit ius ſibi quæ-
ſitum. ergo in caſu noſtro requiratur cõ
ſenſus eius ad tollendum ius ſibi quæſi-
tum, cuius cõtrarium hîc cauetur. Facit
l.ita autem.§.2.eod.tit.&.l.tutores qui.§.
curatores.eodem titu. Septimò facit.l.ſi
poſt mortem.§.fi.ff.de contra tabul. vbi
notãter dicit tex. quòd ſi alicui incipiat
ſemel competere contra tabulas bene-
ficio præteriti aperientis ſibi edictum,
quòd poterit ſuo remedio vti, nec ſibi
aufertur propterea quòd alius nõ agat,

*Gabella ſemel quæſita non deſinit deberi ꝑ diſſolutionẽ contractus factã ſine conſenſu gabellarij.*

quia cùm ſibi ſemel cœpit competere,
nō poteſt ſibi auferri. Nec obſtat.l.ſi iu-
dex circunuento. ff. de minor. & quod
ibi notatur. ſic ergo deberet eſſe in caſu
noſtro. Octauò facit regula, quia nemo
poteſt mutare conſilium in alterius in-
iuriam, vel iacturam.l.nemo poteſt mu-
tare.ff.de regul.iur.& eadem regula.lib.
6.Item quia alteri per alterum nō debet
iniqua conditio inferri.vt in clemen.nō
debet alteri.&c. Nonò videtur facere
alia regula, quia quādo tractatur de præ
iudicio alicuius, ſemper debet fieri, eo
ſaltem requiſito.l.ea quæ. C.quomo. &
quan. in.l.de vnoquoq;. ff.de re iudic.l.
nam ita diuus.cum ſimili.ff.de adoptio.
ſed eadem ratio videtur militare in ca-
ſu præmiſſo, ergo,&c. Decimò pro hoc
facit glo.ſingula. in.l.venia. C.de in ius
vocan.& quod ibi per moder.in verbo,
concedi. Item facit quod notat Bald.
poſt glo. ibi in.l.Gallus.§. & quid ſi tan-
tùm.ff.de libe.& poſthu. Item facit glo.
& quod ibi notatur in.c.ab eo.de electi.
lib.6. & in.c.publicato.eod.tit. Pro hoc
6 vide, quod ſingulariter ponit Abb.in.c.
nouit.7.col. Vltimò facit, nam actor po
teſt vti dilatione conceſſa reo.l.petēdæ.
C.de tempo.in integ.reſti.peten. Sed an
poteſt renuntiare reus dilationi ſibi da-
tæ in præiudicium actoris, dicēdum eſt,
quòd non.ſecundùm Bald.in.l.fin.ff.de
pact. & in.d.l.petendæ.vbi pleniùs. Ra-
tio, quia iam eſt ius quæſitum actori, er
go idem in caſu noſtro. idem tenet Bar.
in.l. ſi poſt mortem.§.fi. ff.de contratab.
vbi limitat hoc verum, quando talis di-
latio eſt conceſſa reo de iure communi:
ſecùs ſi de iure ſpeciali. & hoc per.l.ſi iu-
dex circunuento.ff.de mino. ego pono
exemplum per.l. minor.25.annis. omiſ-
ſo eod.tit. Iſtam tamen differentiam in-
ter dilationem competētem de iure cō-
muni, vel ſpeciali reprobat Bar.in dict.l.
petendæ. per bonam rationem, de qua
per eum in dict.l.ſi iudex. Ego tamen, ſal

*Dilatio reo cōceſſa prodeſt actori, nec excluditur renūtiatione rei.*

uo meliori iudicio, crederem, quòd di-
cta limitatio ſit verior, & ſic vera deci-
ſio Bart.in.d.l. ſi poſt mortem. facientis
differētiam inter dilationem de iure cō-
muni, & de iure ſpeciali. Hoc ſuadetur
per regulam tex.& ibi Bart.in.l.ergo.§.ſi
is qui.ff.de fideicommiſ.liber. vbi nō ha
bentur in cōſideratione ea, quæ poſſunt
euenire de iure ſpeciali, vel ſingulari. Se
cundò, per tex.ſingul.qui multùm decla
rat in.l.ſi minor.ff.de acquir.hære. Ter-
tiò, per.l.1.§.illud.ff.de coniun.cū eman.
libe.eius.vbi habetur, ꝙ in his, quæ cōce
dūtur de iure communi, curatur de mi-
nimis: ſecùs autem in ijs, quæ concedun
tur de iure ſpeciali.vt eſt text.in.l.ſcio.ff.
de in integ.reſtit.titu.generali. Quartò
probatur per dict.l.ſi iudex.ad quā non
bene reſpondetur. Sed contra iſta pon-
dero tex.in.l.intercidit. de condit.& de-
monſtratio.vbi videtur, quòd in ijs, quæ
conceduntur de iure ſpeciali, inſpicitur
quod euenire poteſt. cogitabis, quia in
hoc non inſiſto, cùm veniant inciden-
ter. Et per iſta cum multis alijs, quæ poſ-
ſent adduci, videtur ſatis illuſtrata iſta
ratio dubitandi, id eſt, quòd ademptio
non poſſet fieri in præiudicium tertij: cō
trarium tamē hîc præſupponitur.& iun
ge multa per Iaſ.in.l.patre furioſo.ff.qui
ſunt ſui vel alie.iur.

RATIO decidendi eſt, quòd præ-
dicta loquuntur in contractibus, vel in
actibus minorum. Ratio autem noſtra
cum cōcordan. in vltimis volūtatibus.
Sed iſta reſponſio non videtur tuta, cùm
(vt eſt vulgatum) valeat argumentū de
contractibus ad vltimas voluntates.l.fi.
C.de leg.l.ſeruum filij.§. eum qui chiro-
graphum.de lega.1.l.qui duas. de lega.3.
Quid dicemus? Adhuc dico, quòd præ-
dicta ſolutio poteſt eſſe bona, nec ob-
ſtat, quòd valet argumētum de contra-
ctibus,&c.quòd illud eſt verum, vbi eſt
eadem ratio: & ita intelliguntur prædi-
cta iura, ſed hîc non eſt eadem ratio, &
patet



patet apertè, quia in cōtractibus nō eſt lo
cus pœnitētiæ.l.ſicut. C.de.acti.& obli.l.
nō idcirco. cū concord.C.de cont.empt.
Et hoc eſt quod dicimus, ꝙ contractus
dum ſunt in fieri, dicuntur voluntarij,
poſtq̄ ſunt in facto eſſe, dicuntur neceſſa
rij: quia partes non poſſunt recedere niſi
de vtriuſq; conſenſu, vt dixi. Secùs autē
in vltimis voluntatibus: nam poſt teſta-
mentum factum poteſt quis illud muta-
re.l.volumus.cum ſimil.C.de teſtamē. Et
ſic in propoſito facit ratio: quia ambula-
toria eſt defuncti volūtas vſq; ad vltimū
vitæ exitū.l.3.§.fi.cū.l.ſeq. ff. de adim.leg.
l.cùm hic ſtatus.§.ait oratio.ff. de donati.
inter vir.& vxor. facit pulcher text.in.l.1.
C.de ſacroſan. eccle. vbi ponitur ratio.ſ.
quia nihil eſt quod magis debeatur ho-
minibus, q̄ vt ſupremæ voluntatis poſtq̄
iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſty-
lus, & licitum quod iterum nō reddit ar-
bitrium. Facit in ſimili. l.in teſtamētis.ff.
de reg.iu.c.cùm dilecti.cū ſimi. de dona.
Et ex hoc colligitur vna differentia inter
cōtractus, & vltimas volūtates, quā adde
ad ea, quæ ponimus ſuprà. Poſſunt etiā
ſecundo modo ſolui dicta cōtraria, quòd
ideo ibi non poteſt quis recedere in præ
iudicium tertij: quia illi actus ſunt val-
lati cōſenſu duorum, vndè ſunt maioris
firmitatis: quia duo vincula, vel duæ ra-
tiones vincūt vnam. vt notatur plenè in
l.1.cum ſimil. C.de pact. Hinc videmus,
quòd ſtipulatio conditionalis tranſmit-
titur ad hæredes.§.ex conditionali. Inſti.
de verb.oblig.tex in.§.cùm quis. Inſti.de
inutil.ſtipulat.cum ſimi. Secùs in legato
cōditionali.§.ſin autem aliquid.C.de ca-
du.tollen. Ratio eſt, quia in ſtipulatione
cōditionali interuenit factum duorum,
ſecùs in legato. ita dicit glo.in.d.§.ex con
ditionali.& in.l.ſi vxor. C. de cōdi.inſer.
Tertia ſolutio & notabiliter poteſt eſſe,
quia verum eſt, quòd ius ex facto meo al
teri quæſitum, vel occaſione mea, per
diſpoſitionem legalem, ego non poſſum

auferre. Illud eſt verum in iam iure
quæſito re vel ſpe irreuocabili. Et ſic de-
bent intelligi omnia iura ſuprà adducta
pro ratione dubitandi. Et ſic intelligitur
quod notat Bal.in.l.ſi conſtante.C.de do
natio.ante nupt.& quod plenè ponit Iaſ.
in.l.fi. 1.limitatione.ff.de pact. Quod pa-
tet, ſi diſcurratur per omnia ſuprà allega-
ta. Regula aūt iſta cum ſimil. loquitur in
iure non quęſito re, nec ſpe irreuocabili.
Re patet: quia teſtator eſt viuus.l.qui ſu-
perſtitis.de acqui.hære.cum ſimilib. Nec
ſpe irreuocabili patet: quia poteſt muta-
re pro libito voluntatis, vt ſuprà probatū
eſt.ergo.&c. Ratio differ. inter hoc caſus
poteſt colligi ex.l. patre furioſo. ff.de his
qui ſunt ſui vel alie.iu.vbi difficiliùs quis
priuatur iure quæſito, quàm quærendo.
vt ibi dicitur. Facit in ſimili tex.in.l.fi.C.
de acq.poſſeſſ. & quod notatur in.l. 1. C.
qui admit.ad bo.poſſ.poſſunt. Item, quia
turpiùs eijcitur, q̄ nō admittatur hoſpes.
c.quēadmodum. de iureiur. Itē pro iſta
diſtinctione iuris quæſiti vel quęrēdi, be
nè facit tex. notabilis in.l.poſt emancipa
tionem.ff.de libe.lega.& quod ibi Barto.
vbi nō habetur in conſideratione, quòd
quis poſſit ad alterius ſucceſſionem veni
re, etiā parētis, vt ibi habetur. Facit quod
notat Bar.in.l.fi.in fi.C.de pactis.& in.l.is
poteſt.2.&.3.col.ff.de acq.hære.& in.l.ſci
endum.in fi. prin.ff.qui ſatiſda. cog. Pro
prædictis facit.l.perfecta.C.de dona.quæ
ſub mod. vbi donatio perfecta non reci-
pit conditiones, ergo à fortiori non reuo
catur.& illam allegat Abb. in.d.c. nouit.
7.col.in fi.facit in ſimili.l. nec auus.C. de
emanci.liber.d.l.ſi donationem.C.de re-
uocan.dona.& text.in.l.in ciuile.C.de rei
vendic.& in.l.de contractu. C.de reſcin.
vendi.& regula.l.ſicut. de actio.& oblig.
cum ſimil. Nec obſtat glo.in.d.l.omniū.
C.de teſtamen.quam ſuprà adduxi.quia
eſt intelligenda de iure non quæſito re,
vel quæſito cōmutabiliter: tamen quia
teſtator poteſt mutare, vt latè ſuprà dixi,

 & quia

& quia teſtamentum à morte teſtatoris aſſumit vires, nō antè.c.cùm Marthæ. de celeb.miſſa.cum concor. Non obſtat.c. qualiter. de pactis. Nam pondera quod dicit, quòd verbo promittatur.&c. & ſic nō loquitur in vltima voluntate. Itē loquitur ibi de iure quæſito ſpe irreuocabili.ſ.per promiſſionem. Ad alia duo patet reſponſio facilis. Et hæc ſufficiant quantum ad rationē dubitandi, & decidendi ad hanc regulam.

*Codicillis an liberis directò detur hæreditas.*

7 Nunc examinemus materiam noſtræ regulæ. Ex qua nota, quòd hæreditas nō poteſt dari in codicillis. vt.d.l.2.cum concord.ſuprà in præſenti allegatis. Sed quæritur, an liberis, vel filijs codicillatis poſſit in codicillis directò relinqui? In iſta queſtione reperio Bar.dicentē, quòd ſic, in.l.militis codicillis.in prin. per illū tex. ff.de teſta.mili.& in.l.2.ff.de mili.teſta.& in.l.hac conſultiſſima.§. ſi quis autem.C. de teſta. idē tenet Pau. in.l.filij. in fi. C.fami.herciſ. Imò magis dicit in dictis locis, quòd poteſt in codicillis ab alijs adimi, & eis dari. & fundatur Bart. per.d.l.militis.in prin.iuncto.§.ex imperfecto. arguēdo de milite ad patrē. Reperio tamen, ꝙ Io.de Imol.in.d.l.2.ff.de iniuſto teſtamē. Bal.in.d.l.filij.pe.quæſt. C.famil.herciſc. quem ibi ſequitur Salice. tenent contrariam opinionē, dicētes, quòd pater inter ſuos filios nō poterit codicillari, ita quòd directò relinquat hęreditatem, licèt illud poſſit facere in teſtamento imperfecto. Fundamentū eorū eſt, quia regula iſta cū ſimilibus loquūtur indiſtinctè, quòd in codicillis nō poteſt dari hæreditas, nō diſtinguendo inter patrē & alios. ergo &c. l.de precio.ff. de publi.cum concordan. Item allegant tex.in.l.Scæuola.ff. ad Trebellia.vbi videtur caſus, quòd pater non poteſt filijs ſubſtituere directò in codicillis, ergo nec inſtituere, cùm inſtitutio & ſubſtitutio à pari procedant in iſta materia.l.ſi idē. infrà iſto tit. Item allegat Bal. quia ſpecialiter hoc eſt in milite ſtatutū, d.l.militis. in prin. ergo in cōtrarium eſt ius cōmune.l.ius ſingulare.ff.de legi.iuncta.l. Quid tenendum? Videtur prima facie, quòd Bart.& ſequacium opinio ſit verior. Primò, quia quemadmodum miles poteſt teſtari ſine ſolēnitate.l. milites. C.de teſta.mili.idem eſt in patre.§.ex imperfecto.& in.l.fi.C.fami.herciſ. Secūdò, quia imò ego reperio, quòd magis fauetur patri teſtāti inter liberos, quàm militi, cùm miles debeat teſtes rogare. l. diuus.ff.de teſta.mili.in verſ.cōuocatis.notatur in d.l.milites.text.in.§.planè. Inſtit. de teſta.mili. Secùs in patre, vbi ſufficiūt etiam fortuiti, vel tranſeuntes.glo. notabilis in.l.fi.in fi.C.de codicil. ita ſingulariter dicit Pau.in.d.§.ex imperfecto. rationem diuerſitatis ponit Iaſo in authen.nouiſſima.5.col.C.de inoff.teſta. Tertiò, & eſt bonum fundamentū.l.militis.quæ loquitur in milite, ponit caſum exceptum & exorbitantē à regula iuris. ſ. huius.l.2. ſuprà alleg. & ſimilium: ergo non mirū ſi poſſit extendi ad patrē, cùm caſus excepti poſſint extēdi ex identitate rationis. vt eſt caſus in.c.cùm dilecta.in medio.de confirma.vti.vel inuti. & ibi notabiliter Abb. probat text.in. c. poſt tranſlationē. verſ.quanquam.de renuntia.glo.notabilis in.l.1. C.de condict.indebi. cum ſimi. His tamen nō obſtātibus, crederem opinionem Bal.& ſequacium eſſe veriorem de iure. Probo. In exorbitantibus nō debet fieri extenſio. notatur in.l.2.C.de patri.qui fil.diſtraxe.cum ſimi. ſed illud de milite eſt exorbitans, ergo &c. Item quia inter patrem & militē reperiuntur multæ differentiæ circa teſtamentū, vt patet in rogitu teſtium, vt dixi. Item, quia miles poteſt inſtituere ad tempus.l.certi. C. de teſta.milit. Secùs in priuato.l. hæreditas.ff.de hære.inſti. Item differunt, vt patet in.l.ſicut certi.cum ſequen.C.de teſta. mili.& multis alijs, quæ de facili inueniētur, ergo non eſt arguendum de vno ad aliud: quia ad tollendā conſequentiam

ſufficit



ſufficit dare inſtantiam.glo.in.c.ſicut vrgeri.1.q.1. & in.l.creditori.ff.de oper.no. nuntia. vbi Iaſ. Item.l.de milite. tantùm poſita eſt, ergo non extenditur ad iſtum caſum.l.ſi verò.§.de viro. ſolut.matri. Itē illud erubeſcimus &c. in authen.de triē. & ſemiſſe.§.conſideremus.col.3.cū ſimi. Præterea contra Bart.retorqueo tex.in.l. hac conſultiſſima.§. ſi quis autem. C. de teſta.quem Bar.allegat pro ſe.nam ibi loquitur tex.quando voluit teſtari, ſed in queſtione noſtra quando voluit expreſſè codicillari. pondero tex.ibi, Sed quaſi inteſtati voluntatē &c. ergo non videtur iure directo.&c. Quintò, quia priuilegia militibus conceſſa in teſtando, conceduntur propter ſimplicitatē eorū. tex. in.l.quanquam.C.de teſta.mili.& Inſtit. eod.in princ. Sed iſta ratio ceſſat in patre teſtante inter liberos, vt patet, ergo &c. Sextò allego text.in.l.fi.C.de codicil. inducendo vt per Alex. in.d.§. ſi quis autē. Septimò pōdero tex.in.§.ex imperfecto. vbi datur regula, quòd in teſtamento imperfecto poteſt dari hæreditas liberis. ergo. Secùs in codicillis, qui nō dicuntur teſtamētum perfectum, nec imperfectū propriè ſumpto vocabulo, vt ſuprà dictū eſt. Et hoc voluit inducere Bal. licèt non declaret in.l.humanitatis.11.col. in prin. de impube.& alijs. Nec obſtant quę allegaui pro Bar. Primò nō obſtat quod dixi, quòd quēadmodum miles poteſt teſtari ſine ſolennitate, idem eſt in patre. Nam, vt ſuprà dixi, ſunt multæ differētiæ, ergo non eſt arguendū de vno ad aliud. Non etiam obſtat ſecundum.ſ.quòd magis fauetur patri, vt patet in rogitu teſtium, vt dixi. Quia imò, ſi diligenter conſideras, ibi magis fauetur militi, quàm patri. vt colligitur ex ratione text.in.d.l.diuus. de teſtamen.milit. & in.§.planè. Inſtitut.de teſta.mili. iunctis notatis per Iaſo. in authen.nouiſſima.5.col.in medio. Non obſtat tertium.ſ.quòd caſus excepti poſſint extēdi.d.c.cùm dilecta. quia illud eſt verum, quando eſt eadem ratio, ſed hîc eſt diuerſa ratio, ergo &c. Quòd ſit diuerſa patet: quia in milite verſatur publicus fauor, cùm ſit publica perſona, in patre fauor priuatus, ergo non eſt eadem ratio. ea enim quæ cōmuniter omnibus. &c. authen. res quæ. C. cōmunia de lega.l.1. in fi.de cadu.tollen. Confirmatur per.l.ſi locus.§.cum via.ff.quēad. ſerui.amitt. & per notata per Bart.in.l.ſi pignore.§.fi.de pigno.actio.cum ſimil. Item patet, quia miles non tenetur ſcire iura.l. ſcimus. in principio.C.de iure deliberan. ergo non mirum, ſi ſimplicitati ſubuenitur in iſto iure poſitiuo.arg.l.fi.cū ſimil.C.de teſta. Secùs in patre qui tenetur ſcire iura, & obſeruare.l.codicillis.§.fi. cum ſimi. de leg. 2.& neſcire, eſt lata culpa, quæ æquiparatur dolo, ergo nō debet ei prodeſſe. Vltimò in iſta quæſtione vide quæ ponit Iaſo in.l.hac conſultiſſima.§.ſi quis autē. C.de teſtam.pen.& fi.col. Et ex prędictis tenendo opinionem Bal. & ſequacium, quæ videtur cōmunior, habes vnam extenſionem ad hanc regulam.ſ.quòd hæreditas non poteſt dari in codicillis, non ſolùm inter extraneos, ſed nec etiam inter filios. Et ita intelligo.l.2. tit. 12. par.6. vbi plenè per Gregor.Lup.

*L.2.tit. 12. parti.6.ampli.*

*Codicillis, an patri ꝑ filium directò hæreditas detur.*

8 Secundò principaliter quæro, Quid erit econtrà, ſi filius vult codicillari, an poſſit patrem ſuum inſtituere directò in codicillis? Iſta queſtio eſt mihi inaudita, neſcio an ſit ſcripta. Et ſi tenemus opinionem Bal.& ſequacium, de qua in præcedenti queſtione, non videtur dubia iſta quæſtio: quia ſi pater non poteſt, ergo nec filius poterit, & poſſet apertiſſimè probari. Tamen ſi tenemus opinionem Barto. quia pater poſſit in codicillis.&c. an tunc econtrà filius inſtituens patrem, idem poſſet facere, hoc videtur mihi dubium. Et licèt non inueniam, videtur prima facie, quòd quēadmodum pater poteſt, ita econtrà poſſit filius patrem inſtituere directò in codicillis. Et ſuadetur

per

per ſequentia. Primò, quia quēadmodū legitima debetur filio, ita eodem modo patri: & filius in exhęredatione patris tenetur inſerere cauſam, quēadmodū ecōtrà, aliàs teſtamentum reſcindererur. authen. nō licet. C. de libe. præte. iuncta authen. in teſtamēto. C. ad Tertul. ergo ſic dicamus in pręſenti. facit. l. nam & ſi parentibus. ff. de inof. teſta. Secundò facit, quia pater & filius ad paria iudicātur in prohibitis & permiſſis. vt in authē. licet. & ibi Bal. C. de natu. libe. ergo ſi hoc permittitur patri, vt ſuprà dictū eſt, eodē modo debet permitti filio. Tertiò, quia quēadmodū pater nō tenetur inſtituere ſpurium, ita nec ſpurius patrē. dicit Bal. in. d. authē. licet. & vide Bart. in. l. fi. 1. col. ff. de his quib. vt indig. Quartò, quia. l. omnino. de inof. teſtam. quæ loquitur in filijs, quibus aliquid eſt relictū, habet etiā locum in parentibus, vt ibi per glo. & doct. ergo iudicātur à pari. Quintò & fortiùs, pater & filius ſunt correlatiui, ergo ſtatutum in vno, habet locū in alio, etiā in exorbitantibus, vt eſt hîc, & in correctorijs quod eſt fortius. vt per Bart. & alios per tex. ibi in. l. fi. C. de indic. vidui. tollen. facit tex melior de iure in. l. 1. C. de cupreſſis. lib. 11. Licèt in cōtrarium faciat quod notat Bald. in. l. 1. in princi. poſt glo. C. de cōmu. ſeruo manu. & Bar. in. l. inuitus. §. 1. ff. de reg. iur. facit tex. & ibi Bart. in. l. fi. ff. de accepti. Sextò ſuadetur, quia pater & filius cenſentur eadem perſona. l. fi. C. de impub. & alijs. ex quo infertur ad infinita, ergo ſic dicamus in præſenti. Septimò facit, quia. l. fi. C. de pact. quæ loquitur in filijs, vt ibi per glo. & docto. habet etiā locū in patre, vt ibi cōcludunt oēs, ergo ſic dicamus in caſu noſtro. Octauò, quia amor magis deſcendit, q̃ aſcēdit. l. liberi. C. de inof. teſta. & pater plus diligit filiū, q̃ ſeipſum. l. iſti quidē. ff. quod met. cau. Inſti. de noxa. §. fi. facit. l. fi. §. 1. cum ſimilib. C. de cura. furioſ. ergo ſi patri permittitur relinquere filio, in quo non eſt tantus amor, vt dixi, quare non permittitur ecōtrà, vt relinquat filius patri, in quo eſt maior? Nonò, facit vnum dictum Cyni in. l. 2. C. de patri. qui fili. diſtra. vbi dicit, quòd in neceſſitatibus potiùs tenetur quis ſubuenire patri, quàm filio: ſi ergo quis poteſt filio relinquere, vt dixi, à fortiori debet poſſe patri. Decimò facit quod communiter concluditur in difficili quæſtione, qua quęritur, an hodie parentibus debeantur legitimæ relinqui iure inſtitutionis, quēadmodum filijs. Et concluditur ꝙ ſic, vt per oēs in authent. nouiſſima. de inoffi. teſta. licèt Bar. ſolus fuerit in contraria opinione: ergo ità dicamus in pręſenti, maximè quia illud eſt ius nouū, & correctorium iuris antiqui, tamē ſtatutū in patre, ꝙ debeat relinquere titulo inſtitutionis filio, extēditur ecōtra ad filium teſtantē. & iſtud argumentum ſatis vrget. Vndecimò facit, quia quēadmodum hodie eſt aucta legitima filiorum, vt. d. authen. nouiſſima. eodem modo econtrà eſt aucta legitima parentum, vt ibi notatur: quare ergo nō idem dicemus in propoſito? Duodecimò facit, quia pater & filius ſunt parificati in multis per leges antiquas: ſed habemus, ꝙ quando duo caſus ſunt parificati à lege antiqua, ſtatutum in vno, etiam in correctorijs, habet locum in alio. vt eſt glo. in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. & in. l. quod verò. ff. de legib. quantò magis in caſu noſtro, vbi non eſt materia correctoria, licèt ſit exorbitans? Niſi fortè dices, quòd iſti duo caſus non ſunt æquiparati in iſta materia, vt infrà patebit. & declarat Iaſo in. l. qui ſe patris. penult. charta. vel col. 1. in fine. Et per iſta cum multis alijs, quę poſſent adduci, videtur, quòd iſta pars ſit de iure vera.

Pro cōtraria parte, quę videtur verior de iure, faciūt ſequētia. Primò, q̃a in exorbitātib⁹ & correctorijs qđ non mutatur, quare ſtare. & c. l. præcipimus. in fi. C. de appel. & ibi eſt tex. ſing. & qđ not. Bar. in authen.



authen. nouiſſima. in fin. cùm ergo hoc non ſit mutatū in filio teſtante. ergo &c. Secundò, quia in patre teſtante inter liberos eſt maxima dubitatio, an hoc poſſit, adeò quòd plures, & maior pars tenent contrarium, vt ſuprà dictum eſt: ergo à fortiori in filio non debet habere locū, maximè cùm de eo lex ſcripta nō ſit, & per alia quę dixi in pręcedenti quæſtione. Tertiò facit, quia parentibus non ita debetur hæreditas filiorū, ſicut econtrà, licèt ſit pium relinquere, imò dicitur ordine turbato ad eos peruenire. l. nam & ſi parentibus. ff. de inof. teſta. tex. ad literam in. l. ſcripto. in fi. ff. vnde liber. qui bene facit. Quartò magis in ſpecie facit, quia ſi pater alienauit bona in fraudem filij, & ille, in quem ſunt alienata, participauit de fraude, poteſt poſtea filius reuocare alienationē vſque ad legitimam, & tamen ecōtra ſi filius alienauit in fraudē patris. Secùs eſt, cùm. l. nō caueatur. ita ſingulariter Bar. in. l. non vſqueadeò. ff. ſi à parē. quis ſue. manu. vnde apparet, quòd non ita debetur legitima parentibus, ſicut liberis. Quintò facit, quòd licèt filius poſſit detrahere duas quartas ſecundùm cōmunem ſententiam, tamen pater, vel alius aſcendens non poteſt detrahere niſi vnam, eò quia in patre hoc non eſt expreſſè ſtatutum. hoc eſt ſingulare dictū Bal. in. l. ſi à milite. §. fi. de mili. teſta. licèt de eius veritate ſit dubium. Sextò facit, & hoc (iudicio meo) decidit quæſtionē, quia. l. hac cōſultiſſima. §. ex imperfecto. loquens in patre teſtante inter liberos cum duobus teſtibus nō procedit, econtra ſi filius teſtaretur inter aſcendentes. ita ſingulariter Bal. & Salice. in. l. fi. C. famil. herciſ. ergo ſi ſolennitas. d. §. ex imperfecto. non eſt remiſſa filio teſtanti inter aſcendentes, igitur nec illa de codicillis, de qua loquimur, & de qua eſt maior dubitatio, vt ſuprà patet in præcedenti quæſtione, nam pater teſtatur inter liberos cum duobus teſtibus. d. §. & tamē eſt dubium, an idem poſſit facere directò in codicillis, vt dictum eſt, ergo iſto caſu eſt maior dubitatio. Et ad hoc (iudicio meo) non poteſt reſpōderi. Septimò ſuadetur ex alio, quia quādo filij ſuccedunt aſcendentibus, inter eos eſt locus collationi, ſecùs econtra. ita ſingulariter Bald. in. l. ſi emancipati. 2. col. C. de colla. ergo argumentū de filio ad patrē non procedit, igitur contra. Sed iſtud argumētum vrget pro contraria parte, ſi ſubtiliter aduertis: nam iſto caſu magis fauetur aſcendentibus, quàm deſcendentibus, ergo &c. Octauò, (& iſtud etiam videtur decidere quæſtionem) nam. l. ſi quis filium. C. de inoffi. teſta. non eſt correctoria, ſed limitatoria legum antiquarum ſolummodò in ſuo caſu. in quo querela non pręparata tranſmittitur, & tamen illa lex, quæ loquitur in filio qui tranſmittit querelā, nō habet locū in patre, id eſt, ꝙ querelam ſibi competētem tranſmittat ad ſuos hæredes. ita ſingulariter Angel. in. l. nam & is. ff. de inoffic. teſta. licèt indeciſum reliquerit Cynus in. l. ſcimus. in fi. C. eod. tit. ad propoſitum, quæſtio de qua quærimus, non eſt correctoria, ſed limitatoria huius legis, & ſimilium, & loquitur in filio, ergo non extenditur ad patrem, cùm de eo nō ſit lege cautū. Et hoc eſt optimū fundamentum. Nonò, quia. l. iubemus. C. ad Trebellia. quæ dicit, quòd filij primi gradus non computant in legitima fructus, nō habet locum in patre, & alijs aſcendentibus. l. filiusfami. & ibi doct. ff. ad. l. falcid. ergo bene patet, quòd nō ita eſt parentibus debitum, ſicut filijs. Decimò bene facit, nam. l. fi. C. de repud. hær. quæ permittit filio reuocare abſtenſionem infra triennium, non habet locum in patre, vel alijs aſcendentibus repudiātibus hæreditatē filij, vel nepotis. de quo eſt glo. ſingul. in. l. non iuſtam. C. ad Trebell. glo. fi. & ibi Bal. idem Bal. in. d. l. fina. poteſt tamen infra annum reuocare per l. filij mater. §. 1. ff. ad Tertull. ſecundùm Bal.

Bal.in.l.1.C.de iur.& facti igno. Vndecimò facit quod tenent Vltramontani in l. qui ſe patris.C.vnde liber. poſt glo. ſecundam magnam ibi, quòd bonorum poſſeſſio vnde liberi, quæ datur liberis, nõ habeat locũ in parentibus, licèt Bart. & multi alij teneant ibi cõtrarium. facit l.ſi furioſi.in verb.nõ loquitur.& ibi Bal. C.de impu. facit.l.ſi ſeruum. §.non dixit prætor.ff.de acqui.hæredi. Duodecimò facit quod notat Bal.in authen. ex complexu.C.de inceſt.nupt. quòd licèt pater teneatur alere ſpuriũ de iure canonico.c. cùm haberet. de eo qui duxit in matrim. quã pollu. ſecùs tamẽ eſt econtrà. Et eſt bonum fundamentũ. Decimotertiò facit, quia licèt beneficio.l.1. C.de his qui ante aper.tab. hæreditas trãſmittatur ad deſcẽdentes, nõ tamen eſt idẽ econtrà, vt deſcendentes ad aſcendentes transmittãtur. vt per docto.latè in.l. ſi infanti.C.de iure delibe.& ibi dixi. licèt glo.teneat cõtrarium & malè in.d.l.1. de his qui ante aper.tabu. & ibi allegaui ſimiles. Et iſtã partem credo veram,& iuridicam. Et ita poteſt ampliari.l.2.titu. 12. par.6. vt procedat, etiam ſi codicillis pater eſſet inſtitutus.

*L.2. tit.12. par.6. amplia.*

Nec obſtant fundamenta adducta pro prima parte: quia, ſi rectè conſideras, reducuntur ad duo, ſcilicet, quia ſunt correlatiua, ergo &c. Item quia patri eſt hæreditas debita. Reſpõdeo ergo ad primũ, quòd licèt in correlatiuis ſtatutũ in vno, &c. etiam in exorbitantibus, illud eſt verum, quãdo in vtroq; eſt eadẽ ratio, ſecùs ſi diuerſa. vt per Bar. & alios in.d.l.fin.C. de indic.vidui. facit glo. & ibi doct.in.l. curatorem.C.de interdict.matrimo. ſed hîc eſt diuerſa ratio, quia non eſt ita debita hæreditas patri, ſicut econtrà, vt ſuprà per plura patefecimus. & eſt tex.in.l. ſcripto.in fine.ff.vnde libe. ergo &c. Et per hoc patet reſponſum ad ſecundum fundamentum. Et prędicta perpetuò nota. Et nõ me extẽdo, ne ſim largior, quàm expediat. Et ex hoc poteſt colligi alia nõta extenſio ad regulam iſtam cum ſimi. quam bene nota ſi eſt vera.

9 Tertiò principaliter quæro, an ad pias cauſas poſſit in codicillis directò hæreditas relinqui quemadmodum liberis, ſecundùm opinionem Bar. ſuprà relatam. Et reperio, quòd Bal. ſequendo ſuam opinionẽ in liberis ſuprà regulariter tenet, quòd idem ſit in pia cauſa, vt non poſſit ei relinqui directò in codicillis. Hoc tenet Bal.in.l.1.pe.col. in prin. de ſacroſan. eccle. in repetitione allegat iſtã regulã. l. nõ codicillũ.C.de teſta. Ratio eſt ſecundùm eũ, quia teſtator, qui eligit codicillari, eligit viã incõpetentẽ, & ſic eſt imperfectio volũtatis.i.volũtariæ electionis, & ideò nõ valet, & ibi cõfirmat per vnũ bonum. Tamen ſi verum eſt, ꝙ liberis poſſit directò relinqui ſecundùm opinionẽ Bar. idem eſſet dicendum in pia cauſa. & hoc ſentit ibi Bal. pro quo facit, quia pia cauſa habet priuilegia liberorum. vt notat Bar.in.l.tale pactum.§.fina.ff. de pact. & ibi ponit vnum dictũ mirabile in materia. notant doctores in.l.1. de ſacroſan. eccleſijs. & in.l.fi. C. de pactis. Sed caue, quia magis fauetur liberis, quàm piæ cauſæ. vt notatur in.l.ſi quis ad declinandã. de epiſco.& cleri. & in. l. Papinianus.§.ſi imperator.ff.de inof.teſta. Sed cõcorda, quia quo ad legitimam magis fauetur filijs, quàm piæ cauſæ, ſecùs quo ad alia bona. Ita dicunt doct.in.l.licet. C.de pactis. Ita intelligitur illa authoritas Auguſtini in.c.fi.17.q.4. Aduertẽdum tamen, quia poſito ſine præiudicio veritatis, ꝙ liberis in codicillis nõ poſſit directò relinqui, vt dicit Bal. crederẽ poſſe attẽtari, quòd habeat nihilominus locum in pia cauſa, & hoc per vnũ magnũ fundamentũ, quod eſt tale in.l.licèt.C.de pact. Ponit vnũ caſum mirabilem, in quo videtur pactum valere de futura ſucceſſione inter milites, & iſte eſt caſus exorbitãs à regulis iuris.l.pactum.cum concord. C.de collati.

*Codicillis an piæ cauſæ detur hæreditas directò.*



& tamen habeo, quòd illa lex habet locũ in pia cauſa. vt per Bald.in.l.fi.pen.col.C. de pactis. doctores in.d.l.licèt.ergo.l.militis codicillis.de teſtam.mili. quæ loquitur in milite, & ponit caſum exorbitantem, habet etiam locũ in pia cauſa, cùm ratio diuerſitatis reddi nõ poſſit. Niſi fortè dices, ꝙ.l.militis. loquitur in teſtamento, & propter ignorantiã iuris, quæ cadit in milite, diſpẽſatur cũ eo, ſecùs in.l.licèt. quæ loquitur in pacto. Item pro me facit quod tenet Bar. in.d.l. tale pactum.§.fin. vbi tenet, quòd in illo dicto ſuo ſingulari æquiparantur miles & pia cauſa, & ibi loquitur circa teſtamentum. & vide hîc Alex.in prin.hui⁹.l.2.C.de codic. vbi hoc videtur tenere, remittit ſe tamen ad notata per Bar.in.d.l.1.de ſacroſan.eccleſ. quẽ allegaui. Inuenio tamen, quòd Bal. ſibi contrarius in.l.1. vltima col. in lectura de ſacroſanctis eccleſ. tenet, quòd.d.l.licèt. nõ habet locum in pia cauſa, & ſi hoc eſt verum, deſtituitur fundamentum quod ſuprà feci. Cogitabis. Et ex prædictis ſecundùm opinionẽ Bal. habes aliam extenſionem, ſcilicet, quòd hæreditas non poteſt dari in codicillis etiã ad pias cauſas, ſecundùm meã eſſet limitatio. & ita poteſt ampliari.l.2.&.3.tit.12.par.6.

*L.2. tit.12. parti.6. amplia.*

Ex ſuprà dictis ergo & infrà dicendis recolligo materiã ſic. Regula eſt, quòd in codicillis nõ poteſt dari, vel adimi hæreditas. vt.d.l.2.cum concordan.in principio. allegatis rationibus de quibus ſuprà dixi. Extendo non ſolùm inter extraneos, ſed etiam inter liberos, vt ſuprà latè dixi prima quæſtione.

Secundò extendo, quòd etiam ſi filius velit codicillari, non poterit patrem ſuũ directò hæredem inſtituere. vt ſuprà latè diſputaui ſecunda quæſtione.

Tertiò extẽdo, ꝙ etiã ad pias cauſas nõ poteſt in codicillis directò hæreditas relinquere, vt modò dixi in ꝓcedẽti quæſt.

10 Quartò extendo, quòd nõ ſolùm non poteſt dari per viã inſtitutionis, ſed nec etiam per viam ſubſtitutionis. tex. in.l.ſi idem.in fi.eod.C.de codi.tex. in.l.diuus. in prin.ff.eod.tex.in.§.pen.Inſtit.eodem. Sed contrarium videtur, quia poteſt dari per fideicommiſſum in codicillis. vt hac l.2.cum ſimilib. & tamen fideicommiſſaria dicitur ſubſtitutio. vt per totum tit.ad Trebellia. Sed reſpondeo, quòd ſubſtitutio fideicommiſſaria non propriè dicitur ſubſtitutio. vt per Bal.& alios in rubrica C. de impube. & alijs ſubſtitu. & probat glo.in rubrica.ff.de vulga.& pupill.ſubſtitu. probat tex. in rubrica. C. de inſtit. ſub condi. fact. licèt ille text. prima facie poſſit retorqueri in contrarium, at ſubſtitutiones aliæ propriè dicũtur ſubſtitutiones. vt per totum tit.de vulga.& pupilla. ff.&.C.de impube.& alijs. ergo in illis intelliguntur iura ſuprà allegata. Item in fideicommiſſaria eſt diuerſa ratio. vt in glo.d.l.2. Item pro hoc, quia ſubſtitutio dicitur inſtitutio.l.1.ff.de vulga.& pupil. Bal.in rubrica. C.de impu. & alijs.glo.in rubrica Inſti.de vulga.ſubſti.& in rubri. ff.de vulga.ſubſti. & in.l.Gallus.in prin. de libe.& poſthu.& in. l. 1.§. his ita.C. de caduc.tollen.text.in. l.in ratione.§.quod vulgò.ff.ad.l.falci. ergo poſito, quòd nõ eſſent iura ſuprà allegata, eſſet verum quod dictũ eſt de ſubſtitutione. Sed contrà de rubrica.C.de inſtit. & ſubſtitutio. vbi videtur, quòd ſubſtitutio non ſit inſtitutio ratione copulæ ibi poſitæ. iuxta rubricam.ff.de iuris & facti ignoran. Cogita, quia facilis eſt reſponſio.

*Codicillis hæreditas non datur etiam iure directæ ſubſtitutionis.*

11 Quintò extẽdo, nedum ſi hæreditas detur principaliter in codicillis, verùm etiã ſi per remotionẽ cõditionis appoſitæ in inſtitutione in teſtamẽto facta, nam etiã per hanc viam hæreditas dari nõ poteſt. hoc tenet Salic.in.d.l.2.de codi. quod eſt bene notandum. Ratio poteſt eſſe, quia cùm conditio remouetur in codicillis, inſtitutio remanet pura, & ſic quodammodo per codicillos videtur data, qđ eſſe nõ poteſt. vt ibidẽ. Itẽ, quia ſi ſecùs eſſet,

*Codicillis adimi non poteſt conditio poſita in inſtitutione hæredis.*

concederetur vna via, quod alia denegà
batur.contra.l.fi.C.de vſu.rei iud.& in.l.
ſcire.C.de tuto.& cura.da.ab his.cũ ſimi.
quod eſſe non debet,ergo &c.Et hæc ex
tenſio probatur in.§.1.Inſtit.eodem.

12 *Codicilli inſtitui quis nõ põt etiã in eo quod ſibi titulo ſingularire lictũ fuerat in teſtamẽto.*

Sextò extendo, & hoc eſt ſingulare,
quòd nedum hæreditas non poteſt dari,
ſed nec etiam titulus inſtitutionis poteſt
addici in codicillis. Hoc tenet expreſsè
Bal.in.l.non codicillum.ad fi. C.de teſta.
allegat.l.quod per manus.ff.de iur.codi.
quæ parum facit. Ratio poteſt eſſe(iudi-
cio meo) quia cùm hodie requiratur, ꝙ
relinquatur titulo inſtitutionis.vt nota-
tur in authenti. nouiſſima. cum alijs. &
aliàs teſtamentum eſt nullum,ſi conſide
retur in codicillis appoſitio, vel adiectio
tituli, conualidaretur illo modo teſtamẽ
tum,& ſic iſta via iterum permitteretur,
quod denegabatur per iſtas leges, ergo
nõ debet concedi. Et fortè eſt vera ratio,
quam nota,quia Bal.nullam aſſignat.

13 *Codicillis nõ põt poni cond. ad inſtitutionẽ teſtamento factam.*

Septimò extendo, quòd etiam cõditiò
nõ poteſt apponi in codicillis.tex.in.§.pe.
Inſti.eod.ti.de codi.& in.l.diuus.in prin.
ff.eod. Ratio poteſt eſſe,quia cõditio ha
betur loco cuiuſdã adẽptionis: quia defi
ciẽte cõditione,deficit inſtitutio, vt ꝓba
tur infinitis iurib⁹:ergo queadmodũ adẽ
ptio nõ poteſt fieri, vt ibid.ita nec cõditio
addici,ne alia via concedatur. &c. Quid
aũt ſi de facto apponatur cõditio,quẽ ef-
fectũ operetur, vel an ſit ſuperfluò poſi-
ta,vide tex. & ibi plenè notatur in.l.qui-
dã in ſuo.§.fi.de cõdi.inſti. Et hęc extẽſio
differt à quinta extẽſione, de qua ſuprà:
quia hîc loquimur de cõditionis appoſi
tione,ibi autem de remotione.

14 *Codicillis inſtitutio etiã in certa re fieri non poteſt.*

Octauò extendo, quòd non ſolùm in-
ſtitutio vniuerſalis,ſed nec etiam de cer-
ta re non poteſt fieri, nec adimi in codi-
cillis. Ita notabiliter Bal. in authẽ.ex cau
ſa.6.quæſtione.C. de libe. præter. & in.l.
oratio.C.de inoffi.teſta. in prin. 3. quæſt.
quod dicit eſſe diligẽter notandũ. Sed cõ
tra hoc ſic inſurgo. Inſtitutus in re certa,
dato ſibi cohęrede vniuerſali,habetur lo
co legatarij.l.quotiẽs.C.de hęre.inſti.ſed
habemus,ꝙ legata poſſunt dari,& adimi
in codicillis.§.prętęrea.Inſti.de fideic.hę.
§.nõ vſq;.de leg. & in tit.Inſti.de ademp.
lega.l.2.C.cõmu.de leg.cũ ſimi. ergo idẽ
eſt dicendũ in inſtitutione in re certa, ꝙ
poſſit fieri, & adimi in codicillis. Qua-
propter dicas, ꝙ prædicta ꝓcedũt in filio
inſtituto in re certa.Nam cùm ille habea
tur loco hęredis,ſaltẽ quo ad querelã, nõ
poteſt fieri vel tolli in codicillis.vt hac.d.
l.2.cũ cõcordan. & quia ex ſua inſtitutio
ne accepit robur,& firmitatẽ teſtamentũ
patris. Si aũt loqueris in extraneo inſtitu
to in re certa, tunc cõcedo oppoſitionẽ,
quòd poteſt fieri, & tolli in codicillis, &
ꝙ habetur loco legatarij,vt dicunt dicta
iura.& ita ſentit Bal. in dictis locis. Et ita
debet intelligi (vt puto) quod dicit Bal.
in.l.nõ codicillum.ante pe.quęſt.C.de te
ſtam. Quæ omnia diligenter nota. Repe
rio tamẽ,quòd Iaſo in.d.l.omnino.nu.9.
tenet indiſtinctè, quòd inſtitutio in re
certa facta de quocunq;,non poteſt adi-
mi in codicillis. Et ibi vide quod allegat
vnũ conſilium Ludo.Ro.quod non po-
tui videre,& ideò circa id non inſiſto.

15 Modò limito. Primò, vt procedat in
pagano,ſecùs in milite.vt eſt tex.in.l.quę
rebatur. & in.l. militis codicillis. & ibi
Bar.ff.de mili.teſta. Nec mirũ,cũ infinita
alia priuilegia ſibi concedantur.vt in tit.
de teſta.mili.ff.& in.l.certi. &.l.ſicut.cer
ti. C.de teſta.mili.& in caſu ſingulari.l.1.
C.de iur.& facti ignoran. & in.l.milites.
C.de teſta.mili.cũ ſimili. Ratio huius eſt
propter ſimplicitatẽ militum.l.quanq̃.
C.de teſtamen. milit. & alijs rationibus,
de quibus in ſuis locis. Ergo idem in pe-
regrino, quia æquiparantur, vt ſuprà di-
xi. Sicque extenditur.l.2.titu.2.libri.5.
ordina.

*Codicillis põt miles directò hære. relinquere.*

*Declaratio l.2.ti.2.lib.5.ordi.*

16 Secundò limito prædicta locũ habere
circa dationẽ,vel adẽptionẽ hæreditatis,
tamẽ circa declarationẽ perſonę hęredis
ſecùs,

*Codicillis poteſt fieri declaratio*



*ꝑſonæ,quæ obſcurè fuerat teſtamẽto inſtituta.*

ſecùs,nam ille bene poteſt fieri in codicil
lis. caſus eſt in.l.aſſe toto.ff.de hære.inſti.
adde.l.inſtitutio talis.eod.tit.& text.in.l.
ſi ita ſcripſero.ff.de condi.& demonſtra.
facit.l.vnum ex familia.in princ. cum ſi-
mili.de lega.2. Ratio poteſt eſſe,quia qui
declarat,nihil dat,ſed datum ſignificat.l.
& quia.ff. de iuriſdict. omni. iudic. &.l.
hæredes palàm.§. ſi quid poſt.ff. de teſta.
& vide.l.ex verbis.cum ibi notatis. C. de
donat.inter vir.& vxo. Et vide circa hoc
caſum nouum & valde notabilem in.l.1.
C.de teſta. manumiſ. Item poteſt eſſe ra-
tio,quia videtur agi ex declarato in teſta
mento, non ex declarãte in codicillis, vt
dictis.ll.faciunt.ll.quæ allegãtur,an aga-
tur ex prima ſentẽtia declarata, vel ex ſe-
cunda declarante. de quo in.l. eos. C. de
appella.cum ſimil. Itẽ poteſt eſſe ratio, ꝙ
codicilli trahantur ad teſtamentũ. vt no
tatur in.d.l.1. C.de teſta.manu. cũ cõcor.
ergo videtur declaratio facta in teſtam.

17 *Codicillis an reuocari poſsit pupill. ſubſti. facta in teſtamento.*

Tertiò limito, vt prædicta ſint vera cir-
ca inſtitutionem, vel circa ademptionẽ
inſtitutionis factã in teſtamẽto. Secùs eſt
in ſubſtitutione pupillari facta in teſta-
mento,nam illa bene poteſt adimi, & re
uocari in codicillis.hoc tenet Bart.in. l.1.
vlt.quæſt.ff.de iur.codicil. & hoc ſolùm
capio ex ſua repetitione.Mihi tamẽ (ſal-
uo ſaniori iudicio)videtur, ꝙ illud dictũ
non poſſit procedere, imò ꝙ ſubſtitutio
pupillaris in teſtamẽto facta nõ poſſit re
uocari in codicillis.Quod probo.Primò,
inſtitutio & ſubſtitutio iudicãtur à pari
in iſta materia.l.ſi idẽ.in fi.eod.ti.de codi.
l.diuus.in prin.ff.eod. & Inſti.eod.§.pen.
ſed inſtitutio nõ poteſt adimi in codicil
lis.vt hac.d.l.2. de codi. cũ ſimi. ergo nec
ſubſtitutio. Secũdò ſic. Dare & adimere
ſunt paria.vt ibidẽ.&.l.pe.in.fi.ff.de cõdi.
inſti. cũ ſimi. ſed ſic eſt, ꝙ ſubſtitutio pu
pillaris nõ poteſt dari in codicillis.l.ſi idẽ.
in fi.eod.l.Scæuola.ff.ad Trebellia. ergo
nec adimi,ſeu reuocari.& eſt magnũ fun
damentũ. Tertiò ſic, Teſtamentum filij,
hoc eſt, ſubſtitutio pupillaris, requirit
plura ad hoc vt valeat. l.patris & filij.ff.
de vulga.& pu.ſubſtit.& in alijs legibus.
inter quę requiritur, ꝙ aliquis ſubſtitua-
tur ei,aliàs nõ eſt teſtamentum filij,ergo
eadẽ ſolennitas eſt neceſſaria ꝙ interue-
niat in reuocatione teſtamẽti. l. hæredes
palàm.§.1. ff.de teſta. ſed hoc non poteſt
fieri in codicillis,vt probatũ eſt.ergo &c.
Quartò,certũ eſt, ꝙ hæredis inſtitutio nõ
poteſt tolli nudo animo,ſed alia demùm
inſtitutione. vt per Bart. in.l.ſi matre. de
leg.3.per tex.in.§.ex eo.Inſti.quib.modis
teſta.infir. ergo eodẽ modo nec ſubſtitu
tio,cũ etiã dicatur inſtitutio.l.1.ff.de vul-
ga.ſubſti.& ſic alia demũ volũtate ꝑfecta
deberet reuocari, ergo non in codicillis.
Quintò, pro hoc allego Bal.in.l.humani
tatis.C.de impu.& alijs. 11.col.in medio.
vbi tenet, ꝙ ſubſtitutio exẽplaris nõ põt
tolli in codicillis, ergo idẽ in pupillari,cũ
exẽplaris ſit inducta ad exẽplum pupilla
ris.d.l.humanitatis. Et nota bene prædi-
cta, qa Bal.nihil allegat. Dicebat tñ Bal.
vnũ ſingulare in dicto loco, ꝙ ſi codicilli
expreſsè fuerint cõfirmati in teſtamẽto,
tũc poſſet reuocari ſubſtitutio in eis, qđ
pro me valde noto,quia eſt dubium.

Quartò limito,quòd licèt hęreditas nõ
poſſit dari in codicillis, poterit tamẽ adi
mi codicillis clauſula derogatoria appo
ſita in teſtamento.Hoc tenet notabiliter
Sali.in.d.l.2.C.de codi.Ratio eſt ſecũdùm
eũ, qa per hoc nõ datur, nec aufertur hæ-
reditas. Itẽ,quia nõ inuenitur prohibitũ.
ergo videtur permiſſum.l.nec nõ.§.quod
eis.ff.ex qb.cau.maio. ſequitur idẽ Alex.
in.d.l.2.Et pro hoc ego dicerem, ꝙ quem
admodum in codicillis clauſula deroga-
toria poteſt tolli, ita eodem modo pote-
rit apponi,tum quia contrarium nõ ca-
uetur, tum etiam, quia dare & adimere
ſunt paria in hac materia, vt ſuprà dixi:
ergo quemadmodum poteſt tolli illa
clauſula ſecundùm Salicet. ita eodem
modo poteſt poni. Ex quibus infertur,

 quòd

quòd ſi in teſtamento eſt appoſita clauſula derogatoria, & in codicillis ablata, quòd ſi poſtea fieret teſtamentum ſecundum, valeret, licèt de dicta clauſula non fuerit facta mẽtio, licèt aliàs hoc eſſet neceſſe. l. diuus. §. licèt. de iure codicil. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. de lega. 1. l. ſi quis in princip. de legat. 3. Item eodem modo ego infero, quòd ſi in codicillis eſſet appoſita illa clauſula, quòd ſi poſtea fieret aliud teſtamentum, non valeret, niſi fieret mentio clauſulæ appoſitæ in codicillis. quod reputo pro me notandum.

*Codicillis cõfirmari põt hæreditas teſtamẽto data.*

18 Quintò limito, quòd licet hęreditas nõ poſſit dari in codicillis, vt dictum eſt, bene tamen in eis poterit confirmari hæreditas data in teſtamento. Caſus eſt notabilis in. l. 1. C. de codicillis. addo text. in. l. 2. in fine. ff. de iure codicil. Quod notabiliter intellige, ſi hęreditas ſit data in teſtamento inutiliter. & ita loquitur. d. l. 2. & nec tunc valebit tanquam inſtitutio, ſed tanquam codicillus, vt ibi dicitur. Quid autem ſi eſſet data vtiliter in teſtamento, an tunc poterit in codicillis confirmari? Videtur inanis quæſtio, cùm non requiratur confirmatio. Dic tamen, quòd bene poterit in codicillis confirmari. allego tex. in. l. quidam cùm teſtamentum. §. ſed cùm veteres. C. de neceſſa. ſeruis hæ. inſtitu. Et opinionem Salice. ſequuntur Corn. & Alex. in. d. l. 2. & Iaſo in. l. 1. eodẽ tit. in fi. nu. 2. & Angelus in. §. codicillis. Inſtitu. eodem. Caue, quia contrarium puto verius. Primò, ſi hoc eſſet verum, ſequeretur, quòd ſecundum teſtamẽtum, quod propter clauſulam derogatoriam in principio appoſitã erat infirmum, cõfirmaretur per codicillos, & ſic principale confirmaretur per acceſſorium, quod eſt abſurdum, & eſſet contra. l. 2. §. fina. ff. eodem tit. de codicillis. & l. pen. §. ſed cùm veteres. C. de neceſſ. hær. inſtitu. & contra omnes rationes adductas ſuprà. Præterea non ſolùm inſtitutio, ſed etiam adiectio, quæ ad inſtitutionem confirmandam, vel infirmandam pertinet, codicillis fieri non poteſt: qualis eſt conditio, quæ ad inſtitutionem in teſtamento factam codicillis dari, vel adimi nequit. §. penult. vbi glo. Inſtit. de codici. vnde licèt clauſula derogatoria non ſit inſtitutio, eſt quædam adiectio ad inſtitutionẽ firmandam, vel infirmandam, quę codicillis fieri non poteſt. argumento. d. §. pe. Nec obſtat, quòd inſtitutio teſtamẽto facta codicillis poteſt firmari. argum. l. illa inſtitutio. ff. de condi. inſti. Nam reſpondeo, quòd illa confirmatio nõ fit per modum poſitionis, vel detractionis, ſed per modum declarationis, vnde talis declaratio non modò in codicillis, ſed in alia minùs ſolenni diſpoſitione fieri poteſt: quia quì declarat, nil agit. vt. l. hæres palàm. §. 1. de teſtamen. Præterea non refert aliquid ſit certum per ſe, an per relationem ad aliud. l. vbi autem. §. 2. de verbo. vnde inſtitutio facta in teſtamento, non ideò vitiatur, quòd certitudinem, & declarationem per relationem ad codicillos recipit. Nec obſtat dict. l. nec non. in qua ſe fundãt Alexan. & Salice. Nam reſpondeo, quòd ſatis expreſſim reperitur prohibitum, cùm reperiatur prohibitũ, quòd principalem confirmationem, vel infirmationem recipiat ab acceſſorio. Itẽ cùm reperiatur prohibitũ, quòd aliqua adiectio fiat in codicillis, quæ per modũ poſitionis, vel adẽptionis firmet, vel infirmet inſtitutionem in teſtamẽto factam. Stringo hoc fundamentum. Nam ſi adiectio, quę ſolùm reſpicit inſtitutionem, non valet in codicillis facta, quantò minùs poſitio, vel detractio clauſulæ derogatoriæ, quæ reſpicit non modò inſtitutionem, ſed & totũ teſtamentum? Stringo & fortiùs. Nam poſitio, vel detractio conditionis nõ ſtatim firmat infirmum, vel infirmat infirmum, ſed dum ponitur inſtitutioni, eam inſtitutionem de firma reddit dubiam, & dum adimitur ab inſtitutione, eã de dubia reddit firmam:

at poſitio



at poſitio clauſulæ derogatoriæ, vel ademptio ſtatim firmat vel infirmat, & ſic eſt efficacior, & conſequenter magis prohibita. Vnde licèt cum Salice. & Alexan. teneat etiam Angel. in. d. §. penultimo. adhuc contrarium teneo in vtroque. ſ. quòd clauſula derogatoria codicillis nec poni poſſit, nec detrahi.

Sextò limito, vt non poſſit dari hæreditas in codicillis. Eſt verũ iure directo, ſecùs iure fideicommiſſi. vt in. 2. parte. d. l. 2. cum concord. Rationem diuerſitatis ponit ibidem glo. Adde plures rationes, quas dedi in principio huius regulæ.

*Hæreditas codicillis data an in vim fidei. ſuſtineatur.*

19 Vltimò quæro, & eſt maximè neceſſaria quæſtio, hæreditas nõ poteſt dari, vel adimi directò in codicillis, vt ſæpè dictũ eſt, ponamus tamen, quòd de facto teſtator in codicillis directò hæreditatem reliquit, certum eſt, quòd directò non poteſt valere, quia in codicillis, ſed an trahetur ad fideicommiſſum, quod teſtator potuit facere? In hoc dicas prout poſſum colligere ex verbis doctorum, quòd aut iſti codicilli ſunt facti poſt teſtamẽtum, aut nullo præcedente teſtamẽto. Primo caſu dico, quòd trahetur ad fideicõmiſſum. Exemplum. Teſtator inſtituit Titium in teſtamento, poſtea in codicillis dixit, quòd poſt mortẽ Titij Sẽpronius ſit hæres: conſtat enim, quòd non valet iure directo duplici de cauſa, tũ quia in codicillis, tum etiam quia poſt aditã hæreditatem realiter directò nõ poteſt quis ſubſtitui, niſi in milite, vel ſubſtituto pupillari. l. in teſtamento. C. de teſtam. mili. Iſto caſu dico, quòd illa verba trahentur ad fideicõmiſſum, cùm nunquam potuerint valere iure directo. Iſte eſt caſus in. l. Scæuola. ff. ad Trebelli. Addo duas glo. quæ illã legẽ ſic intelligunt in. l. ſi idem. in. fi. eod. tit. de codic. & in. §. pe. Inſti. eod. Secũdo verò caſu, quãdo codicilli ſunt facti nõ præcedente teſtamento per verba directa, & dicas, quòd aut conſtat, ꝙ voluit teſtari, & tunc nõ valet iure fideicõmiſſi, niſi expreſsè dicat. Iſte eſt propriè caſus in. l. 1. ff. de iur. codicil. & iſtud mẽbrum nemo ibidẽ tangit. Aut conſtat, ꝙ voluit codicillari, vt quia expreſsè hoc dixit &c. nõ obſtãte, quòd ſint verba directa, obliquabũtur, quemadmodum ſi teſtamentum pręceſſiſſet. per. l. Scæuola. quã ita intelligit Bar. in. l. 1. prima oppoſitione. de iure codicil. Tertio caſu, quando ſumus in dubio, & appoſuit verba directa, præſumitur potiùs voluiſſe teſtari, quàm codicillari, attenta potiùs natura verbi huius directi, quàm defectus ſolẽnitatis, & tunc cùm non poſſit iure directo valere, nec trahetur ad fideicommiſſum. Iſte eſt propriè caſus notabilis & ſingularis in. l. non codicillum. C. de teſta. Iſta colligo ex verbis Pauli in. d. l. 2. & Alexan. ibidẽ. & vide Bart. in. l. 1. prima oppoſitione. ff. de iure codicil. ex cuius verbis collegi iſta vltima tria membra ſub paucis verbis. Et iſta eſt melior quæſtio quæ ſit in iſta materia.

20 Illud autem notandum eſt, quòd codicillus deſiderat, ne teſtator diuertat ad actus extraneos, ſecũdùm Corn. per tex. ibi in verſi. in omni. in. l. fin. C. de codicil. col. 3. nõ ſecùs ac in teſtamentis idẽ exigitur. per. l. cùm antiquitas. C. de teſta. & l. hæredes. §. fi. eod. tit. Vnde datur notabi. limitatio ad. §. fi. Inſtitu. de codicil. ibi, & nullam ſolennitatem ordinationis deſiderant. nam hanc ſaltem ſolennitatẽ nõ reſpuunt. Et ita notanter limitatur. l. fin. tit. 12. part. 6. & ampliatur. l. 3. tit. 1. part. 6. Cogita tamen, quia nõ firmo, licèt Corneus in. d. col. 3. firmet.

*Declarã. l. 3. tit. 1. par. 6. & l. fin. tit. 12. part. 6.*

21 Illud autem dubium eſt, an codicilli deſiderent teſtium ſubſcriptiones? Et præmitte, quòd etiam teſtamẽtum eſt actus qui ſui natura non deſiderat ſcripturam, non magis, quàm quilibet actus inter viuos. Iſta eſt vera & communis opinio, ſecundùm Soci. in conſi. 142. lib. 1. & ſecũdùm Grego. Lupum in. l. 2. tit. 1. par. 6. in glo. en poridad.

*Teſtam. nõ deſiderat ſcripturã. cũ cõi.*

*Scriptura neceſſaria nõ eſt pro forma actꝰ inter uiuos, licèt cõuenerit ſcripturã fieri. cũ cõmuni.*

22 Neque ad rem pertinet, quòd. l. hac conſultiſſima. C. de teſtamen. &. §. ſed cùm paulatim. Inſtitu. de teſtamen. longam obſeruationem teſtamenti in ſcriptis depingant. Nam illud deſcendit, non tam ex natura actus, quàm ex accidente, id eſt, ex voluntate teſtatoris in ſcriptis teſtari volentis: non aliter atque actus inter viuos, qui regulariter nullam deſiderant ſcripturam ſui natura, ex accidenti tamen ſcripturam exigunt, quando id contrahentes voluerunt. vt in principio Inſtitut. de emptio. & venditio. Vnde licèt contrahentes conuenerint, vt contractus in ſcriptis recondatur, id non efficit, vt licèt id omittatur, deſinat contractus valere, quaſi id ſit de accidẽtalibus, quæ poſſunt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionẽ. vt tenet glo. in. d. prin. Inſtitu. de emptio. & vendit. quæ cõmuniter approbatur ſecũdùm Soci. d. conſi. 142. lib. 1. & eſt cõmunis ſecundùm Gre. Lupum vbi ſuprà. Vnde ſimiliter fit, vt qui deſtinauit in ſcriptis teſtari, ſi nõ adhibuit ſolennia ad id teſtamentum ſufficientia, idonea tamen ad teſtamentum nuncupatiuum, id quidem teſtamẽtum non deſinat valere vt nuncupatiuum, quaſi teſtator quòd teſtamẽtum ſcriptis recondatur non pro forma aut ſubſtantia habuerit, ſed tantùm pro accidenti, quod poteſt abeſſe præter ſubiecti corruptionem. vt pleniſſimè docemur in. §. 11. in princip. & eſt communis opinio, licèt in contrarium ſe habeat altera communis, vt ibi enarrauimus.

*Codicillari qui uult in ſcriptis, nõ pro forma id uoluiſſe uidetur. cũ Azone cõtra cõmu.*

23 Modò ſic, licèt codicillorum quidam reperiantur in ſcriptis, quidam nuncupati tantùm. vt tradit Corneus per text. ibi. in. l. fi. col. 3. C. de codicillis. vbi Alexã. & Iaſ. & Grego. Lupus in. l. fi. in glo. ſellos. titu. 12. parti. 6. tamen intelligendum eſt ſcripturam non eſſe de natura codicillorum, non magis, quàm de natura teſtamenti, niſi accidentaliter: quia teſtator voluit in ſcriptis codicillari, quo caſu licèt poſtea codicilli nuncupati tantùm reperirentur, valere non deſinerent non magis, aut non ſecùs, quàm in teſtamẽto ſuprà diximus.

Verùm vehemẽter controuerſum eſt, cùm codicilli fiunt in ſcriptis, an tunc pro forma ipſorum requiratur ſubſcriptio quinq; teſtium? Et glo. Albericusq; in. l. fi. in fi. C. de codicil. per tex. ibi tenẽt, quòd ſic. & ſequũtur ibi Alex. & Iaſ. vbi etiam Corn. col. 3. in. prin. & Gregor. Lupus in. d. l. fi. titu. 12. par. 6. eſtq; receptior & communior ſententia.

Contrarium tenet Azo in ſumma. C. de codicil. col. 2. cuius ſentẽtiam veriorẽ puto: quia nimis nouum eſt conſtituere duas ſpecies codicillorum, alterã in ſcriptis, alteram nuncupatiuam. Et vt hæ duæ teſtamentorum formæ aut ſpecies tam luculenter depinguntur à iureconſultis & imperatoribus: ita quoque depingerentur in codicillis, ſi in illis eandẽ mentem, & non diuerſam potiùs haberent. Deinde contra communem eſt tex. clarus in. §. fina. in fi. Inſtitu. de codicillis. ibi, & nullam ſolennitatem ordinationis deſiderant. Nec quenquam mouere debet. d. l. fin. de codicill. ibi, ſubnotationem. Nam licèt non abnegem, quin ſubnotatio ſumatur pro ſubſcriptione, tamẽ ſenſus illius legis eſt, quòd ſcriptura, in qua codicilli reconditi ſunt cum quinque teſtium interuentu nõ faciet fidem, ſi ibi abſuerint teſtium ſubſcriptiones, ipſi tamen codicilli per hoc in probatione tantùm, non etiam in forma defeciſſe videbuntur: vnde remota illa ſcriptura, per eoſdem teſtes tenor codicillorũ probari poterit. Non ſic in teſtamẽto in ſcriptis, vbi ſi vnius tãtùm teſtis ſubſcriptio deficeret, peccatum in forma videretur, nec ſuppleretur per depoſitionem ipſiuſmet teſtis, qui ſubſcribere deſijt, nec etiã aliorum plurium teſtium: quia formæ defectus non ſuppletur per probationis abũdantiam, vt differimus in. §. 11. nu. 17.

Ergo



Ergo aut conſtat teſtatorem non aliter voluiſſe valere ſuos codicillos, quàm ſi inde ſcriptura ſolenniter, riteq; fieret. Aut conſtat contrarium, aut dubitatur. Primo caſu, tale inſtrumentum codicillorum, eorundem ſubſcriptiones deſiderat pro ſui forma. vt. d. l. fi. C. de codicill. & conſequenter non valerent codicilli, ſi vel vnus teſtium ſubſcribere deſijſſet. argum. d. l. fi. & in ſimili per. l. ad teſtiũ. §. fi. ff. de teſta. l. hac conſultiſs. in fi. prin. C. eod. Nam & idem foret in actibus inter viuos de expreſſa voluntate contrahentium. vt in princip. Inſt. de emptio. & venditio. & ſuprà diximus. neq; hoc caſu lex videtur hanc formam dediſſe codicillis, ſed tantùm ipſe teſtator. Secũdo caſu, quando conſtat contrarium, defectus teſtium ſubſcriptionum non noceret, vt omnes admittũt. Tertio caſu cùm dubitatur, communis opinio ſuprà relata vult, quòd eo ipſo, quòd teſtator expreſſit ſe velle in ſcriptis codicillari, intelligatur ſcripturam non tantùm pro probatione, ſed etiam pro forma codicillorum exigere, vt ſic ſi deficeret vnius teſtis ſubſcriptio, codicillus in ſui forma imperfectus eſſet, nec per depoſitionem illius teſtis, cuius depoſitio deficit, nec etiam per depoſitionem aliorum pluriũ teſtium defectus ille ſuppleretur. Nos tenemus contrarium, vt nõ pro forma codicillorum, ſed tantùm pro probatione id præceptum teſtatoris habeatur, vt & in actibus inter viuos accidere docuimus: niſi ipſe paterf. expreſsim vltra procederet, annullando quod in contrariũ factum eſſet.

*Intell. l. fi. tit. 12. par. 6.*

24 Iure autem regio idem erit ſecundùm nos. Quod expreſsim tenuit Micha. Ciſon. in. l. 3. Tauri. Licèt contrarium velit Gregorius Lup. in. d. l. fi. tit. 12. part. 6. per illum tex. qui in codicillis remittit tantùm ſigilla, non etiam teſtium ſubſcriptiones. Sed nihil eſt. Nam verus ſenſus illius legis eſt, non pro forma codicillorum vt in teſtamentis ſubſcriptiones teſtium deſiderari, ſed tantùm pro probatione: vnde ille defectus ſubſcriptionũ per depoſitionem ipſorummet teſtium ſupplebitur, quod fieri nõ poſſet, ſi pro forma deſideraretur. Et ita etiam intelli-
25 go. l. 3. Tauri. & l. 1. tit. 2. lib. 5. ordi. Nam d. l. 1. ſubſcriptiones teſtium vt non deſiderat in teſtamento nuncupatiuo: ita quoq;. d. l. 3. quę ſeſe ad eam refert, eand. ſolennitatem in codicillis deſiderans, nõ poteſt videri exigere ſubſcriptiones: quia. l. noua, quæ ſe refert ad legem veterem, debet intelligi ſecundùm terminos illius legis veteris. auth. de filijs ant. dot. inſtr. na. Alexand. Corn. Iaſ. & Decius in l. ſi pater. C. de inſt. & ſubſt. Roderi. Xuarez. in. l. quoniam in prioribus. in. 1. 2. & 3. ampliatione. C. de inof. teſtam.

*Intell. l. 3. Tauri & l. 1. tit. 2. lib. 5. ordi.*

1 *Principis teſtamentum ualet omiſſa forma legis.*
2 *Princeps uxori ſua poteſt donare.*
3 *Principis donatio non eget inſinuatione.*
*L. 11. tit. de las donacio. lib. 5. ordi.*
4 *Principe rem alienã uendẽte, ſecurus eſt emptor.*
*L. 2. tit. 12. lib. 3. l. 2. 3. & 4. tit. de las dona. lib. 5. ordina.*
5 *Principis donatio non quæritur patri, etiam quo ad uſumfructum.*
6 *Princeps poteſt donare filio quẽ habet in poteſtate.*
7 *Principis præſentia facit ualere teſtamentum minùs ſolenne.*
8 *Principis teſtamentum minùs ſolenne ualet.*
9 *Bo. po. in quibus caſibus neceſſaria eſt, deſinit eſſe neceſſaria, ſi teſtamentũ fiat principis præſentia.*
10 *Principe iudicante, concluſio libelli non eſt neceſſaria.*
11 *Principis ſententia ualet, licèt non ſit conformis libello.*
*Declaratio. l. fi. tit. de las ſentencias. lib. 3. ordi.*
12 *Delictum etiam in modum exceptionis probatum, principe iudicante, poteſt puniri.*
13 *Libellus accuſatorius non eget diei inſertione, principe iudicante.*
14 *Principis ſententia ualet ſine ſcriptis.*
15 *Principis ſententia ſi reſtitutione petita impugnetur, oportet articulum læſionis exprimi ſpecialiter.*

16 Principis ſententia petita reſtitutione nō reſcinditur,niſi per ſolum principem.

17 Principis ſententia ualet non ſeruato ordine iudiciorum.
L.fi.tit de las ſentencias.lib.3.ordina.

18 Principis in curia infamis procurator eſſe non poteſt.

19 Principi omnes pœnæ ſunt arbitrariæ.

20 Princeps debet iudicare ſecundùm conſcientiam ſuam.

21 Principis citatio etiam die feriato eſt obedienda.

22 Princeps in cauſa propria iudex eſſe poteſt.

23 Principe iudicante ex cauſa iuſta poteſt omitti citatio.

24 Principis ordo omiſſus anullat actum.

25 Princeps transfert dominium per ſolum contractum

26 Principi dicenti ſe uidiſſe aliquod inſtrumentum inſertum in ſuo reſcripto, creditur: non ſic in tabellione.

27 Principis omnes contractus cenſentur bonæ fidei.

28 Principis ſententia non ſubiacet appellationi.

29 Princeps poteſt etiam ſine cauſa ſuam donati.reuocare.

30 Principis uerba etiam enuntiatiua probant.

31 Principi adulto etiam inuito dantur curatores.

32 Principis depoſitio,etiam non iurata, facit plenam fidem,etiam in cauſa criminali.

33 Principis procurator habet dignitatem.
Declaratio.l.fina.tit.delas ſentencias.lib.3.ordi.& .l.11.tit.1.eod.lib.

34 Principis notarius habet dignitatem.

35 Principis fideiuſſor poteſt conueniri principe non excuſſo.

36 Principis mandatum non ſuppletur per cautionem de rato.

37 Principis conceſſio recipit ius accreſcendi, licèt fiat inter uiuos.

38 L.1.tit.3.lib.3.fori.

39 Principis delegatus ſubdelegat.

40 Pactum concurrens cum legis prohibitione, impedit alienationem.

41 Iuramentum firmat actum fauore iurantis uetitum,licèt prohibitio dirigatur ad perſonam uetitam. cum communi contra Bart. & ſequaces.

42 L.8.tit.de las deudas.lib.3.fori.

43 Iuramentum non firmat contractum uxoris factum ſine licentia uiri.
L.1.& .2.tit.de las arras.lib.3.fori.

44 Eccleſiæ offuſum fuit uenenum per donationem Conſtantini.

45 Regis non ſunt bona regni.

46 Regnum eſt indiuiduum.

47 Rex malè regens,perdit nomen regis,& appellatur tyrannus.

48 Rex Franciæ nullam urbem regni ſui inuitis ciuibus alienare poteſt.

49 Rex ſi alienat ciuitatem, eo caſu quo poſſet,ciues ſe redimere poſſent.

50 Rex non poteſt filios ſuos regno priuare, aut cōſanguineos.

51 Maioratus ſucceſſor an teneatur ſoluere debita & legata prædeceſſoris.

52 Rex ſi litigat ſuper urbe aliqua,non poſſet compromittere.

53 Compromittere non poſſunt prælatus,reges,curatores,adminiſtratores ciuitatum.

54 L.7.tit.1.lib.4.ordi.

55 Declaratio.l.10.tit.12.lib.3.ordi.

56 Declaratio.l.3.tit.1.lib.5.ordi.

57 Delicta omnia utroq; foro poſſunt puniri.noua declaratio.

58 L.fi.Tauri.

59 Intell.l.4.tit.2.lib.5.ordi.

60 Teſtatoris, non hæredis perſona inſpicitur quoad iuriſdictionem.

61 Fiſco regis, non eccleſiæ applicatur hæreditas, quæ aufertur hæredi laico ſcripto à clerico,data fide de reſtituenda hæreditate filio ſpurio ipſius clerici.contra nouiſſi.

62 Intell.l.4.tit.1.lib.3.ordi.

63 Intell.l.6.tit.1.lib.3.ordi.

64 Intell.l.3.& .4.in quaterno alcaualarum.

65 Intell.l.22.tit.3.lib.1.ordi.

66 Intell.l.127.in quaterno alcaual.

67 Matrimonium clandeſtinum utroque foro punitur.

68 Intell.l.49.Tauri.

69 Declaratio ad tit.delas uſuras. libr. 8. ordinamenti.

70 Ius ciuile, & canonicum unum reputari. noua declaratio.

71 Intell.legum regni.

72 L.2.tit.2.l.7.tit.3.lib.1.ordi.

73 Intell.l.13.tit.3.lib.1.ordi.

74 L.17.tit.3.lib.1.ordi.

75 L.12.tit.de los alcal.lib.2.ordi.& . l.2.tit. de los corre.eod.lib.

76 L.2.tit.delos alcal.lib.2.ordi.

77 L.fi.tit.delas heren.lib.5.ordi.

78 L.3.in quaterno alcaua.

79 Princeps an quæ ſunt iuris gētium poſſit immutare.cum communi.

80 Neceſſitatis priuilegium.

81 Immunitas à ſolo principe conceditur.cum communi.





82 Princeps quando uetetur regalia alienare.cum communi.

83 Rex poteſt regalia alienare, cum modica tamen regni læſione.cum communi.

84 Rex alienare poteſt patrimonialia. cum communi.

85 Rex alienare poteſt regalia,quæ nondum erant in regali patrimonio in corporata. cum communi.

86 Maioratus ſucceſſio regulatur ſecundùm formam ſuccedendi in regnis uſitatam.

87 Maioratu ita concepto,Si filius ſine liberis &c. an liberi illius ad maioratum inuitati uideantur,& an maior natu tantùm,an omnes.

88 Conditione poſitus,uidetur poſitus in diſpoſitione in legatis.

89 Maioratus ſine principis licentia conſtitutus,an tempore,uel licentia ſuperueniente firmetur.

90 Maioratus quid eſſe intelligatur.

91 Regnum eſt indiuiduum,& omnis ſucceſſio,quæ datur iure primogenituræ.cum communi.

92 Dignitas Principatus, Comitatus, Marchionatus,Ducatus,& ſimilium ſunt indiuiduæ.

93 Maioratus facit,ut poſitus in conditione, uideatur poſitus in diſpoſitione.

94 Maioratus ut Principatus regulatur.

95 Maioratus conſtitui poteſt ſine licentia Principis.

96 Maioratus non eget licentia Principis dum fit, niſi cùm minuitur liberorum legitima.

97 Maioratus in præiudiciū legitimæ factum confirmatur principis licentia.

98 Leges regiæ expenduntur.

99 Conſenſus ubi defuit initio,ſuppletur confirmatione, ſeu ratihabitione prout ex nunc, non prout ex tunc.

100 Maioratus inſertus in confirmatione, ex certa ſcientia confirmatus uidetur.

101 Confirmatio rei inualidæ inducit de nouo; ſecùs ſi rei ualidæ.

102 Teſtari poſſunt monachi de licentia Papæ, & teſtamentum eius ſine licentia Papæ factum,poteſt per Papam confirmari.

103 Papa diſpenſat matrimonio tam contrahendo, quàm etiam contracto.

104 Spurij poſſunt legitimari etiam ſine coniunctorum citatione.

105 Princeps poteſt priuilegium concedere in præiudicium tertij illo non citato,dummodò utatur iure ſuo.

106 Legitimari poteſt filius poſt mortem patris nullo citato,ſi princeps uelit.

107 Vſurarij teſtamentum etiam defuncti poteſt Papa confirmare.

108 Teſtamentum nullum an conualeſcat ceſſante cauſa nullitatis.

109 Teſtamentum nullum filij præteritione,taciturnitate eius firmatur.

110 Maioratus bona,an, & quāto tempore poſſint præſcribi,& ſi præſcribi poſſint,an cōtra præſcrip.detur reſtitutio.

111 Præſcriptio.nunquàm reſcindi reſtitutione. contra communem.

112 Præſcribi an poſſint alienari uetita.

117 Inſertæ ſcripturæ uirtus.

118 Maioratus fulcitur lege diuina,canonica, & cōſuetudinaria ſecundùm quoſdam.

123 Præſcriptio impeditur, quando iuriſdi. aliqua in parte exercetur.

124 Maioratus res an præſcribatur in damnum ſequentium.

125 Maioratus tempore immemoriali an præſcribatur.

126 Maioratus res ut præſcribatur.

127 Præſcriptio an impediatur alienatione uetita.

128 L.32.tit.9.par.6.

129 Maioratus an præſcribatur in præiudicium ſequentium.

132 Præſcrip.long.temp.non reſcinditur per reſtitutionem.cōtra communem. Idem in præſcrip. 30.annorum.contra communem. Idem in præſcrip.40.annorum.contra communem.

139 Declaratio.l.fi.tit.13.lib.3.ordi.

140 Declaratio.l.4.in quaterno alcau.

141 Intell.l.1.tit.4.lib.3.ordi.

142 Maioratus res an iure regio præſcribatur.& declaratur.l.45.Tauri.

143 Maioratus rerum præſcriptio non reſcinditur reſtitutione.

144 L.1.tit.3.lib.3.ordi.ampli.

146 L.1.tit.3.lib.3.ordi.extenditur.2.

1 REDEVNDO ad caſus,in quibus remittitur ſolénitas teſtādi,fallit.31.in teſtamento principis.l.omnium.C.de teſtam. vt ex ſuperioribus plenè attigimus. Sed in contrarium facit, quòd cùm nemo poſsit facere, quin leges locum habeant in ſuo teſtamēto, ſimiliter videtur,quòd princeps efficere non poterit,quin in ſuo teſtamento ſeruanda ſit forma, & ſolennitas teſtamentorum.Mouet quæſtionem, quòd princeps licèt legibus ſolutus ſit, legibus tamen

*Principis teſtamētum ualet omiſſa forma legis.*

men viuere vult.l.Papinianus.§.Impera
tor.ff.de inofficio. teſtam.l. ſi hæredum.
& ibi Iaſ.C.eod.tit.§.pe.Inſt.quibus mo-
dis teſtamentum infirmetur.l. ex imper
fecto.ff. de le ;a.3. l. ex imperfecto.C. de
teſtamentis.Hinc eſt,quòd leges genera
liter loquentes comprehendunt perſo-
nas etiam priuilegiatas, qualis eſt perſo-
na principis.ita probat text. in.l.in frau-
dem.§.fi.ibi,quia generalis erat illa deter
minatio. ff. de milit. teſtamento. tenent
in ſpecie Decius conſi.5. idem Decius in
l.ex teſtamento.C. vnde liberi. Alciatus
libr. 4. paradoxorum.c.10. Tiraquellus
de vtroq; retract.gloſ.14.num.91.cum ſe
quen. Adhuc tamen contrarium tenen-
dum videtur,vt iam ſubijciam,vt hac in
re princeps efficere poſsit, ne leges locũ
habeant in ſuo teſtamento, in quo præ-
termitti poteſt forma teſtamẽtorum re-
gularis. d. l. omnium. & in ſimili facit.l.
pe.C.de don.inter virum & vxorem.

Et expendenda eſt ratio,de qua in.d.l.
omnium.in princip. dum ait,teſtam. fa-
ctum in præſentia principis ideo citra ſo
lennitatis interuẽtum valere, quia prin-
cipis præſentia vincit omnem teſtium fi
dem: quæ ratio cùm ſit expreſſa in lege,
habetur pro lege,adeò, vt ipſius legis de
ciſio veluti pro exemplo habeatur quod
non reſtringit legem. Vt ex communi
opi.reſoluunt Tiraq.de cauſa ceſſ. par.1.
num.152.Bal.in repet.l.de quibus. col.12.
ff.de legib. verſicu.item nota quòd non
videtur.Alexand.conſil. 75. Videtur in
præſenti.col.1.lib.5.Iaſ.in.l.à Titio.in pr.
col.fi.ff.de verbo.obliga.idem Tiraq. in
l.ſi vnquam.C.de reu.donat.verb.liber-
tis.num.45.Deniq; cùm ratio in lege ex-
preſſa eſt (prout fuit in. d.l. omnium.C.
de teſtam.) tunc fit extenſio,quatenus ſe
extendit ratio etiam in exorbitantibus,
& pœnalibus,& correctorijs. Iſta eſt ve-
ra & communis op.quam Bald. tenet in
l.fi.ff.de hær.inſti.idem Bald.in.l.fi.C.de
lib.præt.Alexand.in.l.cùm mulier.col.5.
ff.ſolut. matrimonio.gloſ.in clement. 1.
verbo,eligatur. de electione. plenè per
Iaſ.in.l.re cõiuncti.nu. 181. ff.de leg.3.Iaſ.
in authen.quas actiones.nu.22. C. de ſa-
croſ.eccleſ.Bald.ibi col.2.Paul. in.l. quã-
uis.C. de fideicom. Cuma.in dict.l. cùm
mulier.§.1.per tex.ibi.ff.ſol.matrimonio.
Georgi.Nat.in.c. quanuis. de pact. in.6.
num.32.Curti.Iuni.in.l.humanitatis.per
text.ibi.nu.15.C.de impub. vbi Iaſ. nu.6.
Alex.nu.5. Corn.nu.15. Purpu. in. l.fi. C.
de pact.nu.23.vbi Curti.Iuni.nu.9.Deci.
nu.15.Iaſ.in.l. ſtipulatio hoc modo. ff. de
verb.oblig.col.5.ad.fi.nu.12. Deci.conſi.
372.nu. 7. Fortu. in.l. Gallus.§. & quid ſi
tantùm.col.87.ff.de lib. & poſt. Crottus
in.l.ſi conſtante.ff.ſol.matri.lect.2. ſuper
7.quæſt.Bart.Iaſ.in.l.tranſigere.nu.15.C.
de tranſact. Ripa. in. l. nemo poteſt. nu.
50. ff. de leg.1.vbi Hannib.n.349.Iaſ.in.l.
Marcellus.in prin. ad Trebel. Couar. in
c.Rainal.§.3.nu.6. de teſta. Deci. in auth.
ex teſtamẽto. col.4. C. de coll.Iaſ.in.l.de
quibus.nu.14. ff. de legi. Tiraq.de cauſa
ceſſ.par.1.nu.135. cum ſeq. per legem. his
ſolis. C. de reu. donat.l. ſi fratres. §. idem
Papi.ff.pro ſocio.l.2.§.idem quoque.&.§.
ſi duo.ff.de coll.bo.l.fi.ff.de hær.inſti. Et
vt genus omnes ſuas ſpecies ex vi com-
prehenſiua, non ex vi extenſiua ample-
ctitur: ita vbi eſt eadem ratio, omnes ca-
ſus amplecti vidẽtur ex vi non extẽſiua,
ſed comprehenſiua.vt ex cõmuni opin.
reſoluunt Tiraq. de cauſa ceſſ. par.1. nu.
137.Petrus, & Cinus in.l.iura non in ſin-
gulas. ff. de legib. vnde ratio legis indu-
cit & eſt ipſa lex.vt reſoluit plenè Tiraq.
vbi ſuprà nu.135.cum ſeq. qui quamplu-
res citat huius ſententiæ authores.

Vnde licèt in reliqs teſtamẽtis fœmi- *De ead.re.*
na nõ poſsit eſſe teſtis.l. q teſtamento. §.
mulier.ff.de teſtam.§.teſtes aũt. Inſti.eod.
tamen fœmineum teſtimonium in teſta
mento facto coram principe valebit, nõ
ſecùs,quàm teſtimonium maſculorum.
Quinimò per duos teſtes etiã fœminas
ſat



ſat erit probare teſtamentũ factũ fuiſſe
in præſentia principis.arg.d.§.mulier.iũ-
cta.d.l.omnium.Ratio iſtorum eſt,quia
præſentia principis pro forma & ſolen-
nitate habetur.vt.d.l.omnium.in princ.
ſicq; in tali teſtamento ceſſat ea ſolenni-
tas,quòd teſtes ſint maſculi. Et eadem ra
tione ceſſabit ea ſolennitas, quæ in reli-
quis teſtamẽtis deſideratur, vt teſtes ſub
ſcribãt ſeſe.iuxta.l. hac conſultiſsima. in
princip.C.de teſtam.&.§.ſed cùm paula-
tim.Inſt.eod.tit. Et licèt in reliquorum
teſtamentis ſignaculis teſtium opus ſit
d.l.hac conſultiſsima.d.§. ſed cùm paula
tim.l.ad teſtium.§.fi.ff.eod.l.1.&.2.titu.1.
par.6.tamen non ſic erit in hoc teſtamẽ-
to,vt nos interpretamur.Et quanuis reli
qua teſtamenta vitientur, ſi teſtium qui
libet fuerit compulſus, tamen (vt nouè
interpretamur) aliud erit in hoc teſtamẽ
to.ſicq; limitabitur. l. qui teſtamento.§.
fi.ff.de teſtam.Et licèt cæci teſtam. etiam
hodie debeat incipere ab hæredis inſtitu
tione ſecũdùm receptiorem ſentẽtiam.
vt per Decium col.1. in.l.hac conſultiſsi
ma.C.qui teſtam.fac.poſ. (licèt id ſuſpe-
ctum ſit, vt alibi docemur) tamen ſi cęci
teſtam.coram principe factum eſſet, va-
leret,licèt aliunde, quàm ab hæredis in-
ſtitutione inciperet.ſicq; nouè limitabi-
tur.d.l.hac conſultiſs. Et quanuis iure re
gio teſtamento in ſcriptis requiratur ſi-
gnaculum tabellionis.l.3. Tauri.tamen
non ſic, vbi tale teſtam. coram principe
factum eſſet.arg.d.l.omnium.Deniq; li-
cèt regulariter teſtam. vnico contextu
fieri oporteat, tamen cum hac ſolennita
te diſpenſatur per principis præſentiam.
ſicque nouè limitatur.l.cùm antiquitas.
C.de teſtam.l.furioſum. C.q teſtam.fac.
poſ.l.qui teſtamento. §. veteres. ff. de te-
ſtam. Ratio iſtorũ eſt, quia in his omni-
bus caſibus pariter militat ratio, de qua
in.d.l. omnium. ſicq; hi omnes caſus le-
gis ratione comprehenduntur,licèt deci
ſio legis in numero tãtùm teſtiũ loqtur.

Proinde licèt regulariter teſtes in prę *De ead.re.*
ſentia teſtantis eſſe debeant.vt eſt cõmu
nis opi.quam tenent, & reſoluunt Deci.
conſi.354. In caſu propoſito.nu.1.Pariſi.
conſ.33.col.1.lib.2.Bal.in.l. ſi non ſpecia-
li.C. de teſtam. vbi Iaſ. in pr.& rurſus in
tertio notab.Corn.cõſ.18. In nomine do
mini.lib.2.nu.4.Bar. Salic.Fulgoſi.Paul.
& Bened.de Plumbi.in.d.l.ſi non ſpecia
li.Imol.& Abb.in.c.2.de conſuet.eſtq́ue
cõmunis op.ſecundùm Corn. vbi ſuprà.
nu.6.Cinus & Alex.in.d.l.ſi non ſpeciali.
vbi etiam Albe.per text. ibi in verbo, in
cõſpectu teſtatoris.& in.l.ſi vnus.in ver-
bo, corã teſtatore. C. de teſtam. facit.l. q
teſtamento.§.veteres.ff.eod.tit.tamen in
teſtamento facto coram principe nõ eſt
neceſſe, ꝙ teſtes ſint in conſpectu teſtã-
tis,non magis, q̃ in actibus inter viuos,
in quibus expeditum eſt nõ oportere, ꝙ
teſtes ſint in præſentia contrahentiũ ſe-
cundùm veram & cõmunem ſententiã,
quam tenent glo.in.l.2.§.idem Labeo.ff.
de aqua pluui.arcen. quam cõmuniter
app.dicunt Alex.nu.6.& Iaſ.nu.9.in.d.l.
ſi non ſpeciali.Bart. Imol. & Paul.in.d.§.
idem Labeo. per canoniſtas in. c. præte-
rea. de teſtib.& in.c. ex literis. de cõſuet.
Abb.in.c.cùm cauſam. de teſtib.Bal.in.l.
cõuenticulã.col.7.de epiſ. & cleri. Inno.
& Ioã.And.in.d.c.præterea.Et ita tenen-
dum eſt.argu.d.l.omnium.C.de teſtam.

Vnde planè infertur, ꝙ licèt de iure ci *De ead.re.*
uili oporteat ꝙ omnes teſtes intelligant
omnia in teſtamento cõtenta,ita vt nul-
lam particulam etiam minimã deſinant
intelligere ſinguli teſtes: nec enim ſatis
eſt ꝙ fuerint præſentes, vt proximè dice
bamus, niſi præterea omnia,quæ ibi age
bantur,plenè intellexerint. vt ex cõmu-
ni op.reſoluunt Corn.conſil.304. Circa
hanc cõſultationem.nu.20.lib.1.in ſimi-
li per Bar.& Paul.in.d.l.cùm antiquitas.
& Guiliel.Bene.in.c.Rainuti. de teſtam.
par.1.in verbo,in extremis poſitus.n.40.
Corn.conſ.226.Licèt in hac.lib.3.nu.5.&
conſ.

conſi.77.num.3. & num.11.lib.4.Bar.in.l.
fideicom.§.quoties. ff.de leg.3.Corn.cõſil.
307.Videtur prima facie. nu.1. lib.3. vt ſic
de iure ciuili licèt teſtes ſint præſentes toti
teſtamento, id non ſufficiat,niſi totum in
tellexerint,& ſenſu perceperint,nec per cõ
trariũ ſufficiat quòd totum intellexerint,
niſi pręſentes fuerint,potuerunt enim an-
te vel poſt actum teſtandi ab ipſo teſtato-
re de contentis in teſtamento certiores fie
ri, id quod minimè ſufficeret. Tamen iſt-
hæc regulariter procedunt,nõ ſic in teſta-
mento facto coram principe,in quo neceſ
ſum non eſt teſtes eoſdem toti teſtamen-
to præſentes fuiſſe, quinimò ſat erit cõten
ta in teſtamento nouiſſe, ſiue tempore te-
ſtamenti,ſiue antea, ſiue poſtea: quinimò
ſat erit, ꝙ quidam teſtium probent certã
teſtamenti partem, alij verò teſtes reliquã
teſtamenti partem, vel ꝙ quidam depo-
nant principem fuiſſe præſentem ad quã-
dam teſtamenti partem, alij verò teſtes de
ponant ad reliquam teſtamenti partem
principem fuiſſe præſentem, quaſi hac in
re ꝓ forma illius teſtamenti requiratur ni
hil,ſed ea ſola probatio exigatur, quæ de-
poſcitur in actibus inter viuos. argumen.
dictæ.l.omnium. præſertim in ratione ibi
expreſſa.

De ead.re. Vnde etiam infertur, quòd licèt de
iure ciuili vitietur teſtamentum ſi ſcriba-
tur per notas, ſeu abbreuiaturas inſolitas.
vt ex communi opinio.diſſerunt Alexan.
conſil.153.Videtur prima conſideratione.
num.6.lib.2.Bart.& omnes in auth. quòd
ſine.per tex.ibi.C.de teſtamen.tex.in.l.ſed
cum patrono.§.fi.ff.de bo.poſ.& in.l.vni-
ca.ff. ſi tabulæ teſtamẽti ſtabunt.ibi, quia
ex coniectura non propriè ſcriptus vide-
tur.Barto.in dict.l.ſed cum patrono.§.fin.
& in.l.2.C.de vetere iure enucleando. Spe
culator.de inſtru.editione.§.inſtrumentũ.
verſi.item opponitur quòd inſtrumentũ
eſt factum per notas. Guiliel.Benedict.in
cap.Rainuti.de teſtament.part.1. num.61.
verbo, teſtamentum.primo. in ſimili per
Speculatorem.de inſtru.editione.§.oſten-
ſo.verſic.quid ſi abbreuiatura. Tamen te
ſtamentum factum coram principe non
vitiabitur per abbreuiaturas (vt ita lo-
quar) vel ex eo, quòd per notas inſolitas
conſcribatur.argumẽ.dict.l.omnium.C.
de teſtam.præſertim in ratione ibi expreſ-
ſa, dum ſignificat id teſtamentum veluti
informe eſſe, nihil ad ſui firmitatem deſi-
derans, præter legitimam probationem,
qualis eſſe ſolet in actibus inter viuos.

Vnde nouiſsimè infertur, quòd licèt de iure ciuili per præteritionem filijfami. De ead.re.
vitietur teſtam. ipſo iure. l.inter cætera.l.
penul.& fi.ff.de liberis & poſthumis. l. fi.
ff.de iniuſto rupt.l.fi.C.de contratabu.in
princip.Inſtit. de exhæ. liberorum. quin-
imò hodie licèt eſſet exhæredatus, teſtam.
foret nullũ ipſo iure, niſi iuſta cauſa exhę-
redandi expreſſa eſſet. vt eſt communis
opinio, quam tenent gloſ. in authenti. de
hære. & fal. §. exhæredatos. verb. noluit.
gloſ.2.in princip.Inſti.de inof.& vtrobiq;
doct. cõiter. eſt communis opinio ſecũ-
dùm Iaſ. in authen.non licet.colum.3.idẽ
Iaſ.in authent.ex cauſa.colum.3.C.de lib.
præt.idem in.l.in ſuis.colum.fi.ff. de libe-
ris & poſthum.idem in.l.ſi mater. in prin
cip.ff.de vulg.idem in.l.fi. num. 18. C. de
contratabu.Crottus in.l.Gallus.§.& quid
ſi tantùm.num.52.ff.de libe. & poſthum.
Ange.de Periglis in tracta.ſuita. quæſtio.
fi.Alexan. in dict.l.in ſuis.num.12.Bart.in
dict.authen. ex cauſa.num.12.vbi per Al-
beri.Odofre.Petrũ, Cinum, Bal.Ange.Sa-
li.Fulgoſ.Paul.Corne.Alexand.Iaſ. Curti.
iuni.& alios.Grego.Lupus.in.l.5.tit.8.par.
6.Bar.num.10.in.l.in quartam. ff. ad legẽ
falcidiam.vbi Picus.numer.6.& Ripa nu.
143 (licèt hoc vltimum ſolitus ſim impu-
gnare) tamen in teſtamento facto coram
principe aliud erit, vt ſi liberis, & parenti-
bus ſua legitima quoquo titulo relinqua
tur, firmum ſit teſtamentum non ſecùs,
quàm ſi titul. inſtitutionis relinqueretur,
quaſi per interuentum principis etiam
cum



cum hac ſolennitate diſpenſetur. argu.
d.l.omnium.

De ead.re. Vnde nouiſsimè infero, quòd licèt in
teſtamento in ſcriptis oporteat tabellio
nem, qui illud conficit, fuiſſe rogatum.
vt ex vera & communi opinio. reſoluit
Alexan.conſil.153. lib.2.col.2.per text.in
authen.de tabellio.§.nos autem.vbi Ac-
curſi. & alij. gloſ. & alij in cap. cùm. p.
tabellio. de fide inſtru. nec tabellionis
rogitus præſumitur, niſi vel probetur,
vel ipſe id in ipſo inſtrumẽto atteſtetur.
Innocen.& alij in cap.1.de fide inſtrum.
Speculator & Ioannes And.de inſtrum.
editi.§.breuiter.Bar.& alij in.l.ſciendum.
ff. de verborum obligationibus. & eſt
communis opinio ſecundùm Alexand.
vbi ſuprà.num.9.idem in dict.l.ſciendũ.
num.42.vbi Imol. Ange.in.l.quæcunq;
§.fi.ff.de publi. tamen iſthæc procedunt
regulariter, non ſic in teſtamento facto
coram principe, per cuius interuentum
diſpenſatur cum hac ſolennitate, non ſe
cùs, quàm cum reliquis ſolennitatibus.
argum.dict.l.omnium. præſertim in ra-
tione ſui ibi expreſſa. Quod intellige,
quando teſtator, qui in ſcriptis teſtari vo
lebat, expreſsim voluit tabellionem ac-
cerſiri, aliter enim conſtat, quòd etiam
teſtamentum in ſcriptis citra tabellio-
nem conſcribi poteſt manu propria te-
ſtatoris, vel alterius. vt ex receptiore ſen
tentia reſoluit Corn.conſil.226. Licèt in
hac.nu.2.libr.3. per.§. ſed cùm paulatim.
Inſtit. de teſtam.l.hac conſultiſs.C. eod.
tit. vbi inter reliqua teſtamentorum re-
quiſita non adijcitur tabellionis inter-
uentus. Quod procedit de iure ciuili cõ-
muni, non ſic de iure regio, quod ſem-
per deſiderat interuẽtum tabellionis in
teſtamento in ſcriptis.l.3.Tauri.

De ead.re. Deniq; nouiſsimè infero, quòd licèt
de iure ciuili in teſtamento nuncupati-
uo requiratur quòd teſtator proprio ore
nuncupauerit nomen hæredis, vel illud
ꝓpria manu ſcripſerit. vt in.l. iubemus.
C.de teſtam. adeò, vt ſi teſtator alio hæ-
redem nominante agnouerit nutu capi
tis, vel per verbum, ſic vel ita. & ſi ſcri-
bentium pleriq; teneant talem hæredis
inſtitutionem valere. quales ſunt glo. &
omnes in dict.l.iubemus. vbi Iaſ. nume.
10.Bart.& omnes in.l.hæredes palàm. in
princip.ff.de teſtam.Angel. in.l.in frau-
dem. §.1.ff.de milit.teſtamento.Anto.&
Imol.in.c.cùm tibi.de teſtam.Roma. cõ
ſil.306.Propoſita.idem in.l.1.§.ſi quis ita.
ff.de verb. obli. Ange.in prin.Inſt.de te-
ſtam. eſt cõmunis op. ſecundùm Alexã.
cõſ.33. Põderatis verbis. lib.3. Cinus, Bal.
& Ange. qui hãc dicit cõmunem, & vſu
approbatã in.d.l.iubemus.Couar. de te-
ſtam.in.c.cùm tibi.nu. 4.&.5. Alex.in.d.
l.iubemus.per text.in.l.quoniã indignũ.
C.de teſtam.Iaſ.in.l. vbi autem nõ appa-
ret.§.illud.ff.de verb.obli.Deci.cõſ. 489.
In caſu occurrenti.num.3.Alex.conſ.12.
Viſo inſtrumento.lib.1.nu.6.Alex.conſ.
47.Abundè.lib.2.nu.7.Pariſi.cõſ.19.Cõ-
ſideratis.num.13.lib.3.Corn.in.l. hac cõ-
ſultiſs.§.per nuncupa.C.de teſtam. Alex.
conſil.176.col.2.lib.5. idem in conſil.14.
Viſis.num.15.lib.6.Soci.in.l.ſi ita ſcripſe-
ro.col.1.ff.de conditio.& demonſtratio.
tamen contrariam op. vt talis etiam inſti
tutio hæredis facta ad interrogationem
alterius non valeat, tenet Corn. conſil.
77. Viſo.d.themate.libr.4.num.1.Iacob.
de Are.in.d.l.hæredes palàm. in princip.
poſt plures relatos per Corne. vbi ſuprà.
& per Iaſ. qui tenet contra communem
in.d.l.iubemus.nu.10. Sed licèt is articu-
lus dubius ſit, & vehementer cõtrouer-
ſus in reliquis teſtamentis, tamen nõ ſic
erit in teſtam.facto corã principe, in quo
talis hæredis inſtitutio indubitanter fir-
ma erit.argu.d.l.omnium.C. de teſtam.
quaſi in tali teſtamẽto diſpenſetur cum
ſolẽnitate.d.l.iubemus.non ſecùs, quàm
cum reliquis ſolennitatibus.

Dubium autem eſt iuxta ſuperiora,
quid ſi teſtator errauerat circa perſo-

nam hæredis ſcripti, quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtam.nullum eſt.l.ſi pater.l. neq; apud. C.de hære.inſti.l.fi.ff.eodem tit.Item quid ſi teſtamen. id eſt, hæredis inſtitutio fiat in bonis alienis, quo caſu non valet.vt docemur ſuprà.§. 17. num. 21. Aut quid ſimiliter, ſi voluntas conſummata non fuerit, quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtamen. nullum eſt.l.ſi quis cùm teſtamentum.ff.de teſtam. Et quid etiam ſi teſtator ſe in arrogationem dedit, quo caſu iure ciuili teſtam. infirmatur.l.penul.§.penul.ff. de ſecundùm tab. §.non tamen.Inſti.quib.mod.teſtamen. infir. Et quid deinde, ſi ipſe teſtam.cancellauerit, quo caſu ſimiliter teſtamen. iure ciuili infirmatur.vt per totum.ff.de his quæ in teſtamẽ.delentur. Item quid ſi teſtator fuerit coactus, quo caſu teſtamen. iure ciuili non valet. vt per totum.ff.&.C. ſi quis aliquem teſtari prohib. Aut quid, ſi præceſsit clauſula derogatoria, quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtamen. infirmum eſt. vt in.l. ſi quis in princip.teſtamenti.ff.de legat.3.cum ibi notatis per Bar.& alios.& in.l. ſi mihi & tibi.§.in legatis.ff.de leg.1. vbi per Areti. Alexand. Iaſ.& alios. Et ſanè licèt teſtamentum fiat coram principe, non diſpenſabitur cum his vitijs non magis, quàm ſi teſtamen. coram principe non fieret, nam iſthæc omnia pertinent nõ tam ad formam, quàm ad voluntatem: & licèt præſentia principis ſuppleatur defectus ſolennitatis, non tamen ſuppletur defectus voluntatis. vt in.d.l. omniũ C.de teſtamentis. Et has omnes declarationes, quas nullus vnquàm congeſsit ad dict.l.omnium. accommodabis etiã ad legem.5.tit.primo.part.6.Eſt & aliud ſpeciale in principe, de quo in.l.donationes quas diuus.C. de donat. inter virum & vxorem.

Et antequàm examinem materiam
2 huius.l.penulti.C.de donation. inter virum.collige ex ea lege vnum ſpeciale in principe, quod non reperitur in alijs, ſcilicèt, quòd donatio inter eum & vxorem ſuam, ſcilicet reginam, valet regulariter, contrà in alijs. Hinc ſumpta occaſione, intendo enumerare multa alia, quæ ſunt ſpecialia in principe, quæ ſic nõ reperies cumulata, & conferunt ad d.l.omnium.

*Princeps uxori ſuæ poteſt donare.*

3 Erit ergo ſecundum ſpeciale in principe, ſcilicet, quòd licèt aliàs donatio exceſsiua requirat inſinuationem. l. illud. cum ſimi. C. de ſacroſanctis eccleſijs. ſecùs tamen eſt in donatione facta ab Imperatore. Caſus in. l. ſancimus. §. 1. C.de donatio. Et addo, quòd ille text.loquens in Imperatore, extenditur, vt etiam habeat locum in Rege in ſuo regno, vel in Principe in ſuo principatu, quando non recognoſcit ſuperiorẽ. Ita tenet Ioã An. in tit.de inſtrumen.editio.§.porrò.in additione, quæ incipit. Hæc ſubijcio. Alexand. in.l. Centurio. ff. de vulga.ſubſti. Iaſo in. l. ex imperfecto. C. de teſtamen. Et facit, quia Rex in ſuo regno vicem Imperatoris tenet.Paul.in.l.cùm multa. C.de bonis quæ libe.& meliùs in apoſti. ad Abb. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſti.in verb. ciuitas non recognoſcẽs. Principis tamen donatio in alio debilior eſt, quia poteſt impunè reuocari iure regio.l.11.titu.de las donaciones.lib.5. ordinamenti.

*Principis donatio nõ eget inſinuatione.*

*L.11.tit. de las donaciones. libr. 5. ordi.*

4 Tertium ſpeciale eſt, quòd ſi princeps vendit rem alienam, ſtatim emptor eſt ſecurus, & non poterit ad illam conueniri, licèt in alijs perſonis ſecùs.text.in l.bene à Zenone. C. de quadrie. præſ. & Inſtitut.de vſucapio.§. fina. quod qualiter intelligatur, plenè pono in dict. l. bene à Zenone. Scias tamen, quòd illa lex non habet locum niſi in ſolo Imperatore, & vxore eius. Ita ad literam dixit ſingulariter Bald.in cap. fina. circa finem. de re iudica.& refert Iaſo.in authentica. quas actiones.de ſacroſanctis eccleſijs.1. colum. in fine. & dicit, nunquam obliuiſcaris.

*Principe rem alienã uendẽte, ſecurus eſt emptor.*



uiſcaris. In cõtrariũ videtur qđ modò ꝓximè dixi in alio ſpeciali. Sed fortè poſſes dicere, ꝙ ibi loquitur in donatione facta à principe, & ſic in actu fauorabili, quod ſecùs eſt in. l. bene à Zenone. vbi quis ex facto principis priuatur dominio rei ſuæ. Et iſtam reſponſionem poſſes cõfirmare per multa, & per id, quod ſtatim ſubijciam. Principis tamen poteſtas multùm reſtricta videtur iure regio per.l.2.3.4.tit.12.lib.3.&.l.3.4.5.titu.de las donaci.lib.5. ordi.l.2.&.3.tit. de los vaſallos del rey. lib.4.ordi.

*L.2.tit.12. libr. 3.l.2.3. &.4.tit. de las dona.lib. 5.ordina.*

5 Quartum ſpeciale eſt, quia licèt ex acquiſitis per filium debeatur patri vſuſfructus.toto tit.C.de bonis quæ libe. ſecùs tamen eſt in eo, quod acquirit ex donatione principis. Caſus ſingula. in. l. cùm multa. C. de bonis quæ libe. & ille tex.non eſt alibi. Ad vnum, dum dicit, quòd fœmina in illo caſu habet quaſi caſtrenſe peculium ſecundùm Bald.ibi. & licèt ille tex.loquatur in Imperatore, addo tamen quòd extenditur ad Regẽ. & ita conſuluit Oldral.in conſil.255. & firmat Andre.de Iſern.in cap.1.4.colũ. qui feud.da. poſſ. refert Iaſon in authentica. ex teſtamento.3.charta.1.colũ.in medio. C.de collatio.& in.l.ex imperfecto.de teſtament. Et addo incidenter, quòd per dictam.l.cùm multa. videtur reprobari deciſio Ludoui. Roma. & Alexand.ibi. 4.colum. in authentica. ex teſtamento. C.de collatio.vbi dicunt, quòd donatio facta per principem filio in poteſtate debet conferri.quia ideo ſimplex donatio facta filio in poteſtate non confertur, quia non valet à principio, ſed confirmatur morte, & ſic habet vim relicti, quod realiter non confertur, ſed donatio facta per principẽ filio ſuo ſtatim valet. vt tenet ſingulariter Bald. in capit. primo. §. item ſacramenta.de pace iuram.firman. cùm ergo ſtatim valeat, debet fratribus conferri. Illa deciſio videtur contra dictam.l. cùm multa. vbi ſingulariter deciditur, quòd quęlibet donatio facta per Imperatorem, non ſolùm filio, imò cuilibet extraneo non ſolùm maſculo, imò fœminæ habet naturam caſtrenſis peculij, & cenſetur peculium caſtrenſe: ſi ergo cenſetur caſtrenſe, certum eſt non conferri. l. prima. §. nec caſtrenſe. ff. de collatio. bonorum. & in.l. filiæ licèt. C. de collation. ita dicit Iaſo, à quo didici, in dicta authentica. ex teſtamento. 3.charta.1.colum. Et dicit mirandum eſſe de illis patribus, qui dixerint contra caſum legis ad literam in.d. l. cùm multa. Quid dicemus? Ego putò, quòd prima opinio ſit vera, & quòd dict. l. cùm multa. non faciat ad propoſitum, vt dixi ſuo loco.

*Principis donatio non quæritur patri, etiã quo ad uſumfructum.*

6 Quintum ſpeciale eſt, quod ſuprà incidenter tetigi, ſcilicet, quòd licèt donatio facta filio in poteſtate non valeat. l. ſecunda. C. de inofficio. donationibus. cum ſimilibus. ſecùs tamen in donatione, quam princeps facit filio ſuo in poteſtate. Ita ſingulariter Bald.in cap.primo. §.item ſacramenta. de pace iuramen. firmanda.

*Princeps poteſt donare filio quẽ habet in poteſtate.*

7 Sextum ſpeciale eſt, de quo per text. in.l.omnium.C.de teſtam. vbi plenè ſcribitur, & ſuprà attigimus.

*Principis præſentia facit ualere teſtamentum minùs ſolenne.*

8 Septimum ſpeciale, quòd teſtamentum conditum à principe valet, licèt nõ adſit numerus ſeptem teſtium, vel alię ſolennitates iuris ciuilis, ſicut per ſuam præſentiam facit in alijs valere. Ita tenet Paulus de Caſtro. in.l. ſi quis Imperatorem. C. qui teſtamenta face.poſſ. & in.l. ex imperfecto.C.de teſtamen. Licèt Fulgo.ibi contrà. Sed primum ibi approbat Iaſo.poſt medium.

*Principis teſtamẽtum minùs ſolenne ualet.*

9 Octauum ſpeciale eſt, ꝙ in caſibus, in quibus ſpecialiter eſt neceſſaria bonorũ poſſeſsio, de quibus per gloſ. & docto. in.l. fina. C. vnde legi. in illis caſibus ſpecialibus ſi teſtamentum ſit cõditum in pręſentia principis, non eſt neceſſaria bonorum poſſeſsio, quod poterat ſucce

*Bo. po. in quibus caſibus neceſſaria eſt deſinit eſſe neceſſaria, ſi teſtamentũ fiat principis præſentia.*

 dide

di de iure ciuili. de hoc eſt gloſ. ſingula. in.l.omnium.C. de teſtamentis.gloſ.vltima,quam ibi dicit ſingularem Angel. & ibi dicit Raphaël Fulgoſ. quòd illa gloſ. eſt ſingulariſsima. & ibi vide Iaſo. vltim.col. qui aliqua adducit in contrarium.&per eum in.l.fi.C.vnd.legi.6.col. in medio.

10 Nonum, quia licèt coram alijs iudicibus ſit neceſſaria concluſio in libello,ſecùs tamen coram principe. Hoc tenet. ſingulariter Inno. in cap.1.de lit.cõteſta. Angel.per illum tex.in.l.omnium.C. de teſtam.in princip.Bal.in.l.fina.C.de legi. Abb. in cap. in noſtra. de ſepultu. & vide tex.in cap.afferte.de præſumptio.

*Principe iudicante, concluſio libelli nõ eſt neceſſaria.*

11 Decimum,quia licèt regulariter ſententia non conformis libello, non valeat.l.vt fundus.ff.commu. diui. fallit tamen in ſententia lata à principe.Hoc tenet Archidia.in cap.2.de reſti.ſpolia. lib. 6.Anto.in cap.licèt Heli.de ſimo.& Bar. in.l.Aemilius.ad fin.ff.de minori. & notatur in apoſti. ad Abb. capit.cùm inter. de conſuetu. apoſti. magna circa finem. Non ſic in ſententijs iudicum etiam ſupremorum, quia nequeunt diſpenſare cum.l.vt diſſeruimus in.§.6.num.4. Neq; oberit.l.fi.tit.delas ſentencias.lib.3. ordi.vbi omiſsio ordinis non nocet in proceſſalibus. Nam procedit quo ad ordinem proſequendi, non quo ad menſurã proſequutorum.argu.l.11.tit.1. eod. libr. & habui de facto in cauſa inter fiſcum & Fernandum de Ochoa de Villanoua.

*Principis ſentẽtia ualet, licèt nõ ſit conformis libello.*

*Declaratio l.fi.tit.ð las ſentencias. libr.3.ordi.*

12 Vndecimum, quia licèt delictum in modum exceptionis probatum nõ poſſit puniri. cap. cùm dilectus. de ordi.cogni.in fine.& in.c.1.de exceptio.notatur in.l.Lucius.ff.de infami.ſecùs tamen eſt, ſi coram principe probatur, licèt incidẽter. Hoc tenet ſingulariter Abb. in.c. tã literis.de teſti.& ibi text.cum ibi notatis in.c.2.de confeſſ.

*Delictum etiã in modum exceptionis probatum,principe iudicãte, poteſt puniri.*

13 Duodecimum,quia licèt in accuſatione debeat inſeri dies. l. libellorum.de accuſationi.notatur Inſt.de pu.iu. in princip.cum ſimili.ſecùs & coram principe, quia ibi non requiritur.text. & ibi Bald. in.c.2.de confeſſ.

*Libellus accuſatorius non eget diei inſertiõe principe iudicãte.*

14 Decimumtertium,quia licèt ſentẽtia iudicis non valeat ſine ſcriptis.l.penulti. & auth.ibi poſita.C.de ſenten.ex peri. reci.ſecùs tamen in ſententia principis. gl. eſt in.c.inſtitutionis.25.q.2.gloſ.1.& glo. in.c.fi.de re iudi.libr.6.& gl.magna ante medium.

*Principis ſentẽtia ualet ſine ſcriptis.*

15 Decimumquartũ,ꝙ licèt in libello reſtitutiõis in integrũ ſufficit ꝙ quis dicat ſe minorẽ,& læſum ſui facilitate, nec eſt neceſſe, ꝙ exprimat particulariter cauſam læſionis,ſeu articulũ, in quo fuit læſus.l.verùm.§.ſciẽdũ.ff. de mino. l. quòd ſi minor.§.nõ ſemper.eod.tit. fallit, cùm petitur reſtitutio aduerſus ſententiã principis, quia tunc libellus debet particulariter,ſeu articulatè continere cauſam,in qua fuit læſio,ſeu deceptio: vnde in alijs cauſis, quàm in cauſis per principem cognitis videtur, ꝙ generaliter admittatur tex.in.l.minor autem magiſtratus.§.1.ff. de mino. Quod eſt mirabile ſecundùm Bar.ibidem.

*Principis ſententia ſi reſtitutione petita impugnetur, oportet articulum læſionis exprimi ſpecialiter.*

16 Decimumquintũ,ꝙ ſolus princeps reſtituit aduerſus ſententiã ſuam, & ſui delegati.tex.in.d.l.minor aũt.§.1.& ibi Bar. alij autem aduerſus ſententiã latam per principẽ nõ poſſunt reſtituere, quia nullus eſt maior eo,vt ibi notatur.vt eſt tex in.l.de precario. ff.ad.l. Rhodi. de iactu.

*Principis ſentẽtia petita reſtitutione nõ reſcinditur,niſi per ſolũ principem.*

17 Decimumſextũ, quia princeps nõ tenetur ſeruare ordinem iudiciorũ, & valet ſententia lata à principe ſine ordine iudiciario.text.eſt melior de iure in.c. ad petitionẽ.de accuſa. quẽ ꝓ ſingulari notat Bal.in.c.2. de noua forma fide. refert. Iaſ.in.l.vinum.ff.ſi cert.pet.pe.char.vlti.
18 col.in princ. Idem hodie iure regio. l.11. tit.1.&.l.fi.tit.de las ſentencias.lib.3.ord.

*Principis ſentẽtia ualet non ſeruato ordine iudiciorum.*

*L.fi. tit. de las ſentencias.libr.3. ordina.*

Decimumſeptimum,quòd licèt infamis poſsit eſſe procurator.Inſti.de exceptio. §. fi. cum ſimi.fallit tamen in curia principis,quam non licet infamibus ingredi. Ita dicit Bald.in.l.reum.in fi.C. de procura. allegat.l. ſed & milites.§. ſed ignominiæ.ff.de excuſa.tuto.

*Principis in curia infamis procurator eſſe non poteſt.*

Decimumoctauũ ſpeciale eſt, quòd geſtum à falſo procuratore in audientia principis, non poteſt ratificari ſecũdùm Innocen. in cap. ex parte decani. de reſcrip.quem refert,& ſequitur Iaſo in.l.licèt.vlti,col.C.de procurato.

19 Decimumnonum, quia in principe omnes pœnæ ſunt arbitrariæ. text.& ibi notat Bal.in.l.fina. C. vbi ſena.vel clariſſi.& Bal.in.l.1.C. de ſumma Trinit. & fide catho.6.colum. verſic. vltimò oppono. quia arbitrium ſumitur motu cæleſti, vt ibi. quod eſt notãdum ſecundùm eum.quod ſecùs in alijs iudicibus.

*Principi omnes pœnæ ſunt arbitrariæ.*

20 Viceſimum,quia Papa,& Imperator poſſunt, & debent iudicare ſecundùm conſcientiam,& non ſecundùm allegata & probata,aliàs peccarent.Ita Bart.referens ſic tenere Theologos in. l. 1. C.vt quæ deſint aduo. ad finem. Abb. in cap. quæ in eccleſiarum. col. penul.de cõſti. Iaſ.in.l.fi.vlti.colũ.in prin. C. vnde legi.

*Princeps debet iudicare ſecundùm cõſciẽtiam ſuam.*

21 Viceſimumprimum eſt,de quo in illo tit.C.quando libellus prin.datus faci. litis conteſta.

*Principis citatio etiã die feriato eſt obediendã.*

Viceſimumſecundum,quia licèt citatus vt compareat die feriata regulariter non teneatur comparêre, ſi tamen citatur à Papa,vel Imperatore, tenetur comparêre etiam die feriata.Ita notãter Bart. in. l. ex quacunq;. ff. ſi quis in ius voca. non ie. & notatur in apoſti. ad Bart. in.l. fina.C.de ferijs.

22 Viceſimumtertium,quia licèt nemo poſsit eſſe iudex in cauſa propria.l.1.cum concordan.C. ne quis in ſua cauſa.ſecùs tamen in principe.vt in. l. proximè.ff.de ijs quæ in teſtam.delen.& in.l.& hoc Tiberius.ff.de hære.inſti.

*Princeps in cauſa ꝓpria iudex eſſe poteſt.*

23 Viceſimumquartum,quòd in proceſſu principis non requiritur citatio,dummodò iuſta cauſa ſubſit. Ita Bald. in.l.2. in princ.C.quomo.& quan.iud. allegat. nota.per glo.in.l.antepe.ff.ex quib. cau. maio. & illa gloſ. eſt ſingula.ſecundùm Roma.in.l.1.2.char.in fi.ff. de arbi. Idem tenet Bal.in.l.ne cauſas. C.de appella.In contrarium videtur.l.fi. cum gloſ. C. de legi.vbi videas.

*Principe iudicãte ex cauſa iuſtà poteſt omitti citatio.*



Viceſimumquintũ, quia licèt regulariter cauſæ meri Imperij nõ poſsint delegari.vt per Bart.& alios in.l.imperiũ.ff.ð iuriſ.omni.iudi.tamen fallit in principe, qui cauſas meri,& mixti Imperij, maioris,vel magni indiſtinctè poteſt delegare.l.1.& ibi gloſ. & docto. C. qui pro ſua iuriſ.per docto. in. d. l. imperium. & ibi per Iaſo.14.col.in princip.

24 Viceſimumſextũ, quia licèt aliàs peruerſio vnius cauſæ ad aliam non reddat ſententiam, vel actum nullum.l.1.C. de appellatio. cum ibi notatis. l. mancipiũ. §. 1. cum ibi notatis.ff. de euictio.tamen in ordine dato à principe non diſtinguimus,vtrùm ſit ordo vnius cauſæ ad aliã, vel ad ſeipſam: quia ſemper quòd fit cõtra ordinem datum à principe,eſt ipſo iure nullum.vt elegãter per Bal. in. l.prolatam.vlti.col.in princ.C.de ſenten. & interlo.omni.iudi. Quod dicit eſſe menti tenendum,& commendatur pro ſingula. ibi in apoſti.ad Bart. prima apoſtilla. quod perpetuò nota.

*Principis ordo omiſſus anullat actum.*

25 Viceſimumſeptimum, quòd licèt regulariter ſine traditione non transferatur dominium.§.per traditionem.Inſtit. de rer.diuiſio. l. traditionibus. C. de pactis.fallit tamen in principe,ex cuius cõtractu ſine traditione transfertur dominium. Ita Ioan. And. in.c. olim.de verb. ſigni.in nouel.Bald.in.c.licèt cauſam.de probatio. Et quia hoc eſt ſatis dubium, vide Iaſo.in.d.l.traditionibus.1.col. poſt medium.cum prin.ſequentis. & pleniſsimè per eum in.l.quotiens. C. de reiuẽdi. 2.limitatione.& per eum in princi.feud. 7.charta.2.col.& in.l.ciuitas.3.col. in medio.ff.ſi cert.petat.

*Princeps trãsfert dominium per ſolum contractum.*

 Viceſi-

26 Viceſimumoctauum, quòd licèt quãdo notarius facit mentionem de alio inſtrumento, non probet, niſi illud exhibeatur, etiam ſi atteſtetur ſe illud vidiſſe ſecundũ Paul. in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. & ibi Alberi. de Roſa. & ibi Angel. 2. col. & in. l. ſciendũ. 10. col. ff. de verbo. oblig. licèt contrarium teneat Specul. tit. de inſtrum. editio. §. reſtat. verſic. pe. ſecùs tamen eſt in principe: nam licèt confirmatio Papæ, vel principis nõ teneat niſi originale confirmatum exhibeatur, illud eſt verum, niſi Papa, vel princeps confirmans atteſtetur ſe illud vidiſſe. Ita ſingulariter Bald. in additio. Speculat. in titu. de inſtrum. edi. 9. col. in verſic. an valeat confirmatio. facit bene text. in clemen. 1. de probatio. & colligo per Iaſo. in dicta authẽ. ſi quis in aliquo. penul. col. in fine.

*Principi dicenti ſe uidiſſe aliqđ inſtrumentum inſertum in ſuo reſcripto creditur nõ ſic in tabellione.*

27 Viceſimumnonũ, quòd licèt aliàs ſit differentia inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris. §. actionum. cum ibi plenè notatis. Inſtit. de actio. cap. cùm venerabilis. de exceptio. hoc eſt verum, niſi contractus ſit factus à principe: nam omnes contractus facti à principe cenſentur bonæ fidei quo ad effectum. Ita ſingulariter inquit Bald. in tit. de pace conſtan. §. ſi qua verò. per illum tex. refert & ſequitur Iaſo. in. l. & ſi poſt. vlti. colũ. ff. ſi quis cautio. & in. l. ciuitas. ff. ſi cert. peta. 4. col. & in. l. ſi fundus. in princi. eod. tit. 1. col. poſt medium. ex quo per te poteris inferre ad multa.

*Principis omnes contractus cenſentur bonæ fidei.*

28 Trigeſimum, quòd licèt regulariter à ſententia cuiuſlibet iudicis poſsit appellari. toto tit. C. de appellatio. à ſentẽtia tamen Imperatoris, vel regis nõ poteſt appellari. ita Bal. in princ. ff. 1. charta. & in. l. 1. ff. de officio præfe. præto. notatur in apoſti. ad Bart. in. l. conſtitutiones. ff. de appe. apoſti. magna in fine. ꝓ quo adde gl. in. c. 1. 2. q. 6. glo. magna circa finem. facit text. in. c. cuncta per mundum. 9. q. 3. quem ibi allegat glo.

*Principis ſententia nõ ſubiacet appellationi.*

29 Trigeſimumprimum, quia licèt aliàs quando ex facto meo eſt tertio ius quæſitum, non poſsim illud reuocare. l. fina. ff. de pactis. l. ſi poſt mortem. §. fi. ff. de cõtra tabu. l. ſi conſtante. & quod ibi notabiliter Bal. C. de donatio. ante nupti. cũ concordan. ſecùs tamẽ in principe: nam ſpeciale ius eſt in eo, vt poſsit reuocare ſuum priuilegium, ex quo eſt alteri ius quæſitum, etiam ſine cauſa. vt. C. de omni agro deſer. l. qui fundos. lib. 11. Bal. in. l. qui ſe patris. C. vnde libe. vlt. charta. 1. col. in fine. & vide ibi in apoſti.

*Princeps põt etiã ſine cauſa ſuam donati. reuocare*

30 Trigeſimumſecundum, quòd licèt regulariter verba enuntiatiua non probent. l. ex ijs verbis. cum materia. C. de teſtamen. mili. eſt verum, niſi proferantur à Papa, vel à principe. ita gloſ. iuncto tex. in clement. 1. de probatio. ponit Iaſo in dict. l. ex ijs verbis. prima colum. poſt medium.

*Principis uerba etiã enuntiatiua probant.*

31 Trigeſimumtertium, quia licèt regulariter adultis inuitis non detur curator. §. item inuiti. Inſt. de cura. ſecùs tamẽ in rege, vel principe, cui inuito dãdi ſunt curatores. Ita notanter Oldral. in cõſ. 52. incipi. Quæſtio talis eſt, an tutela regis. &c. idem Ioan. Andre. in addi. Spe. in tit. De cura. ſuper rubri. Ludoui. & Alexan. in. l. fi. C. de teſtam. mi. & ibi Iaſo in medio. quod eſt ſingulare pro limitatione. d. §. item inuiti.

*Principi adulto etiam inuito dantur curatores.*

32 Trigeſimumquartum poſſet attentari, ſcilicet quòd depoſitio principis ſola, & ſine iuramento, etiam per chartulam emiſſa, faciat plenam probationem & in cauſa criminali, adeò, quòd probatio in contrarium non recipitur. Iſtud poteſt ſuaderi per multa. Primò per. l. omnium. C. de teſtam. vbi præſentia ſola principis ſupplet omnem ſolennitatẽ, ergo à fortiori depoſitio de qua ſuprà.

*Principis depoſitio etiam nõ iurata facit plenam fidẽ etiã in cauſa criminali.*

Secundò facit text. pulcher in. c. quicũq; cũ ſeq. in verſ. teſtimoniũ. 11. q. 1. vbi dicitur, ꝙ creditur dicto epiſcopi, nec poteſt ꝓbari cõtrariũ, ergo à fortiori dicto principis,



principis, qui ſibi cõmiſit. nam propter vnũquodq;. &c. Sed caue, quòd ille text. corrigitur per tex. in. c. pe. & fi. 6. q. 2. vt dicit glo. in. d. c. quicunque.

Tertiò facit optimè tex. in. c. cùm à nobis. de teſtib. in fine. vbi ſtatur dicto ſolius Papæ. ergo idem in Imperatore, cùm ibi ſit caſus exceptus, qui extendi poteſt ex idẽtitate rationis. c. cùm dilecta. cum ſimilib. de confirma. vti. vel inutili.

Quartò facit, quia verba enuntiatiua prolata à principe bene probant, quãdo in illis ſe fundat. clemen. 1. de probation. cum ibi notatis, vt ſuprà dixi. ergo idem in depoſitione.

Quintò facit, quia epiſtola tranſmiſſa per principem vel alium, qui habet poteſtatem legis condendæ, habet vim legis, & poteſt allegari pro lege. Ita notanter Ang. in. l. item veniunt. §. cæterùm. ff. de peti. hære. per illũ tex. ad idem. l. 1. in verſ. per epiſtolam. ff. de conſtit. princi. & ibi notat Pau. de Caſt. Vide tamẽ quod notat Iaſon in. l. ciuitas. ff. ſi certum peta. 2. charta. 3. colum. in princi. vbi hoc limitat. & per illam limitationẽ videtur deſtrui iſtud fundamentum.

Sextò facit. l. fi. C. de donatio. inter vir. & vxorẽ. cum multis, quæ in ſimili poſſunt adduci.

Septimò facit, nam ſi princeps poteſt iudicare in cauſa propria. l. proximè. ff. de his quę in teſta. delen. & ſuprà dixi. & ſic in damnũ tertij, ergo &c. Cum primo caſu ſunt duo ſpecialia, ſecũdo caſu vnũ tantum. & iſtud optimè concludit.

Octauò facit à fortiori (ſi ſcis inducere) quod ponit Bal. in. l. exemplo. C. de probatio. penultima quæſtione.

Nonò facit. Nam habeo, quòd teſtamentum conditum à principe valet, etiã ſi nullus adſit teſtis. vt tenet Pau. de Caſt. in. l. ex imperfecto. C. de teſtam. & in. l. ſi quis imperatorem. C. qui teſta. face. poſſ. quemadmodum pæſentia ſua ſupplet in alijs. d. l. omnium. quare ergo non probabit depoſitio principis ſola?

Decimò facit, quia princeps poteſt, & debet iudicare ſecundùm conſcientiam ſuam. Bar. in. l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc. Abb. in. c. quæ in eccleſiarum. pen. col. de conſti. Cùm ergo per illã depoſitionem, vel chartulã cõſtet de conſcientia ſua, ergo valet ad cõdemnationem: præſertim quia primo caſu ipſe princeps eſt iudex, & teſtis, quod eſt cõtra ius, quod inconueniens ceſſat quando ipſe deponit.

Vndecimò optimè facit quod dixi ſuprà. 28. ſpeciali. vbi videas.

Duodecimò facit quod ſuprà dixi. 30. ſpeciali.

Decimotertiò potes adducere multa ex ijs, quæ ponit Iaſ. in authen. iubemus. C. de iudic. maximè circa finem, dum allegat. l. ſed & reprobari. ff. de excuſatio. tutorum. & l. ad beſtias. ff. de pœnis.

33 Trigeſimumquintũ ſpeciale eſt, quia licèt regulariter officiũ procuratoris ſit vile, & ideò de iure ciuili permittatur etiã infamibus. §. fi. Inſti. de exceptio. cũ ſimi. hoc tamen eſt verum, niſi eſſet procurator principis, quia tunc eſt dignitas, & nobile officium. tex. eſt notab. in. l. nemo præfectus. C. de digni. lib. 12. & ponit Iaſ. in rubrica. C. de procurato. circa finem.

*Principis ꝓcurator habet dignitatem.*

Et dum diximus ſuprà in. 20. ſpeciali, ꝙ princeps tenetur iudicare ſecundùm cõſcientiam ſuam, nõ ſecũdùm allegata & probata, non ſic eſt de iure communi in ſummis iudicibus. vt dicimus in. §. 6. n. 4. licèt iure regio quidam cõtrarium exiſtiment per. l. fin. tit. de las ſentencias. lib. 3. ordi. nos quòd idem etiam iure regio. vt l. 11. tit. 1. lib. 3. ordi. ibi. E ſiendo hallada y prouada la verdad del hecho por el proceſſo del pleyto. Et ibi. Segun la verdad que hallaren prouada en los proceſſos. Quorum verborum ſenſus eſt, iudices ſequi debere legitimas actorũ probatiões.

*Declaratiõ l. fi. ti. de las ſentencias lib. 3. ordi. & l. 11. tit. 1. eod. lib.*

34 Trigeſimumſextum, quia licèt officiũ notariatus non ſit dignitas, fallit tamen in notario principis. tex. in. l. vnica. C. de manda.

*Principis notarius habet dignitatem.*

manda.princi.Bal.in.c.1.de feud.guar.& Iaſ. in.d.rubrica.C.de procurato. circa fi.

*Principis fideiuſſor pōt coueniri principe nō excuſſo.*

35 Trigeſimumſeptimum, quia licèt fideiuſſor nō poſſit conueniri niſi reo excuſſo.authen. præſente.C. de fideiuſſo. fallit tamen in eo, qui fideiubet pro principe, vel fiſco. Ita ſingulariter Bald.in.l.1.C.de conue.fiſ.debito.lib.10.9.col. & illud dictum non eſt alibi ſecundùm Alex. in.l. fi.ff.ſi cert.peta.2.col.in fi. De quo ibi per Iaſo.3.col.ante medium. vbi ponit rationem illius dicti, quod nota.

Trigeſimumoctauum, quia licèt realiter qui prior ordinatus, vel honoratus eſt debeat alijs præferri.l.2.ff.de albo.ſcribé. & in.c.per tuas. de maio.& obedié. cum ibi notatis. notatur pleniſſimè per modernos.in.l.cùm quid.ff. ſi certum peta. Illud eſt verum, niſi poſterior ſit honoratus à principe, nam ille præferendus. vt plenè notatur in.c.epiſcopos.17.diſt.&in c.1.cū ſimi.de maio.& obedi.quod nota.

*Principis mādatū nō ſuppletur p cautionē de rato.*

36 Trigeſimumnonum, quia licèt regulariter quando dubitatur de mandato procuratoris, admittatur cū cautione de rato.l.1.cum materia.C.de procurat.c.1. de procura. fallit tamen in mandato principis, nam ibi requiritur, quòd oſtendatur mandatum publicum & ſolenne.l.1.C. de mandat. princip.l.1. & ibi Barto. C. de ſuperindict. lib.10. refert & ſequitur Iaſ.in.l.1.1.col.in medio.C.de procurato.

*Principis cōceßio recipit ius accreſcēdi, licèt fiat inter uiuos.*

37 Quadrageſimū, quia licèt ſoleat diſtingui, an in actibus inter viuos ſit locus iuri accreſcendi.iuxta.l.fundus ille. de contrahen.empt. &.l.ſi mihi & Titio.de verbor.oblig.cum ſimilib. tamen in conceſſione pluribus facta à principe indiſtinctè eſt locus iuri accreſcendi.l.1. C. ſi imperialis libe.ſo.lib.10.& per Bar.in.l.re cōiuncti.de leg.3.pe.col.ad finem.

*L.1. titu.3. lib.3. fori.*

38 Quadrageſimumprimū colligitur ex l.1.foro.ll.lib.3.tit.3.de las ganancias.

*Principis*

39 Adde aliud ſpeciale, de quo in.l.à iudice.C.de iudic. & in.l.5. in fine.C. qui pro ſua iuriſdict.

*delegatus ſubdelegat.*

Quadrageſimumtertium ſpeciale in principe eſſe videtur, quòd nō ſolùm in donationibus, quas ipſe facit, ipſemet admittitur ad reuocandū, vt iam diximus, ſed etiam in reliquis alienationibus oneroſis.per tex.in.c.intellecto.de iureiuran. Nam princeps ſi poſitus in dignitate alienat bona dignitatis, non valet alienatio, & ipſemet debet reuocare, non obſtante iuramento de non reuocando, maximè ſi priùs iurauit non alienare. Ita ibidem dicit in ſumma Abb. Ponderanda tamē ſunt verba Abb.ſum.mātis illum tex.ibi. maximè ſi priùs iurauit. &c. Sunt enim poſita nō ſine magno myſterio, quaſi velit dicere, alienationes iſtas factas per regē Hungarię nō valere, duplici de cauſa. Prima, quia in coronatione iurauit non alienare. Secunda, quia iure regni in eius præiudicio alienari non poſſunt. Et reſpectu huius rationis primæ.ſ.iuramēti de non alienando priùs interpoſiti, ſentit ille tex.quòd actus factus contra iuramentum non tenet. & ad hoc quotidiè allegatur, quod enim ſemel placuit, ampliùs diſplicere non poteſt. vt in regula iuris. & ex illo tex.ſumpſit fundamentū glo.ſingu.in.c.licèt.de iureiur.lib.6. Pro iſta etiam glo.facit tex in.c.veniens.de iureiur.&.c.dilecto.verſi. niſi fortè. de præben.quòd ſi mulier iurauit non alienare bona dotalia, vel ſibi donata propter nuptias, ſi poſtea alienat, nō valet alienatio, etiam ſi iurat non contrauenire. illā glo. ſequitur Bar.in.l. is cui bonis. de verbor. obliga.ad fi.& in.l.ſi quis pro eo.ff. de fideiuſſo. & in.l. ſi prædium. C.de iur.do. Abb. in.d.c.intellecto. Imola & alij in.c. dilecto.de pręben. idem Hoſtien.in ſumma huius titu. de iureiuran.§.quomodo cenſeatur.Ang.Inſti.quibus aliena.licet. in princi. Dicebat tamē ibi Faber, quòd iſta cautela non eſt bona quo ad animā, quia non reſeruat à periurio, ſed præcipitat in infernum.idem Alex.in.d.l.ſi prædium.non tamen per hoc reprobant illā glo.



glo.ſed cum ea tranſeunt. Ex qua infero, quòd ſi filius iurat ſe non facturum pactum de nō ſuccedendo, & poſtea illud facit cum iuramento, quòd non valet, quia factum cōtra primum iuramentū. Ita notabiliter Bal. in ſuis quæſtionibus. quem refert Ludo.in.l.qui ſuperſtitis. de acqui.hære. Idem crederem dicēdum in minore. Nam ſi minor iurauit non facere talem contractum ſine decreto iudicis, & autoritate curatoris, ꝙ ſi poſtea faciat contractū ſine decreto. &c. & iurat contrauenire, tale iuramentum non valet. Et ideò conſilium, quòd patres faciāt filios ſuos iuuenes iurare, quòd nūquam alienabunt ſine decreto. &c. Iſtud comprobatur ex doctrina glo.in.d.c.licèt.Ex quo datur ſolennis limitatio ad authen. ſacram. C. ſi aduer. quod procedat, niſi minor iuraſſet nunquam facere contractum ſine decreto iudicis.&c. nā ſi omiſſa illa ſolennitate minor contraheret, & iuraret, nec iuramētum, nec contractus teneret. Pro quo facit aperta ratio, quia licèt regulariter vltimo iuramēto videatur ſtandum.l.duobus.§.fi. de iureiur. & quia regulariter vltima &c. l. pacta nouiſſima.C.de pact.cum ſimil. illud procedit, niſi primum habeat regulam derogatoriam ad ſecundum.vt in ſimili habetur in.l.ſi quis in principio. de leg.3.

*Pactū concurrēs cum legis prohibitione impedit alienationem.*

40 Plus dico, quòd procedunt prædicta, nedum quādo in prima promiſſione interuenit iuramentum, verùm etiam ſi ſolummodò interueniat pactum. Iſtud eſt dictū ſingulare Imol.in.c.dilecto.11.col. de pręben. vbi dicit, quòd quando pactū contrahentium habet concurſum cum iure cōmuni, habet impedire tranſlationem dominij. per quod datur ſingularis extenſio ad glo.d.c.licèt. vt tantum operetur pactum, quantum iuramētum. tenet etiam Salice.in.l.ea lege. C.de condi. ob cauſ.

*Iuramentū firmat actū fauore iurantis uetitū, licèt prohibitio dirigatur ad pſonā uetitā. cū cōmuni cōtra Bar. & ſequaces.*

41 Quinimò quod plus eſt, quòd etiam ſi non interueniat iuramentū, vel pactum, vt dixi, tamen ſola prohibitio.l. vel ſtatuti quādo dirigitur ad perſonam, eſt ſufficiens ad inualidādum contractū. vtputà ſi lex dicat, quòd mulier non alienet, vel talis non emat, nam tunc iſte cōtractus non poteſt validari iuramēto. ita firmat Bar.in.d.l.is cui bonis.in fi.de verbor.oblig.& in.l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſ. Mouetur ipſe, quia qui facit contra pręceptum legis factæ ab habente poteſtatem, peccat mortaliter: quoniam ſcriptum eſt, qui nō obedierit principi, morte moriatur.c.2.de maior.& obedi. Si igitur alienando vnus, vel alter recipiendo peccat mortaliter, iuramentum interpoſitum ſuper obſeruatione peccati mortalis, eſt nullum: quia tunc demum debet ſeruari, quando ſeruatum non vergit in detrimentum ſalutis æternæ. c. ſi verò. eod.titu. de iureiur. Ex quo infert ipſe, quòd ſi fideiuſſor daretur pro dote conſeruanda contra titu.ne fide.do. dentur. quòd talis fideiuſſ. non firmaretur iuramento, nam ibi prohibitio dirigitur ad perſonā.ſ. ne vir det, nec mulier recipiat. Si ergo fieret contrà, eſſet factum contra præceptū legis, & hoc videtur ſentire ibi glo.ſingula. inquantum dicit, quòd illi legi non poteſt renuntiari. quod ipſe reputat valde notandum propter ſtatuta diuerſa quæ ſunt per mundum, vt inſpiciendum ſit, an ſtatutum prohibeat perſonas cotrahere, vtputà nullus cōtrahat, vel cōtrahere audeat cū muliere, vel mulier non contrahat niſi ſic.&c. quia talis contractus non firmaretur iuramento. idem tenet Bal. in.c.cùm cōtingat.6. col. ſuprà eod.tit.de iureiur. Et ex hoc poteſt inferri, quòd cùm hodie lege regni foro

*L.8.tit.de las deudas. lib.3.fori.*

42 legum lib.3.tit.de las deudas y pagas.l.8. prohibitum ſit mulieri, quòd non poſſit fideiubere, nec debitum contrahere ſine

*Iuramentū non firmat cōtractum uxoris factū ſine licētia uiri.*

43 licentia mariti, quòd ſi cōtra prohibitionem illius legis fideiubeat, vel cōtrahat, & iurat non contrauenire, talis contractus non firmatur iuramento, quia prohibitio dirigitur ad perſonam.

Ex hoc

L. 1. & 2. tit. de las arras. lib. 3. fori.

Ex hoc etiam infertur, quòd cùm. d. l. regni, foro legum lib. 3. tit. de las arras. l. 1. & 2. prohibeatur marito, quòd nõ poſſit dare vxori in arras vltra decimam partem bonorum, quòd ſi contra prohibitionẽ vltrà promiſerit, & iuramento firmauerit, quòd talis contractus non firmetur iuramento, quia iſta prohibitio dirigitur ad perſonam. Secùs tamen, quando lex non prohibet perſonam ipſam, ſed inualidat contractum, quia tunc bene firmatur iuramento contractus. Ita Bart. in. d. l. ſi quis pro eo. & in authen. ſacramenta puberum. & ideò ponderanda ſunt diligenter verba ſtatuti, an prohibeant contractũ, vel perſonã. Alex. tamen in conſi. 126. incipi. Viſis & ponderatis &c. dicit, quòd opinio Bar. in hoc eſt communiter damnata. & idem tenet ipſe in conſi. 27. incip. Viſo libello. Idem Salic. in. d. auth. ſacramenta puberum. dicens, quòd Bar. eſt verbalis, non realis. Et ideò crederem, quòd quomodocunq; ſtatutum prohibeat contrahere, ſi tamen interponatur iuramentum, talis contractus teneat. Et contra Bar. facit, quia in caſu ſtatuti relati pet Bar. illud pręceptum legis vel ſtatuti ſolùm emanauit in fauorem mulieris, vel minoris: ſed ſic eſt, quòd quãdo lex vel ſtatutum pręcipit aliquid, quod reſpicit fauorem eius, cui pręcipitur, iſtud cenſetur potiùs conſilium, quàm præceptũ. vt eſt tex. in. l. 2. ff. manda. Sicut eſt in teſtatore, qui aliquid pręcipit in fauorẽ hæredis. vt in. l. filiusfamiliàs. §. diui. de legat. 1. l. cùm pater. §. mando. de legat. 2. Nam ſtatutum non agit illa quæ ad animam iurantis, ſed agit ſolùm prouidere communi vtilitati minoris, vel mulieris. Nec obſtat fundamentum Bart. in quo dicit, quòd contra faciens, peccat mortaliter. Nam illud eſt verum, quando lex vel ſtatutum præcipit aliquid, quod principaliter reſpicit publicam vtilitatẽ: ſed ſi reſpicit priuatam vtilitatem, tunc dicitur potiùs conſilium, quàm præceptũ, & contrafaciens non dicitur peccare, & tenetur ſeruare iuramentum. Ita dicit ſingulariter Bal. in. l. fi. §. filijs autem. C. de bonis quæ libe. Paul. de Caſt. in. d. l. ſi quis pro eo. Item conſequentia Barto. non eſt bona, dicere, Qui facit contra legem, vel ſtatutum, peccat, ergo non tenetur ſeruare. Nam ſi quis iurat per dæmones, peccat: tamen poſtquàm iurauit, tenetur ſeruare. c. & ſi Chriſtus. de iureiuran. Et quod dicit in minore, non prohibet. l. perſonam, ſed contractum. hoc eſt falſum: quia eo ipſo, quòd prohibet contractum, videtur prohibere perſonam: quia qui vult conſequens &c. l. illud. cum ſimilib. ff. de acquirenda hæredi. Et contrarium patet. Nam Velleianum prohibet mulieribus ne fideiubeãt, tamen cum iuramento fideiubere poſſunt. Caſus ſingula. in. c. ex reſcripto. ſuprà eod. tit. de iureiur. Item contra Bart. reperio tenere Imo. & Abb. per tex. ibi in c. cùm cõtingat. eod. tit. Prohibitio enim alienationis rerum dotalium dirigitur ad mulierem, & nihilominùs firmatur iuramento. vt ibi. Ad idem contra Bart. facit. l. non ſolùm. C. de præd. minor. & l. 1. in princip. ff. de rebus eor. iuncta authen. ſacramẽ. pube. Et illam opinionem Bar. ne in hoc tempus detineam, reprobat Pau. de Caſt. in cõſi. 167. cum ſequẽti. & in. l. ſi conſtante. §. quotiens. ſolu. matrimonio. & in. d. l. ſi quis pro eo. Bal. in. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pactis. & in rubrica. ff. de iureiuran. Nec obſtat ſi dicatur, quòd legi prohibitiuę non poteſt renuntiari. vt eſt glo. ſingularis in. l. 1. C. ne fideiuſſ. do. dentur. Quia illud eſt verum pacto vel repudiatione ſimplici, ſecùs ſi iuramentum interuenerat. ità ſingulariter Ioannes Andreæ in additio. ad Specul. in tit. de inſtrumen. edi. §. porrò. addi. magna. Bal. in l. antiqui. §. fina. C. ad Velleia. Alex. in. l. ſi conſtante. §. quotiens. ſolu. matrimon. Et omnium ſupradictorum ratio eſt, quia iuramentum

in caſibus



in caſibus, de quibus ſuprà, tendit in præiudicium vtilitatis publicæ, & ideò non valet ſecundum iuramentum cõtra primum. vt ibidem. Si autem in præiudiciũ ſolius iurantis, bene valeret actus contra iuramentum, quãdo interponitur ſuper ijs, quę dependent à mera voluntate iurantis. vt voluit ſentire in. d. c. intellecto. Abb. ex quo poteris inferre ad multa. Et hæc breuiter ſufficiant ad ſecundam rationem, ex qua fundatur tex. in. d. c. intellecto. & ſic eſt cõmunis opi. contra Bart. vt ſuprà dixi.

Fuit ergo ſecunda ratio, quare non valuit, quia rex Hungariæ in regni ſui præiudicium, & coronæ ſuæ detrimentum alienationes fecit. Et ſecundùm hanc rationem, dubitandi ratio fuit pro tanto. Certum eſt enim, quòd imperium à principio erat penes populum, & fuit à populo in principem tranſlatum, ſeu Imperatorem. tex. in. l. 1. ff. de conſti. prin. itaque Imperator ſucceſſit loco populi. vt dicit tex. in. l. Barbarius. de offi. præto. facta autem tranſlatione imperij, omnia dicũtur eſſe principis. tex. eſt in. l. deprecatio. ad. l. Rhodi. de iactu. ſed quod principi placuit, legis habet vigorẽ. §. ſed quod principi. Inſti. de iur. natur. populus autem antequam imperium tranſtuliſſet, poterat transferre in quẽcunq; alium. l. 2. in prin. &. §. exactis. ff. de origi. iur. ergo per conſequens idem erit dicendum in Imperatore, quia fuit ſubrogatus loco populi, vt poſſit illud, vel partem ipſius transferre, cùm ſubrogatus &c. c. eccleſia. vt lite pendente. &. §. fuerat. Inſti. de actio. cum ſimil. Item de potentia principis non eſt licitum diſputare. l. ſacrilegij. C. de crimi. ſacrile. vbi cenſetur crimen ſacrilegij. Et dicit Bal. in prælud. feud. quòd in principe eſt plenitudo poteſtatis, & poſtquam aliquid vult ex certa ſciẽtia nemo poteſt ei dicere, cur facis. Vnde dicit Bald. in. c. cùm ſuper. de cau. poſſe. & propri. quòd Papa, & princeps ex certa ſcientia ſupra ius, cõtra ius, & præter ius omnia poteſt. idem Bal. in. c. eccleſia. pe. col. vt lite penden. vbi dicit, quòd cùm princeps ſit cauſa cauſarum, non eſt de eius poteſtate inquirendum, cùm primæ cauſæ nulla ſit cauſa. Et propterea Conſtantinus imperator vrbem Romanam donauit Papæ Syluestro. vt in. c. fundamenta. de electi. lib. 6. & in. c. conſtitutus. 99. diſt. quæ quidem donatio valida fuit. vt ibi dicit glo. & in. l. 1. §. cùm vrbem. ff. de offi. pręf. vrb.

*Eccleſiæ effuſum fuit uenenũ per donationẽ Conſtãtini.*

44 Refert tamen Salice. in rubrica. C. de verbor. ſignif. quod legitur in chronicis antiquis, quòd nocte ſequenti, in qua facta fuit donatio per Conſtantinum, audita fuit vox de celo, dicens, Hodie effuſum eſt venenum in eccleſia Dei. Quod non eſt credendum, propter magnum miraculum, quod ex illa donatione ſequutũ eſt. vt in. d. c. fundamenta. Cùm autẽ hoc dicamus in Imperatore, idem in principe non recognoſcente ſuperiorem, cùm eadem priuilegia cenſeatur habere, quæ imperator. vt dixit Bal. in. l. exemplo. C. de probati. notatur in clemen. 1. de bap. & in alijs locis. Si enim princeps res proprias cuiuſlibet poteſt quãdoq; donare. l. Lucius. de euicti. l. item ſi verberatum. de rei vendi. d. l. Barbarius. c. quæ in eccleſiarum. de conſti. à fortiori videtur hoc dicẽdum in bonis ſui imperij, vel regni: maximè, quia regnum dicitur propriũ ipſius regis. ad quod ego pondero. d. c. intellecto. per illum tex. ibi. inquantum dicit, regni ſui. Iſtud enim pronomẽ, ſuus, denotat verum dominium. text. vbi glo. in. c. quo iure. 8. diſt. l. quintus. §. argenti. de auro & arg. lega. notat glo. & Abb. in c. 1. de poſtula. præla. in re autem propria quilibet eſt moderator & arbiter. l. in re mãdata. C. manda. cum ſimil. c. de his. de ſepulturis. Item tutor, vel coadiutor, qui præeſt bonis imperij, quando hoc cõuenit perſonæ minoris, donare poteſt. vt vult glo. ſingul. in. c. grandi. de ſupplen. & ibi doct. & eſt tex. in. l. cùm in plures.

§. cùm

§.cùm tutor.ff.de admi.tutor.& in.l.1.§.1.
de tute.à fortiori ergo poterit ipſe textus,
prᴂſertim quia propriũ regũ & principũ
eſt donare,& liberales eſſe.c.1. de donat.
nam ſeruilis foret principis conditio, ſi
inter viuos donare, nec in morte legare
quid poſſet, cùm ipſius proprium ſit do-
nare, vt dictum eſt. Vnde in laudem Ti-
berij Imperatoris reperitur ſcriptũ, quòd
recordatus ſuper cœnam, quòd nihil to-
ta die præſtitiſſet, memorabilẽ illam vo-
cem, meritoq́; laudãdam edidit. Amice,
diem perdidi. vt refert Oldra. conſi. 94.
Eſt enim dare beatius, quàm accipere. c.
cùm Marthæ.de celeb.miſſ. glo.in.d.c.1.
de donation.& in rubrica.ff.commoda.
Largitas enim, teſte Tullio.lib.de Offic.
& Boetio in princi. de Conſola. facit ho
mines famoſos,& claros, præſertim prin
cipes. Et nullum vitium deterius auari-
tia, eſt enim radix omnium malorum,&
idolorũ ſeruatrix. vt in.c.auaritia.de præ
ben.cum ſimilib. Ex ijs ergo concluſiuè
videbatur dicendum, quòd rex iſte Hun
gariæ, de quo ibidem, potuiſſet licitè has
alienationes facere, nec Papa deberet ei
mandare ipſas reuocare, nihilominùs ta-
men ibidem deciditur contrarium.

*Regis non ſunt bona regni.*

45 Ratio decidendi fuit pro tãto, quia bona
regni non ſunt propria regis, ſed ipſius
dignitatis, licèt ipſe habeat iuriſdictionẽ,
& adminiſtrationem ipſius. ſecundùm
Abba.ibidem. In ipſum enim Imperato-
rem ſola adminiſtratio fuit tranſlata, nõ
dominiũ. vt dicit tex.ĩ.l.1.§.1.ff. de officio

*Regnũ eſt indiuiduũ.*

46 præfe.præ.& in.c.2.de donatio. Hinc eſt,
quòd regnum non diuiditur poſt mor-
tem regis.c.licèt.de voto. Nec poteſt dici
quòd rex habeat iura regni in bonis ſuis,
eò, quia iura regnorum ſunt publica, &
per conſequens in nullius bonis. Inſti.de
rerum diui.§.1.&.ff.eod.l.1.§. quędam. Et
ſic ſolùm regimen & adminiſtrationem
regni habet rex potiùs, quàm dominiũ.
Et poſtea appellatur rex à regendo, quia
res,& iura regni regere debet. vnde ſi ma

*Rex malè regens, perdit nomẽ regis, & appellatur tyrannus.*

47 lè regit, perdit nomen regis.in.c.ſcelus.2.
q.1.notat Archi.in.c.regum.23.q.5.& tũc
magis diceretur tyrannus, quàm rex. vt
dicit Bal.in.c.1.de feud.mar. Et ſicut ſub-
diti ſunt obligati bene obedire, ita rex
eſt obligatus bene imperare,& regere. vt
inquit Bal.in rubrica.ff.de rer.diuiſi. Re-
ctè autem regendo & gubernando, pro-
ut dictum eſt, non poteſt facere tales do
nationes, ſeu alienationes: quas ſi facere
poſſet, ſequeretur vnũ abſurdum, quòd
eadẽ ratione, qua valeret donatio vnius
prouinciæ, valeret etiam omnium ciuita
tum, & prouinciarum, & ſic imperium
annullaretur penitus, quod eſſe non po-
teſt.in authen.quomodo opor.epiſc.§.fi.
col.1. Vnde vt euitemus iſtud inconue-
niens, neceſſariò dicendum eſt, quòd rex
tales alienationes facere non poteſt. Et
propterea dicit Bal.in.c.in generali. ſi de
feu.fue.contro.inter domi.& agn. quòd

*Rex Franciæ nullam urbẽ regni ſui inuitis ciuibus alienare põt.*

48 rex Franciæ nõ poteſt alienare vnam de
ciuitatibus ſui regni inuitis ciuibus.alle-
gat Hoſtien.in.c.dilecti.de maio.& obe.
ſi tamen ipſi conſentirẽt, bene valet do-
natio.& hac ratione valuit donatio Con

*Rex ſi alienat ciuitatem, eo caſu quo poſſet, ciues ſe redimere poſſent.*

49 ſtantini. Vnum tamen eſt, quòd hoc
caſu potuiſſent ipſi ciues ſeipſos redime-
re, dando pretium. vt voluit ſingulariter
Faber in.§.dominus. Inſtit. de noxa.acti.

*Rex nõ poteſt filios ſuos regno priuare, aut cõſanguineos.*

50 Secundò infertur, quòd reges non poſ-
ſunt priuare regno filios, ſed neq; fratres,
nec alios conſanguineos ex ſtipite pater
na deſcendentes ſola voluntate. Ita dixit
Innocen.in.c.grandi.de ſupplen.neglig.
prælato.lib.6. & ſequitur ibi Io.Andreæ
& Domini.& Abbas.in.d.c.intellecto.

*Maioratus ſucceſſor an teneatur ſoluere debita & legata prædeceſſoris.*

51 Et ex hoc dicebat notabiliter Bal. in au-
thẽ.hoc amplius. C.de fideicom. ꝙ ſi rex
in ſuo teſtamento relinqueret legata, vel
fideicõmiſſa, quòd etiam ſi filius ſit in-
obediẽs, & non adimplet, non propter
ea priuatur ſua Baronia, vel regno. Nec
obſtat.c. licèt. de voto. quia dicit ipſe, ꝙ
illud eſt ſpeciale, nec debet trahi ad con-
ſequentiã alterius præcepti. Ex prædictis
enim



*Rex ſi litigat ſup urbe aliqua, non poſſet cõpromittere.*

52 enim poſſet attẽtari vnum dictum famo
ſum, quòd ſi rex haberet litigium ſuper
aliqua ciuitate, vel loco ſui regni, nõ poſ
ſet huiuſmodi quæſtionem cõpromitte-
re in arbitratorem, vt pronuntiet de iu-
re,& de facto. Moueor ex prædictis: quia
cùm rex in ſuo regno eſt rector, & admi

*Cõpromittere nõ poſſunt prælatus, reges, curatores, adminiſtratores ciuitatum.*

53 niſtrator,& non dominus, vt dictum eſt,
adminiſtrator autem non poteſt com-
promittere in arbitratorem. vt eſt doctri
na ſingularis Angeli in.l. Imperatores.
ff.de pactis. de qua facit magnum fe-
ſtum Barba. in. c.1. de depoſitis. & in. c.
fina. de pecu. clericor. vbi notanter di-
cebat Angelus ſe ſemper dixiſſe, quòd
adminiſtrator,& procurator reipublicæ
etiam ſi habeant generalem cum libera,
& etiam prælatus, non poſſit compro-
mittere de iure & de facto in arbitrato-
rem, quia nihil poſſunt gratis remitte-
re, & compromittendo de facto conce-
ditur poteſtas arbitratori gratis remit-
tendi. vt notat glo. in.l. ſi de meis.§. re-
cepiſſe. ff. de arbitris. & in.l.ſed & ſi in
ſeruum.§.ſi quis iudex. eodem titulo.

*L.7.titu.1. lib.4.ordi.*

54 Redeundo ad ſpecialia principis, po-
tes quadrageſimumquartũ ſpeciale con
ſiderare iure regio, quia nobilitatem cõ-
ferre ſolus ipſe poteſt, & præterea nullus
præter reginam.l.7.&.l.8.tit.1.libro.4.
ordina.

*Declaratio l.10.tit.12. lib.3.ordi.*

55 Circa matrimonium tamen, vtpote rẽ
ſpiritualem ſecularis princeps nihil po-
teſt. Vnde non valeret prᴂceptum eius,
vt duo matrimonium contraherent, al-
tero eorum inuito.l.10.tit.12.lib.3.ordi.
Verùm ſi iuſſu principis matrimonium
contractum reperiatur, videtur non vale
re iure regio: tum ꝙ imperio principis re
ſiſtere nullus poteſt.l.fi.tit.13.lib.3.ordin.
Tum quòd rogit⁹ principis veluti impe-
rium eſt, ſicq́; infirmatur libertas integer
rima, quæ in matrimonijs deſideratur.l.
Titia.ff.de verbo.obligatio. Adhuc con
trarium credo, prᴂſertim ne infirmentur
matrimonia, quæ quotidiè iuſſu, aut ro-
gitu principum noſtrorum celebrantur:
& quia vnde iura naſcuntur, iniuriarum
occaſio præſumi non debet.l.memine-
rint.C.vnde vi.& quia princeps ſemper
præſumitur ſecundùm legem operari.l.
ex imperfecto.C.de teſtamen.l.ex imper
fecto.ff.de leg.3.l.ſi hæredum.C.de inof.
teſta.l.Papinianus.§.Imperator.ff.eod.
tit.§.fi.Inſti.quib.mo.teſt.infir.

*Declar.l.3. tit.1.lib.5. ordi.*

56 Poteſt tamẽ princeps etiam laicus pœ-
nam imponere illis, qui matrimoniũ ve-
titum celebrauerint.l.3.tit.1.lib.5.ordi.

*Delicta omnia utroq; foro poſſũt puniri. noua declara.*

57 Quod procedit iure regio. Niſi dixeri-
mus principẽ ſecularẽ nõ habere poteſta
tẽ legũ condendarum hac in re. quod vi-
detur. arg.tex.in.c.tuã.de ord.cog.c.cau
ſam quæ.2.qui fil.ſint legi.c.1.de ſponſa.
Verùm diſertus Dida.de Couar.in lib.4.
decreta.2.part.c.6.nu.16. poſt Io.Lupi in
l.49.Tauri.cõtendit id poſſe principẽ lai
cum, quia (inquiũt) inferior poteſt adde
re pœnã legi ſuperioris. glo. in clemẽ.ne
Romani.de elect.verſi.tolli.Felin.in.c.2.
de probat.Deci.in.c.quæ in eccleſiarũ.de
cõſtit.col.4. Quod fundamẽtũ apud me
ſuſpectũ eſt, cũ duplici pœna ab eodem
principe, vel iudice nullus debeat puniri:
nec dubiũ eſt, quin paria ſint, ꝙ idẽ prin-
ceps duplici pœna pra vno eodẽq; crimi
ne me perſequatur, vel ꝙ idẽ prĩceps vna
pœna, eius verò ſubditus & inferior alte
ra pœna me inſequutus fuerit, qđ inhu-
manũ eſt, nõ ſecùs, q̃ ſi furẽ à principe ſe-
culari ritè punitũ rurſus iterũ eius iudex,
vel etiã quilibet priuat⁹ puniret, qđ nefas
eſſet. Deinde mouẽtur, ꝙ crimẽ vſurarũ
ſit eccleſiaſticũ.gl.in.c.1.de offi. ordi. per
oẽs in.c. cùm ſit generale. de foro cõpet.
& tñ à lege ſeculari vſurarius puniri po-
teſt.Corn.cõſi.19.li.3.Io.Monach. Archi.
Io.And.& Domi.in.c.1.de vſur.in.6.Car.
Molinæ.de cõtract.quæſt.10.Butrig.in.l.
improbũ.C.ex quib.cau.infam.Fortu.in
tract.de vlt.fi.illatione.5. Alciat.in.c.1.de
offic. ordinarij. Antonius Rube.conſi.
65.contra Decium conſi.170.& Aimon.

 conſi.

conſi.6.nu.14.quos improbat ipſe Dida-
cus vbi ſuprà.ſequutus receptiorem ſen-
tentiam eorum, quos modò poſt ipſum
retulimus. Sed hoc eſt geminare difficul
tatẽ,nam & in crimine vſurarum cõtro-
uerſum eſt, an princeps laicus poſſit le-
ges pœnales cõdere. Deinde mouentur,
ꝙ licèt periuriũ ſit crimẽ eccleſiaſticũ.Rõ
man.cõſi.512.tamẽ punitur per.l.ſi quis
maior.C.de tranſact.teſtiſq; periurus pu
58 nitur acerrimè in.l.fi.Tauri. Mouentur

*L.fi.Tauri*

etiam,quia lex ciuilis ſi de clericis expreſ
ſè meminit, ligat etiã clericos, ſi iuſta ſit,
nec canonibus aduerſa, & ſeruari debet,
quaſi ab ipſis Romanis Pontificibus taci
tè videatur recepta.c.1.de iura.calũ.c.1.de
no.ope.nuntia.c.veniẽtes.de iureiur.c.in
quiſitionis.de hæreti.in.6.Fortunius de
vltimo fine.illatione.14.idẽ Didacus vbi
ſuprà.nu.20.qui allegat Driedonium de
libertate Chriſtiana.pag.153.

59 Vnde infero nouiſſimè valere.l.4.tit.2.

*Intell. l. 4. tit.2. lib. 5. ordi.*

lib.5.ordin. quæ diſponit, vt teſtamenta
laicorum coram iudicibus ſecularibus
aperiãtur,licèt clericus ſit hęres ſcriptus.
60 Quæ lex in eo etiam memorabilis eſt, ꝙ

*Teſtatoris nõ hæredis ꝑſona inſpicitur quo ad iuriſdictionem.*

quãtum ad iuriſdictionem, & forum in-
ſpicitur perſona teſtantis, non autẽ per-
ſona hæredis ſcripti.

Vnde infertur, ꝙ ſi clericus filiũ ſpuriũ
qui laicus erat, ſcripſit hæredem, tunc ea
bona fiſco eccleſiæ, non autem fiſco ſecu
61 lari deferuntur. Licèt contrarium ſen-

*Fiſco regis, nõ eccleſiæ applicatur hæreditas, quæ aufertur hæredi laico ſcripto à clerico data fide de reſtituẽda hæreditate filio ſpurio ipſi⁹ clerici. cõtra nouiſſ.*

tiant Lupus in rubrica de donatio.§.39.
Bal.in.l.ſi quis presbyter.col.1. C.de epiſ.
& cleri. & ibi Paul.Segura.in.l.3.§.fi.nu.
145.ff.de liberis & poſth. Felin.in.c. quia
v. de iudicijs. Chaſſanæus in conſuetud.
Burgundiæ rubrica.8.§.5.nu.4.quos re-
fert & ſequitur ipſe Didacus vbi ſuprà.in
2.part.cap.8.nu.10. At ſi clericus hære-
dem laicum ſcripſit, data & accommo-
data fide de hæreditate reſtituenda filio
ſpurio clerici teſtantis,tunc cùm vtrinq;
peccatum ſit, magis eſt, vt perſona teſtan
tis, quàm hæredis inſpiciatur quoad iu-
riſdictionem & forum. vt in.d.l.4.& cõ
ſequenter ea hęreditas fiſco ſeculari, non
fiſco eccleſiæ adiudicabitur. Sed contra-
dico,cùm legũ pleræq; has pœnas indu-
centes laicæ ſint. vt in.l.1. C. de his quib.
vt indignis.l.ita fidei.l. nõ intelligitur.ff.
de iure fiſci. & hæreditas non tam hære-
dis, quàm defuncti perſonam repreſen-
tat.vt in prin.Inſtitut.de ſtipula.ſeruorũ.
l.nihil aliud.ff. de verborum ſignifi.Bar.
& omnes in rubrica.ff. de acquiren. hæ-
reditate. licèt contrarium velint ipſe Di-
dacus & alij ſuprà relati.

62 Deinde etiã infertur valere legẽ vetan-

*Intell. l. 4. tit.1. lib. 3. ordi.*

tẽ ne clerici laicos in ius vocauerint co-
rã iudicibus ſecularibus, néue iudices ec
cleſiaſtici vinculis perſonas, aut bona lai
corũ detineãt.l.4.tit.1.lib.3. ordi.l.7.&.l.
25.tit.3.lib.1.ordi.l.24.tit.2.&.l.26.tit.3.l.3.
tit.14.& ibi.l.7.tit.3.ordi.

63 Vnde ſimpliciter valuit.l.6.titu.1.lib.3.

*Intell. l. 6. titu.1.lib.3. ordi.*

ordi. quæ pœna perſequitur tabellionẽ,
qui in cõtractibus laicorũ iuramentũ in
ſeruit, licèt iuramentũ, vt diximus, ad iu-
riſdictionẽ eccleſiæ etiã pertineat. Vnde
ſimiliter infertur valere legẽ dicẽtem, vt
laicus, qui bona tributaria in clericos a-
lienauerit, quaſi videatur in fraudem re-
gij vectigalis id feciſſe, licèt per hoc con-
ditio clericorum deterior efficiatur.

64 Ad hæc infertur valere.l.3.&.4.in qua-

*Intell.l.3. & 4. in quater. alcaualarũ.*

ter.alcaual.vbi diſponitur, vectigal illud
regiũ, quod Hiſpanè alcauala vocatur,
prȩſtãdũ eſſe etiã à clericis, qui negotiato
res & mercatores extiterint, licèt per hoc
libertas negotiandi quo ad clericos dete
rior fiat. Idemq́; in ijs religioſis militibus
qui Comentarienſes appellantur. iuxta
l.12.tit.16.lib.2.ordi.vbi tales milites reli-
gioſi intelliguntur.

65 Deniq; infertur valere legẽ ciuilẽ dicẽtẽ

*Intell. l.22. tit.3. lib. 1. ordi.*

ſpurios filios clericorũ parẽtibus ſuis nõ
poſſe ſuccedere.l.22.tit.3.lib.1.ordi.

In ſumma infertur valere.l.21.&.l.23.
tit.3.lib.1.ordi. quæ pœna perſequitur cõ
cubinas clericorum

Et ſimi-



66 Et ſimiliter infertur valere.l.127.in qua

*Intellect.l. 127. in quater. alcaual.*

ter.alcaual.quę diſponit, vt ſi eccleſia, mo
naſteria, aut eccleſiaſticę ꝑſonę habeãt iu
re adquiſitũ illum reditũ, vectigálue re-
giũ, quod Hiſpanè juro appellatur, aut
habeat, debeatq́; recipere aliquod debitũ
aut quantitatẽ à collectoribus principis,
hęc omnia petere debeãt corã iudicibus,
nõ eccleſiæ, ſed ſecularibus. Nam in om
nibus his caſibus, & ſimilibus.l. ciuilis te
net ꝑſonas clericorũ, qa propter ſui ęqui
tatẽ æquũ eſt, vt clericos teneãt, nõ ſecùs,
q̃ laicos. Neq; iſtarũ legũ diſpoſitiones ca
nonib⁹ expreſſim aduerſantur, neq; cleri
ci his in rebus cùm cõueniũtur, à foro iu
dicis eccleſiaſtici reuocãtur, ſed eo tãtùm
caſu, quo aliquid petitur, iubẽtur forum
rei ſequi, vt par eſt, aut adimitur eis facul
tas in filios ſuos ſpurios bona ſua confe-
rendi, qđ ob honeſtũ finẽ introductũ eſt.

67 Cùm ergo matrimoniũ clãdeſtinè con

*Matrimoniũ cland. utroq; foro punitur.*

tractũ crimẽ ſit eccleſiaſticũ non ſecùs, q̃
crimẽ ꝑiurij, aut crimẽ vſurarũ, vidẽdum
eſt, qua ratione huiuſmodi crimina tã à
iudice eccleſiaſtico, q̃ etiã à iudice ſecula
ri poſſint puniri, ita vt punitio vnius, nõ
impediat pœnã ab altero geminari, nec
ſit præuentioni locus, quod durũ eſſe vi-
detur, & cõtra regulã q̃ habet, neminẽ ꝓ
eodẽ facinore, aut delicto duplici pœna
puniẽdũ. Et cũ Dida.Couar.& reliq. nullã
(vt nobis videtur) huius rei idoneã, ſatiſ-
q́ue prȩſtantẽ rationẽ reddiderint, nobis
huius rei ratio nõ obſcura videtur. Nam
princeps ſecularis merũ, integrũq́; in lai-
cos habet imperium, nõ ſecùs, q̃ ſummus
Põtifex in clericos, vnde ꝓ qualibet re il-
licita põt in eos animaduertere: neq; vllũ
crimẽ eſſe aut cogitari põt, in quo nõ ha-
beat facultatẽ puniẽdi. Neq; ad rẽ ꝑtinet,
ꝙ qñ crimẽ eſt mixtũ, tunc iudex quoq;
eccleſiaſtic⁹ habeat faculatẽ puniẽdi. Nã
nihilomin⁹ iudici ſeculari integra manet
puniẽdi facultas: qa nunq̃ actiones, ꝓſer-
tim pœnales, de eadẽ re cõcurrentes, alia
aliã cõſumit.§.1.Inſt.ſi quadru.pau.feciſ.
Nã qđ dicitur, aliquãdo eſſe loc⁹ præuen
tioni in delictis puniẽdis, id procedit, qñ
queſtio eſt inter iudices eiuſdẽ principis
poteſtati ſubditos, qđ nõ eſt in ſpecie no
ſtra. Neq; ſimiliter ad rẽ pertinet, ꝙ deli
ctorum nõnulla ſint merè eccleſiaſtica,
quẽadmodũ & nõnulla ſunt merè profa
na: vt eſt videre in vſuris, quæ ab eccleſia
tãtùm olim puniebantur, non aũt à lege
ciuili: & in mulieribus, quæ intra tẽpora
luctus ſecũdò nupſiſſent, id quod à lege
tantùm ciuili, nõ etiã canonica punieba-
tur. & cętera id genus. Nã hæc & ſimilia
nõ cõtingebãt ex defectu poteſtatis iuris
canonici, aut ciuilis, ſed magis ex pręter-
miſſione, aut ex defectu volũtatis. Vnde
criminũ nulla ſunt, quæ licèt hodie à ſo-
la.l.ciuili puniantur, nõ poſſent ſimiliter
puniri à lege canonica, ſtatutis denuò pœ
nis. Et ꝑ contrariũ, licèt hodie à ſola lege
canonica punirẽtur, nõ poſſent deinceps
puniri etiam à lege ciuili, ſtatutis denuò
pœnis. Nã abſurdũ eſſet, ſi facinus alicu-
ius generis, qđ à iuris canonici punitio-
ne pręter miſſum fuiſſet, id perſequi non
poſſet à lege ciuili, & idẽ ecõtrà, ſi pręter-
miſſum fuiſſet à lege ciuili, nõ poſſe puni
ri lege canonica: & conſequẽter nõ min⁹
abſurdum eſſet, ſi quod facinus lenius, q̃
par eſt puniretur lege canonica, nõ poſ-
ſet puniri.l.ciuili, vt pœna ad æquã mẽſu
rã creſcat, & augeatur: & idẽ per contra-
riũ, vt ad debitã menſurã augeatur à lege
canonica punitio illius criminis, quod à
lege ciuili ſegnius, q̃ par eſt, puniretur. Id
quòd accidit ſępiſſimè. Nam in crimini-
bus pœnam ſanguinis irrogantibus leni
tas pœnæ à lege canonica definita, debi-
tum incrementum recipit à lege ciuili.
Rurſus in vſuris, & periurijs, & alijs ſimi
libus puniendis lex ciuilis, q̃ canonica
mitior eſt: ergo nullus vetat, quin licèt
laicus à iudice eccleſiaſtico propter clan
deſtinũ matrimoniũ contractũ punitus
68 eſſet, poſſet pręterea puniri à iudice ſecu-

*Intel. l.49. Tauri.*

lari pœna legis.49.Tauri. facit.l.fi. tit.3.

part.4.non ſecùs, quàm ſi à iudice eccleſiaſtico nõ foret punitus. Et ità eſt intelligenda.dict.l.49. &.l.3. &.4.&.l.2.titu. 1.
69 lib.5.ordi.&.l.1.tit.6.eod.lib. Vnde pœna ſtatuta à lege ciuili in lib.8.ordi.tit.de las vſuras.iuſta eſt, & ſeruanda, quaſi ſtatuta à competente, & legitimo legum conditore. Et ſimiliter pœna ſtatuta pro periurio in.l.fi.Tauri. firma eſt, tanq̃ præſtituta à iuſto legum conditore.

*Declaratio ad tit. de las uſuras. lib. 8.ordi.*

Vnde licèt ipſe Didacus vbi.ſ. nu.21. teneat, ꝙ iudices eccleſiaſtici iure ſolẽt admonere iudices ſeculares, vt ad forũ eccleſiaſticũ remittãt contrahẽtes clandeſtinũ matrimoniũ, & teſtes qui interfuerũt nuptijs clandeſtinis, quò ipſi teſtes liberiùs verum dicant, ne cùm ſint in vinculis & poteſtate iudicum ſecularium reticere cogantur metu pœnæ. Tamen id nobis ſuſpectum videtur, cùm eos impunitos mittere nõ debeãt, quinimò vt nos aduertimus, etiã ſi eos remitterẽt ad iudicem eccleſiaſticũ, à quo puniti eſſent, adhuc ſic puniti rurſus reciderent in poteſtatẽ ipſius iudicis ſecularis, qui in eos animaduertere poſſet ad menſurã pœnę l.ciuilis, non ſecùs, quàm ſi puniti non eſſent. Ita tamen hæc ſecunda punitio temperanda eſt, vt habeatur ratio pœnæ à iudice eccleſiaſtico iam impoſitæ, paſſæq;. Quæ nota, quia in vſu forenſi ſunt frequẽtiſſima.

70 Stat ergo ius canonicum hac in re, & ius ciuile veluti vnum idemque ius reputari.argumento.d.c.1.de noui oper.nuntiati. cum ſimilibus ſuprà allegat. vt alterius iuris deciſiones in vtroque foro ſeruandæ ſint, niſi in ijs, quæ expreſſim contraria reperiuntur. Nam & ipſum ius ciuile ex varijs partibus collectum eſt, nempe, ex reſponſis prudentum, ex decretis principum, ex legibus latis à populo, ex plebiſcitis, & alijs, de quibus in titu. de iure naturali. per totum. Iuſtitu. & nihilominùs vnum idemque ius ex varijs partibus collectum, & compilatum intelligitur: niſi in quibus caſibus ipſummet inter ſeſe contrarium eſt, quo caſu vltima derogant prioribus.

*Ius ciuile & canonicũ unũ reputari noua declar.*

Hæc omnia procederent quo ad ius ciuile Romanorum, quod veluti hoſpitio à iure canonico receptũ, approbatumq; eſt: non ſecùs, quàm ius ciuile Hiſpanorum hoſpitio voluntario recepit ius ciuile Romanorum: iamq; noſtrum ius ciuile Hiſpanum, & ius ciuile Romanum ſimul pariterq; coeunt, licèt ex vi iuriſdictionis illud recipere nos Hiſpani non te
71 neremur.l.1.Tauri.l.7.tit.2.lib.1.ordi. & *Intell. legũ regni.*
l.9.tit.2.lib.1.ordi. &.l.19.tit.3.eodem lib. At licèt in ſocietatẽ veluti omnium borum ius canonicum & ius ciuile Romanorum coiſſe videantur, vt ſic leges ciuiles Romanorũ clericos teneant nõ ſecùs, q̃ leges canonicæ, niſi in caſibus expreſſim exceptis: tamẽ nõ ſic in iure ciuili noſtro Hiſpano, quod à iure canonico receptum, approbatúmue non eſt, quinimò neq; etiam cognitũ, ergo quonã modo poterit clericorum perſonas à iuriſdictione ſua alienas & exẽptas cõtinere? pręſertim cùm iura noſtra proclament libertatem eccleſiaſticam ſeruari debere. l. 7.
72 tit.3.&.l.25.&.l.1.lib.1. ordi.l.2.tit.2. eodẽ *L.2.tit.2.l. 7.tit.3.lib. 1.ordi.*
lib. vbi caſſantur, annullanturq; omnia ſtatuta, quæ libertati eccleſiæ, aut eccleſiaſticarum perſonarum repugnant. ad idem.l.1.eod.tit.&.l.2.tit.3.eod. lib.

Quid dicendum? Nos intelligimus leges noſtras Hiſpanas nõ tenere clericos in vim iuriſdictionis, nõ quoq; in vim ſocietatis, & approbationis. Verùm ſi ſeſe ingerũt, inuoluũtq; ſtudijs, muneribus, mercimonijsq; laicorũ, quaſi laicorũ vice fungãtur, & à iudicibus, & legibus laicorũ vidẽtur teneri, vt alibi oſtendimus.

73 Hinc colligitur valere.l.13.titu.3.lib.1. *Intell. l. 13. tit.3.lib.1. ordi.*
ordi. quæ iubet clericos vxoratos ad vectigalia regis perſoluenda teneri, non aliter, atque reliqui laici: neq; immunitate eccleſiaſtica gaudere eos clericos, qui nõ gerunt ſeſe habitu clericali indutos, & teneri



teneri ad onera fundorum patrimonialium, quos ipſi emerint. Facit.l.17. eodẽ
74 tit. & etiam in.l.17.&.l.16.eodem tit. huiuſmodi clericis prohibetur reipublicæ adminiſtratio.

*L.17.tit.3. lib.1.ordi.*

75 Et in.l.12. tit. de los corregidores. lib.2. ordi. militibus religioſis, quos Hiſpanè Commendatarios appellamus, vetitum eſt munera publica ſubire, reipublicæq; curã, & adminiſtrationem ſuſcipere.

*L.12. tit.de los alcald. lib.2. ordi. & l.2.titu. de los corr. eodẽ lib.*

Et ſimiliter per.l.2.ti.de los alcaldes.lib. 2.ordi. prohibentur monachi, aut reliqui
76 religioſi publica munera ſubire, reipublicæque curam, & magiſtratus obire. Quorum omnium hanc (vt diximus) rationem eſſe intelligo, quòd (vt ibi exprimitur) rebus ſacris, diuinoque cultui, & miniſterio acquieſcere, incumbereque debent, non autem res humanas, caducas, & terrenas circũuolitare: tunc enim non tam clericorum, quàm laicorũ officio fungi viderentur, nec vti ſaluo reipublicæ ſtatu poſſent libertate, immunitateq; eccleſiaſtica.

*L.2.titu.de los alcald. lib.2.ordi.*

77 Vndè ꝙ clericus filium ſpurium hæredem ſcribere nequeat.l.22.ti.3.lib.1.ordi. l.fi.tit. de las herencias lib. 5. ordi. procedit eadem ratione, quia egrediuntur terminos honeſtatis, nec intra cancellos pudoris ſeſe continent, ſed magis profanorum vice vtuntur, ſicq; profanorum legibus teneantur, non iniurium eſt. Et ea-
78 dẽ ratione cùm mercatores exiſtũt, profaniſq; ſe immiſcent, eos teneri legibus profanis oportet, vectigaliaq; fiſco perſoluere.l.2.in quater.alca.facit.l.127.ibidem.

*L.fi.titu.de las heren. lib.5.ordi.*

*L.3. in quater.alca.*

79 Stat ergo, vt princeps, vel lex ciuilis poſſit aliqua ex parte mutare id, qđ ex lege canonica deſcendit. Quid aũt in his, quæ deſcendũt ex iure gentiũ, quale eſt ius venãdi. vt in.§.ſingulorũ.iuncto.§.feræ. Inſtit.de rer.diui. l.1.l.3.l. quod in litore.ff. de acq.rer domi. Et magis eſt vt ex cauſa & id poſſit per principem, vel legẽ ciuilẽ immutari. vt ex cõmuni opinione reſoluit Tiraq. de nobilit.c.37. n.140. Dñicus de Soto. de iuſti.& iure.lib.4.quæſt.6.arti.4.Tho. Grãma.deciſ.67.n.9. Caietanꝰ in tract.17.queſtionum.c.12.Io.de Medi. de reſtitutione.queſt.12.Card.Turrecre. in.c.qui venatoribus.86.diſt. Facit quod tradit Cõradus de cõtractibus.queſt.10.

*Princeps an quæ ſunt iuris gẽtiũ poſſit immutare. cũ cõmuni.*

80 Deniq; dñs cuiuſq; fundi poteſt vetare ne venator fundũ ſuũ intret venãdi cauſa. vt in.d.§.ferę. At in peragrãte, & itinerante quid iuris? an poſſit dominus eum arcere, ne ad pabulum iumenti ſui herbã capiat. Tradunt glo. Bal. Cardi. Alex. & alij per textum ibi. in.c.1.§.fina.de pace tenenda. Felinus & Cardi. Alexan. in.c.1. diſtinct.1. Facit, quia vrgente neceſſitate omnia ſunt cõmunia. c.ſicut.47. diſt. c.3.de furtis.&.ff.ad legem Rhodiam.de iactu.l.2.§.penult.

*Neceſſitatis priuilegium.*

81 Illud autem ſatis notandum eſt, artẽ venatoriam & bellicã ab Ariſtotele æquiparari.lib.1.Politi.cap.5. Venatorię tamẽ, aut bellicæ rei cauſa immunitatẽ præter principẽ nullus poteſt cõcedere.arg.l.2. tit.22.lib.2.ordi. Bar. in.l.1. C.de decretis decuri.lib.10. Abb. in.c.peruenit.de immuni.eccle.idem Abb.in.c.accedẽtes.de præſcrip.Roma.conſi.252.Pro deciſione propoſitæ. Pariſ.conſi.68. Primò quæritur.lib.1.col.1.l.immunitas.C.de agri.& cenſi.l.ſunt munera.ff.de vaca. mune.l. vacuatis. C.de decur.lib.10.

*Immunitas à ſolo principe conceditur. cum cõmuni.*

82 Redeundo ad.d.c.intellecto.de iureiu. & ad ea, quæ in principe ſpecialia ſunt, diximus per dict.c.intellecto.quòd regalia nõ poſſunt per regẽ alienari. Et ita eſt cõmunis op.quã tenẽt Abb.Imo.Bal.& Anchar.& Inno.in.c.intellecto. ꝑ tex.ibi.de iureiur.Io.Lupi.de Pala.rubi.in.c.per veſtras.2.not.§.1.nu.40.de donat.inter vir. Hoſtien.& Feli.in.c.dilecti. de maiori.& obed.ſequitur, & dicit cõmu.op.Couar. in.c.2.de pact.in.6.parte.2.§.2.n.4.p.l.1.ti. 17.&.l.4.tit.5.par.2. &.l.2. &.3.tit.9.lib.5. ordi. Iaſ.nu.7.in.l.debitorum.C.de pact. idem Iaſ.nu.80.in præludijs feud. Bal.in c.fi.in fi.de ſentent.& re iudica.qui ad.l.

*Princeps quãdo uetetur regalia alienare. cũ cõmuni.*

bene à Zenone.C.de quadrien. præſcrip.
reſpond. quòd loquitur in Imperatore,
& non in rege. Et quòd alienatio nõ va-
leat,tenent Bal.nu.3. conſi. 159. Super eo
quo quæritur.lib.3.Bal.Butrig.& Petrus
de Bellapert. & alij cõmuniter in proœ-
mio codicis. Alberi. in.l.bene à Zenone.
col.pe. C.de quadrien.præſcripti. Tiraq.
de primogenitura.queſt.35.nu.9.poſt Ol
dra.& Albe.quos refert in ſimili per eun
dẽ Tiraq.eod.lib.cap.37. nu.36.Bart.in.l.
prohibere.§. planè. ff. quod vi aut clàm.
Anto.Corſet⁹ de excellẽtia regis. quæſt.
4.Matthæ.de Afflict. in cõſtit. Neapoli.
in prin.quæſt.24.Feli.in.c.ad audiẽtiam.
de preſcrip.col.2.ſequitur & dicit cõmu.
opi. Ripa.lib.1.reſpon.c.1.nu.51. Io.Igne⁹
in repetit.l.donationes quas diuus.n.26.
C.de dona.inter vir.& vxo.Bal.in proœ.
feudorũ.nu.32. Bal. in extrauag. de pace
conſtantię.verb.ſucceſſurũ. Iſernia in. c.
imperialẽ.§.nec dñs feudi.nu.44.de pro-
hi.feu.alie.per Frede. facit.l.6. tit.28. par.
3.&.l.fi.verſi. E maguer. tit.1. lib.6. ordi.
Limita vt procedat, quãdo ex tali alie-
83 natione ingens læſio regno contingeret,
non ſic ſi modica læſio contigiſſet. Ita
Tiraquel.vbi ſuprà in.d.quæſt.35. nu.19.
& in ſimili in.d.c.37.nu.36.& Bal.in.d.cõ
ſil.159.nu.3.lib.3.eſt vera & commu. opi.
quam tenent Abb.in.d.c.intellecto.Bar.
in.l.prohibere.§.planè.ff.qd᷑ vi aut clàm.
Corſetus de excellentia regis quæſt. 4.
Matthæ.Afflict.in conſtitut.Neapoli.in
prin. quæſt.24.Feli. in.c.ad audientiam.
de præſcrip.col.2.ſequitur & dicit cõmu.
op.Couar.vbi.ſ. Ripa lib.1.reſpon. c.1.n.
51.Io.Igne.in repeti.l.donationes quas di
uus.C.de donat.inter virũ & vxo.nu.26.
& Bar. in.d.§. planè. ſimpliciter refert, &
ſequitur Iaſ.vbi ſuprà.nu.7.Iaſ.nu. 78. in
prælud.feud. qui alios allegat. Innoc. in
d.c.intellecto.Ioan.And.in.c.grandi. de
ſuppl.negli.prælat.in.6.& ibi Bal.verſic.
nota quòd rex.& Anchara.in.d.c.intelle
cto. qui ait hoc æſtimandum ſecundùm

*Rex põt regalia alienare,cũ modica tamen regni læſione. cũ cõi.*

dignitatem principis. & ibi Imol. & idẽ
ſecundùm Corſe.vbi ſuprà.tenẽt Bald.in
marga.verb.rex.& ibi Barth.Brixi. Oldr.
conſi.94.Eleganter.Paul.conſi.72.Quia
fruſtra. Bal.in proœm.C.col.3.Specu. de
inſtru.edi.§.nunc autẽ.in fi. Cardi. conſi.
135.Ad quandam.Bal.in proœ.feud.n.32.
Alex.conſi.10. Ponderatis. nu.6.verſ. itẽ
nõ loquitur.lib.3.dum refert & ſequitur
doctrinã Bart.in.d.§.planè. Soci.conſi.4.
Super quæſtione.lib.3. nu.19. idem Soci.
cõſi.7.Super queſtione. nu.5. vbi fatetur
rem eſſe dubiam propter autoritates do
ctorum inter ſeſe pugnantium. Sed ſanè
non multum dubij habere viderẽtur, ſi
omnes doctores hac de re loquentes vi-
deantur.

84 Hæc procedũt in regalibus bonis,quę
pertinent ad regiam coronam, ſeu digni
tatẽ,non ſic in bonis regalibus,quæ per-
tinent ad regem ex ſuomet patrimonio
peculiari. Rex enim habet vicem duarũ
perſonarũ. Altera mortalis & vera,cuius
reſpectu quaſi priuata perſona intelligi
poteſt. Altera verò immortalis, & perpe
tua,nõ verè,ſed ænigmaticè, & repreſen-
tatiuè,quæ durat quandiu ipſa regalis di
gnitas perdurat,& ſuperſtes eſt.vt elegã-
ter docet Bal.cõſi.159. Super eo. nu.5.lib.
3.Tiraq.de primogenit. quæſt.35. nu.22.
Vnde quod ad regem tanquàm priuatũ,
non tanquàm in regali dignitate conſti-
tutũ pertinet, id liberè, & abſq; vlla cau-
ſa,vel neceſſitate alienare poteſt, etiã ab-
utẽdo,poteſtq́; prodigere temerè,& effu
ſè.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de pet.hæ
red.l.in re mãdata. C.manda. ſecundùm
omnes docto. quos ſuprà allegauimus.
tex.expreſſus in.l.8.tit.1.lib.6.ordi.

*Rex alienare põt patrimonialia. cũ cõi.*

85 Deniq; eſt tertium genus bonorũ,qua
lia ſunt bona vacantia,quæ fiſco deferũ-
tur,eo quòd aliquis ſine hærede deceſſit,
vel quòd bona alicuius delinquentis fi-
ſco deferuntur, & reliqua id genus, quæ
nunquam fuerunt incorporata (vt ita
loquar) in patrimonio regali, quaſi ad
dignita-

*Rex alienare põt regalia, quæ nõ dũ erant in regali patrimonio incorporata.cũ cõi.*



dignitatem pertinentia: & iſta poſſunt
liberè alienari, non ſecùs,quàm ea, quæ
ſunt de proprio,& peculiari Regis patri
monio.Ita tenet in ſpecie Lucas de Pen-
na in.l.quicunq;.2.col.verſic.quòd ſi tẽ-
pore procedente.C.de omni agro deſer-
to.lib.11.idem in.l.2.colum.2.verſi. quid
enim ſi Comes.C. de fundis patrimonia
libus.eod.lib.quo caſu de poteſtate prin
cipis dubitandum non eſt, ſed eius tan-
tùm voluntas inquirenda. vt tenuit Bal.
in. l. nec damnoſa.C. de precib.Impera.
offerendis.& ibi Bal.2. oppoſitione.quẽ
ſequitur Iaſ.ibi in princip.idem Iaſ. in ſi-
mili in.l.apud Iulianum.§.conſtat.num.
24.ff.de lega.1.& Bal. in.c. niſi ſpecialis.
num.5.de offici.legati. Alex.in.d.§. con-
ſtat.nu.9.Iaſ.in.l.cùm quis.col.2.in prin.
C.de iuris & facti ignorantia.Pariſi. cõſ.
1.Clemens ſeptimus.nu.22. libr.4. Paul.
in.d.l.nec damnoſa. Bal. & Paul.in.l. re-
ſcripta.C.de precib.Impera.offeren.in ſi
mili per gloſ.in.l. fi.eod. tit. Paris de Pu-
teo.in tracta.ſyndicatus.verſi.compoſi-
tio.col.13. Quinimò Pariſi.in.d.conſil.1.
num.26. tenet id procedere, etiam ſi ta-
lia bona eſſent incorporata in patrimo-
nio regiæ dignitatis, ſed cùm incorpora
ta non fuerunt, tunc minus dubium. vt
tenet idem Pariſi.cõſ.69.Dominus Am-
broſius.lib.3.num.194. Et in huiuſmodi
bonis, de principis poteſtate non vide-
tur dubitandum: quia omnes tenent,ꝙ
condemnatum, cuius bona fuerant pu-
blicata, poteſt princeps reſtituere, vt ei
ſic reſtituto,omnia bona reſtituantur.l.
1.in fi.vbi Bart. & alij ita firmant. &.l. fi.
C.de ſententiam paſsis. Bar.in.l. Gallus.
§.& quid ſi tantùm.colũ.4. & num.13.&
Galiaula nu.64.& Iaſ.num.66.& nu.70.
& Fortu. num. 153. & Ruinus num. 120.
ff.de lib.& poſt. vbi Emanuel de Acoſta
part.2.num. 42. cum ſeq. eſt communis
op.ſecundùm Pariſi.d.conſil.69.nu.196.
Et ita eſt intelligẽdus tex.in.c.1. quæ ſint
Regalia. & ꝓbatur à fortiori in.l.8. tit.1.
libr.6.ordi.Et in hoc vltimo ita obſeruat
ordo vſusq́; iudiciorum.Quid autem de
iure regio,diximus ſuprà.§.3.num.3.

86 Stat ergo,quòd rex non poteſt aliena
re ea bona,quæ ad regiam coronam ſpe
ctãt, quaſi vinculo quodam maioratus
affecta, & illigata, & omni ex parte in-
alienabilia ſint,non ſecùs,quàm reliqua
bona, quæ expreſsim, & nominatim ſo-
lent per teſtatores affici ſimili vinculo
maioratus,ſeu primatus. Vnde nec com
promiſſum de eis fieri poteſt, nõ magis,
quàm in bonis priuatorum ſimili vincu
lo maioriæ affectis, quinimò longè mi-
nùs,cùm omnes maioratus à regno, ſeu
principatu imaginem ſumpſerint.argu.
c.licèt.de voto.&.d.c.intellecto.de iure-
iur.Et iuxta iſtam partem ſubijcio quæ-
ſtionem ex facto agitatam.

*Maioratus ſucceſsio regulatur ſecundùm formam ſuccedendi in regnis uſitatam.*

Quidam in ſuo teſtam. maioratum,
ſeu primatum conſtituit, non de vniuer
ſis, ſed de certa parte bonorum ſuorum
in perſona filij natu maioris, & in reliqs
omnibus bonis hęredes ſcripſit ex ęquo
eum filiũ,& reliquos fratres ſuos, & adie
cit, vt ſi filius ille natu maior ſine liberis
decederet, tunc is maioratus ad ſecun-
dum filium pertineret, & ſic deinceps fe
cit plures gradus ſubſtitutionum,prout
moris eſt. Is filius natu maior deceſsit li-
beris relictis,dubitatur, an eius liberi ex
cluderent patruos ſuos ſubſtitutos. De-
inde controuerſum fuit,an eo caſu,quo
patruis excluſis liberi illius filij præde-
functi inuitati viderentur, deberẽt ab in
teſtato æquis ex partibus in bonis illius
maioratus ſuccedere, an verò eorũ ma-
ior natu ſolus vniuerſa illius maioratus
bona habiturus eſſet.

Quo ad primum is articulus expedi-
tus eſt,& videtur dicendum indubitan-
ter,quòd ſubſtitutus eſt excluſus.Primò
quia fuit vocatus ſub conditione, & illa
conditio deficit, ex quo inſtitutus relin-
quit filium.l.1.cum ſimil.de cõdi. inſert.
igitur eſt excluſus. de cadu. tollen.§.ſin

autem.& quia conditio caſualis tunc demum ſortitur effectum, quando conditio eſt completa.l.quæ hæredi.§.vlti.de condi.& demonſtra.&.l.quæ ſub conditione.eod.tit.de legat.3.l.ſi tibi legatum.ff.de contrahen.emptio.l.hæc venditio.ff.locati.l.inſulam.§.fi.facit.c.de illis.c.ſuper eo.c.per tuas.de condi.appoſitis. Itẽ hîc fuerat ſubſtitutio conditionalis. patet per dictionem, ſi.l.qui promiſit.de condictio.indeb.Item patet, quia fuit facta mentio mortis,igitur.&c.ſecundùm Bald. in.l.poſt mortem.vltima.col.de fideicommiſ.allegat.l.1.C.vt act.ab hæ. Imò, ſi aduertis, fuit conditio prima ſi moriatur, ſecunda, nec filios reliquerit.&c.vel ſi ſine liberis.&c.eſt ergo neceſſe vtranque exiſtere ad hoc, vt ſubſtitutus admittatur.l.ſi hæredi plures.de conditio.inſt.cũ ſimilibꝰ.igitur ſi mortuus eſt cum liberis,defecit altera, & ſic ſubſtitutus.Imò,quod eſt plus, etiam ſi eſſent appoſitæ plures conditiones diſiunctiuè, & inter eas apponeretur illa, ſi ſine liberis,conuertuntur in coniunctam, & eſt neceſſe quòd omnes impleantur adhoc vt admittatur ſubſtitutus. vt probatur ſingulariter in.l.Lucius.de hæredib.inſtitu.& ibi Ange.& Imola.& clariùs per tex.ſingularem in.l.generaliter.in princip.de Inſtitutio.& ſubſti.ergo à fortiore quando plures copulatiuè, vt in noſtro caſu.facit.l.ſi is qui.§.penult.de reb.dub.facit quod habetur in.l.ſæpe.de verbo.ſignifi.& in.l.penulti.eod.titu.Et pro iſta parte,quæ eſt indubitata, eſt tex.in.l.ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus.ff.de hære.inſtitu.& in dicta.l.Lucius.& in.l.ex facto.§.ex facto.& in.l.filiusfamiliàs.§.cùm quis.de leg.1.vbi hoc extẽditur,etiam ſi non ſint hæredes.ad idem facit auth.niſi rogati.ad Trebel.& in corpo.vnde ſumitur.& cap.in præſentia.de proba.ad idem facit regul.l.cùm prætor.de iudi.&.l.ſicut certi.de teſtam.milit.Et de hoc quia indubitatũ,nil ampliꝰ.

87 Ad ſecundum,an illi liberi videantur vocati ex teſtamento, videtur quòd nõ.per glo.ſingularem in.l.Lucius.de hære.inſtitu.& ibi omnes.

*Maioratu ita cõcepto, ſi filius ſine liberis.&c. an liberi illius ad maioratũ inuitati uideantur, & an maior natu tantùm, an omnes.*

Secundò per glo.in.l.ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus.eod.tit.quam allegat Iaſo.in.l.1.C.de pact.

Tertiò per dictam.l.1.C.de pact.& ibi per moder.

Quartò per.d.l.filiusfam.§.cùm quis de leg.1.& in.l.ex facto.§.ex facto.ad Trebellia.& vtrobiq; Imol.vbi dicit per illa iura terminari iſtam quæſtionem.

Quintò per id, quod eleganter dicit Bald.in.l.2.ad fin.de condi.inſert.dum allegat.l.ex facto.de hære.inſti.ff.

Sextò per.l.ſi quis ſub cõditione.ff.ſi quis omi.cau.teſt.

Septimò hoc tenet Bar.in.l.Lucius.al legata.& in.l.ſi cùm dotem.in princ.ſol.matri.ff.& in.l.ſed ſi ſeruus.de leg.3.Bal.& Angel.& Imol.in.d.l.Lucius.& ibi planè in apoſti.ad Bar.planè Iaſ.in.l.1.C.de pact.facit tex.qui nõ allegatur,in.l.qui filiũ.in pri.ad Trebel.In cõtrariũ adduco ſequẽtia,allegãdo,nõ inducendo breuitatis cauſa.Primò quaſi in terminis facit tex.ſingul.in.l.Titia Seio.§.ſera libertis.de leg.2.& ibi.gl.in duobus locis.quem tex.põderat Ioã.de Imol.ibi,dicens alibi nõ repiri.ſ.ꝙ interdũ vltra ſolutionẽ expreſſã,ius interpretatur etiã tacitã ex mẽte teſtatoris, qñ verba expreſſæ cõditionis veriſimiliter inferũt etiã tacitã,nã ibi vltimus nõ poſſet fundũ per fideicõmiſſum reſtituere, niſi priùs totus ad ipſum perueniret, & hæc eſt rõ illius tex.ſecundũ Imol. Ergo multò fortius eadẽ rõne videtur in noſtro caſu prohibita ſucceſſio ab inteſtato, cũ repugnet directò mẽti defuncti,qui voluit maioricatũ ſui generis cõſtituere,& ſucceſſio ab inteſtato tẽdit ad diſſolutionẽ maioricatus.Itẽ voluit teſtator maioricatũ nullo modo diuidi,nec alienari:ſed ſi in noſtro caſu daremꝰ ſucceſſionẽ ab inteſtato,ĩduceretur





totum contrarium,& ſic ad deciſionem huius dubij non eſſet opus alio fundamento.& vide ibi Paul.& Bald.

Secundò adduco tex.in.l.alio.iuncta gloſ.magna in fi.de ali.& ciba.lega.quæ non ſolet allegari, quem inducas per te, quia optimè probat.facit.l.ſi ſeruus legatus.§.qui margaritam.de lega.1.ff.dum dicit,Non autẽ mirandũ,ſi cùm alius rogatus ſit, aliꝰ fideicõmiſſo obſtringatur.

Tertiò probo, quia in noſtro caſu eſt impoſſibile dare ſucceſſionem ab inteſtato. Quod ſic probatur.Nam hîc fuit facta prohibitio alienationis à teſtatore, item à lege, & iſta prohibitio teſtatoris habet vim legis.§.diſponat.in authen.de nupt.& non ſolùm lex particularis, ſed & vniuerſalis.vt voluit Bal.in.l.2.de vſu.pro emp.quanto magis quando fuit val lata authoritate principis.l.omnium.de teſtam.quia omnia noſtra facimus, &c. Cùm ergo hîc ſit prohibitio alienationis ex cauſa maioricatus, & etiam diuiſio.&c.certum eſt, quòd non habet locum ſucceſſio ab inteſtato: maximè quia in hac diſpoſitione facta eſt mentio de illis, qui ab inteſtato poterant ſuccedere,quo caſu non eſt dubium, quin ſucceſſio ab inteſtato ſit prohibita.Bal.in.l.ea lege.3.col.3.quæſtio.de condi.ob cau.& vide latiſſimè in.l.cùm pater.§.libertis.de leg.2.

Quartò adduco tex.cum gloſ.in.l.fideicommiſſum.§.hæc verba.de legat.3.vbi bene probatur.

Quintò pro hoc.l.Pamphilo.eod.tit.& ibi gloſ.in verbo.defuncti.

Sextò.l.pater filium.§.mater filio.eo.tit.& ibi gloſ.in verbo,nihil proponi.

Septimò facit tex.expreſſus in.l.vnũ ex familia.§.fi.de lega.2.cum gloſ.& ibi vide per.dd.facit etiam.l.peto.in princ.ff.eo.vbi probatur id, quod iuribus ſuprà allegatis, licèt non ita ſpecificè.

Octauò in terminis fortioribus adduco Bar.meliùs quàm alibi in.l.2.§.fi.ff.ad Tertu.& vide ibi omnino tres rationes, quas ipſe ponit, quarum quælibet concludit ad noſtrum propoſitum.& vide per eundem.l.cùm emancipati.§.ſi duo.de colla.bo.ad idem vide Bald.ſingulariter in.l.ſi quis filium.vlt.col.verſic.quęro retento ſtatuto.Item vide eleganter Bal.in.l.ſi d̄functus.C.de ſu.& legi.libe.& vide.l.ſi poſt mortẽ.§.liberi.de contra ta.Item vltra prædicta vide Bal.in.l.maximum vitium.1.colum.quia ſingulariter loquitur in propoſito, & in illis verbis continetur tota veritas: quia ſecundùm philoſophum,creatio vnius,eſt corruptio alterius, & econtrà:ita & vnius excluſio,eſt alterius incluſio, & ecõtrà: quia hæc ſunt correlaria.de quorum materia eſt,quòd vno poſito, veniat alterũ.gloſ.in.c.fideli,de ſumma Trinitat.& in rubri.C.de re.credi.

Nonò facit tex.ſi ſcis inducere, quem nemo poteſt cauillari in.l.Lucius.la vlt.de hære.inſti.ff.

Decimò pro hoc pondero gloſ.in.d.l.ſi quis ita hęres inſtituitur ſi legitimus.quam ſuprà adduxi pro contraria parte. Nam ibi gl.dicit, quòd in illo caſu ſuccedirur ab inteſtato.Nec obſ.regula.l.quãdiu.de acquiren.hære.quia ſpeciale eſt ſecundùm gloſ.ibi in.d.l.ſi quis ita hæres.propter defuncti voluntatem,qui voluit vendicationem legitimam eſſe,quia quandam conditionem, &c. per quam gloſ.rectè intuenti fundatur totum contrarium eius quod dixit gloſ.in.d.l.Lucius.in fi.Verum eſt,quòd illa glo.dicit, quòd ibi eſt caſus ſpecialis, propter ſpecialem voluntatem defuncti.ergo ſi nõ conſtat de mente ipſius defuncti,qui eſt cauſa ſpecialitatis, legitimus per prædicta verba eſſet vocatus ex teſtamẽto.ꝗa caſus excepti.&c.Quod nota.

Vndecimò facit tex.cum gloſ.in.l.filiusfamiliàs.§.cùm quis.de leg.1.& gloſ.in.l.ex facto.§.fi.ff.ad Trebel.

Duodecimò facit, quia quando ille, ꝗ eſt poſitus in conditione,expreſsè erat

aliàs à lege,vel à teſtatore vocatus, quia
erat de illis,quibus lex legitimam defert
hæreditatem, tunc poſitus in conditio-
ne,videtur non ſolùm tacitè, ſed expreſ-
ſè poſitus in diſpoſitione. & ita loquitur
apertiſsimè tex.in dict.l.Lucius.de hęre.
inſti.cum ſuprà allegatis.de quo per Bal.
in.l.maximum. C. de lib.pr. & Bart.in.l.
liberorum. de verbo. ſignifica. & in.l. fi.
C.de nat.libe.

Decimotertiò probatur, quia volun-
tas iſtius diſponentis fuit maioricatum
ſui generis conſtituere. vt patet ex verbis
teſtamenti:& verba poſita ad conſerua-
tionem maioricatus, non debent ipſius
calamitatem, & deſtructionem operari.
l.cùm tale.§.fi.de conditio. & demõſtra-
tio.l.legata inutiliter.de lega. 1. quod eſ-
ſet,ſi in ijs bonis daremus ſucceſsionem
ab inteſtato.Item, quia geminauit plura
verba, faciendo plures ſubſtitutiones,
q̃ verba aliq̃d &c.l. balliſta. ad Trebell.

Decimoquartò, quia venientes ab in
teſtato,qui ſunt vocati per ſubſtitutionẽ
expreſſam,ſunt vocati certo caſu,ſcilicet
quando primus deceſsiſſet ſine liberis,
& non aliàs,& teſtator voluit, vt ſua di-
ſpoſitio vt maioricatus duraret in infini
tum,ergo nemo ſanæ mentis poterit di-
cere, quòd in iſto primo gradu induca-
tur ſucceſsio ab inteſtato, & ſic extin-
ctio maioricatus, & volũtatis defuncti.

Decimoquintò vide quædam verba
Bar.in.l.Centurio.de vulg.& pupill. vlt.
char.1.col. verſic. quæro vlteriùs quid ſi
teſtator.

Decimoſextò,quia diſpoſuit expreſsè
teſtator, quòd maioricatus remaneret
penes vnum. Item prohibuit alienatio-
nem.&c.& diuiſionem. & quia vltima
voluntas debet intelligi ſecundùm men
tem diſponentis.l.ex verbis.de dona. in-
ter vir.& vxor. & quãdo cõſtat de volũ-
tate,qualiſcũq; ſit ſignificatio,ſtatur vo-
luntati.l. pater.§. condi. de condi. & de-
monſtra.l.ſi alij.de vſu fr. lega. & quãdo
conſtat de voluntate, non recurrimus
ad interpretationem legis, ſed tunc de-
mum,quando non conſtat. Bal. in.l.vo-
luntatis.C.de fideicommiſ.facit.l. in cõ-
ditionibus. cum ſimilibus.de conditio.
& demonſtratio.

*Conditionẽ poſitus, uidetur poſitus in diſpoſitione in legatis.*

88 Præterea & ſi omnia iura & rationes
de quibus ſuprà ceſſarent, & teneremus
pro conſtanti,quòd filij poſiti in condi-
tione non videantur vocati.&c. hoc ta-
men procederet eo caſu, quo filij eſſent
appoſiti in conditione in vniuerſali hæ-
reditate,ſecùs ſi in legato,vel relicto, q̃a
tunc videntur vocati, & ſi ſint appoſiti
in cõditione.hoc tenet ſingulariter An-
gel. in.l. in legatis. C. de lega. Iaſo. in.l.1.
C.de pact. per gloſ. in. d. l. filiusfamil.§.
cùm quis.de leg.1. rationem diuerſitatis
vide in dictis locis: ſed in propoſito fuit
ſingulariter relictum,quia in alijs bonis
fuerunt omnes filij vtiliter inſtituti, vt
dixi in themate,igitur.&c.Et per hęc me
expedio. Et ex ſuprà dictis ſubtiliter in-
tuenti patet reſponſio ad allegata pro
prima parte.

Quid autem ſi tempore,quo paterfa-
mil.faciebat teſtamentum,etiam filij le-
gitimam vinculo maioratus affecit, pro
hibens alienationem, & diuiſionem, id
tamen fecit de conſenſu filij,an is cõſen-
ſus noceat filio etiam quo ad legitimã,
vt etiam quo ad legitimam teneat maio
ratus? Diximus ſuprà.§.10.circa materiã
legis.cùm quæritur.C.de inofficio. teſta
mento.& circa materiam.l. ſi quando.§.
illud.eod.tit.pleniùs edocemur.

Et iuxta iſtam partem ſubijcio quæ-
ſtionem in cauſa ardua, & ampliſsima-
rum facultatum ex facto agitatam.

*Maioratus ſine principis licentia conſtitutus, an tẽpore, vel licentia ſuperueniẽte firmetur*

89 Quidam maioratum fecit, & conſti-
tuit citra principis licentiam ex certa
parte bonorum ſuorum,in quo (vt mo-
ris eſt) plures fecit gradatim vocationes,
& ſubſtitutiones, bonorumq; in maio-
ratu contentorum expreſſas prohibitio
nes. Deinde præteri erunt plures quàm.
60.anni,



60.anni.quibus elapſis,à principe impe-
trata eſt illius maioratus confirmatio.In
terea tamen & nati & defuncti fuerunt
plures nepotes,filij,& deſcendentes pri-
mi conditoris illius maioratus, ſeu pri-
matus,controuerſum fuit, cùm ex facto
res ageretur, an in tali maioratu ab ini-
tio principis licẽtia neceſſaria foret.Dein
de eo caſu,quo neceſſaria eſſet, an ſuffice
ret ipſius principis confirmatio, & rati-
habitio. Tertiò, an talis confirmatio re-
tro traheretur. Quartò an cùm reliqui
liberi teſtatoris maioratum conſtituen-
tis inſtituti fuerint,præſumantur ritè, &
ex integris legitimis & portionibus inſti
tuti,ſi contrarium non probetur.Quin-
tò, an tempore confirmetur maioratus
nõ ritè factus.Poſtremò,an quo caſu ma
ioratus non ritè factus confirmaretur à
prĩcipe, neceſſaria eſſet aliquorũ citatio.

*Maioratus quid eſſe intelligatur.*

90 Præmittò,ꝙ hoc nomẽ,maioratus,ni
hil aliud eſſe dignoſcitur apud iureperi
tos,niſi quòd talia bona, quę maioratus
nuncupantur, non poſsint aliquo mo-
do diuidi,nec alienari,ſed in temporum
ſucceſsione ſeruentur certa forma. Hoc
tenet Imol. cùm loquitur in regno.in.c.
licèt.de voto.in fi. vbi dicit, quòd filius
non adimplens iuſſa patris,priuatur ſuc
ceſsione in eo, quod excedit ſucceſsio le
gitimã,& nõ in plus.auth. hoc amplius.
de fideicõ. ſed ſecùs dicit in regno, quia
ſectionem nõ patitur,& ſic priuatur to-
to regno, cùm ſit quid indiuiduum,nec
ſeparari poſsit,vel diuidi, & ſic integrali
ter debet remanere penes vnum. Et ita
probat ibi text. vbi mandat Papa, ꝙ filio
primogenito niſi implere voluerit. &c.
totum regnũ integraliter debeat reuerti
ad ſecundò genitum, nec primogenitus
poterit quicquam retinere,quia regnũ
non eſt diuidendum, nec hoc caſu ha-
bet locũ authẽ. hoc amplius. C. de fidei.
quemadmodũ in hæreditate diuiſibili.
Hoc idẽ dixit gl.pulchrè ibi in.d.c. licèt.
vbi arguit,ꝙ filius primogenitus nõ de-
beret priuari todo regno,etiã ſi nõ adim
pleret votũ defuncti,ſed eo tãtùm,quod
excedit legitimã.per dictã authẽ.Finali-

*Regnũ eſt indiuiduũ & omnis ſucceſſio, quæ datur iure primogenituræ. cum communi.*

91 ter reſpõdet in hac ſingularia verba. Vel
melius dicito,ꝙ id quod dicit.l. de legiti
ma relinquẽda, non habet locũ in huiuſ
modi dignitatibus,cùm diuidi non poſ-
ſint,quia regnũ vnicũ debet eſſe: & ſi cõ
tingeret ꝙ taliter diminueretur,citò de-
ſtrueretur,ſed alię hæreditates bene diui
duntur inter hæredes, ſed hîc vnus tãtùm
debet eſſe rex. Et ideo dicit,ꝙ totũ regnũ
deuoluetur ad aliũ fratrẽ.&c.Illa glo. eſt
perpetuò notanda in eo,ꝙ ponit diff. in
ſucceſsione bonorũ,quę dantur iure pri
mogenituræ,quæ pati diuiſionẽ nõ poſ-
ſunt, & in ſucceſsione bonorũ alterius
hęreditatis,quę poſſunt cõmodè diuidi.
Et illã multùm cõmendat ibi Abb. & di
cit illã tenere Inno. & cõmuniter.dd. Et
addit,ꝙ licèt gl.loquatur in regno,idem

*Dignitas Principatus, Comitatus, Marchionatus, Ducatus, & ſimilium ſunt indiuiduæ.*

92 in Comitatibus, & alijs dignitatibus ſe-
cularibus. Quod dicit ibi probari. Nam
ille ſecũdò genitus erat Dux, & priuatur
Ducatu abſq; eo, ꝙ ſibi relinquatur legi
tima.Et nota ex mente glo. ꝙ licèt in re-
bus priuatis fiat diuiſio æqualiter inter
filios.auth.in ſucceſsione.C. de ſu. & le-
gi.li.tamẽ in dignitatibus primogenitus
præfertur alijs, & ſic poteſt euenire, ꝙ
alij filij etiã ſine cauſa priuabũtur legiti-
ma,vt ſi pater nil habeat præter dignita
tẽ ſecularẽ,quia ſecũdũ philoſoph. mul-
titudo principatuũ noxia eſt,vnde ordi-
ne naturæ vnus debet eſſe princeps. c.in
apibus.7. q.1. Facit ad prædicta quæ ele-
ganter reſpondit Bernar. cõſultus à quo
dã Comite ſuper diuiſione hæreditatis
paternæ,qui ſic ait. Quòd ſi ſunt nobi-
les,melius eſt aliorum filiorũ diſperſio,q̃
hęreditatis diuiſio:ſi ſunt laboratores,fa
ciãt vt velit: ſi ſunt mercatores,tutior eſt
diuiſio,q̃ cõmunio, ne infortuniũ vnius
alteri imputetur. Iſtã ſententiã tenet ibi
Zabare. Ad prædicta faciũt quod ſingu
lariter dicit Bal.in auth.ex teſtamẽto. C.
de col-

de colla. vlti.col. quòd ea, quæ veniunt
ad filios iure primogenituræ, non con-
feruntur, quia talia iura nõ recipiunt ſe-
parationem, ſeu diuiſionem, & ideo ea
conferri impoſsibile eſt. Quod dictum
eſt diligenter notandũ. Idem Cin.in.l.ſi
viua matre.C.de bo.mater. Et iſtud eſt
principiũ indubitatũ, licèt ſummè neceſ
ſariũ in materia maioratus. Ex quo ego
93 infero primò, quoniã per illa verba, quæ
ſunt in teſtamento, ꝙ ſi ſine filijs maſcu
lis deceſſerit. videatur nepos vocatus: nã
dico ꝙ ſic ſine aliquo dubio, & eſt im-
poſsibile aliter ſentire, cùm ſumus in bo
nis maioratus, quæ non poſſunt natura
liter diuidi, nec ſeparari, & de neceſsita-
te debent integraliter remanere penes
vnum primogenitum, vt ſuprà probatũ
eſt. Si ergo dicamus, quòd nepos per prę
dicta verba non videretur vocatus, ex
quo fatemur per illam excluſionem ſe-
cundi gradus, eſſet in bonis maioratus
inducere ſucceſsionem ab inteſtato, &
ſic ſeparationem, & diuiſionem ſicut in
hæreditate.d.authen.in ſucceſsione. vel
etiam in fideicomiſſo. l. cùm pater.§. ro-
go.de lega.2.cum ſimili. Cùm igitur hęc
bona maioratus ſint indiuiſibilia, & in-
ſeparabilia, & quotidiè debẽt ſucceſsiuè
ambulare de primogenito in primoge-
nitũ, intelligitur, & nulli poteſt eſſe du-
bium, ꝙ etiam ſi prædicta verba non ad
iecisſet teſtator, ſed tãtùm priora, vbi di-
cit, ꝙ vult conſtituere maioratum ſui ge
neris. in ijs verbis continetur vocatio pri
mogeniti, & etiam omniũ deſcendentiũ
ex ipſo in infinitũ. Ad quod induco Ol-
dral.conſ.231.vbi dicit, ꝙ per illa verba,
ſit maioratus in perſonam tuam, & filio
rum tuorũ. non ſolùm cenſetur vocatus
primò genitus, & eius liberi, ſed etiam ſe
94 cundò genitus, & eius liberi. Ratio colli
gitur ex ſuprà dictis: quia iſte terminus,
maioricatus, regulatur eo modo, quo re
gulatur regnũ, tanq̃ res & membrũ ſub
eo conſiſtens. ita dixit Paul. de Caſt. cõſ.

*Maioratus facit, ut poſitus in conditione, uideatur poſitus in diſpoſitione.*

*Maioratus ut Principatus regulatur.*

161.prim. col. & eſt quid indiuiſibile, &
inſeparabile. Eſt igitur impoſsibile dare
ſucceſsionem ab inteſtato, ex quo in ſo-
lo nomine maioricatus videntur vocati
primogeniti in infinitum.

95 Infero.2. & magis attingendo dubiũ
noſtrum, quòd cùm maioratus nil aliud
ſit, q̃ prohibitio alienationis, & diuiſio-
nis, & ſeparationis, & quòd ſucceſsio
procedat certa forma, ꝙ hoc totum po-
teſt quis apponere in re ſua ſine licentia
principis, adeò, quod ad verum & vali-
dum maioricatum conſtituendum non
eſt opus, ꝙ licentia principis præcedat,
vel ſubſequatur, nã vnuſquiſq; ſuæ do-
minus rei poteſt imponere modum, &
conditionẽ, quam voluerit.l. in re man
data.C.manda.C.de dona. quæ ſub mo.
per to.titulũ.& de cõditi.appoſ.c.verùm.
Item poteſt alienationẽ prohibere.l. ea.
lege.de cond.ob cau.l.fi.de reb.alie. non
alienãdis.l.filiusfamiliàs.§.diui.de lega.1.
Item poteſt formã ſucceſsionis appone-
re.l.cùm ita.§.in fideicõmiſſo, & ferè per
96 totum tit.de lega.2.Ex quo ſingulariter
concludo, ꝙ ad verum, & validũ maiora
tum conſtituendũ non eſt opus licentiã
principis pręcedere, vel ſubſequi, ſed tũc
demũ eſt opus licẽtia pricipis, quãdo te
ſtator vult maioricatũ cõſtituere de bo-
nis ſuis, grauando filios in ſua legitima,
quia tunc ne poſſent querelare teſtamẽ-
tum paternũ, cum ipſo iure tollatur gra
uamẽ, eſt opus principis ſuffragio, & nõ
aliter, quia hoc regalis iuriſdictionis eſt.
vt voluit Oldral.cõſ.224.col.6. Cùm igi-
tur in noſtro caſu cõſtet ex tenore teſta-
mẽti, ꝙ in certis bonis tãtùm fuerit cõſti
tutus maioricatus, & in alijs oẽs filij fue
rũt æqualiter inſtituti, nec conſtat, quòd
alij filij ex iſta cõſtitutione maioricatus
ſint grauati in ſua legitima, imò iuris prę
ſumptione præſumitur, quòd hæreditas
ſit ſoluendo.l.cùm de lege.de proba. pa-
tet, quòd ad validitatem iſtius maiorica
tus non ſit opus licentia principis, nec
eius

*Maioratus conſtitui poteſt ſine licentia Principis.*

*Maioratus non eget licentia Principis dũ ſit, niſi cùm minuitur liberorum legẽtima.*



eius approbatio. Et pro certo iſta eſt con
ſideratio inconuincibilis, & notabilis,
ex infallibili iuris principio collecta.

97 Præterea etiam ſi in noſtro caſu con-
ſtaret, ꝙ per conſti. huius maio. alij filij
remanerẽt grauati in ſua legitima, nihi-
lominus tenet, & valet principis appro-
batio, & adhuc eſt maioris effectus in ter
minis iuris communis, vt illicò dicam, li
cèt de iure regio in præiudicium tertij
98 multùm ſit reſtricta regum noſtrorũ po
teſtas.arg.l.2.tit.12.lib.3.ordi.& ibi.l.3.&
4.l.3.4.&.5.ti.de las donaciones. lib.5.or
di.l.1.2.&.3.tit.de los vaſallos.lib.4.ordi.
vt eas leges nos interpretamur. diximus
in.§.17.nu.37. Sed in terminis iuris cõmu
nis facit primò qđ ſingulariter dicit Bar.
in.l.Gallus.§.& quid ſi tãtùm.ff.de libe.
& poſt. vbi dicit, ꝙ princeps ad petitionẽ
patris poteſt ſuũ ſpurium filiũ poſt eius
mortẽ legitimare ante aditã hæreditatẽ,
& illam auferre venientibus ab inteſta-
to. idẽ Bal. in procem.C.& in.l.eam quã.
de fideicommiſ.& Anto. in.c. per vene-
rabilẽ. qui filij ſunt legit. Imò, quod ma-
gis eſt, ꝙ ſine petitione patris ante aditã
hæreditatẽ poteſt princeps filiũ teſtato-
ris legitimare, nedum ante, ſed poſt mor
tem patris, & auferre hæreditatem veni.
ab inteſtato. tex. eſt in.l.2.de na.reſti. Bal.
in.l.nã ita diuus. de adoptio.& in.c. duo
genera. in vſib.feud. Præterea in cõfirma
tionẽ huius induco text. expreſſum in.c.
cura.de iu.primo. hoc modo. Nam certũ
eſt, ꝙ monachi non poſſunt eccleſias, &
decimas illarũ recipere de manu laicorũ
ſine authoritate epiſcopi.c.fi.16.q.1.c.de-
cimas. el vlt.ea.cau.q.7.& i.d.c.cura. dicit
tunc ibi tex. ꝙ ſi poſtq̃ habuerint prædi-
ctas eccleſias ſuperuenit authoritas ipſi[9]
epiſcopi, licitè poterint monachi rõne ſu
ꝑuenietis authoritatis tales eccleſias reti
99 nere. Quod ꝓbatur ibi, dũ dicit, aut dioe
ceſani epiſcopi habuerint poſtea cõſen-
ſum.&c. Ex q̃bus verbis dicit ibi Abb. no
tabiliter, ꝙ vbi in aliquo actu requiritur

*Maioratus in præiudicium legitimæ factus cõfirmatur principis licentia.*

*Leges regiæ expenduntur.*

*Conſenſus ubi defuit initio, ſupletur confirmatione, ſeu ratihabitione, put ex nunc, nõ prout ex tunc.*

alicuius cõſenſus, ſufficit, ꝙ interueniat
ex poſt facto. Imò plùs dicit ipſe per illũ
tex. ꝙ etiã ſi actus eſſet à prin. nullus pro
pter defectũ talis cõſenſus, nihilominus
cõualidatur per ſuperuenietiã talis con-
ſenſus. Nec obſtat ſecundùm eũ not. per
Innoc.in.c. cùm cõſuetudines. de cõſue.
Quia ſua dicta procedũt, vt actus nõ va-
leat à tẽpore, quo geritur, ſed à tempore,
quo cõfirmatur. Facit quod notat glo.in
regu. ratum. & in regu.rati.& in regula.
nõ firmatur.de reg.iu.in.6. Si igitur in ca
ſu, in quo omnino req̃ritur authoritas à
principio ad ipſius validitatẽ ſufficit ꝙ
ſuperueniat: à fortiori in noſtro caſu, vbi
maioratus põt in multis caſibus cõſtitui
ſine principis licẽtia, vt ſuprà ꝓbatũ eſt.
Facit ad prædicta bonus text.in.l. obſer-
uari.§.fi.de offi.procõſu. vbi procõſul nõ
delegat anteq̃ prouinciã ſit ingreſſus, ſi
tamẽ antea delegauit, & ſic đlegatio fuit
nulla, poſtea ingreſſus cõfirmauit, valet
delegatio, nõ vt ex tũc, ſed vt ex nũc. Per
quẽ dicebat Bal.in.c.1. de cõfir. vtili. vel
inutil.2.col. ꝙ decretũ interpoſitũ ex in-
teruallo conualidat contractũ prout ex
nunc, nõ prout ex tũc. Prædictũ text. alle
gat. gloſ.in.d.regula. nõ firmatur.& etiã
text.in. d.c. cura. & in.c.ſi qua de rebus.
12.quæſtio.2.& in.c.cùm nos.de his quæ
fiunt à pręla. vbi etiam eſt glo.in.c.ſigni
ficatum.de regula.& in.l.ſi quis à ſenato
rio.de ritu. nup. cũ alijs. per quæ iura di-
cit gl. tenendum firmiter, ꝙ illud, quod
à principio nullum eſt, conualidatur ex
ſequenti cõſenſu tacito, vel expreſſo pro
vt ex nunc, non pro vt ex tunc. Et ſi ſint
aliqua iura, quæ contrarium videtur in-
nuere, procedũt in ijs, quæ habent perpe
tuã cauſam prohibitionis. vt ibi declarat
glo.& in.c.2.de eo qui dux.in matr.& ſic
procedit tex.in regula. quod ab initio.&
in regula. nõ firmatur. Adde ſuprà dictis
tex. ſingula.in.l.adoptio.de adoptio. vbi
adoptio nõ iure facta, cõfirmatur ꝑ prin
cipẽ, & valet. Facit.c.1.de trãſa. vbi actus

omnino nullus reuiuiſcit ex papæ cõfir-
100 matione facta ex certa ſciẽtia. Nec obſtat
ſi dicatur, ꝙ iſta certa ſciẽtia in noſtro ca
ſu non interuenit: nã dico, quòd eo ipſo,
ꝙ tenor teſtamẽti, & maioricatus fuit in
ſertus in confirmatione, videtur ꝙ prin-
ceps ex certa ſcientia cõfirmauit. tex. eſt
ſingul. & ibi glo. expreſſa in. c. venerabi
lis. de cõfirmatio. vtil. vel inutil. vbi ꝓba
tur, ꝙ quando tenor rei cõfirmatæ eſt in-
ſertus in cõfirmatione, videtur princeps
ex certa ſcientia actũ confirmare. & ibi
101 not. Abb. Nec ad idẽ obſtat ſi dicatur, ꝙ
cõfirmatio nihil iuris de nouo tribuit. c.
inter dilectos. de fide inſtrum. & in. c. 1.
& c. examinata. de cõfir. vti. Quia hoc ve
rũ, quãdo actus à principio erat validus,
quia tunc nil tribuit, ſecùs ſi inualidus,
quia tunc confirmatio habet vim nouæ
conceſsionis. Iſta ſunt ſingularia verba
Bar. in. l. more. de iu. omni. iu. & ibi Iaſo.
102 melius ꝗ alibi. Facit ad ſuperius dicta qđ
ſingulariter dicit Iaſo. in authẽ. ingreſsi.
ꝙ licèt ſit verũ, ꝙ monachi cùm non ha-
beant proprium, non poſsint condere te
ſtamentũ, poſſunt tamen de licentia Pa-
pæ. Imò, quod eſt plus, ſufficit quòd fa-
cto teſtamento ſuperueniat licentia. ſe-
cundùm Bald. in. l. fi. 2. col. C. vn. legi. ſe-
quitur Paul. in. l. & militibus. de teſta.
mili. vide Iaſo. vbi ſuprà. 2. col.

*Maioratus inſertus in confirmatione, ex certa ſcientia cõfirmatus uidetur.*

*Confirmatio rei inualidæ inducit de nouo, ſecùs ſi rei ualidæ.*

*Teſtari poſſunt monachi de licentia Papæ, & teſtamentum eius ſine licentia Papæ factũ poteſt per Papam confirmari.*

103 Ad prędicta facit bonus tex. in. c. quia
circa. de cõſangui. & affinita. vbi ꝓbatur,
ꝙ licèt ſit verum, ꝙ ſolus Papa poteſt di-
ſpenſare circa gradus cõſanguinitatis. c.
fi. de trãſa. c. quædã lex. 35. q. 3. & in. c. ſcri
pſit. ſi tamẽ aliqui cõtraxerunt in gradu
prohibito ſine licẽtia Papæ, & ſic contra
ctus matrimonij fuit nullus, Papa tamẽ
ex poſt facto poterit diſpenſare in matri
monio cõtracto, quemadmodũ in con-
trahendo. vt dicit text. in. d. c. quia circa.
facit tex. in. c. de gradibus. 25. q. 8. Si ergo
princeps poteſt dare licentiã ad maiori-
catũ nouiter conſtituendũ, à fortiori po
terit maioricatũ conſtitutũ confirmare.

*Papa diſpẽſat in matrimonio tã contrahendo, quàm etiam contracto.*

114 Ad prędicta induco tex. de iure melio
rẽ in. l. quæ in prouincia. §. diuus. de ri. nu
ptia. quẽ in hæc formalia verba ſummè
cõmendat Bal. in. d. c. 1. 2. col. de cõfirma.
vtili. vel inutil. dicẽs, quæro an pater po-
terit petere confirmationẽ ſtatus filiorũ.
tex. eſt in. l. quæ in prouincia. §. 1. nec eſt
opus citare agnatos, etiã ſi filij ſint ince-
ſtuoſi. tex. eſt ibi ſolitarius. & c. qui tex. iũ
cta ponderatione Bal. eſt cõmendabilis.
Primò, in eo quod dicit, ꝙ pater poteſt
petere confirmationẽ ſtatus filiorum, &
ſi ſint inceſtuoſi. Secundò, ꝙ ad confir-
mandũ eorum ſtatum nõ requiritur co-
gnatorũ citatio, & ſi ipſis deferatur hęre
ditas, data filiorum incapacitate. Quem
tex. in iure non reperio inductum ab ali
quo ſcribentiũ. Confirmantur prędicta,
quia princeps dando licentiã ad conſti-
tuendũ maioratum, vel iam cõſtitutum
cõfirmandũ, vtitur ſua iuriſdictione, &
115 priuilegio, ſic quãdo legitimat inceſtuo
ſum, ſed princeps põt alicui cõcedere pri
uilegiũ etiam in præiudiciũ tertij, tertio
non citato. tenet Inno. in. c. niſi cùm pri-
dẽ. de renun. Abb. in. c. cùm olim. de re
iudi. dicens, ꝙ cùm princeps in concedẽ-
dis priuilegijs vtatur iure ſuo, nõ eſt opꝰ
citatione illius, cui per priuilegiũ irroga
tur præiudiciũ. Hoc idem tenet Bal. in. l.
fi. C. quib. res iu. non no. dicens, ꝙ prin-
ceps ſolus, nemine citato, poteſt priuile-
giũ cõcedere, ſic poteſt condere legem:
nã ea quæ poſſunt fieri aliquo inuito, &
à fortiori, ipſo nõ vocato. l. 4. de fideicõ-
miſ. liber. de quo aliquid per Alexã. in. l.
de vnoquoq;. de re iudica. Facit qđ mul-
tùm in ꝓpoſito dicit Bart. in. d. §. & quid
ſi tãtùm. vbi dicit, ꝙ ſi pater diſpoſuit in
ſuo teſtamẽto, ꝙ volebat filiũ ſuum legi
timare, tamen filius ſine alterius requiſi-
tione & citatiõe poteſt legitimã petere.
auth. itẽ ſi quis. C. de natu. liber. & in cor
po. vnde ſumitur. Licèt quãdo nihil cau
tũ eſſet in teſtamẽto paterno, filius nec le
gitimationẽ peteret, niſi reqſitis ijs, quo-
rum

*Spurij poſſunt legitimari etiam ſine coniunctorũ citatione.*

*Princeps poteſt priuilegium concedere in præiudiciũ tertij illo nõ citato, dummodò utatur iure ſuo.*



quorũ intereſt, & cũ eorũ cõſenſu. l. pen.
de nat. reſti. addit tamẽ ibi Bar. ꝙ etiã iſto
ſecũdo caſu poſſet princeps, ſi vellet, etiã
eis irreqſitis. vt in. l. 2. in fin. C. de nat. re-
ſti. Et ſic cõcludit ibi Bar. ꝙ ad petitionẽ
partis factã in teſtamento, prout fuit in
noſtro caſu, filius poſt eius mortẽ poteſt
petere legitimationẽ ſine eo, ꝙ veniẽtes
ab inteſtato ſint citãdi, & etiã quãdo ni-
hil cauit, ſi princeps velit. Et hæc eſt ve-
106 ritas. Quia cùm ĩ noſtro caſu ſupplicatio
fuerit facta in teſtamẽto ante mortẽ cõſti
tuẽtis maioricatũ, cui dubiũ, ꝙ princeps
aliquo non vocato, nec requiſito potuit
cõfirmare iſtum maioricatum? certè de
hoc non poteſt dubitari, quia de hoc eſt
tex. ad literam. in. d. auth. itẽ ſi quis. in pr.
& ibi Salice. Multùm ergo operatur illa
ſupplicatio, quã in ſuo teſtamento facit.

*Legitimari poteſt filius poſt mortẽ patris nullo citato, ſi princeps uelit.*

Stat ergo, quòd princeps poteſt priui
legiũ cõcedere, etiã in præiudiciũ tertij,
illo nõ citato, dũmodò princeps iure ſuo
vtatur, nec illi tertio ꝑ hoc videtur iniu-
riã feciſſe. facit. l. ſi quãdo. in pr. C. đ inof.
teſtam. facit. l. quia aũt. in pr. & in. §. 1. vbi
text. notablis. ff. quæ in fraudem credi.

Præterea regula notabilis eſt, ꝙ paria
ſunt aliqd fieri tẽpore licito, vel tẽpore
illicito, ſi tamen cõferatur in tẽpus licitũ
l. in tẽpus. de hære. inſt. Bar. & Bal. & in. l.
qđ ſponſæ. de do. an. nup. Iaſo. in. l. fi. in
pr. C. de pact. Cùm ergo iſta conſtitutio
maioricatus fuerit collata in tempus cõ
firmationis fiendæ per principem, non
poteſt de ipſa dubitari.

Præterea in noſtro caſu prĩceps facto
teſtamẽto, & cognitis verbis eius, illud
apꝓbauit, & cõfirmauit literaliter, ꝓut
in eo cõtinebatur: quæ quidẽ cõfirma-
107 tio, & approbatio taliter facta excludit
oẽm defectũ ſolẽnitatis extrinſecæ, quæ
poſſet quoquo modo allegari. text. no-
tab. licèt vulgatꝰ. in. l. oĩum. C. de teſtam.
ꝑ quẽ dixit Bal. in terminis in. d. c. 1. de cõ
fir. vtil. vltim. quæſt. ꝙ licèt ſit verũ, ꝙ te-
ſtamẽtũ vſurarij manifeſti antequã vſu-

*Vſurarij teſtamentum etiã defuncti poteſt Papa confirmare.*

ras reſtituat, vel ſatiſdet, ſit nullum. in. c.
quanꝗ. de vſur. lib. 6. iſtud tñ teſtamẽtũ
nulliter factũ ꝓpter đfectũ ſatiſdationis,
põt Papa, cũ crimẽ vſurarũ ſit eccleſiaſti
cũ, poſt mortẽ vſurarij cõfirmare. Moue
tur ꝑ. d. l. oĩum. qđ eſt notãdũ in ꝓpoſito
& fortè ꝑegrinũ. Præterea ad hoc vt ma-
ioratꝰ teneat de rebus, quæ ſunt infra le-
gitimã filiorũ, nõ extra, reqritur licentia
principis, nõ tamẽ reꝑitur iure cautũ, ꝙ
iſta licentia debeat interuenire antè vel
pòſt, nec reꝑitur ꝙ ſit cõiũcta cũ actu te-
ſtãdi, vt videatur eſſe de ſolẽnitate eſſen
tiæ. l. obligari. §. fi. de aut. tu. Quod patet,
qa põt impetrari multo tẽpore ante te-
ſtamẽtũ: ſi ergo nõ requiritur hæc licẽtia
in ipſo actu teſtãdi, ſed ſufficit ꝙ ſit obtẽ
ta multo tẽpore antè, ergo & poſtea ob-
tẽta valet, & cõfirmat teſtamẽtũ. facit gl.
aperta in. d. c. quanꝗ. §. fi. quæ ſecundùm
verã opinionẽ, quã tenet, dicit, ꝙ & ſi te-
ſtamẽtum vſurarij manifeſti ſit nullũ, ſi
enim ꝑſtitiſſet aut ſatiſdat, tamẽ recõuale
ſcit præſtita ſatiſdatione, qđ antea nullũ
erat ex defectu ſatiſda. Idem dicit glo. in
clem. 1. de ſepultu. ꝙ ſi poſt cõditũ teſta-
mentũ ſatiſdat, recuperat eccleſiaſticam
ſepulturã ex defectu ſatiſda. prius amiſ-
ſam. hoc idẽ tenet Bart. in. l. filio præteri-
to. ff. de ini. rup. vlt. quæſt. & ibi Alex. fa-
cit lõgã apoſtillam, allegãs Bal. in. l. 1. de
ſacroſanct. eccle. tenet Anchara. per plu-
res rõnes in. d. c. quanꝗ. vlti. col. cũ ſequ.
Ad ꝓdicta facit tex. iũcta gl. in. l. vniuerſa
đ pre. Impera. offerẽ. vbi habẽs dilationẽ
ad debitũ ſoluẽdũ, tenetur ſatiſdare. ſuffi
cit tñ, ꝙ iſta ſatiſdatio pręſtetur poſt re
107 ſcriptũ impetratũ. Facit melior tex. in. l.
quæ ſoluendo. de hære. inſti. vbi teſtam.
nullũ ex defectu ſolennitatis extrinſecæ
recõualeſcit ceſſante cauſa nullitatis. Et
dicit ibi Bart. ꝙ ille eſt caſus mirabilis. &
allegat pro concordanti tex. in. l. pigno-
ri. ff. eo. tit. & dicit per iſta iura probari, ꝙ
ſi vſurarius manifeſtus tempore teſta-
menti non præſtitit cau. & poſtea illam

*Teſtamentum nullũ an conualeſcat ceſſante cauſa nullitatis.*

præſtat, reconualeſcit teſtamentũ, quod antea nullum erat. quod eſt notandum. Illum textum multùm commendat Ancha. ad hoc in. c. ſi eo tẽpore. de reſcript. lib. 6. & refert Angel. idẽ tenuiſſe diſputãdo. Imò plùs dicit, ꝙ ſi manifeſtus vſurar. in vita non ſatiſdedit, ſed procuratorem tantùm conſtituit ad ſatiſdandũ, ſatiſdatio præſtita, nedum in vita, ſed etiã poſt mortẽ conualidat teſtamentũ illud nullũ, & trahitur retro. regula. ratihabitio. Nec prædictis obſtat ibi text. & in. l. ſi filius. §. ſi filius. de teſtamen. & l. 1. §. ſi filius. de lega. 3. vbi probatur, ꝙ teſtamentum factum ab impubere non firmatur, licèt ſuperueniat maior ætas, vel liberetur à patria poteſtate. Quia illa iura procedunt, quando poteſtas teſtatoris eſt funditus nulla tunc temporis, ſed in caſu, quo non eſt funditus nulla, ſed offuſcata, & ſuſpenſa ex quodam extrinſeco accidenti, vt puta quia nondum ſatiſdederat, vel quia non habebat principis facultatem quantùm ad maioricatum cõſtituendum, tamen ei inerat potentialiter actus teſtandi, tunc amoto tali obſtaculo, & impedimento, & ſic ſequuta ſatiſdatione, vel confirmatione, conualeſcit. iſte eſt text. ſecundùm ipſum in allegata. l. quæ ſoluẽdo. Et ſic non erit opus amplius in ſiſtere ſuper iſto dubio.

Nec ijs, quæ dicta ſunt, obſ. quòd à tẽpore conditi teſtamenti vſq; ad tempus confirmationis ipſius. 60. & plures anni effluxerint, & quòd medio tempore fuerint etiam plures filij, & nepotes procreati. Quinimò dico firmiter tenendũ, quòd etiam ſi omnia alia ceſſarent, eſſet tunc propter hoc maioricatus ſuſtinendus, etiam ſi non eſſet ſequuta principis approbatio, & cõfirmatio. Ad quod ſic dicendum induco tex. ſingula. in. l. filio preterito. de ini. rup. ff. vbi probatur, ꝙ licèt ſit verum, ꝙ ſit ipſo iure nullum teſtamentum, in quo filiusfamiliàs præteritus eſt, ſi tamen poſt præteritionem ſe abſtineat ab hæreditate paterna, teſtamẽtum priùs nullũ reuiuiſcit, & valet. quod probat ibi text. dum dicit, quòd ſi bonis ſe patris abſtinuit, licèt ſubtilitas iuris refragari videatur, attamen voluntas teſtatoris ex bono & æquo tuebitur.

109 Addit ibi gloſ. notabilis, idem eſſe, ſi filius ſemper taceat. & ſic intelligitur text. in. l. ſi filius. de lib. & poſthu. vt procedat, quãdo filius preteritus vult dicere teſtamentum nullum, ſecùs ſi abſtineat, vel ſi taceat, quod idem eſt ſecundùm gloſ. notabilem, ibi. Hoc firmat ibi Bart. penul. col. verſic. præterea. dicens, quòd quando filius præteritus tanto tempore tacuit, quòd ſit præſcriptum iuri adeũdi vel immiſcendi hæreditati paternæ, vt de iure ciuili per. 30. annos, tunc iſtud diutinum ſilentium habetur pro expreſſo conſenſu, & repudiatione: & ſic eodẽ modo, quo filio preterito conſentiente, confirmatur teſtamentum nullum ex cauſa præteritionis: ita eo ſilente per totum tempus, quod ſit præſcriptum iuri adeundi: quia paria ſunt quem excludi repudiatione, vel tempore. l. 2. §. expectãdi. de bo. poſſ. ſecũdùm tab. Quod adeò procedit, ꝙ ſi talis præteritus tacuit per annum, ex tali teſtamento in quo filius eſt præteritus, debetur bo. po. ſecũd. tab. text. eſt & ibi gloſ. in. l. ſi impubes. §. fi. de carbo. edicto. quia prætor tacentem per annum habuit pro omittente, vt ibi. Si ergo prædicta de iure militant, certiſsimum eſt de iure, quòd pater de cõſenſu filij poſſet ipſam legitimam grauare, & modum, & conditionem apponere, ſecundùm Bal. in. l. ſi pater. C. de inſtitu. & ſubſti. & in. l. poſthumo. de bo. po. contrata. nec ſtante conſenſu filiorum eſſet opus aliqua licentia principis ad maioricatum de dictis bonis conſtituendũ, per ſuprà dicta. Sed iſte conſenſus temporis diuturnitate, & ſic præſcriptione legitima fuit cauſatus, quia paria ſunt, quòd quis excludatur à querela inofficioſi

*Teſtamentum nullũ filij præteritione, taciturnitate eius firmatur.*



cioſi repudiatione, vel tẽpore, vt dictum eſt: igitur neceſſariò erit concludendũ, quòd etiã ſine principis approbatione iſte maioricatus ſit ſuſtinendus iſta, & alia prima rõne, cùm. 60. & plures anni effluxerũt, & vſq; hodie teſtamẽtũ prædictum nunq̃ fuit querelatũ, quãto magis ſine dubio procedit ſtante dicta principis cõfirmatione, q potest trãſgredi leges. §. fi. Inſti. qb. mo. teſtam. infirmetur. l. princeps legibus. ff. de legib. licèt priuatus non poſsit. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. l. 32. tit. 9. part. 6.

110 Superioribus etiã proxima eſt quæſtio ſequens ex facto agitata.

*Maioratus bona an & quanto tẽpore poſſint præſcribi, & ſi præſcribi poſsint, an contra præſcrip. detur reſtitutio.*

Quidã maioratũ cõſtituit de ampliſſimis facultatibus, & expreſsim earũ rerũ eo maioratu cõtentarũ alienationem ꝓhibuit: ea ſimiliſue ꝓhibitio per principem, qui illum maioratum confirmauit, facta fuit, & etiam per legem, & varias vocationes, & ſubſtitutiones fecit, vt moris eſt.

Deinde vnus ex ijs, qui ad illum maioratum fuerunt inuitati, contra formã ipſius maioratus & multiplices illas prohibitiones quædã bona ipſius incõſulto principe alienauit, dubitabatur de trib[9].

Primùm, an ex vi illius tituli res illæ poſſent præſcribi.

Deinde dato quòd præſcribi poſſent, quanto tempore præſcriberentur.

Poſtremò, an ſi præſcribi poſſent, reſtitutio tamen aduerſus talem præſcriptionem concedenda eſſet.

Et videtur dicẽdum quòd habeat locum præſcriptio. Primò, quia certũ eſt, quòd pater legitimus adminiſtrator bonorũ minoris filij etiam ſi habeat vſumfructum, tamen non poteſt prędicta bona alienare. l. 1. l. quidquid. l. ſi viua. C. de bon. mater. l. quicunq;. C. de bon. quæ libe. adeò ꝙ. d. tex. in. d. l. 1. ꝙ emptor. nullã potuit opponere præſcriptionem filijs quandoq; rem ſuam vendicantibus. &c. tamen non obſtante, ꝙ à lege alienatio ſit prohibita, ſi tamen cõtra legis prohibitionẽ alienet, poterit emptor præſcribere ſpatio. 30. annorũ, tempore incipiẽte filijs currere, poſtq̃ ſuę poteſtatis apparuerunt &c. Idem ergo dicendũ in propoſito, vt quanuis alienatio bonorũ maioricatus ſit prohibita, & ideo nõ habet locũ præſcriptio, intelligatur de præſcriptione. 10. vel. 20. annorũ, non tamen de longiſsima, ſcilicet. 30. vel. 40. annorum.

Secundò, quia nemo poteſt facere, quin leges locũ habeant in ſuo teſtam. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. vnde cõtrahẽtes nequeunt præſcriptionẽ vetare. vt eſt cõmunis op. de qua edocemur. s̃. §. 10. nu. 6.

Tertiò facit, quia propter bonũ publicum inducta eſt vſucapio. l. 1 ff. de vſucapionibus. bono autẽ publico nocere nemo poteſt. l. ius publicũ. ff. de pact. l. priuatorũ. C. de iuriſdict. omniũ iud. l. quidã decedens. in pr. ff. de adminiſtratione tutorũ. ergo. &c. vt diximus in. d. nu. 6.

Quartò eſt tex. in. l. Sticho. ff. de vſufr. legato. vbi rẽ reſtitutioni ſubiectã alienaui, & emptor eã vſucepit, nõ ſecùs, quàm ſi reſtitutioni ſubiecta non foret.

Quintò eſt tex. in auth. hæc conſtitutio innouat. coll. 8. vbi lex negat longiſsimi temporis poſſeſſorem inquietãdum.

111 Per quem text. & alia plura quàm. 30. fundamenta tenuimus ſuprà. §. 10. nu. 40. cũ ſeq. ꝙ in rebus maioratus, in quibus caſibus currit præſcriptio, in illis omnino ceſſat regulariter reſtitutio ex capite iuſtæ ignorantiæ. vt ſi quis ſit impeditus agere, aut id impedimentum impediat ipſo iure curſum pręſcriptionis, aut ſi non impediat, tunc non præbeat vllũ aditum reſtitutionis impetrandæ.

*Præſcrip. nũquàm reſcindi reſtitutione contra cõem.*

112 Sextò certum eſt, quòd eccleſiarũ bona nõ debẽt, nec poſſunt alienari. c. nulli c. ſi quis presbyterorũ. de reb. eccleſ. l. iubem[9]. & auth. hoc ius porrectũ. de ſacroſan. eccleſ. 12. q. 2. ꝑ totũ. prædicta tñ ꝓhibitione nõ obſtante, poſſunt res eccleſię præſcribi ſpatio. 30. vel. 40. annorũ. c. de

*Præſcribi du poſsint alienari uetita.*

 quar-

quarta.de præſcrip. auth. quas actiones.
de ſacroſanct.eccleſ.iuncta.l.fi.eod.tit.
Septimò,certum eſt,quòd.l.Iulia.pro
hibet alienationem feudi dotalis. l. lex
Iulia. & per totum titulum.ff.de fundo.
dot. tamen fundus dotalis præſcriptibi-
lis eſt.l. ſi fundum. ff. eo.l.in rebus.§.
omnis.C.de iu.do.
Octauò probatur apertiùs.Certũ eſt,
ꝙ res furtiuę,& vi poſſeſſæ, non poſſunt
præſcribi.§.furtiuæ.de vſucap. hoc tamẽ
verũ eſt in præſcriptione lõga.10.vel.20.
annorũ, ſecùs tamẽ in longiſsima. vt ibi
per glo.per text.in.l.omnes.&.l.ſicut.de
præſcrip.30.annorum.eſt melior tex. de
iure ibi.& in.l.omnes.eod.tit.
Nonò, certũ eſt, ꝙ alienatio rerũ im-
mobiliũ ipſorũ minorũ eſt prohibita per
l.expreſsè, & etiam mobiliũ,quãdo poſ-
ſunt ſeruãdo ſeruari.l.lex quæ.de admi-
niſtra.tutorũ.l.1.& ꝑ totũ. ff.de rebus eo
rũ. imò,quod plus eſt, res pupilli vſuca-
pi non poſſunt.l.bonæ fidei.ff.de acqui-
ren. rerum domi. præſcriptio tamen.30.
vel.40.annorũ remanet in ſuo ſtatu con
tra minores, & eorum bona. caſus eſt in
l.fi.C.in quib.cauſ.in integ.reſti.& ſic cõ
tra minorem adultũ currit præſcriptio.
30.vel.40.annorum.licèt non contra pu
pillum.l.fi.in fi.C.ſi maior fact.vẽdi.&c.
l.ſicut.de præſcrip.30.annorũ. Vnum ta
men eſt,ꝙ adultus reſtituitur contra prę
ſcriptionẽ triginta vel quadraginta an-
norũ.vt ibi glo.quæ allegat text. in.l. ait
prætor.in princ.ff.de mino. probat text.
& ibi gloſ.in.l.1.C.ſi aduer.vſucap.
113 Decimò indu.tex.iuncta gl. in prima
De ead.re. expoſitione in.c.pręterea.đ capit.corra-
di. in vſibus feudorũ. vbi text.ſic forma
liter dicit, Præterea vt liceat dominis o-
mnes alienationes feudi factas nulla ob-
ſtan.præſcriptione. & gloſ. intelligit ibi
text. quòd per prædicta verba intelligi-
tur ſummota præſcriptio.10. vel.20. an-
norum,non autem.30. vel.40.ſecũdùm
primam expoſitionem gloſ. quam dicit
veriorem. quam gloſ.ſequũ. Ioan.Ana.
prout ibi refert Bald.in tit.de feud.2.col.
in additi.ad Specula.& vide Abb.in.c.fi.
de præſcrip.& vide tertiam partitam.tit.
29.l.quæ incipit.30. annos. &c. vbi pro-
batur,quòd per hæc verba, nulla præſcri
ptione obſtante,prolata à lege, remoue-
tur præſcriptio ordinaria, non autẽ lon-
giſsima.& idem Paul.de Caſtro. in lege.
fi.C.commu.de lega.
114 Vndecimò induco tex. iuncta gl. in De ead.re.
l.vniuerſis. C. ne rei domi. vel tẽplo. vbi
ſi colonus eccleſiæ, vel principis vendit
rem, poteſt poſtea per eccleſiã, vel prin-
cipem vendicari, nulla temporis longiſ-
ſi.præſcrip.obſt.Dicit tamen gloſ. quòd
hodie per auth.quas actiones.currit præ
ſcriptio.30.vel.40.annorum.
Duodecimò accedat text.notabilis in
l.fi.§.fi.de legat.2.vbi probatur,quòd res
ſubiecta reſtitutioni per fideicommiſ-
ſum poteſt ex iuſta ignorantia efficaci-
ter alienari, vt non poſsit vendicari, ſed
ſolùm debeatur pretium ab hærede do-
nantis.
115 Decimotertiò pro hoc.l. finalis. §. fi- De ead.re.
na.communi.de leg. vbi eſt tex.apertus,
quòd res prohibita alienari, poteſt præ-
ſcribi ab offi. poſſeſſore. ibi enim loqui-
tur tex.in re prohibita alienari, quæ ſub-
iecta eſt reſtitutioni.& dic. bo.fi. procul
dubio emptoribus integra iura ſeruari.
& ex illo text.dicebat Guiliel. de Cuno.
prout refert Bal.in.l.quotiens.circa fi.de
fidei.ꝙ res prohibita alienari, præſcribi-
tur longo tempore, ſi alienans habeat
perfectam ætatem,& præſcribens poſsi-
deret tit.& bo.fi. quia præſcriptio, vt di-
cit ipſe, idem operatur, quod permiſsio
à lege,cùm ſit quędã alienatio à lege per
miſſa, quæ non tollitur per prohibitio-
nem rei, quæ ſubijcitur reſtitutioni.vt
dict.l.fi. Et licèt Bald.in dict.l.quotiens.
intelligat tex.in dict.l.fi.& Domi.Guili.
in prohibitione tacita, ſecùs dicit in ex-
preſſa. bene tamen fatetur Bald. quòd
longiſsi-



longiſſimo tempore etiam aduerſus prõ
hibitionem expreſſam procedit præſcri-
ptio. quod etiam tenet Paul.in.d.l.fina.
Præterea ponitur,quòd fuit facta aliena-
tio ab ignorante,& ignoranter. ergo po-
teſt pręſcribi.10.vel.20.annorum ſpatio.
Bal.in.l.2.de vſu.pro emp.Bar.in.l.fin.§.fi.
de leg.2.& ita procedit præſcriptio ex er-
rore facti,licèt non procedat ex errore iu
ris: imò etiam ſi eſſet error iuris immixtꝰ
errori facti,procederet.d.præſcrip.10.vel
20.annorũ,vt dicit glo. in. l. ſi vir.de vſu.
pro dom. ff. maximè ſi ius, in quo erra-
bat,erat ius ciuile,& dubiũ. vt notat mul
tùm ſingul.Pau.in.l.Celſus.de vſucapio.
arg.notatorum Inſti.de obliga. ex quaſi
delict.§.1.
His tamen non obſtantibus,videtur tẽ
nendum præſcriptionem non currere.
116 Ad cuius rei manifeſtationem oportet
De ead.re. talem facere diſtinctionem.Nam aliquã
do prohibetur rei alienatio ſolùm à lege,
aliquando à ſolo teſtatore, aliquando à
ſolo principe. Multoties tamen prohibi-
tio legis concurrit cum prohibitione te-
ſtatoris de non alienando,pluries tamen
contingit, quòd prohibitio.l. concurrit
cum prohibitione teſtatoris, & etiã prin
cipis, vt in noſtro caſu. Item prohibitio
alienationis facta ab homine, quandoq;
fit in contractu.d.l.ea lege.de condit. ob
cauſ.l.ſi ita quis.§.ea lege.de verb.obliga.
quãdoq; in vltima voluntate,vt in dictis
locis latè glo.proſequitur.De prohibitio
ne in contractu nil in propoſito dicendũ
eſt,quia nil ad rem noſtrã. Pręterea pro-
hibitio alienationis quãdoq; expreſsè fit
ab homine,lege,vel principe, quandoq;
verò tacitè. Tacita prohibitio alienatio-
nis ab homine fit hoc modo, putà ſi pa-
ter duobus filijs inſtitutis eos inuicẽ per
fideicõmiſſum cõſtituit,nec expreſsè pro
hibuit iſtius rei alienationem, ijs verbis
teſtator tacitè ratione iniuncti fideicom
miſſi viſus eſt alienationem prohibere,
non autem expreſsè. Ita formaliter decla
rat glo.in.l.cùm pater.§.libertis.de leg.2.
in verſi.ne alienarent.& ex iſta tacita pro
hibitione hominis,reſultat hodie expreſ
ſa prohibitio legis, ſecundùm quam res,
quæ ſubiacent reſtitutioni, non poſſunt
alienari.authen.res quæ.C.cõmu.de leg.
l.ſi duobus.§.ſed quia.ibi,quia ſatis abſur
dum.extra eod.tit. plenè in.l.Marcellus.
§.res quæ. & in.l.Imperator. ad Trebell.
ff. Et ſic in noſtro propoſito ratione ſo-
lius fideicommiſſi iniuncti per conditio
nem maioricatus reſultat prohibitio alie
nationis tacitę,& vltra hoc prohibitio le
gis expreſſa,& ſic veriſſimè in propoſito
cõtinetur, quòd hìc ſtat prohibitio legis
expreſſa. Item vltra prædictam prohibi-
tionem hominis tacitam, quæ à lege eſt
expreſſa, vt dictũ eſt, in noſtro caſu ſtat
alia & ſecunda,& adhuc fortior prohibi
tio facta ab homine in teſtamento, hoc
eſt, à conditore maioricatus, qui poſtq̃
maioricatum conſtituit ſui generis per-
petuum,& omnes ipſius ſucceſſores per
ordinem vocauit, adiecit hæc formalia
verba,& is maioratus nullo titulo, aut tẽ
pore poſſit alienari. multùm ſunt ponde
randa hæc verba. Item vltra omnes præ-
dictas prohibitiones legis & teſtatoris ex
preſsè factas, vt dictum eſt, in noſtro ca-
ſu ſtat alia prohibitio expreſſa principis,
& ſic legis viuæ, qui viſis, & cognitis ver
bis teſtamenti, in conſtitutione maiori-
catus & prohibitionis, cuius tenor ad li-
teram in priuilegio cõtinetur, confirma
uit & approbauit ex certa ſcientia,& pro
prio motu. nam tenor teſtamẽti inſertus
in priuilegio,operatur idem, quod clau-
ſula ex certa ſcientia.& nõ amplius opor
tet de fide teſtamenti dubitare. tex.eſt &
ibi glo.notab.in.c.venerabilis.de confir.
vtili vel inut.imò,quòd plus eſt, etiam ſi
à principio maioricatus nõ tenuiſſet, ex
quo inſerto tenore teſtamenti princeps
117 confirmat,valet,& tenet. tex.eſt in.c.1.& *Inſertæ ſcri*
in.c.veniẽs.de cenſib.quę iura allegat gl. *pturæ uir-*
in.d.c.venerabilis. facit tex. in.l. omniũ. *tus.*

de teſta.ſed princeps confirmando maio
ricatum contentum in teſtaméto, cuius
tenor in priuilegio eſt inſertus, videtur
eandem prohibitionem alienationis fa-
ctam eiſdem verbis feciſſe. quia omnia
noſtra facimus &c. l.1.§.ſed nec.de veteri
iure enuclean.C. Item in noſtro caſu eſt
diligenter notandum, quòd non ſolùm
prohibetur expreſsè alienatio per legé,
& principem, & teſtatorem, verùm etiã
eſt appoſitum decretum irritans, ſi cótra
factum fuerit, per principem, & teſtato-
rem. quod apertè probatur in teſtamen-
to (vt dicitur) his verbis, Et volo, ne vllo
vnquam tempore prædictorum rerum
alienatio pignoris ve datio fieri poſſit. id
quod etiam repetitũ fuit in facultate ab
principe conceſſa.

Reſtat ergo ex omnibus ſuprà dictis ve
rum eſſe, ꝙ in noſtro caſu ſtat prohibitio
certa teſtatoris, & etiam expreſſa, vt iſta
bona perpetuò ſint inalienabilia, & ma-
ioricatus indiuiſibilis. Item eſt expreſſa
prohibitio legis, & etiam principis cum
decreto irritante, & ideò patenter oſten-
ditur dicta bona non potuiſſe præſcribi
per ſequentia iura, & reſponſiones.

Primò hoc probatur ex qualitate rei,
ſcilicet, quæ conceditur, quæ iure maio-
118 ratus fuit relicta per teſtatorem, quod ius
primò eſt formatum lege diuina, canoni
ca, & cõſuetudinaria, ſecundùm Io. And.
& alios in.c.licèt.de voto.per illum text.
ex quo conſuluit Abb.conſi.3.volu.2. ꝙ
teſtator non poteſt primogenito ius au-
ferre, vt alius filius ſuccedat in regno, vel
ducatu, ꝗa nõ poteſt facere vt leges &c.
l.nemo poteſt.de leg.1. & ibi refert & ſe-
quitur Iaſ.in princ. quod eſt notandum.
Accedat quod eleganter dicit Bald. in.l.
quotiés.de fideicom. quòd ſic formatur
tacitè fideicõmiſſum, quod eſt notatu di
gnum &c. per dict.Bal. allega. glo. ſing.
in.l.codicillis.§.inſtituto. de lega.2. & ibi
Imol.4.colum.

*Maioratus fulcitur lege diuina canonica et cõſuetudinaria ſecũdũ quoſdã.*

Secundò hoc probatur propter ſolum
onus fidei. iniuncti perpetuò per teſtato
rem, qui maioricatũ conſtituit, quo caſu
res quę ſubiacet reſtitutioni, eſt à lege ex
preſsè prohibita alienari, etiam ſi non in
teruenirct expreſſa prohibitio teſtatoris,
authen.res quæ.C.commu. de lega.

Et ex eo, quòd iſtius rei per legem pro-
hibetur alienatio, non procedit præſcri-
ptio.l.fi.§.ſed quia noſtra maieſtas.ibi, ꝗa
ſatis abſurdum. Et melius in.§.ſin autem.
ibi, ſciat, quòd conditione impleta ab in-
itio cauſa in irritum deuocetur, & ſic in-
telligenda quaſi nec ſcripta, nec penitus
&c. vt nec vſucapio, nec longi temporis
præſcriptio. Nec obſtat quod ibi dicit
Paul. vt ſuprà retuli. quia infrà ſuo loco
patebit reſponſio.

Tertiò prædictis fauet text. iuncta glo.
in.l.vbi lex.de vſucapio. cuius verba, vbi
lex inhibet vſucap. bona fides poſſidéti
nil prodeſt. &c. & ibi glo. tenet apertè,
quòd vbi lex expreſsè prohibet alienari,
conſequenter cenſetur vſucapio prohi-
bita. Et addit rationem, quia dum lex ex
preſsè prohibet alienationem, tacitè in-
telligitur prohibere vſucapionem.l.alie-
nationis.de verb.ſigni. Et ibi Bar. dicit, ꝙ
prædicta glo. allegatur quotidie, quòd
vbicunq; aliàs prohibetur alienatio, pro
hibetur vſucapio. quod expreſsè dicit te
nuiſſe Azo. in ſumma. C. de vſu.ꝑ emp.
quod dicit eſſe quotidianum. Idem ex-
preſsè Imola in.l. filiusfamiliàs.§.diui. 4.
col.de leg.1.in verſi.item adde. vbi refert
Bar. tenentem contrarium eius, quod te
nuerat in.d. l.vbi lex. & dicit verius eſſe,
quòd res prohibita alienari, nõ poſſit prę
ſcribi, vt priùs tenuerat. & ibi reſpondet
ad.l.qui hæredi.§. ſic pars.ff.de condit.&
demonſt. Item dicit non ob.l.fi. C.com-
mu. de lega. imò potiùs fac.pro.ibi, nullo
obſtaculo &c. Eandem ſentétiam tenet
Imol. meliùs quàm alius in. d. l.vbi lex.
contra Bar.in.d.§. diui. & ibi reſpõdet ad
omnia allegata per Bar. allegant ibi glo.
expreſſam in.l. non eſt incognitum. C.

quib.



quib. nõ obſtat lon. tempo. præſcri. quæ
apertè arguit, quòd cùm res immobilis
minoris nõ poſſit alienari, ergo nec præ-
ſcribi. ita etiã arguit glo. in.l.fi. C.in qui-
bus cau. in integ.reſtit. & in.l.1.C.ſi adu.
vſucap. ſed non præciſè reſidet, prout gl.
in.d.l. non eſt. Vltra ſuperius illata ego
allego glo.fi.l.quéadmodum. C.de agri.
& cenſi. lib. 11. quã ibi cómendat Platea
& dicit, quòd tota die allegatur, ꝙ vbi-
cunq; à lege prohibetur alienatio, prohi
betur vſucapio.l.vbi lex.& ibi gl. & Bar.
de vſucapio. quod dicit ipſe procedere,
ſiue prohibitio fiat per ſtatutum, ſiue per
vltimã voluntatem, vel in contractu, ta-
liter, quòd impediatur dominij tranſla-
tio. & ita dicit tenere Bart.in.d.l.vbi lex.
& in.l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verb.obli.
Iſtam parté tenet Ange.in.d.l.vbi lex. &
approbat glo.in.d.l.nõ eſt.& vltra refert
Iaco.de Raué.& Cin.in.d.l.fi. C. in quib.
cau.in integ.tenétes, quòd ſi prohibetur
alienatio indiſtinctè, tũc prohibetur vſu
capio, ſed ſi non prohibetur ſimpliciter,
ſed demũ ſeruatis certis ſolénitatibus, vt
eſt videre in re eccleſiæ & minoris, tunc
non prohibetur vſucapio, quia illæ ſolé-
nitates ſolùm concernunt alienationem
hominis, & nõ legis, & ideò dicebant res
minoris poſſe vſucapi ante illã legem.
Hoc etiam refert Bar.in.d.l.fi. in fi.4.col.
vbi reprehendit quãdam ſolutioné glo.
ibi, inquantum dicit, quòd nõ procedat
iſta argumétatio.ſ.quod nõ poſſunt alie-
nari &c. imò dicit ipſe, ꝙ procedit iſtud
argumentum. Nec ob. quòd res mino-
ris non poſſit alienari, tamen ante illam
legem poterat præſcribi. Nam dicit ipſe
dicendum ſecundùm Iaco.de Are. quòd
rei minoris non eſt prohibita ſimpliciter
alienatio, ſed eſt permiſſa cum decreto,
meritò poteſt præſcribi, & ideò in dicto
caſu ſuprà traditum argu. non procedit,
ſecùs tamen dicit, quando purè, & ſimpli
citer eſt alienatio prohibita, nã tunc pro
cedit dicta argumentatio, vt ea quæ non
poſſunt alienari &c. Quod eſt notãdũ,
quia licèt obſcurè loquatur Bart. tamen
idem tenet quod Ang. Hoc idem elegã-
tius tenet Bal.in.d.l.fi.2.col.verſ. ité nota.
quem omnino videas, vbi ſingulariter &
ſubtiliter concludit, quòd prohibita alie
natione ſimpliciter & abſolutè, eſt veriſ-
ſima illatio, quòd conſequéter videatur
prohibita præſcriptio: ſecùs ſi nõ ſimpli
citer, & abſolutè, ſed adiecta aliqua certa
forma, vtputà, ſine decreto, & tunc non
eſt vera conſequétia, quòd prohibita alie
nari, non poſſint præſcribi. Et iſta eſt ve
ra concluſio, in qua conueniunt Iacob.
Butri. Bar. Ang. Io.de Imo.& Bal. & etiã
Pau.de Caſt. in. d.l.fi. Cùm igitur in no-
ſtro caſu ſimpliciter, & abſolutè pluri-
bus verbis repetitis ſit prohibita aliena-
tio, res taliter alienari prohibita, non po-
teſt præſcribi. Et iſta eſt veritas in hoc ar-
ticulo dubitabili. Item vltra expreſſam
prohibitionem legis reſultantem ex taci
ta iniunctione fideicommiſſi, concurrit
etiam in noſtro caſu expreſſa prohibitio
alienationis facta per teſtatorem ſimpli-
citer, & abſolutè, ibi, dum dicit, alienatio
né nullo tit. fieri poſſe &c. Adduco text.
in.l.2.C.de vſucap.pro emp. vbi ſi tutores
vendiderunt ſeruos, quos propter præfa
tæ artis peritiam teſtator iuſſit ſeruari, nõ
poterunt vſucapi. vbi Bal. dicit ſic forma
liter. Nota, quòd hominis prohibitio im
pedit alienationem legalem. & iterum
in fi. Vltimò vides, quòd præſcriptio eſt
legalis alienatio, & tunc impeditur per
hominis prohibitionem. fac. de verbor.
ſig. l.alienationis. Hunc intellectum ad
d.l.2. poſuit Bar. prout ibi refert Imo.in.l.
filiusfamiliàs.§.diui.2.de leg.1. prima col.
cuius verba ſunt extra glo. addito dictis
per Bart. Primò circa intellectum.l.2. de
vſucap.pro emp. Nam ex intellectu Bar.
habes, quòd vbi concurrit prohibitio te
ſtatoris cum prohibitione legis, fortifica
tur, & augetur prohibitio legis, adeò, ꝙ
non poterit res alienari etiã in caſu aliàs

per

per legẽ præmiſſo. Ad prædicta accedat
glo.in.l.fi.de reb.alie.nõ alienã.glo.1.cir-
ca fi.quæ dicit,ꝙ licèt ſit verũ,ꝙ prohibi-
tio alienationis facta in cõtractu, nõ im-
pediat tranſlationẽ dominij.l.ea lege. de
cõd.ob cau.l.ſi ita quis.§.ea lege.de verb.
oblig. ſi tamẽ prohibitio hominis facta
in cõtractu concurrit cum prohibitione
legis,ita impedit tranſlationem dominij,
ac ſi eſſet facta in vltima volũtate. Idem
tenet Innocen. in.c.Rainaldus. de teſta.
Ad prædicta facit tex.ſingula.in authen.
de aliena. & emphy.§. ſcripſimus. col.9.
vbi probatur,quòd licèt ſit verum,quòd
res eccleſiæ poſſent aliàs licitè alienari in
cauſa redẽptionis captiuorũ,tñ ſi appona
tur cõditio à donãte tẽpore donationis,
ꝙ res nõ alienetur,nõ poterit talis res alie
nari,etiã in caſu permiſſo.vt in. d. authẽ.
hoc ius porrectũ.& ĩ.d.c.ſine exceptiõe.
119 De ead.re. Item in cõfirmationẽ prædictorũ facit
tex.iuncta glo.in.l.tutela.C.de adminiſt.
tuto. vbi probatur, quòd licèt ſit verũ, ꝙ
de iure illo ędificia vrbana deberent alie
nari, & vẽdi per tutores, vt ibi dicit glo.
quæ allegat.l.lex quæ tutores. ſi tamẽ te
ſtator prohibuit alienationẽ, etiam ſecũ-
dùm illud ius,non poterunt à tutoribus
alienari. Fauet ſupradictis id, quod ſin-
gulariter dicit Bal.in.c.præterea. de capi.
corra. vbi glo.dicit apertè,quòd licèt va-
ſallus non poſſit feudum alteri vendere,
poteſt tamen infeudare.& poſtea Bal.di-
cit ſic formaliter, Quæro ſi eſt appoſitũ
pactum expreſſum de non alienando,an
habeat locũ glo.quæ dicit infeudari poſ-
ſe? Reſpon.nõ,vt pactum aliquid opere-
tur. vt notat. ff.ſi quis cau.l.& ſi quis.§.
quæſitũ.in fi.glo.Item quãdo prohibitio
noua adijcitur prohibitioni veteri,habet
ampliare, ſicut dicimus à cõtrario in per
miſſione.vt per doct.in.l.1.§.itẽ nũtiatio.
de operis no. nun. & in authen. de alien.
& emphy.§.ſanctiſſim⁹. Itẽ ad omnia ſu
prà dicta induco Bal.in.l.fi.verſ.ſed pone
teſtator.C.de pact. inter empt. vbi dicit,
quòd ſi teſtator reliquit eccleſiæ cẽtum,
vt inde feudum emat, eccleſia emit fun-
dũ,& vult vendere, dubitatur an poſſit.
Et dicit quòd non, quia videtur actũ ad
hoc,vt emat & perpetuò poſſideat. alle-
gat.l.Titio centũ.§.1.ibi,ac ideò cautionẽ
interponendã,vt & fundus comparetur,
ac poſtea non alienetur &c. Præterea &
quartò hoc ſic oſtẽditur. Nam argumẽ-
tum eſt,ꝙ quãdo res prohibetur alienari
ſolùm tacitè per teſtatorẽ etiã ſecũdùm
oppoſitionẽ Paul.de Caſt.in.l.fi. cõm.de
lega. requiritur longiſſima poſſeſſio, vt
res poſſit præſcribi: quia certũ eſt, quòd
ordinaria præſcriptio non habet locũ. vt
ibi apertè dicit tex.ſed ſi diceremus quòd
eadẽ longiſſima poſſ. ſufficit qñ res eſſet
prohibita per teſtatorem alienari, & etiã
per legẽ,nihil videretur operari expreſſa
prohibitio teſtatoris, cõcurrente etiã ex-
preſſa prohibitione legis,quod eſt abſur
dum: quia expreſſa prohibitio teſtatoris
totaliter impedit tranſlationẽ dominij,
ſecùs in tacita.glo.ſingul.in.l cùm pater.
§.libertis.de lega. 2. in verſi. ne alienaret.
quam cõmendat Bal.in.c.1.de prohi.feu.
aliena.per Lotha.ad fi. Accedat quod ſin
gulariter dicit Bald.in.§.donare.qualiter
feud.aliena.poſſ. vbi dicit, quòd authen.
res quę. non habet locũ in re feudali,nec
in alia,quę ſui natura prohibetur aliena-
ri, vel expreſſa prohibitione teſtatoris,
vel cõtrahentis eſt prohibita alienari,ſed
ſolùm in caſu proprio illius authẽ. eſt ſer
uanda,& nõ trahenda ad conſequentiã,
quia cùm ſit ibi ſpeciale &c. Accedat gl.
quã cõmẽdat Bal.in.l.2.C.vt in poſſ.lega.
quę dicit,quòd licèt ſit verũ,quòd pro le
gato cõpetit hypotheca.l.1.cõmu.de leg.
teſtator tamẽ expreſsè poteſt prohibere,
quòd pro legato nõ cõpetat hypotheca.
idem ibi Paul.idẽ Bart.in.l. nemo poteſt.
de.leg.1.2.col. & ibi Iaſ.7.col. vbi cumu-
lat etiã in propoſito multa. Ad prædi-
120 cta facit tex.notabilis ſecundùm Bal. ibi De ead.re.
in authen.ſed in ea re. C.ad legem falcid.
quæ



quæ dicit, quòd de re expreſsè prohibita
alienari non detrahitur falci.& ibi in ad-
dit. ad Bal.ponitur ratio ſuperius aſſigna
ta.ſ. ratione expreſſæ prohibitionis, quæ
ab ipſo princi. impedit dominij tranſla-
tionẽ, licèt ſecùs in tacita. allegat glo. in
d.l.cùm pater.§.libertis. Ad prædicta in-
duco Bal.in proprijs terminis in allegato
c.præterea.de cap.corra. vbi tenet, quòd
ſi ſtatuto caueatur,quòd inſtrumentum
publicum mandetur executioni, nõ ob.
aliqua præſ. debet neceſſariò intelligi, ꝙ
per prędicta verba ſit remota longiſſima
præſcriptio longiſſimi temporis.ſ.trigin-
ta, quadraginta annorum, quia aliàs ni-
hil poſſet operari verbum ſtatuti. Ita vi-
detur neceſſariò dicendum in noſtro ca
ſu: quia ſi intelligemus,quòd ſolùm lon
ga præſcriptio eſſet ſublata, expreſſa pro
hibitio teſtatoris nihil operaretur, cùm
aliàs ſtãte ſolùm tacita prohibitione etiã
ſecũdùm opinionem Paul.de Caſt. requi
rebatur longiſſima.
121 De ead.re. Præterea vltra omnes prædictas prohi
bitiones legis & teſtatoris ſtat etiam alia
prohibitio principis ſimpliciter & abſo-
lutè in perpetuum facta cum decreto ir-
ritante, quæ ſola impedit omnem præ-
ſcriptionẽ,quantò magis debet illam im
pedire concurrendo cum prohibitione
expreſſa legis & teſtatoris? Hoc in termi
nis tenet Fran. Aret.conſi.15.pe.col.verſi.
circa tertium. iſta ratione: quia priuile-
giũ nihil operatur circa hoc,ſi per ipſum
non intelligatur, remota etiã præſcript.
longiſſ. temporis.ſ. triginta vel quadra.
annorum. cùm aliàs de iure cõmuni alia
præſcript. nullo modo poſſet habere lo-
cum. verba igitur priuilegij vltra ius cõ-
mune remouent etiam longiſſimã præ-
ſcriptionem. allegat ad hoc Bald. in.d.c.
præterea. de cap. corra. quẽ ſuprà retuli.
allegat etiam Angel. in eiſdem terminis
in.l.ſi quis decurio.de decurio.lib.10.ſed
hoc apertiùs tenet Bar.in terminis Bal. in
l.cùm ſatis.de agri.& cenſi.lib.11.fauet ſu
pradictis glo. notabilis in authent. quas
actiones.in verſi.excluduntur.propè me
dium.vbi dicitur, quòd hodie poſſet ali-
cui eccleſię citra Romanam concedi pri
uilegium,quod minor pręſcrip.centum
annorũ contra ipſam non currat, vt fuit
conceſſum eccleſiæ Romanæ. & illam
glo.cõmendat ibi Bar.3.col.& etiam Bal.
1.colũ.& ſic concludit Imol.vbi ſuprà,ꝙ
in hoc caſu ſolùm currit præſcriptio cen
tum annorum.
122 Præterea & ſextò,vltra prohibitionem De ead.re.
legis,principis, & teſtatoris eſt aduerten
dum, quòd apud poſſeſſores maioratus
fundi alienati medietas remanſiſſet pro
indiuiſo. Ex quo videtur dicendũ, quòd
etiam ſi res eſſet libera,retentio partis me
diæ pro indiuiſo, impediret præſcriptio-
nem in alia medietate. pro quo facit tex.
in.l.vna eſt via.de ſerui.ruſti. prædio. cu-
ius verba, Vna eſt via,& ſi per plures fun
dos imponatur cùm vna ſeruitus ſit, de-
niq; quęritur,an ſi per vnũ fundum iero,
per alium non,per tantum tempus,quã-
to ſeruitus amittitur, an retineam ſerui-
tutẽ? & magis eſt vt aut tota amittatur,
aut tota retineatur: ideoque & ſi nullo
vſus ſum, tota amittitur, vel ſi vno,tota
ſeruatur &c. Ad idem tex.& glo.in.l.ſtil
licidij.quemadmo.ſeruit.amit.§.fi. cuius
verba, Is qui pro parte itineris it, totũ ius
vſurpare videtur &c. ſubdit glo.vſurpa
re.i.retinere. Hoc autẽ eſt verum,ſi vnus
eſt dominus viæ,idem ſi plures pro indi-
uiſo &c. Ad prædicta facit tex.in.l. is qui
vſumfructum.quib.mo.vſusfr.amit. per
quem dicit ibi Bald.quòd ille, qui vtitur
parte ex certa ſcientia,retinet poſſeſſionẽ
totius.ratio ſecũdùm glo.ibi eſt,quia ſcit
ius ſuum ſimul durare.l.ſicut.§.non vide
tur.ff.quib.mo.pig. ſolu. Et prædictum
text.inducit ibi Bald. ad quæſtionem,de
epiſcopo habente ius viſitandi aliquam
eccleſiam cum triginta hominibus,ſi ſte
tit per triginta annos,quòd non viſitauit
niſi cum decem,nihilominùs retinet ius
in totum,

in totũ. Idem dicit ipſe de ruſtico, qui tenebatur dare Baroni. 100. paria caponũ. Et ibi decidit alias plures quæſtiones cir-
123 ca hoc. Item facit quod pulchrè dicit Io. de Imol. per prædictum tex. in. l. inter pares. de reiudic. 3. colũ. quòd vbi agitur de retinenda iuriſdictione, & exhæredanda præſcriptione, ſufficit conſtare, quòd aliquid pertinens ad iuriſdictioné exercuerit, dummodò ſciuerit iuriſdi. in totum cõpetere. per notata in ſing. caſu noſtro ad hoc, qui fortè non eſt alibi in. l. is qui vſumfructum &c. allegat etiã quod habetur in. l. ſi prius. de aqua plu. arcen. & quod notat Innoc. in. c. dilectus. de cape. mona. & Bart. in. l. 1. §. hoc interdicto. de iti. actuq́; priua. Ad ſuprà dicta facit melior tex. quem ſcribentes non allegant in allegatis locis in. l. cùm ſcimus. C. de agri. & cenſi. vbi probatur, quòd licèt ſit verum, quòd adſcriptitius liberetur cõdit. adſcriptitia, ſi ſtetit per triginta annos, ꝙ non coluerit fundum, cui aſtrictus eſt, ſi tamépater adſcriptitius habeat filium, qui per triginta annos terram nõ coluit viuente patre, non propterea liberatus eſt à condi. adſcriptitia. Ratio eſt dicit ibi tex. quia pars corporis eius per cognationem in fundo remanet &c. Ecce text. ꝙ dominus retinendo patrem adſcriptitiũ in fundo, impedit præſcriptioné currentem quantum ad filium, etiam ſi alia ſit perſona patris, alia filij. Sed vltra omnia ſuprà dicta in proprijs terminis induco Bal. in. §. quid ergo. de inueſti. de re aliena fac. vbi formaliter dicit ex̃. quæro vtrũ ille qui petit rei partem, totam prẹſcript. interrumpat? Dic quòd ſic, ſi eo nomine agat. ff. quib. mo. vſusfru. amit. l. is qui. de cenſi. c. cùm olim. ſecùs ſi non agit ex eadem cauſa &c. Cuius verba in propoſito ſunt ſatis notanda. Ex quibus &c.

*Præſcriptio impeditur quando iuriſdi. aliqua in parte exercetur.*

124 Denique partem negatiuam, vt etiam longiſſimi temporis præſcriptio in rebus maioratus, & reliquis reſtitutioni ſubiectis locum non habeat in præiudicium eorum, qui poſt poſſeſſorem maioratus ſunt vocati, tenet nouiſſimè Rodericus Xuarez allegatione. 3. poſt plures quos allegat.

*Maioratus res an præſcribatur in damnũ ſequentium.*

Sed eſt in contrarium communis opi. quam tenet Pau. in. l. fina. §. ſin autem. C. cõmu. de leg. & Alex. cõſi. 59. vol. 3. quod incipit, Attentis verbis. & Soci. in conſi. 251. incip. Quoniam in præſenti conſultatione. col. pe. & Petrus Philippus Corne. in conſi. 38. col. 4. volu. 1. & in conſi. 304. incip. Rem arduam. col. 11. vol. 3. Iaſ. in. §. diui. 2. in. l. filiusfamil. de lega. 1. col. pe. in lect. 1. & Bar. ibi, in fortioribus terminis, nam vult, quòd etiam longi tẽporis præſcriptio habeat locum. Cin. Bar. & doct. in. l. fi. C. in quib. cau. in integ. reſti. nõ eſt neceſſ. & Iaſ. in. d. §. diui. in. 2. lect. & Alex. & Raphael ibidem. & Feli. in. c. nõ liceat. col. 3. de præſcript. faciunt notata per Bal. in. l. 1. C. de ſerui. fug. adde Paul. in cõſi. 16. qui etiam tenet cõmu. vi. omnino Ripam in. d. §. diui. nu. 113. cum ſeq. vbi Loazes. nu. 101. cum ſeq. & Crottus nu. 138. cũ ſeq. Balb. in tract. de præſcrip. in. 5. part. 5. par. princip. 4. quæſt. Iaſ. in. d. §. diui. col. pe. lect. 1. & in. l. 2. col. pe. qui firmat opi. Bar. in. d. §. diui. quæſt. pe. eſſe cõmunem. cuius contrarium firmant Loaz. & Ripa vbi ſuprà. adde Balbum vbi ſuprà quẹſt. 5. Pro opinione Xuarez facit. l. peto. §. fratre. de leg. 2. ibi, nec ideò &c. In contrarium facit, quia longiſſ. temporis præſcriptio fuit inuenta per Iuſtinia. vnde licèt longi temporis præſcriptio non obſit impeditis, obſtat tamen longiſſimi. niſi contradicas. argumen. l. 1. §. lex falcidia. ff. ad legem falcid. Facit, quòd decimæ, in quibus prælatus negligens vſum tantùm habet, præſcribũt etiã contra ſequẽtes, qui erant impediti, nec datur reſtitutio. Reſpõ. vt vitia realia impediunt perpetuò, id eſt, per annos triginta, præſcriptionem: ita vbi conceditur in rem præſcribere, non curandum impedimẽtum ſequentium. cogita, quia non firmo.

Quid



125 Quid autem in præſcriptione temporis, cuius initij memoria non extat, an impeditis agere noceat, & conſequenter, an noceat ijs, qui ad maioratum poſt eum, qui poſſidebat, fuerunt vocati? Et quòd non noceat, videntur tenere cõmuniter illi doctores, qui tenent nõ nocere præſcriptionem. 30. vel. 40. annorũ, quos ſuprà retulimus.

*Maioratus tempore immemoriali an præſcribatur.*

Contrarium tenent communiter doctores, qui tuentur partem affirmatiuã, quos ſuprà retulimus, vt vtra ſit receptior opinio vix appareat.

Quid dicendum? Et conſidera, quòd ſi maioratus ab hinc annos centũquinquaginta fuit conſtitutus, & quædam res ex contentis in illo maioratu re vera ab hinc annos centum à quodam extraneo bona fide poſſeſſa fuit, quæ à poſſeſſore illius maioratus vendicatur, quaſi ab illo maioratu iure præſcriptionis, aut alterius alienationis abſcedere non potuerit propter prohibitam à teſtatore & à principe earum rerũ alienationem: Per contrarium poſſeſſor ſe tuetur, allegans ſe dominum, ſeque ſuoſque maiores legitimum titulum, & poſſeſſioné ab origine mundi habuiſſe. Et tunc non dubito, quin poſſeſſor obtinebit, probata poſſeſſione, cuius initij memoria non extat: quia huiuſmodi præſcriptio habet vim legitimi tituli, iſque titulus à tempore, cuius initij non extat memoria, & ſic retro ab origine ferè mundi habitus intelligitur, vnde is titulus longè antiquior eſſe intelligitur, quàm titulus maioratus, licèt ab hinc annos centumquinquaginta is maioratus ſit conſtitutus, & conſequenter is poſſeſſor vincet, quia nititur poſſeſſione & titulo antiquiore, aduerſarius verò ſolo titulo, eodemq́; recentiore.

Limita primò, niſi qui allegat titulum, & præſcriptionem immemorialem, fateatur poſſeſſionem eſſe centenariã tantùm, titulumq́; habitum ab quodam illius maioratus poſſeſſore ab hinc annos centum: nam tunc cùm conſtet de origine, nõ intelligitur eſſe immemorialis prẹſcriptio, vel poſſeſſio, ſed tantùm centenaria, quæ non habet vim alterius tituli, quàm illius de quo cõſtat, & per hoc prẹfertur poſſeſſor maioratus, qui antiquiorem, melioremq́ue habet titulum, & verum dominium. Neq; enim huic poſſeſſori ſua poſſeſſio patrocinatur in vim tituli, quia is titulus recentior eſt: nõ quoque in vim præſcriptionis, quia res maioratus etiam centum annis non potuit præſcribi non magis, quàm aliter alienari, vt ſuprà probatum eſt. Nam immemorialis poſſeſſio, quam poſſeſſorem iuuare contra maioratũ diximus, non iuuat, eo quòd inducat præſcriptioné contra maioratũ, ſed eo quòd inducit præſumptioné legitimi tituli longè anterioris, quàm ſit titulus illiuſmet maioratus, eiusq́; conſtitutio. Conſtat enim impedito agere impedimẽto iuris tantùm, vel iuris & facti non nocere præſcriptionem, vel poſſeſſionem etiam centenariã, ſi de eius origine conſtet. l. 1. §. fi. C. de anna. excep. l. cõtra maiores. C. de inof. teſt. Nec dubiũ eſt, quin poſteriores ad maioratũ inuitati quãdiu priores ſuperſunt, res maioratus vẽdicare nõ poſſunt, quin imò impediti ſunt impedimento tã iuris, q̃ facti. vt. dd. ll. & . l. peto. §. fratre. de leg. 2.

126 Deniq; cũ quæritur, an res maioricatus poſſit vſucapi? Vltra docto. ſuprà citatos vide per Iaſ. cõſi. 57. col. pe. lib. 2. idẽ Iaſ. in l. fi. §. ſed quia. C. cõmu. de leg. per Corne. cõſi. 117. lib. 1. & conſi. 294. lib. 3. ad fi. per Crott. nu. 140. & Loazes nu. 191. in. l. filiusfam. §. diui. ff. de. leg. 1. Alcia. ibi nu. 47. poſt Bar. ibi nu. 22. vbi Alex. nu. 28. & Iaſ. nu. 114. lect. 1. Imol. in. l. vbi. l. ff. de vſuca. Corne. conſi. 38. nu. 10. lib. 1. Antoni. Gomez. in. l. 40. Tauri. Gratus conſi. 21. nu. 36. lib. 2. Soci. conſi. 47. nu. 16. lib. 3. Tiraquell. de primogenitura. quæſtione. 30. Bald. in. l. 1. nu. 19. C. de ſeruis fugiti. Bart.

*Maioratus res ut præſcribatur.*

BB Bald.

Bald.Salicetus,Angel. Paulus & alij in.l. fina. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria. Balbus de præſcriptionibus. in. 5. parte quintæ partis, quæſtione. 4. Felinus poſt alios in.c. de quarta. de præſcriptio. Aimon Crauet. de antiquitate tempor. 4. parte.nu.164. Didacus de Couarruuias in. c. poſſeſſor. 2. parte.§.7. per omnes in dict.§. ſed quia. per omnes doctores in. l. 2. C. de vſucapio. pro emptore. Albericus per textum ibi in.l.alienationes.ff. familiæ herciſcũ. Matthæus Afflictus in. c. 1. notabili. 13. de prohibita feudi alienatione. per Fredericum. Paulus per textum ibi in.l.2.§. ſi à pupillo.ff.pro emptore.

*Præſcriptio an impediatur alienatione uetita.*

127 Nos autem in hac ſumus ſententia, vt iure.ff. prohibitio alienationis nõ impediret pręſcriptionem, etiam longi temporis. vt eſt textus clarus in.d. l. Sticho. ff. de vſufructu legato. & in. l. fina. in fi. ff. de legat. 2. & per alia iura innumera, quæ adduximus ſuprà. nu. 77. Quinimò etiam ipſam alienationem talis prohibitio teſtatoris non poteſt impedire: nam ſiue fiat fauore ſolius prohibiti, non impeditur alienatio. vt in dict. §.diui. cum ſimilibus. ſiue etiam fiat fauore totius familiæ ſimiliter alienatio non impeditur præciſè, quia fieri poteſt accedente conſenſu eorum, quorum fauore prohibitio fiebat. vt per doctores in locis ſuprà citatis. & eſt communis opinio omnium ſcribentium in. l. quoties. per textum ibi. vbi Iaſo poſt alios. C. de fideicommiſſ. Cæterùm ſi prohibitio fiat fauore non ſolùm familiæ ſuperſtitis, ſed etiam fauore omnium deſcendentium, vel cognatorum, qui poſtea naſcerentur, adhuc alienatio fieri poſſet, valeretque in præiudicium alienantis, nec per reliquos de familia viuente ipſo alienante vẽdicare poſſet, licèt poſt mortem ipſius vendicare non prohiberentur, quaſi quandiu ipſe qui alienauit ſupereſſet, eaque re alienata potiri poſſet, ſi non alienaret, tandiu is emptor quia ab eo cauſam habet, eadem re poſſit potiri. ita probat textus in.l peto.§. fratre.ff. de legat.2. ibi, nec enim ſequentium cauſa propter ſuperiores in poſterum lædi debet. Non enim dicit Iurecõſultus cauſam ſequentium per illam alienationem potiorem fieri, ſed negat fieri deteriorem. Vnde vt ſi res illa alienata non eſſet, remaneret apud ſuperiorem alienantem, & interea ſequens in gradu ſeſe continere deberet: ita quoque & facta alienatione idem facere debet, cùm per interuentum alienationis ſequentis conditio nec melior fiat, nec deterior. Simile in dict. §. ſed quia. Simile in.l. qui hæredi.§. ſi pars.ff. de cõditio. & demonſt. Simile in.l.ſeruo legato. §. 1. ff. de lega. 1. Simile in.§. prædium.l.peto. ſuprà allegata. vbi textus optimus. & ita videtur ſentire Barto. in.d.§. diui. quæſtione penul. quem ſequuntur maior pars eorũ, quos ſuprà retulimus. & Pinellus in authent. niſi tricennale. nu. 26. C. de bonis quæ
128 liber. Facit.l.32. titu.9. part.6. ſi rectè expendatur.

*L.32.tit. 9. part.6.*

Cæterùm licèt talis longi temporis præſcriptio noceat ipſi alienanti, noceatque cuicunque maioratus poſſeſſori, tamen ſequentibus in gradu non nocebit, vt ſtatim dicam. Verùm re vera magis communis opinio eſt in locis ſuprà citatis, vt præſcriptio longi temporis non admittatur in maioratu, licèt admittatur pręſcriptio triginta vel quadraginta annorum, quaſi prohibitio alienationis afficiat titulum, eumque inutilem reddat. Vnde ceſſat præſcriptio ordinaria, licèt longiſſimi temporis præſcriptio non ceſſet. vt in dict. §. ſed quia. & in. l. 2. C. de vſucapion.pro emptore. iuncta. l. ſicut. & .l. omnes. C. de præſcription. triginta vel quadraginta annorum. & in.l.fina.C.in quibus cau. in integrum reſtitu. non eſt neceſſa. ergo vtriuſq; partis fautores conueniũt, vt noceat



vt noceat longiſſimi temporis præſcriptio: an autem ſimiliter longa præſcriptio noceat, ſunt opiniones ſuprà relatæ. Nos autem defendendo, vt etiam longi temporis præſcriptio noceat, ad dict. l. 2. reſpondemus eſſe ſpeciale in re minoris: quia regulariter res minorum etiam iure vetere non præſcribebantur. quod in pupillo expreſſum eſt in.l.bonę fidei. poſt principium. ff. de acquirendo rerum dominio. & in adulto etiam expreſſum erat in. l.1. & in.l.fina. C. ſi quis ignorans rem minoris eſſe. & in .l. non eſt incognitum. C. quibus non obſtat longi temporis præſcriptio. Quod clarius admiſſum per Iuſtinianum in.l. fin. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria. diximus ſuprà.§. 10. num. 40. Vnde in dict. l. 2. vſucapio non tam impeditur per prohibitionem teſtatoris, quàm per prohibitionem legis, vel impeditur per cõcurſum vtriuſque prohibitionis. Ad dict. §. ſed quia. reſponde, quòd loquitur de iure nouo.

Præterea in. d. §. ſed quia. pręſcriptio deſinit currere contra impeditum agere. Simile in.l.1. in fine.C. de annali excepti. & in.l. contra maiores. C. de inofficioſo teſtamento. Itaque iure tam.ff.quàm.C. poſſet defendi, quòd prohibitio alienationis à teſtatore facta nec impediat alienationem, nec præſcriptionem, etiam longi tẽporis. Fallit in re minoris propter concurſum prohibitionis etiam legalis. Fallit ſecundò in præiudiciũ eius, qui erat agere impeditus impedimento iuris, contra quem ceſſat longa præſcriptio, & in longiſſima præſcriptione controuerſia eſt.

*Maioratus an præſcribatur in præiudiciũ ſequẽtiũ.*

129 Hæc quo ad ipſum poſſeſſorem maioratus. Verùm ingens quæſtio eſt, an talis præſcriptio noceat etiam ijs, qui ad talem maioratum poſt mortem poſſeſſoris inuitati fuerunt? Mouet quæſtionem, quòd ipſi viuente poſſeſſore neque maioratum petere poſſunt, neque etiam petere poſſunt, vt viuo poſſeſſore ſua declaretur ſpes, nec quòd declaretur, vt poſt mortem poſſeſſoris ille maioratus ad eos peruenturus ſit. Ita tenet Antonius Gomezius in lege.40. Tauri. num. 79. Pinellus Luſitanus in.l. 1.num.78. C. de bonis maternis. licèt contrarium tenuerit Rodericus Suarez. allegatione.4. Sed pro priore opinione, quæ vera eſt, facit. l. non quemadmodum.ff.de iudicijs. per Aretinum in ſimili in. §. præiudiciales. colum. penultima. Inſtitut. de actionibus. facit.l. 1. §. ſi impuberi.ff. de collatione bonorum.l. qui ſuperſtitis.ff. de acquiren. hæredita. l. ſi ita ſcriptum. §. 1. ff. de legatis. 2. l. ſi filius qui patri. §. cùm filius. ff. de bonis libertorum. l. ſenatus.§. mortis. ff. de donationibus cauſa mortis. l. 2. §. interdum. ff. de vulgari. ibi, improbum eſſe eum, qui ſolicitus eſſet de hæreditate viuentis. l. de fideicommiſſ. C.de tranſactio.l.1. ibi, non iniquis rationibus.C.de pactis.

Ergo cùm is ad nihilum omnino agere poſſet, & per hoc ſit impeditus impedimento iuris, videtur quòd ei nullius temporis currat præſcriptio. dict.l. 1. §. fina. dict.l. contra maioris. dict.§.ſed quia. facit. l. qui hæredi. §. ſi pars. ff. de conditio. & demonſtratio. Et ita quod ob hoc impedimentũ præſcriptio etiam longiſſimi temporis non currat ſequentibus in gradu natis vel naſcituris, tenent Iacobinus in.l.fina. ad finem.C.qui admitti. Pariſi. in.c. cùm non liceat. nu. 18. de præſcriptionibus. Pariſius conſilio 23. num. 119. lib. 1. Rodericus Suarez allegatione.3. Lofredus Neapoli. conſilio 10.nu.22. Socinus nepos conſi.126.num. 27. lib.1. Decius conſilio. 445. num. 47. Rubeus conſilio. 84. nu. 6. Gratus conſilio.21. num. 37. & conſilio. 101. num. 42. libro.2. Crottus in dict. §. diui.num. 146. vbi Ripa num.116. & Loazes.num. 191. vbi Claudius & Alciatus in fine. And.de Iſernia, & Matt. Afflict. in. c. 1.§.

 quid

quid ergo.nu.20.de inueſtit.de re aliena. Bald.conſi.215.lib.2. Balbus de præſcrip. 4. part. 4. partis.quæſtione.12. quos refert & ſequitur Pinellus Luſitanus, vir non ignauus in authé.niſi tricennale.nu. 49. C.de bonis maternis. vbi firmat hãc eſſe communem ſententiam. licèt contrarium ſecundùm eum tenuerit Curti. ſenior conſilio penult. colum.3. Et ita ait debere limitari quod tradunt Tiraquel. vbi ſuprà quæſtione.30. & Socin. conſi. 47.lib.3.

130 Id quod ampliatur, vt procedat, etiam ſi hæres ſit ipſe ſequens in gradu illius poſſeſſoris maioratus, contra quem præſcriptio impleta fuit, quaſi tunc ceſſet ratio legis. ex qua perſona. ff. de regulis iuris. & .l. cùm à matre. C. de rei vendicatio. Ita tenet Ripa in dict.§. diui. num. 116. vbi Alciatus ad finem. ſentiunt Fulgoſius & Iaſon. tenẽt Decius & Rubeus in conſilijs ſuprà allegatis. Pariſius dicto conſi.23.nu.201.cũ ſequẽtibus. licèt contrarium tenuerit Crottus in dict.§. diui. num.146. quos refert & ſequitur ſolers Pinellus vbi ſuprà num. 50 & iterum in l. 1. C.de bonis maternis. nu 83. Id quod nobis ſuſpectum videtur, quia in contrarium facit dict.l.peto.§ fratre.ff. de legat. 2. & in.l cùm pater.§. libertis.eodem titulo. & dict.§.ſed quia. &.l.ſeruo legato. §. 1. ff. de legat. 1. vt ſuprà declarauimus. & dict.l.ex qua perſona. & dict. l. cùm à matre. quia nihil impedit, quin per totum tempus vitæ iſtius, qui extitit hæres prædeceſſoris alienantis, res illa ſit extra familiam, in eandem familiam reuerſura, cùm primùm ſequens in gradu, qui ſuperiorum alienantium hæres non extiterit, illum maioratũ aſſequutus fuerit.

De ead.re.

131 Verùm contra hanc receptam ſententiam tenet ipſe Pinellus vbi ſuprà num. 55. motus, quòd propter bonum publicum leges vſucapionem inducentes fuerint inductæ. l. 1. ff. de vſucapion. ne dominia rerum ſub incerto ſint. vt ibi.&.l. 3. eodem. Sed reſpondemus omnes leges ſimiliter propter bonum publicum ferri & debere, & ſolere, & adhuc per teſtatorem ſæpiſſimè tranſgrediuntur. vt docemur ſuprà.§.10. num. 4. Secundò mouetur, quia poſt tempus longiſſimum poſſeſſor inquietandus non eſt. textus in authent. hæc conſtitu. innouat. coll. 8. Sed reſpond. imputandum eſſe emptori, qui non iure rem alteri reſtituendam emerit. nam qui cum alio contrahit &c. in regula. qui cum alio. de regulis iuris in. 6. l. 1. C. de bonis maternis. Tertiò arguit de.l.eum qui ædes. ff. de vſucapio. Sed illud nimis generale. Quartò allegat dict.l.Sticho. Sed ibi non erat impedimentum iuris: quia quo tempore alienatio facta fuit, iam impleta erat conditio, ſub qua fideicommiſſarius ad eam inuitatus fuit, ſicque ante impletam vſucapionem potuiſſet eam vendicare. Poſtremò mouetur, quia aduerſatur iuris prudentiæ, vt conceſſiſſe videantur leges rem ad tempus tantùm præſcribi, id eſt, durante vita poſſeſſoris, contra quem completa fuit præſcriptio, non autem poſtquam maioratus ad ſequentem in gradu peruenerit. Sed reſpond. id nouum non eſſe. vt in ſimili ait.d.l.ſeruo legato.§.1.&.d.§.ſed quia.l. quoties. C.de donatio. quæ ſub mo. l. fi. C.de lega.cum alijs. Hæc tamen opinio, quam ipſe Pinellus ſtrenuus reliquit nudam, & inermem, poteſt in puncto iuris defendi ex illarum legum pleriſq;, quas ſuprà num. 77. adduximus, quarum multæ loquuntur in eo, qui impedimẽto iuris, aut etiam iuris & facti erat impeditus agere, & adhuc longiſſimi temporis præſcriptio currit contra eum. Verùm in hac re, quæ vſibus forenſibus frequentiſſima eſt, in iudicando nõ recedas à communi ſententia. Et hanc rẽ in ingenti lite dominæ Duciſſæ de Bejar in ſenatu Hiſpalenſi habuimus de facto,



cto resque ſecundùm ſuperiorem communem ſententiam iudicata fuit, iudice me cum reliquis ſenatoribus ibi ſummum iudicandi munus exercentibus.

132 Illud autem dubium eſt, an is, aduerſus quem vſucapio completa fuit, poſſit ex cauſa iuſtæ ignorãtiæ contra præſcriptionem reſtitui? Qua in re agendum eſt de præſcriptione triginta annorum, & de prę̈ſcriptione annorum quadraginta, & in præſcriptione centenaria, & in præſcriptione longi temporis.

*Præſcr.longitẽp.nõ reſcinditur ꝑ reſtitutionẽ cõtra cõmunem. Idẽ in præſcrip.30.annorũ.cõtra cõmunem. Idẽ in præſcript. 40. annorũ. cõtra cõmu.*

Quo ad primũ, in præſcriptione triginta annorum, communis opinio eſt affirmatiua, vt contra eam detur reſtitutio ex cauſa iuſtæ ignorantiæ. Ita Bart.in.l.1.§.ſi quis propter.ff.de itinere actuq; priuato. Couarru. in.c.poſſeſſor. parte.3.§.3. colũ. 2. Alexan.in.l.cùm filius.§. in hac. nu. 4. ff. de verborum obligatio. & in additionibus ad Bar. in.d.§.ſi quis propter. Matthæus de Afflictis deciſione.329. num.6. Romanus conſi.149. vbi hanc dicit communem. Balbus. de prę̈ſcriptionibus. qui plures allegat in. 4. parte quartę partis. Decius conſi.36.nu.9. Feli.in.c.vigilanti. in princi.poſt Abb.ibi.de prę̈ſcrip. Boër. conſi. 39. Alciatus lib.1. de verborum ſignificatio. Tiraquell.de retract. ligna.§. 35. glo. 4. nu. 35. Socinus in.l. cùm filius. §.in hac. nu. 4. ff. de verborum obligati. Matthæus Afflict. lib. 3. feudorum. in titu.ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & agnatum. quorum nullus eſt, qui id non faciliùs admittat in longi temporis præſcriptione. vt tradunt Bar. & omnes in.l.fina. C. de longi temporis præſcriptione. per ſcribentes in.l. fin. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio neceſſaria non eſt. per nouiſſ. in rubrica. de prę̈ſcript. Et hanc dicit eſſe cõmunem ſententiam Pinellus Luſitanus, vir ſtrenuus, in authẽ. niſi tricennale.nu.58. C. de bon. mater. qui etiam firmat ex mẽte & cõmuni ſententia ſcribentium videri, vt in prę̈ſcriptione centenaria non detur reſtitutio etiam ex iuſta ignorantia.

Contrariam partem, vt in præſcriptione triginta annorum ceſſet dicta reſtitutio, tenent Areti.cõſi.104. Anchar.conſi. 170. nu.3. Bald.in.l.1.nu.24.C. qui admit. Curtius ſenior conſi. 82. & ſentit Iacobinus in. l. fina. C. de temporibus in integrum reſtitutionis. poſt Alexandrum & Socinũ, quos refert & ſequitur Pinellus vbi ſuprà. ex quorum intentione eſſe videtur, vt etiam in longi temporis præſcriptione ceſſet reſtitutio.

133 In præſcriptione autem. 40. annorũ vix apparet vtra ſit receptior opi. vtrùm detur reſtitutio nec ne, ſecundùm ipſum Didacum Couarru. & Pinellum vbi ſuprà, & Aimon Crauett. de antiquitate tempor. 4. parte. nu. 187. & conſil. 201. num.34. de quo per Felinum & Abba. & Pariſi. in. d. c. vigilanti. Boërius vbi ſuprà. Socinus conſil. 80. lib. 3. Balbus vbi ſuprà. Ruinus conſi. 26. & plerique eorũ, quos ſuprà retulimus. Et ꝙ in hac prę̈ſcriptione quadraginta annorum ceſſet reſtitutio, tenet Decius conſilio. 29. Curt.ſenior in.d.cõſi.pe.Soci.nepos, qui hãc dicit cõmunẽ conſi.149.& cõſi.145. nu.77. & conſi.115. nu.43.lib.2. Dilectus de arte teſtandi.in tit. de acqui.hę̈re. cautela.8. vbi plures allegat. Soci.conſi.30.in fi. lib.3.& conſi.194. nu.6.lib.2. Didacus de Couarru. vbi ſuprà. Galiaula in .l.2. §.& harum. nu.38.cum ſequẽtibus.ff. de verbo.obligatio. Decius in.l.2.C.qui admitti. Gomezius in.§.rurſus.col.4. Inſti. de actio. Alcia.in.d.§.& harum. nu.72. ff. de verbor.oblig. Pinellus vbi ſuprà. De ead.re.

Ex quibus videtur cõmunis opinio, ꝙ detur reſtitutio in præſcriptione decem, vel viginti, vel triginta annorum, nõ ſic in prę̈ſcriptione.40. vel.100. annorũ, licèt horum caſuum nullus careat ingenti varietate opinionum.

134 Nos aũt in hac ſemper fuimus ſentẽtia, vt exiſtimaremus in harum prę̈ſcriptionum nulla omnino dari reſtitutionem. De ead.re.

Primùm per.l.fi.in fi.C.de longi tempo.
præſcrip.Secundò,per authẽ. malæ fidei.
eodem tit. Tertiò, per.l.ſicut.C.de præſ.
30.vel.40.annorum. Quartò, per.l.om-
nes.eod.tit. Quintò,per authen.hæc cõ-
ſtitutio innouat.coll. 8.Sextò per authẽ.
niſi tricennale.C.de bonis mater. Septi-
mò per.l.vnic.C.de vſu. tranſ.ibi, nullus
ad eas reſeruatur regreſſus. Quas leges
& iura inducere ideò nõ curo, quia tam
apertè noſtram partem tuentur,vt aper-
tiùs loqui nequeant.Niſi velis,vt quem-
admodum poëtarum nonnulli fabulan
tur,priſcis temporibus ſuum ſermonem
fuiſſe arboribus , auibus, quadrupedi-
busq́; : ita quoq; leges illæ mutæ, & de-
pictæ afflatu quodam diuino ſuum ſer-
monem recipiant, idq́ue voce viua te-
ſtentur. Octauò facit.c.illud.&.c. quar-
ta. de præſcriptio. & authẽ. de eccleſiaſt.
titu.§. pro temporalibus. coll. 9. vbi etiã
contra ipſam eccleſiam efficax præſcri-
ptio ex lapſu annorum quadraginta in-
ducitur, eccleſia autem non poteſt non
ignorare, vnde ſi ex capite ignorantię da
retur reſtitutio, nunquam contra eccle-
ſiam præſcriprio curreret, contra illa iu-
ra. Rurſus ſi diceres contra eccleſiam fir
mam & irreſolubilem eſſe præſcriptio-
nem, non ſic cõtra priuatum, cui reſtitu-
tio cõcederetur, id tam ridendum eſſet,
vt confutatione nulla egeat. Nonò facit,
quia vſucapio propter bonum publicũ
inducta eſt.l.1.&.3.ff.de vſucap. quod bo
num ferè ſemper ſubuerteretur, ſi ex ca-
pite iuſtæ ignorantiæ daretur reſtitutio:
quia regulariter nullus pręſumitur iacta
re velle ſuũ.l.cùm de indebito.ff. de pro-
batio. ſicq́; ſemper eluderetur vſucapio,
aut excluderetur: quia data ſcientia, oc-
curreret dominus illius rei, cuius de præ
ſcriptione agebatur: data verò ignoran-
tia, occurreret lex ipſa reſtitutionem con
cedens. Aſtringetur id argu.per.l.verius.
ff.de probation. quæ decimo loco hanc
partem tuetur, vbi ignorantia ſemper
præſumitur, ſicq́; vſus præſcriptionum
ſemper eluderetur, lexq́; verbis, nõ rebus
impoſita videretur. contra.l.2.C.cõmu.
de lega. cuius mens vndecimo loco no-
ſtram firmat ſententiam. Duodecimò fa
cit ratio legis. nam ad ea. ff. de legib. vbi
ad ea quæ frequenter accidunt, iura aptã
tur: nam quæ ratione accidunt, contem
nũtur à legiſlatoribus, vt ibi. Ergo cùm
aut nunquam, aut rariſſimè eueniat, vt
quiſquam ſciens rem ſuam præſcribi pa
tiatur, certè mirum, inuſitatumq́; eſſet,
quòd tot non modò leges, quinimò titu
li, & etiam libri integri tali de re ferè nun
quam occurrenti compoſiti eſſent ab
vtriuſq; iuris conditoribus. Decimoter-
tiò facit.l.1.cum ſeq.ff.ex quib.cau.maio
res. vbi & in legibus ſequẽtibus abſenti,
& iuſtè impedito aliquãdo datur reſtitu
tio, non ſic præſenti, & ignoranti. Deci-
moquartò facit, quia expedit reipublicæ
etiam principaliter finem litibus impo-
ni, vt & ciues à rixis, & ſeditionibus, ſtre-
pitu, & tumultu abſtineant, & magiſtra-
tus ipſi non hiſce rebus occupẽtur, quo
minus vacare queant publicis rebus con
ſulendis. c. finem litibus.de dolo & con
tuma. l. ſi quis ingenuam.§. in ciuilibus.
ff.de capti.l.properandum.C.de iudi.ſed
nullus ignorat, quàm ingentes, & inex-
tricabiles lites ex dominij rerum incerti
tudine orirentur, ſi talis reſtitutio dare-
tur. ergo &c. Hinc eſt, quòd etiam ex ex
preſſo partium conſenſu litis inſtantia
prorogari non poteſt, quaſi lites cohibe
ri interſit reipublicæ etiam principali-
ter. vt docemur ſuprà.§.7. num.39. quod
adeò obtinuit, vt nec ſi interfuerit iura-
mentum, talis lis poſſit proferri. vt eſt ve
ra & cõmunis opinio, quam ibidem re-
135 ſoluimus.§.7.nu.40. Decimoquintò fa- *De ęad.re.*
cit, quia dominium rerum immobilium
vix eſt vt vllo modo poſſit probari niſi
per vſucapionem: quia habens legitimũ
titulum cum rei traditione, vſucapiendi
tantùm cõditionem acquirit.l. clauibus.





ff.de contrahẽ.emp.iuncta.l. traditioni-
bus.C.de pact. ſicq́; nullius rei immobi-
lis titulum legitimum cum traditione
oſtendere ſufficeret, niſi ab ipſo patre
Adam traditus, datuſq́; probaretur, niſi
temporis præſcriptione iuuaremur, niſi
in caſibus, de quibus in.l. ex hoc iure. cũ
ibi notatis.ff.de iuſt.& iur. Decimoſextò
facit, quia nemo poteſt facere etiam ex
partium expreſſo conſenſu, quin vſuca-
pio currat. vt ex communi opinione re-
ſoluimus in.§.10.nu.4. cum hac in re ver
tatur fauor publicus, ſicq́; extra poteſta-
tem noſtram ſit res iſta, hoc eſt, impedire
curſum pręſcriptionis, vel eius effectum
ad nihilũ reducere: ergo ſi id expreſſim
fieri non poteſt, longè minùs tacitè fas
erit per interuentum ignorantię. argu.l.
cùm ex filio.§.1.ff. de vulga. l. cùm quid.
vbi Iaſ.& alij in ſimili.ff.ſi cer.pet. Deci-
moſeptimò facit, quia non eſt nouum,
vt rerum dominium amittamus, etiam
ignorantes, vel ſcientes, aut inuiti citra
vllam omnino compenſationem, quale
eſt, cùm per alluuionem paulatim flu-
mẽ detrahit de fundo meo, & adijcit prę
dijs tuis. vt Inſtitu.de rerum diuiſione.§.
Item per alluuionem.cum ſimilibus. Et
ſi impenſè aduertas, ad ſimilitudinem al
luuionis legum pleræq; videntur indu-
xiſſe vſucapionem, vel vſurpationem, in
qua omnis reſtitutio regulariter ex capi
te ignorantiæ ceſſare debet, non ſecùs,
quàm in amiſſione, quæ nobis per allu-
uionem cõtingit. Sic & alibi acquiſitio,
quæ nobis inſperatò per ius accreſcendi
obuenit, dicitur contingere ad ſimilitu-
dinẽ alluuionis.l.ſi Titio.ff.de vſufruct.
& huiuſmodi acquiſitiones, vel amiſſio
nes, quæ per interuentum alluuionis cõ
tingunt, in communi nihil habent ini-
quitatis, quia ciuium quiſq; exinde po-
teſt acceſſionẽ ſperare, non ſecùs, quàm
detractionem, vnde ſiue minor ſit, ſiue
maior, illam lucri ſpem debet cõpenſare
cum ſpe etiam damni. vt eſt tex. elegans
in.l.de fideicõmiſſo.C.de tranſact. Quæ
18.noſtram probat ſentẽtiam, vbi etiam
minor per impoſitionem, vel remotio-
nem fideicommiſſi reciproci non vide-
tur læſus, quia illa tam impoſitio, quàm
remotio habebat ſe ad commodum &
incommodum. de quo text. plenè dixi-
mus alibi.

Ergo vt minor non reſtituitur aduer
ſus id, quod reuera læſionem intulit, ſi
erat aptum etiam commodum afferre,
vt ibi: ita quoq; ignorans licèt aliquãdo
ſoleret reſtitui vt minor, nõ debet reſti-
tui aduerſus vſucapionem, quæ vt ei dã-
num hoc in caſu re vera intulit, ita quo-
q; apta erat & eſt in alijs caſibus cõmo-
dum afferre. Eſt ratio & conſideratio nõ
inelegans, & noua, & ex vera mente &
ſententia iuriũ. Decimononò facit, quia
licèt ceſſet ratio legis in particulari, non
ceſſat ipſa lex, ſed tunc demum, cùm ra-
tio ceſſat in communi.l.vn.in princ. vbi
Corneus poſt alios.C.de cadu.tollen.l.2.
C.de indict.vidu.toll. Sicq́ue licèt leges
odio habuerint, ꝙ res ſuas negligentes
eas poſt lõgum tempus à poſſeſſoribus
repetant.l.alienationis verbo.ff.de verb.
ſig.cum ſimi.ſuprà.all.tamẽ licèt in par-
ticulari hæc ratio ceſſet in eo, qui iuſtè
ignorabat rem ſuam ab alio detineri, vir
tus legis generaliter loquentis non ceſ-
ſat. quod & probat expreſſiùs.l. proſpe-
xit.ff.qui & à quibus. illaq́; ratio non tã
finalis, quàm impulſiua eſſe videtur. vt
docet eleganter Bart. vbi reliqui in.l. de-
monſtratio.§. quod autem. ff. de condi.
& demon. Præſertim cùm hæc lex vt no
cuit ei, cuius res vſucapta eſt, ita quoque
potuiſſet, & poterit prodeſſe, vt iam do-
cuimus. Viceſimò facit.l.1.iuncta auth.
niſi tricẽnale.C.de bo.mater. Viceſimo
primò facit.l. Sticho.ff. de vſufruct. leg.
vbi tex.expreſſus. Viceſimoſecundò eſt
tex.in.l.in rebus.§.omnis.C.de iure doti.
&.l.ſi fundum.ff.de fund.dot.iuncta le-
ge.l.Iulia.eod.tit. Viceſimotertiò facit.§.

furtiuæ. Inſtit. de vſucapio. iuncta gloſ. ſua. Viceſimoquartò facit.l.fi.C. in quibus caſibus in integ.reſt.nec.nõ eſt. iuncta lege.bonæ fidei.ff.de acquirendo rerum dominio.&.l.lex quæ tutores.C.de admini.tuto.

Viceſimoquintò facit tex.iuncta ſua gloſ. in cap. præterea. de cap.corradi. in feudis.

Viceſimoſextò facit text. iuncta ſua gloſ. in. l. vniuerſis. C. ne rei dominicæ vel templ. Viceſimoſeptimò facit.l.fi.§. fina.ff. de legat.2. Viceſimooctauò facit tex. elegans in.l.fina.§.fi.C.com.de lega. prout hęc omnia iura induximus in hoc §.26.num.77.

136 Viceſimononò facit, quia ſecundùm *De ead. re.* communes op.quadriẽnium, quod datur ad reſtitutionem petendam ex capite iuſtæ ignorãtiæ, nunquàm incipit currere, niſi à tempore ſcientiæ.Bal.in.l. falſam.C.ſi ex falſ.inſtr. Alexand.conſi. 69. num.6.lib.3.idem Alexan.conſi.81.lib.5. Tiraquellus de retract.ligna.§.35.gloſ.4. nu.42.cum ſeq.Rubeus conſil.98. nu.3. Iaſ.in.§.rurſus.nu.74.Inſti.de act.Decius conſil.36.num.9. Pinellus, qui plures allegat in authen.niſi tricennale.ſuprà all. num. 59. Balbus vbi ſuprà. quæſtio.29. Socin. nepos conſil. 128.libr.1.num.167. cum ſequent.ergo ſecundùm hoc etiam poſt centum annos non firmaretur præſcriptio contra talem ignorantem, cùm adhuc integrum eſſet quadriẽnium ad petendam reſtitutionem, quod eſt contra ipſam communem ſentẽtiam ſuprà relatã, dum vult, ꝙ in pręſcriptione.100. annorũ ceſſet reſtitutio. ſicq; noſtri hac in re non bene ſibi conſtant.

Trigeſimò probatur, nam ſecundùm communem opi. ſpeciale eſt in eccleſia, vt poſt lõgiſsimum etiam tempus reſtituatur. vt reſoluit Iaſ.num.33. in authen. quas actiones. C. de ſacroſanctis eccleſijs.Decius conſil. 29. idem Decius conſil.375.& conſil.36.Romanus conſil.123. Aretinus conſil.15. Pinellus vbi ſuprà. Matthæus Afflict. in conſtitutio. Neapolitan.libr.3.rubri.31. quos Pinellus refert & improbat. ſed ſi etiam poſt lõgũ, & longiſsimum tempus, & etiam centenale ſpatium priuatus poſſet reſtitui ex iuſta ignorantia, quia antea quadriẽnium non cœperat currere, ergo nihil ſpecialitatis eſſet in eccleſia.

137 Poſtremò hæc pars firma redditur vi *De ead. re.* ua, & peremptoria ratione, per quam totum fundamentum communis opinionis excluditur. Nam ipſi arguunt ſic, lex generaliter loquens non tollit priuilegium reſtitutionis, quia eſt remedium extraordinarium.gloſ.in.l, poſtquàm liti.in verbo, nulla.vbi per nouiſsimos.C. de pact.ergo.d.l.fi. C.de longi temporis præſcriptio.cum ſimilibus.dum generaliter concedunt præſcriptionem, non tollunt reſtitutionem. Sed id argum. re vera nihil eſt. Nam procederet, ſi dict.l. fina. generaliter loqueretur, quod verũ non eſt, quia imò loquitur ſpecificè in indiuiduo, negans effectum vſucapionis impediri per ignorantiam quantuncunque iuſtam, ſicq́ue ipſorummet argum. reflectitur contra ipſos. nam vt generi per ſpeciem derogatur. cap.generi.de regulis iuris.in.6.l.vxorem. §.felciſſimo.ff.de legat.3.ita quoque regulæ derogatur per caſum ſpecialem.l.prima.ff. de regulis iuris. vbi Decius & alij. & caſus exceptus in ſuo caſu vincit regulam, licèt in alijs caſibus eam magis firmet.l. nam quod liquidè.§. fina.ff. de penu. legata. & lex generaliter loquens licèt comprehendat omnes caſus, tamen fallit in illis caſibus, ſeu diſpoſitionibus, qui in illa materia, qua de agitur, habent ſpecialem prouiſionem, vt diximus ſuprà.§.octauo.num.4. per quod limitatur.l.in fraudem.§. fina. ff. de milit. teſtamento.

Nam ſi lex noua diſponeret, vt omne teſtam. quod nõ haberet decẽ teſtiũ pręſentiã



ſentiam non valeret, certum eſt, quòd non comprehenderet militis teſtament. quod in illa ſpecie habet prouiſionem peculiarem diſtinctam à reliquorum teſtamẽtis, vt valeat cum duobus teſtibus. Non quoq; comprehenderet teſtamentum factum à patref.inter liberos ad derogationem.l.fi.C. fam.her.l.hac conſultiſſ.§.ex imperfecto.C.de teſtam.l.diuus. ff.de milit.teſtam.§.planè.Inſti. eod.l.1.2. 3.C.eod. Nam & ſimiliter ſi diceret hodie lex regia, vt nullus poſſet pro altero teſtari, nõ comprehenderet patrem, qui pupillo filiof.poteſt teſtam.facere.vt per totum.ff.C.& Inſti. de pupill.l.2.§.prius. ff.de vulg.& per totum.C.de impub.Nõ quoque comprehenderet teſtamentum exemplare, quod parentes vtriuſq; ſexus faciũt liberis mente captis. l. ex facto. ff. de vulga.l.humanitatis. C. de impube.§. qua ratione.Inſt.de pupill. Sed talis lex regia videretur derogaſſe legi.31. cum ſeptem legibus ſequẽtibus in legibus Tauri, quæ omnibus omnino dedit facultatem, vt pro alijs poſſent teſtari de mandato ipſorum defunctorum, quorũ de ſucceſsione agebatur, non aũt compre deret caſum pupillaris, aut exemplaris ſubſtitutionis, quia illi caſus fuerunt ſpecialiter prouiſi.

Sic & in ſpecie noſtra.l.1.cum ſeq. ff. de minoribus.quæ generaliter conceſsit reſtitutionem ex omni iuſta cauſa, non comprehendit caſum ſpecialem vſucapionis, qa in ea materia ſpecificè, & in indiuiduo prouiſum eſt per dict.l. fi. C. de long.temp. præſ. cum ſimi. vt ipſius vis, poteſtas, effectuſq́; non impediatur prætextu cuiuſcunq; ignorantiæ iuſtæ, vel abſentiæ, vt diximus in.d.§.8 . num.4. & pleniùs in. §.35.nu.5.Et id fundam. re vera non habet reſp.

Tenendo hanc partem, tunc ad.l.1.§. ſi quis propter.ff.de itinere actuq́; priuato.reſp.quòd ibi lex vltrà proceſsit, cõcedendo in eo caſu ſpeciali propter temporis breuitatem reſtitutionẽ, ſed in reliquis caſibus id non conceſsit, quinimò expreſsim prohibuit, tãtum abeſt, vt cõceſsiſſe videatur. Nam & in reliquis caſibus idem & nos admitteremus, ſi lex vltrà procederet concedendo reſtitutionẽ.

138 Quia vſucapio vt fuit iure ciuili indu *De ead. re.* cta, ita quoq; poſſet iure ciuili tolli ex toto, & longè faciliùs moderari. Quòd iure ciuili ſit inducta, eſt communis op.gl. & doct.vt per Paul.Iaſ.nume. 40.& nouiſsi.in.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure. Pinellus Luſitanus in authẽ.niſi tricẽnale. C.de bo. mater. num.39.Balbus de præſcrip.par.1.quæſt.4.gloſ.in.l.1.in verb.ciuitatis.ff.de acq.rerum dominio.Iaſ.in.§. omnium.num.72.Inſt.de act. Are.in.l.3. ff. de teſtam. iamq́; moribus vbiq; gentiũ recepta paulatim intelligitur. vt per Pinellum vbi ſuprà. Ioan.Andr. Ancha. & Couar.in.c.poſſeſſor.de regu.iur.in.6. Balb.de præſc.quæſt.5.parte.1. Nec dicitur iniquum auxilium præſcriptio. vt eleganter per Pinellum vbi ſuprà.

Stat ergo ex ſuperioribus primùm, ꝙ contra præſcriptionem longi temporis non datur reſtitutio ex capite iuſtæ ignorantiæ, licèt id ſit contra magis communem ſententiam ſuprà relatam. Deinde &.2. quòd non datur etiam contra præſcriptionem.30. annorum, quod ſimiliter eſt contra communem op. ſuprà relatam. Tertiò quòd non datur contra præſcriptionem. 40. annorum. qua in re ſequimur communem opi. cõtra alteram op. quæ ſimiliter communis eſt. Quartò quòd non datur contra pręſcriptionem 100. annorum. quod communiter receptum eſt. Quintò, quòd in eccleſia circa hanc reſtitutionem nihil ſpecialitatis eſt regulariter, dempta vi & dolo. quod eſt contra communem opi. ſuprà relatam. Sextò, ꝙ quadriennium, quod hac in re dari ſolet ad reſtituendum, ceſſat hac in re, licèt contrarium velint, qui communem ſuprà relatam tuentur.

Dum

Dum autem proximè diximus iure ciuili inductam præſcriptionem ſecundùm veram & communem op. licèt cōtrarium velit Hānibal in rubr. ff. de vſucap. num. 16. Inde infertur valere legem

139 *Declara. l. fi. tit. 13. lib. 3. ordi.* fi. tit. de las præſcrip. lib. 3. ordi. quæ vult vſucapionem omnino ceſſare in ſuprema iuriſdictione. Id quod contra reges noſtros pijſsimos præſcribi nullo tempore, etiam mille annorum, poterit per illam legem, iuncta ſuperiore doctrina. Nam ſi iure ciuili & poſitiuo inducta fuit, ergo iure poſitiuo poteſt impediri. l. nil tam naturale. ff. de regu. iur.

140 *Declara. l. 4. in quaterno alcau.* Infertur ſimiliter opportuna declaratio ad. l. 3. &. 4. in quaterno alcaua. vbi negatur vllo tempore poſſe quem præſcribere libertatem huius vectigalis nō præſtandi (quod Hiſpanè alcauala vocatur) nam ſi vſucapio lege poſitiua inducta fuit, lege quoq; poſitiua tolli poterit. Nec me mouet, quòd vſus præſcriptionum ab omnibus ferè gentibus, qui legibus reguntur, receptus ſit, per quod iuris gentium eſſe iam intelligi poteſt. Nam id procedit, vt iuris gentium eſſe intelligatur approbatione tantùm, non etiam inuentione. Simile in ſucceſsionibus. vt plenè diximus ſuprà. §. 1. poſt præludium.

141 *Intell. l. 1. ti. 4. lib. 3. ordi.* Nam & ſimiliter negari non poteſt, quin iure gentium receptus ſit mos ille, vt litigantium alteruter poſsit poſitiones aduerſario exponere, quibus ille cogatur reſpondere, aut ſi reſpondere noluerit, confeſſus habeatur. vt iure regio firmat. l. 1. tit. 4. lib. 3. ordi. ibi, Las quales poſiciones hallo en los pleytos el vſo y luenga y general coſtumbre de todo el mundo. Et tamen id magis eſſe videtur, vt approbatione eſſe videatur iuris gentium, quia inuentione negari non poteſt, quin ſit iuris poſitiui, licèt paulatim ab omnibus ferè gentibus, qui legibus & moribus reguntur, veluti hoſpitio receptus intelligatur. vt in ſimili diximus ſuprà. §. 1. poſt præludium.

Vnde fortè licèt poſitionibus ab aduerſario poſitis non reſponderé, adhuc latam poſtea ſententiam iudices, qui de cauſa appellationis cognoſcunt, non deberent nullam declarare. argum. l. 11. tit. 1. lib. 3. ordi. Niſi replices, illam legé, quò breuiùs finiantur lites, latam, non inducere, vt diſpenſetur cum huiuſmodi vitio, per quod litigator pro cōfeſſo habetur, ſicq; lis finitur. vt alibi attigim⁹. Itaq; in hac ſumus opinione, vt vſus præſcriptionum, & vſus poſitionum in litibus, & vſus ſucceſsionum licèt ab omnibus ferè gentibus, qui legibus & moribus regūtur, recepti ſint, ſicq; poſsint videri eſſe iuris gentium, tamen intelligitur approbatione & veluti hoſpitio, non inuētione, vt per hoc legibus ciuilibus ſubiacere non deſinant. vt edocemur in. d. §. 1. poſt præludium.

Redeundo ergo ad materiam maioratus, ex his apparet, quòd in quibus caſibus præſcriptionis curſus non impeditur, in illis ceſſat omnis omnino reſtitutio: & conſequenter ſi quo caſu, aut quo tempore res maioratus vllo caſu præſcribitur, tunc reſtitutio dari non poteſt in terminis iuris communis, ſecundùm ſententiam quam tuemur.

142 *Maioratus res an iure regio præſcribatur. & declaratur. l. 45. Tauri.* Iure autem regio an detur reſtitutio in præſcriptione rerum maioratus. Et priùs quidem videndum eſt, an poſsint iure regio præſcribi. Et vix eſt vt poſſint. Nam tales res per. l. 45. Tauri cùm primùm maioratus poſſeſſor moritur, illicò tranſeunt in ſequentem in gradu, quia poſt talem morientem ad maioratum inuitatus fuerat, tranſeuntq́ue non quo ad dominium tātùm, verùm etiam quo ad vtranq; poſſeſsionem tam ciuilem quàm naturalem, vt ibi: at præſcriptio nititur in poſſeſsione ciuili. l. 1. §. per ſeruum qui in fuga. vbi per omnes. ff. de acquirenda poſſeſione. ergo tertius ille qui poſsidebat res maioratus, cecidit ab

earum



earum poſſeſsione, quę in eum, quia modò maioratum denuò apprehendit, trāſuolat, ſicq; ceſſat præſcriptio. c. ſine poſſeſsione. de regul. iur. in. 6. l. 1. C. de vſucap. transf. cogita tamen.

143 *Maioratus rerum præſcriptio nō reſcinditur reſtitutione* Sed caſu, quo iure regio vllo caſu res maioratus poſſent præſcribi, tunc aduerſus talem præſcriptionem reſtitutio nulla daretur: tum, quòd id tenuimus in terminis iuris communis: tum, quòd iure regio eſt elegans text. in. l. 1. tit. 3. lib. ordi. 3. ibi. E ſi el procurador fuere rebelde, y no reſpondiere al dicho plazo, que no ſea reſtituydo el ſeñor del pleyto, maguer q̄ diga que el procurador no tiene de que pagar. Quorum verborum ſenſus eſt, quòd contumax in conteſtando, habeatur pro confeſſo, & quòd contumacia ꝓcuratoris noceat ipſi domino, nō ſolùm ipſo iure poſt lapſum nouem dierum ibi deſignatorū, ſed quod plus eſt, noceat quo ad denegandam domino reſtitutionem lapſus illius termini, etiam ſi dominus nullum recurſum cōtra procuratorem habere poſsit, quia ille non erat ſoluendo. Et tamen (vt alibi attigimus) cōtumacia dolo, delictoq; ęquiparatur: ex dolo autem, & malignitate procuratoris, vel actoris regulariter maiores reſtituūtur, quaſi ſit iuſtiſsima cauſa. l. fina. cum ibi traditis per omnes. C. de acqui. poſ. iuncta. l. 1. cum ſeq. ff. ex quib. ca. mai. Nec dubium eſt, quin fauorabilior ſit reſtitutio, quæ ex illa clauſula (ſi qua mihi iuſta cauſa) datur maioribus, quàm quæ minoribus conceditur. arg. l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de milit. teſtamen. ergo vt ex illa iuſtiſsima cauſa denegatur maioribus reſtitutio, ſic & in ſpecie noſtra ex iſta cauſa, etiam ſi iuſta videatur, reſtitutio negari debet, arguendo de ſimilibus ad ſimilia. l. neq; leges. l. non poſſunt. ff. de legib.

144 *L. 1. titul. 3. lib. 3. ordinamen. ampliatur.* Vnde cùm lex generaliter loquens comprehendat perſonas vt cunq; priuilegiatas, ſi de indiuiduo in illo caſu, quo de agitur, non reperiantur habere ſpeciāle priuilegiū. vt docemur infrà. §. 35. nu. 5. dicebam. d. l. 1. comprehendere minores, qui hac in re nullum reperiuntur habere priuilegium. Quod intelligo tripliciter. Primùm, quòd illa legalis dilatio mero iure currit contra eos, licèt litigēt per procuratorem. Deinde, quòd licèt incuria, aut contumacia procuratoris lędantur, non reſtituuntur, ſi recurſum habere poſſunt aduerſus procuratoré, qui idoneus erat. Tertiò, quòd idem eſt, etiā ſi recurſum habere non poſſent contra eū, quia erat minùs idoneus. Facit, quia præſcriptiones, ideſt dilationes legales currunt aduerſus minores non ſecùs, q̄ aduerſus maiores, nec in his dilationibus habet locum. l. fina. C. in quib. cau. in integ. reſt. nec. non eſt. vt per Bart. & alios ibi colū. pe. diximus ſuprà. §. 10. nu. 51. per quod notāter ampliatur. d. l. 1. Vnde vehementer ſoleo admirari, ꝙ minores dum conueniuntur, ſolent ſinere labi omnes dilationes, deinde petunt ſe reſtitui, & facillimè abſq; vlla cauſę cognitione id à iudicibus impetrant. argumē. dict. l. fina. quam iudicum maior pars non aduertit in iudicialibus non procedere.

Vnde etiā infertur, ꝙ talis pręſcriptio ſeu dilatio legalis noceret eccleſiæ etiam ſine ſpe reſtitutionis. Quia licèt eccleſia exæquetur minori. vt notatur in. l. reſpublica. C. ex quib. ca. mai. tamé contra minorem diximus currere etiam ſine ſpe reſtitutionis. per. d. l. 1. quę cùm generaliter loquatur, comprehédit etiam eccleſiam, quæ hac in re ſpeciale priuilegium non reperitur habere. Niſi dixeris illam legem ex defectu iuriſdictionis non potuiſſe eccleſijs nocere, licèt minoribus potuerit.

145 *L. 1. titul. 3. lib. 3. ordin. extenditur ſecundò.* Infertur longè faciliùs nocere militibus lapſus talis dilationis legalis, cū hac in re non reperiantur habere ſpeciale priuilegium.

Maiora

1 *Maioratus condi. ſi ſine liberis &c. uerificatur in uno libero. cum communi.*

2 *Maioratus ſub hac conditione, ſi ſine filijs &c. uerificatur in uno filio. cum communi.*

3 *Maioratus relictus deſcendentibus, non omnibus ſimul, ſed in primo gradu ſtantibus relictus uidetur: & non omnibus in primo gradu ſtantibus, ſed tantùm eorum natu maiori.*

4 *Maioratus ita relictus, ſi ſine liberis deceſſeris, ueniat ad proximiorem de familia. non uidetur inuitatus is, qui eſt proximior teſtatori, ſed qui erat proximior ultimo domino huius maioratus.*

5 *Intellect. l. cùm acutiſsimi. C. de fideicom.*

6 *Proximus in ſucceſsionibus inteſtatorum quis dicatur.*

7 *Intellect. l. cùm acutiſsimi. C. de fideicom.*

8 *Teſtator poteſt onerare hæredes grauati.*

9 *Excluſus ſemel, perpetuò manet excluſus. cum cõmuni.*

10 *Maioratus patris mei ſimul ac fratri meo quæſitus fuit, deſinit eſſe paternus, & incipit eſſe fraternus.*

11 *Maioratus deſcendentibus datus, intelligitur datus deſcendentibus primi, uel cuiuſque grauati.*

12 *Fœmina dicitur de familia.*

13 *In maioratu proximiores aliter quàm in ſubſtitutione directa capiuntur.*

14 *Fideicom. familiæ extranei relictũ, pertinet etiã ad exiſtentes in diſparibus gradibus.*

15 *Maioratui inuitatus ſub conditione, ſi primò nominatus liberos non habuerit, admittitur, etiã ſi ille liberos habeat, ſi tamen uiuo primo nominato deceſſerint. contra communem.*

16 *Intell. l. is qui complures. ff. de leg. 3.*
*L. 12. tit. 8. par. 6.*

17 *Fideicommiſſo an filius fratris cõcurrat cũ fratre. contra communem cum altera communi.*

18 *Maioratus datur filio primogeniti excluſo ſecundò genito. cum communi.*
*L. 40. Tauri.*

19 *Maioratus ſemel radicatus in primogenito, indubitanter non pertinet ad ſecundò genitum, ſed ad filios primogeniti. cum communi.*
*L. 4. tit. 15. par. 2.*
*L. 21. Tauri.*

20 *Maioratus in ſucceſsione qui dicantur ſuccedere linea recta.*

21 *Maioratus in ſucceſsione præfertur ſecundò genito etiam nepos primogeniti.*

22 *Maioratus ſemel quæſiti primogenito, facilè excluditur ſecundò genitus.*

IVxta ſuperiora ſubijcio quæſtioné, in qua olim conſului in cauſa ardua, quę inter. d. Ioannẽ Manriquenſem, & dominam Antoniã Manriquenſem agebatur ſuper quinq; villis, ſeu oppidis, quæ maioratus vinculo, & iure ab ipſa domina Antonia poſsidebãtur, & maioratus erat antiquus, tractus retro à tritauis, & vltimus dominus atq; poſſeſſor huius primatus fuerat pater ipſius. d. Antoniæ, poſt cuius deceſſum ipſa ipſius primatus poſſeſsionem apprehenderat, à qua extorquere contendebat illum maioratum ſeu bona ipſius. d. dominus Ioannes, qui patruus erat ipſius Antoniæ.

Fundamentũ patrui erat, ꝙ in conſtitutione illius primatus erat hæc cõditio, ꝙ ſi quilibet eorum, qui talem primatum poſsiderent, ſine filijs decederent, tunc ad proximioré ex familia teſtatoris is primatus pertineret, ita vt maſculus fœminæ præferretur: ſed dominus Georgius Manriquenſis, pater. d. Antoniæ ſine filijs dicebatur deceſsiſſe, cùm ſolam Antoniam filiã reliqſſet, cuius partes nos tuebamur, & obtinuimus, licèt indubitatum eſſet, ꝙ dictus patruus erat ꝓximior primo teſtatori, quàm. d. Antonia, quia erat ſupra vno gradu anterior.

1 Ad cuius rei cognitionem præmitte, ꝙ hæc cond. ſi ſine liberis deceſſeris. verificatur in vno libero. l. iubemus. §. ſin autẽ. iuncto pr. d. l. in verb. liberis. C. ad Trebe. l. cùm vxori. ff. de vſufr. accr. l. non eſt ſine liberis. ff. de verb. ſig. l. pater Seuerinam. §. in fideicommiſſo. de condi. & demon. ff. l. 1. C. de cond. inſer. idq́; duplici ratione, tã propter præſumptam teſtatoris volũ. qui cõſultum voluit ſoboli grauati. ergo. &c. l. in conditionibus primum locum. cum cóc. de cond. & dem. Tum arg. de toto ad partem. l. hæredes mei. §. cùm ita. ad Treb. Tum & tertiò propter proprietatem verbi. Nã cùm in numero ſingulari non multoties

*Maioratus cond. ſi ſine liberis. &c. uerificatur in uno libero. cum cõmuni.*

toties



toties reperiatur verbum, liber. l. non eſt ſine liber. de verborum ſignificatione. ff. ſupereſt, vt licèt de vnico tantùm libero ſenſerimus, tamen liberorum mentioné feciſſe intelligamur, non ſecùs, quàm & cùm de vnico codicillo ſentimus, codicillorum mentionem facimus. ita Con-
2 ſultus in dict. l. non eſt ſine liberis. Quid ergo ſi dixit, ſi deceſſerit ſine filijs? Certè tunc cùm in ſingulari numero reperiatur filius, videtur ſtandum proprietati verborum, vt duo requirantur. l. vbi numerus. de teſtibus. ff. l. inter illam. de verborum ſignificatione. c. pluralis locutio. de regulis iuris. in. 6. Sed reſp. & ſi tertia ratio deficiat, ſuperſunt duæ priores. ergo. &c. l. ſi non lex Aelia Sentia. ff. de hære. inſtit. §. affinitatis. Inſtitut. de nuptijs.

*Maioratus ſub hac conditione, ſi ſine filijs &c. uerificatur in uno filio cum communi.*

Præterea etiam liber reperitur in ſingulari. vt. ff. l. nemo prędo. de regu. iur. l. ius autem. ff. de pact. & ita in ſpecie dicit communem eſſe Alcia. in. d. l. non eſt ſine liberis. Decius conſ. 370. in princip. & conſil. 50. Bal. in. l. 1. de cond. inſer. vbi tertiò hoc firmat. vbi Paulus num. 6. idem Corn. ibid. col. 4. in princ. ſcilicet, eo caſu quo deſcédẽtes teſtatoris eſſent grauati, aliàs ſecùs. Adde ſecundùm Decium in d. conſil. 50. quia pluralitas reſoluitur in ſuam ſingularitatem Bart. per text. ibi in. l. falſa. §. fi. de conditio. & demonſtratio. & ibi omnes. l. 2. §. fi. vbi omnes. ff. de condi. inſti. Bart. per text. ibi in. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. vbi Ripa. nu. 59. cum ſeq. doct. in. l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. 1. Vnde Deci. dict. conſi. 50. ait, quòd qui Titium filijs ſuis tutorem teſtamento dedit, ſatisfeciſſe videretur, licèt vnicum filium filiámue reliquiſſet. Idem etiam ſenſit Abbas in conſilio. 65. num. 3. in. 5. part. vbi ſubdit, quòd ſi filias ſuas iuſsit teſtator maritari in domo cuiuſdam ex executoribus ſui teſtamenti. iſq́; teſtator vnica filia relicta deceſſerit, filiarum appellatio in illa verificatur. Facit optimè quod ait Alexand. conſil. 65. volumine. 4. colum. 1. poſt alios, quos ipſe refert, quòd ſi ex forma ſtatuti fratribus debebatur certa pars dotis ſororis ſuæ ſine liberis in matrimonio decedentis, tunc vel vni fratri ſuperſtiti ea pars debebitur. pro nobis opti. text. in. l. 1. §. hominis. ff. de vi bonorum raptorum. vbi hominibus coactis raptum feciſſe videtur, qui vnico homine comitatus fecit. ad idem. l. prima. §. familiæ. ff. de vi & vi arm. vbi pœna ſtatuta in familiam ſeruorum vim inferentem, verificatur etiam in vno ſeruo. Pro nobis, quia quando vnica ratio reddi poteſt, habetur pro expreſſa. gloſ. approbata in. l. quanuis C. de fidei. ad quam Alexander, vbi ſuprà. col. 1. ſed in adiectione illius condi. ſi ſine liberis. &c. nulla alia ratio reddi poteſt, præter fauorem liberorum, quæ vel in vno libero æquè militat. ergo. &c.

Idem firmat Decius in ſpecie in conſ. 495. col. 1. Idẽ in ſpecie tenet Bart. in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. nume. 6. ad Trebellia. Idem in ſpecie tenet Decius conſilio. 514. in princip. Ioannes Andreas in cap. Rainaldus. colum. 2. de teſta. Tenet Socinus, dicitq́ue ab omnibus teneri in conſilio. 55. volumine. 3. incipit. Viſis conſilijs. Deci. expreſsim conſi. 15. colũ. 1. Decius conſilio. 545. colum. 1. Viſo teſtamento magiſtri. & Corneus conſil. 202. nume. 1. & iterum ibi. nume. 8. volumine 3. Pluries & pluries. Corneus conſilio. ducenteſimo ſeptuageſimoquinto. In præſenti conſultatione. colum. 1. volumine quarto. & conſilio ducenteſimo ſeptuageſimotertio. Dubia ſatis. num. 4. volumine quarto. qui omnes hanc opinio. non ſolùm receptiſsimã, ſed ferè indubitatam eſſe firmant. Idem tenet gloſſa magna in. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. 1. ad Trebellianum. ff. Decius conſil. 155. num. 2.

Stat ergo ex ſuperioribus, quòd iuſſus reſtituere ſub hac conditione, ſi ſine



ſobole

ſobole deceſſerit. liberatur ab illo onere fideicommiſsi per exiſtentiam vnius filij. Quod intelligitur primùm, quando fuit rogatus ſub hac conditione, ſi ſine liberis deceſſerit. Deinde etiam ſi eſſet rogatus ſub hac conditione, ſi ſine filijs deceſſerit. quæ conditiones in omnibus ferè maioratibus Hiſpaniæ frequentantur.

*Maioratus relictus deſcēdētibus, nō omnibus ſimul, ſed in primo gradu ſtantibus relictus uidetur: & nō omnibus in primo gradu ſtantibus, ſed tantùm eorum natu maiori.*

3 Denique maioricatus, hæreditáſue fideicommiſſa. filio ita relicta, vt poſt eius deceſſum filijs ſuis, filiorumq; filijs reliquiſue deſcendentibus reſtitueretur, nō omnibus deſcendentibus debetur, ſed proximioribus, nonq; omnibus proximioribus, ſed eorum primogenito, propter prohibitam à teſtatore diuiſ. Proximiorem autem accipere debemus eum, qui vltimo poſſeſſori huius primatus mortis eius tempore proximior fuit. l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. ff. de legat. ſecundo. ibi. & qui ex his primo gradu procreati ſint. vbi cùm fideicommiſſum quibuſd. de familia relinqueretur nominatim, poſtq; illos reliquis de eadē teſtatoris familia, ait. l. ꝓximiores vocatos intelligi: proximiores autē exiſtimari, non

*Maioratus ita relictus, ſi ſine liberis deceſſeris, ueniat ad ꝓximiorem de familia. non uidetur inuitatus is, qui eſt proximior teſtatori, ſed qui erat proximior ultimo domino huius maioratus.*

4 ꝗ primo teſtatori proximiores eſſent, ſed ꝗ vltimo grauato proximiores fuiſſent, quales ſunt ex eis deſcendētes. Id ꝗđ ille text. ſecundo loco planè probat ibi, aut poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo teſtator moreretur. Nam in primis (inquit) vocantur, quos teſtator nominatim vocauit, illiſq; ſe viuo defunctis, ſecundo loco inuitati videntur, qui ſanguine teſtatori proximiores ſint tempore eius mortis, poſt quorum deceſſum inuitati tertio loco intelliguntur, non qui teſtatori, ſed qui vltimo grauato proximiores fuerunt. Et ita per illum text. Bart. Alberi. Odofre. Bal. Imol. cū Paul. ibi aiunt in fideicommiſſo familiæ teſtatoris derelicto poſt expreſsim inuitatos proximiores admitti. qui ad text. relati iuxta doctrinam Bartoli in. l. non ſolùm §. liberationis verba. ff. de liber. lega. planè intellexerunt de proximioribus vltimi grauati, non de proximioribus teſtatoris. Id quod nominatim tenuit Socinus conſil. 49. Circa primam huius. volumine primo. colum. ſecunda. verſicu. his tamen non obſtantibus. Secundò facit, nam quando filius aliúſue deſcendens maſculus, vel fœmina proximus, vel remotus poſt mortem ſuam debuit maioricatum relinquere, vel hæred. fideicommiſſ. familiæ tam ſuæ quàm teſtatoris, is non tenetur, ſed liberatur ab onere reſtitutionis, ſi liberos reliquit. l. cùm auus. ff. de conditio. & demonſtratio. l. generaliter. §. cùm autem. de inſtitutio. & ſubſtitutio. l. cùm acutiſsi. C. de fideicommiſsis. Adſtringitur hoc fundamentum: nam dictæ leges procedunt non ſolùm quando ab vltimo grauato ſuperſunt filij maſculi, ſed etiam ſi tantùm fœminæ. vt dicta. l. cùm acutiſsimi. ibi, Sine filijs vel filiabus nepotibus vel neptibus. & dict. §. cùm autem. ibi, Sed ad filios vel filias nepotes vel neptes pronepotes, vel proneptes tranſmittente. Docent in ſpecie Corneus conſil. 228. nume. 10. ſecundo volumine. Socinus conſi. 55. Viſis conſilijs. volumine tertio. poſt Ioannem Andre. Antoni. de Butri. Cardina. Anchara. in cap. Rainaldus. de teſtamen. quos ipſe allegat. Alexand. conſil. 55. Ponderatis his. nume. 9. tertio volum. Sequitur, & dicit communem Couar. in cap. Rainaldus. in princip. de teſtamentis. num. 2.

Ampl. per communem. de qua per Couarru. in dict. cap. Rainutius. §. 2. num. 2. Deci. conſil. 15. colum. 1. Deci. conſil. 545. Viſo teſtamento magiſtri. & Corne. conſil. 202. in principio. & nume. 7. volumine. 3. Pluries & pluries. & conſil. 275. In præſenti conſultatione. colum. 1. volumine. 4. Cor. cōſ. 273. Dubia ſatis. nu. 4. volumine. 4. Corne. conſil. 9. Viſa facti nar-





ratione. nume. 4. volumine primo. Alciat. per textum ibi in. l. 1. & in. l. pronuntiatio. per textum ibi. & in. l. deteſtatio. §. 1. per textum ibi. & in. l. inter ſtuprū. §. fina, per textum ibi. de verborum ſignificatione. ff. textus in. l. qui duos. de legat. tertio. ff. l. Lucius. vltim. in verbo, filium filiámue. iuncto verbo, liberum. vbi ſignificatur in ſpecie noſtra non referre dicam, ſi ſine liberis deceſſeris, an ſi deceſſeris ſine filio filiáue. Alciatus in. l. quiſquis. de verborum ſignificatione. ff.

Amplia. ſecundùm Alciatum in dict. l. Herennius. & in dict. l. inter ſtuprum. §. fina. & in dict. l. quiſquis. quod & ſentit in dict. l. prima. vt procedat, etiam ſi teſtator in prima teſtamenti parte filias excluſiſſet, vt filijs conſuleret pleniùs, nam & tunc hæc conditio. ſi ſine liberis. &c. vel ſi ſine filijs. non excluderet neptes ex filio grauato. poſt Ancharanum & Iaſo. & alios, quos ipſe allegat. Licèt in dicta. l. quiſquis. agnoſcat, quòd in contrarium ſe habet communis. quod & videtur fateri in dict. l. prima. Sed probabilior eſt Alciati opinio. Primùm, quia amor, fauorq́ue liberis maſculis impenſus, ſufficiens ad filias excludendas, ceſſat in ſubſtitutione filij. Item quia teſtator ſi voluiſſet, dixiſſet. Item quia hoc humanius eſt. Item, quia propter fallaces quaſdā, leueſq́ue coniecturas non debemus recedere à pijſsimæ legis præſumptione. vt dicit Corneus conſilio trecenteſimo ſeptuageſimoquinto. col. 1. volumine quarto. Et ꝙ maſculinum concipiat fœmininū, probat. l. ſeruis legatis. de legatis tertio. l. illa verba. §. pueri. ff. de verborum ſignificatione. & l. hæc autem. ff. de adoptioni. latiſsimè Decius. ff. de regulis iuris. in. l. fœminæ. numero nonageſimoquinto. Ratio vt per eundem latiſsimè numero nonageſimoſecundo. ibidem. Et quòd hæc conditio, ſi deceſſerit ſine liberis. vel, etiam ſi deceſſerit ſine filijs. verificetur in filiabus, firmat eſſe communem opinionem, quam & ſequitur in lege. fœminæ. numero centeſimoſecundo. Et quòd hæc conditio, ſi ſine filijs deceſſerit. intelligatur vel etiam filiabus, tenet Iaſon in lege. ſi quis id quod. numero quarto. de iuriſdictione omnium iudicum. Idem Decius conſilio centeſimo quinquageſimoquinto. numero. 2.

Aſtringitur ſecundò hoc fundamentum vt procedat, etiam ſi rogatus cum vnico filio, filiáue decedat, vt dixi ſuprà.

Tertiò aſtringe, etiam ſi decedens poſt mortem reſtituere iuſſus ſit filio teſtatoris vel purè, vel ſub hac conditione, ſi ſine liberis deceſſer. &c. Nam adhuc ſi liberos habuerit, excluditur ſubſtitutus, licèt eſſet filius teſtatoris. lege. cùm auus. de conditionibus & demonſtrationibus. Tenet in ſpecie Baldus in lege. cùm acutiſsimi. C. de fideicommiſſ. numero quinto. Nam (inquit) vt in portione grauato data is grauatus reliquis teſtatoris liberis prælatus fuit, ſiue illi pares in gradu, ſiue proximiores, ſiue remotiores eſſent teſtatoris, quàm grauatus, ita & grauati liberos prætuliſſe iure videtur. Idem tenet eadem ratione Salicet. in. d. l. cùm acutiſsi. numero ſecundo. qui allegat legem. iubemus. §. ſin autem. iuncto princip. dictæ legis. ad Trebellianum. C. vbi grauatus fuit liberis teſtatoris fratribus ſuis reſtituere, & ceſſat reſtitutio extantibus liberis grauati. allegat legem. ſi qua mulier. cum gloſſa. obuenientibus. C. ad Tertulianum. vbi quod à muliere ſecundò nubente infra tempora luctus ex legis diſpoſitione vadit ad filios primi matrimonij, id poſt eorum filiorum mortem ex

ead.legis diſpoſitione ad matrem ſuperſtitem reuertitur, niſi (vt ibi ſupplet glo.) filij illi cum liberis deceſſerint, tũc enim ad matrem reuerteretur nil. ergo multò magis in ſpecie noſtra. Nam parentum bona non tam liberis debentur, quàm ipſis met parẽtibus: ſed ſi in eo, quod matri debebatur, quia ſuum erat, vel fuerat, ſubintelligitur illa cond. quantò magis. &c. Idem in ſpecie tenet Imol. in. l. ſi cui. de donatio. cauſa mortis. ff. vbi etiam Roma. ſenſit. gloſ. mag. in lege. 1. C. de donat. cauſa mortis. quam Imol. & Roma. vbi ſuprà. ſingul. dicunt. & eam dicit ſing. Socinus in dict. l. cùm auus. num. 39. qui hãc opinio. vt receptiſsimã tenet per rationem Bal. ſuprà relatam. idem tenet Paulus in dict. l. cùm acutiſsi. nume. 5. & iterum num. 7. allegans eandem rationem. & etiam text. in. l. fina. C. de impube. Et ſuperiorem Bald. rationem reddidit gloſ. vitam ſuam. in. l. cùm acutiſsi. per quam infert eadem gloſ. quòd ſi purè filius eſſet grauatus, tunc vt ipſe non fuit prælatus ſubſtituto, ita longè minùs eius liberi præferentur. In quo vltimo idem tenuit gloſ. mag. dict. §. ſi quis rogatus. 1. Et dictum Bal. & eius rationẽ habes app. per. l. 10. tit. 4. part. 6. Idem tenet

5 *Intell. l. cũ acutiſsimi. C. fideico.*

Roma. conſil. 378. In propoſita conſultatione. vt refert Socinus dict. num. 39. & Barba. in dict. l. cùm acutiſsi. quæ leges tres ſcitè exponunt dict. l. cùm acutiſsi. dicentem, ne videatur alienas. &c. vt intelligatur agi de ſucceſsione ipſius grauati, cuius frater alienus eſt reſpectu filiorũ, qui dicuntur proprij. quod vltimũ vult etiam Angelus in dict. §. ſi quis rogatus. colũ. fina. ad pr. & vi. Socinum num. 40. in dict. l. cùm auus. idem vult Decius in terminis iuris communis conſil. 15. col. penultim. in fi. verbis. verſic. non obſt. id quod habetur in dict. l. cùm auus. Idem tenet Decius conſil. 370. num. 4. per rationem Bald. & in fi. concludit id eſſe indubitatum. & allegat Franc. de Curt. conſi. 63. & loquitur in noſtris terminis, ſcilicet, in filio grauati excludẽte fratres grauati. Idem in fortioribus terminis tenet Socinus num. 37. in dict. l. cùm auuus. vt filius poſt mortem reſtituere rem legatam fratri ſuo non teneatur, ſi liberos reliquit, quia (inquit) qua ratione eũ prædilexit, ead. & eius filios. Idem Deci. etiã in relicto particulari conſil. 581. col. 1. in fine. verſic. ſecundus caſus. Areti. conſil. 94. vt refert Socinus dict. num. 37. & iterum Soci. ibid. num. 75. conſiderat eand. rationem, dicens communiter app. glo. vitam ſuam. d. l. cùm acutiſs. quod & firmauit ibid. num. 26. Corne. conſil. 202. num. 5. volu. 3. vbi idem firmat, etiam ſi grauatus eſſet fratribus teſtatoris filijs ijſdemque cohæredibus reſtituere. & iterũ ibid. num. 10. & iterum ibid. num. 7. vbi ſubdit, quòd in talibus fideic. cùm agi videatur de ſucceſsione vltimi grauati, abſurdum eſſet, quòd eius liberis tranſuerſales præferrentur. & not. Corn. cõſi. 275. vol. 4. num. 1. incipit. In præſenti conſultatione. idem Corne. conſil. 91. vol. 1. nu. 4. Viſa facti narratione.

Huius tam receptæ ſententiæ variæ in dictis locis reddũtur ratiões, ĩter quas Prima eſt, quòd pater & filius ſunt idem corpus, vnde vt pater, ita & filius præfertur in ead. portione. Itẽ ſubſtitutus præfertur coniuncto quantumcunq; cõiunctus ſit teſtatori coniunctiſs. ergo ſimiliter & filius eſt veluti ſubſtitutus. l. fi. §. 1. &. §. ſimiliterq;. C. de bo. q̃ lib. ſuntq; ita inter ſe ſubſtituti, vt ſubſtitutos alios excludant. vt ibid. tenetur communiter. & ius tranſmiſsionis eſt potentius iure ſubſtitutionis, ſed per filium fit tranſmiſsio in patrem, non ſolùm poſt mortem, ſed & in vita. l. ſi paterfa. ff. de hær. inſt. ergo. &c. Quo argu. vtitur Bar. in. l. 1. de vulg. num. 20. vt dicat, quòd ideo tranſmiſsio excludit ſubſtitutionem. Vnde ſi filius reſtituere rogatus ante aditam decederet, certè excluderetur ſubſtitutus, admiſſo



miſſo filio grauati per ius tranſmiſſionis: vnde euidenter conſtat ius tranſmiſſionis potentius eſſe, nam ex defectu aditionis grauati perit fideicom miſſ. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebellia. non tamen perit, ſed naſcitur tranſmiſſio, ſicque non perit ius filiorum. Vnde concludit, quòd vbi eſt tranſmiſſio, ibi fit cum onere reſtituendi ſub ijſdem cõditionibus. Adde pro nobis. l. vnic. C. de his qui ante aper. tab. vbi licèt plures ſint filij, quorum vnus ante acquiſitam hæreditatem deceſſerit, decedentis portio tunc non reliquis fratribus accreſcit, ſed ad filios moriẽtis tranſmittitur. id quod procedit in ſucceſſione tam ex teſtamento, q̃ ab inteſtato. ſecundùm glo. appr. ibi in verb. liberos. in fi. ſic ergo &c. Stringe tex. ibi, aduerſus auitum, vel proauitũ deſiderium. eſt enim primi parentis intẽtio, vt in portione cuiq; aſſignata is, eiuſque liberi, reliquis teſtatoris liberis, licèt ei eſſent coniunctiores, præferantur.

Aſtringe vt hæc procedant etiã in relictis ſingularibus, qualis eſt maioricatus, vt ſuprà probaui poſt Soci. & Deci. eſtq; in ſpecie tex. in. d. l. generaliter. §. cũ aũt. in fi. ſimile in. l. vnic. de his qui ante apertas tabulas. C.

Tertiò principaliter, quòd vltimi poſſ. perſona ſit inſpicienda, vt eius reſpectu in terminis iuris cõmunis quiſnam proximior ſit, inſpiciendum ſit, probatur ratione: nam aliàs ſępiſſimè ſucceſſiones turbarentur, fieretq; ſucceſſionum turpiſſimus reflexus à liberis moriẽtis domini poſſeſſoris eius ſucceſſionis, qua de agitur, in tranſuerſales remotiſſimos, quo abſurdius, inuſitatiusq; eſſet nil, vt tranſuerſi remotiores liberos morientis excluderent, gauderentq; inſperato legati hæreditatiſve commodo. contra. l. vnicam. qui ante apertas. C. verſi. ſi quidẽ. ijdemque liberi debita ſibi ſucceſſione fraudarentur. contra. d. l. vnic. ibi, eamq; tanquam debitam. l. fina. §. 1. C. de cura. furio. l. fi. C. de codicillis. l. quia plerunq;. de curat. furio. ff. glo. vbi omnes in. l. 3. C. de iuris & facti ignoran. idemque liberi carerent ſolatio triſtitiæ ſuc. contra d. l. vnicam in fine.

Quartò, quia ſic fieret, vt vnuſquiſque poſſeſſor idemq; dominus cùm plerũq; intelligeret illum maioratum extra domum familiamque ſuam futurum, inq; fratres ipſius poſſeſſoris patruos (quibus pauci carent) eundem maioricatum reflexurũ, perperàm res hæreditarias tractarent, & fortè non ſolùm negligenter ſed etiam perfidè: vt ſicut incideremus in vitium, de quo in. l. ſcire. cum ibi notat. C. vt in poſſeſſ. legat. ſicque ab eo neceſſum eſſet exigere cautionem non ſecùs, q̃ ab vſufructuario, quod nuſquam eſt lectum, nuſquam relatum: ſicq; id alienum eſt à ſententia iuriſconſultorum, veroq; ſimillimũ eſt eis nunquam in mentem veniſſe.

Quintò, quia ſic fieret, vt dominia rerũ ſemper ſub incerto eſſent. Quia ſi cõputatio graduum à primo fundatore faciẽda, ducendaq; eſſet ad vſq; vltimum poſſeſſorem, vt per hoc intelligeretur, quiſnam proximior primo teſtatori eſſet, quĩ fortè abhinc annos mille deceſſit, tunc id difficillimum eſſet, eſſetque probatio deſperata, fraudibus, falſitatibusq; ex tẽporis vetuſtate, quas experientia quotidie monſtrante videmus, parata, eſſentq; lites immortales. Ne ergo tot ſequantur abſurda, incommodaque, quòd & rerum dominia in incerto ſint. contra. l. 1. ff. de vſucapio. quòdq; lites ſint plures. cõtra. l. 1. ff. de. iureiur. q̃q; lites immortales fierent. contra. l. properandum. C. de iudici. quòdque in mille ambiguitates quotidiè incidamus, & quaſi retibus aucupioq; capiamur. contra. l. 1. §. ſi hæres percepto. ff. ad Trebel. in fi. quòdq; fraudes, falſitatesque quotidie fiant. contra l. fina. C. de fideicom. l. fi. C. de iureiuran. quòdq; poſſeſſores rerum perfidè negli-

gligenterq́; circa res poſſeſſas verſentur contra.l.2.cum.l.ſcire. C. vt in poſſ. leg. vbi glo.app.ꝙq́; à laribus, vbi filij gignũtur, aluntur, & adoleſcunt, lugubriter ſeparẽtur, abdicẽtur, abijciãtur cõtra.l. lex quæ tutores.C.de admi. tut. ꝙq́; ꝓbationum difficultatibus moremur, & ab honeſtioribus negotijs auocemur contra l.Lucius.ff. de conditio. & demõſtratio. magis eſt.&c.vt ad talem maioricatum, vel rem reſtitutioni ſubiectam admittãtur qui ſunt proximiores vltimo maioricatus poſſeſſori morienti, quàm qui ſunt proximiores ipſi teſtatori, ſeu maioricatus fundatori.

6 Sextò, quia in omni ſucceſsione perſona vltimi morientis, nõ eius à quo bona primùm profecta ſunt, inſpicitur, ſiue agatur de ſucceſsione ſuorũ, ſiue de ſucceſsione agnatorum, ſiue de ſucceſsione cognatorũ. In ſucceſsione ſuorũ, eſt tex. in.§.cùm autẽ quæritur.Inſt.de hær.ab.l. ſcripto.ff.vnde lib.l.2.§.proximum.ff.de ſuis & legit. In ſucceſsione agnatorum, eſt text.in.l.ex duob⁹.&.l.pe.ff.vnde leg. §.proximus.Inſt.de leg.agn.ſu. In ſucceſſione cognatorum, eſt tex.in.l.1.§.proximus.&.§.ſi quis proximior. ff. vnde cognati. Idem in ſucceſsione libertorum.§. repetitis.ibi, moriẽtis.Inſti.de ſerui. cog. & de ſucc.lib.§.multis.verb. proximior. ſic ergo & in hac ſucceſsione. Nec obſt. l.vnum ex fa.§.ſi de falci.ff.de leg.2.quia intelligo tex.illũ, quòd ibi agitur de ſucceſsione teſtatoris quo ad hoc, vt grauatus nequeat in præiudicium eorum, qui inuitati ſunt, quicquam alienare, addere detrahere, mutare, onúsue imponere, quo ad alia autẽ de bonis ipſius grauati agi videtur. Hinc eſt, quòd de conſenſu eorum omnium, qui ad fideic.ſunt inuitati, poteſt fieri alienatio.l. quoties.1. vbi Iaſ.C.de fideic.l. cùm pater. §. libertis, de legat.2.ff.l.pater filium.§. quindecim. ff. de leg.3.Hinc eſt, ꝙ fideicommiſſum poteſt tolli ex toto, & remitti de conſenſu eorum, qui ad illud fuerunt inuitati.l.1. cum conc.de pact. C. Et eodẽ modo inſpicitur proximitas in ſucceſsione feudi. vt.§.quinetiam.in.c.1.de ſucceſsione feudi. Et idem in aſsignatione libertorum, vt.l.1.§.fi.cum.l.ſeq.ff.de aſsig.liber.

*Proximus in ſucceſsionibus inteſtatorũ qs dicatur.*

Septimò facit.l.generaliter.§.cùm autem.ibi, morientis.l.cùm accutiſsi. de fideic.C.ibi, defuncti.vbi grauatus moriẽs cum liberis, ad eos id fideic. tranſmittit, reliquis omnibus tranſuerſis, ijſdemq́ue deſcendentibus primi fundatoris excluſis, & cùm in hoc maioricatu, vel fideic. quilibet ex deſcendentibus ſit expreſſim gradatim & inuitatus & oneratus, adq́; liberos grauati fiat tranſmiſsio, illã ſequitur fieri debere in liberos cuiuſq; vltimi grauati, non ſecùs, quàm in liberos primi grauati fieret.

7 Octauò, illa ratio. l. cùm acutiſsi. ne videatur teſtator alienas ſucceſsiones proprijs anteponere, exponitur per Barba.in.d.l.cùm acutiſs.& per Socin.in.d.l. cùm auus.num.39.poſt alios, quos Soci. refert, ſcilicet, ne videatur teſtator alienas ſucceſsiones reſpectu grauati, cui immediatè ſucceditur, proprijs ſucceſſionibus ipſius grauati. i. eius liberis anteponere. Eaq́; expoſitio neceſſaria eſt. Quia cùm ad.l.cùm auus. referat ſed. d. l. cùm accutiſs. eſt intelligenda ſecundùm terminos legis interpretatæ, ſicq́; vt procedat etiam ſi fratri ſuo teſtatoris filio grauatus ſit reſtituere, quo caſu niſi intelligeremus, quòd agitur de ſucceſsione grauati immediatè, licèt mediatè etiam agatur de ſucceſsione teſtatoris, tunc non videretur teſtator alienas ſucceſsiones proprijs anteponere, etiam ſi liberi grauati excluderentur. ergo &c. Cùm ergo de ſucceſsione grauati non teſtatoris immediatè agi intellligatur, cùmq́ue cauſam immediatam inſpici oporteat, ſupereſt, vt qui proximiores ſint grauato morienti, non fundatori debeant inſpici, oporteatque, ſicque vt per filiam grauati

*Intell. l. cũ acutißimi C. de fideic.*



grauati eius fratres excludantur.

Nonò, illa ratio.l. cùm auus.ſ. coniectura pietatis, militat & in ſpecie noſtra. Nam impijſsimum eſſe cẽſetur, prolem cuiuſq; morientis ab eius ſucceſsione excludere, idq́ue præſumitur vehementer etiam contra vim verborum, & contra diſpoſitionem (.l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus.ff.de verb.ob.in fi. vbi nunquam ſubintelligitur cond.niſi exprimatur.& contra.l.1.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verb. ob.& lex. non aliter. ff.de leg.3.) vt bona cuiusq; moriẽtis ad eius prolem reliquis omnibus etiã deſcẽdẽtibus proximioribus teſtatoris excluſis pertineat, idq́; deſcendere etiam ex teſtantis volũtate. Sed hæc ratio militat in quocunq; primatus ſucceſſore remotiſsimo, nõ ſecùs, quàm in primo, ergo ſupereſt, ꝙ cuiuſq; grauati remotiſsimi proles excludere debet reliquos teſtatoris deſcendentes etiam proximiores.

Decimò, ratio dict.l. generaliter.§.cũ autem. ſimiliter militat ibi, ſi de nepotibus cogitauerit. Nam vero ſimile eſt ſi teſtator cogitaſſet de ſobole cuiuſq; grauati etiam remotiſsimi, eam velle præferri omni ſubſtituto, non ſecùs, quàm id creditur reſpectu primi grauati.

Vndecimò militat ratio.l.vnic. de his qui ante aper.tab.ibi, inſperato legati cõmodo vel hæreditatis gaudere.

Duodecimò & illa ratio, de qua ibidẽ, habeãt ſolatium triſtitiæ ſuæ. quibus eſt meritò conſulendum.

Decimotertiò & illa ratio ibid. quaſi debitam vendicare.

Decimoquartò & illa ratio ibi.aduerſus auitum & proauitum deſiderium. quam ſuprà declarauimus.

Decimoquintò & illa ratio, ꝙ plus dictum, & minus ſcriptum inueniretur. vt dict.l.cùm auus.ff. de conditio.& demõſtrationibus.

8 Decimoſextò, qa negari nõ poteſt, quin teſtator poſsit hæredis ſucceſſores etiam remotiſ.grauare.l.5. de leg.3.Et ad.l.6.eo. reſp.ibid.Bar.Bal.Alber. Odofr.ꝙ refert, vtrùm nominatim imponatur onus, an verò ſimpliciter, generaliter, indefinitè nomine nõ proprio, ſed appellatiuo. Ratio, qa hæres hæredis primi teſtatoris hæres eſt, ideoq́; grauari poteſt, non ſecùs, q̃ primus hæres.l.final.C. de hæredi. inſtit. l.1.in verb.mihi.de vulga.ff.nam illa ſubſtitutio pupill.ſi fili⁹ in pupillari deceſſerit Titius mihi hęres eſto.non deſinit valere, licèt nõ teſtatori immediatè, ſed ipſi pupillo ſuccedatur. l. ſed ſi plures.§. ad ſubſtit.de vulga.ff.l. patris & filij. eod.§. igitur. Inſtit. de pupill. Ratio, quia ſatis teſtanti hæres videtur eſſe, qui fuit pupillo, qui pupillus ipſi teſtatori extitit hæres. Sic & in.l.vnum ex famil.§.1.de lega. 2.ff.licèt ſecũdùm nos immediatè grauato ſuccedatur, tamẽ mediatè ſucceditur teſtatori, qđ ſufficit ad hoc, vt eius vol. non poſsit alterari, ſed ad vnguẽ debeat ſeruari.

*Teſtator poteſt onerare hæredes grauati.*

Cùmq́; potuerit etiam remotiſsimos grauare, quòd voluerit, non dubitatur, ſed patet & expreſsim & nominatim in l.peto.§.fratre. ff. de legatis ſecundo. ibi. ſed ita proximus quiſq; admittendus ſeparatus fuerit cauere ſe fami.domum reſtituturum. ergo ei impoſitum fuiſſe videtur onus reſtitutionis, ſicq́; fuit oneratus, nec mirum, quia & honoratus, vt patet ibi, fideicommiſsi petitio familię competit. Adde.l.vnum ex fam.§.ſed & ſi fundum.ibi, hæredis hæredem oneratum intelligi.& ibi, fundum cum effectu familiæ reſtitui.l.pater filium.§.duobus. de legatis tertio. ibi, ex cauſa fideicommiſsi. vbi quando familiæ relinquitur fundus ex cauſa fideicommiſsi, quiſq; tenetur familiæ relinquere.

Decimoſeptimò per.l.cùm pater.§.volo.ff.de legat.2.vbi etiam in ſingulari relicto procedit dict.l.cũ auus.per.l.generaliter.§.cùm autem.in fin.&.d.l. vnic.in fin.C.qui ante apertas tabul.

Decimooctauò adde, quòd.d.l.cùm auus. procedit etiam ſi ſimus in deſcendẽte teſtatoris grauato remotiſſimo vſque in infinitum. Ita Soci.ibi.nu.49. poſt Io. de Mõte Sper.& Io.Bapt.de ſancto Seue. in dict.l.cùm acutiſſimi. quos ipſe refert num.49. per.d.l.cùm acutiſſimi. ibi, vel aliam deinceps poſteritatem.

Stat ergo ex ſuperioribus, quòd in maioratu vel fideicommiſſo familiæ relicto poſt mortem cuiuſq; poſſeſſoris inuitatus videtur is, qui poſſeſſori vltimò morienti (ex genere tamen primi fundatoris) proximior fuerit, non autem qui ipſi primo fundatori proximior erat.

*De ead.re.* Et licèt ſtatutũ vocet proximiores, adhuc nepos ex primogenito locum patris aſcendit. Tiraq.quęſt.4.nu.20.de primo genit. vbi nu.23. & nu.26. not.loquitur. & meliùs nu.35. &.46. cum duobus ſeq. &.155.&.156.&.157. Adde quòd feudum capitur iure hæreditario, ideò qui hæreditatẽ patris repudiat, feudum non retinet. Tiraquel.de iure primoge.quæſt.35. nu.11. ergo idem in primatu. Sed contra vt.l.21. Tauri. Reſpon. ſiue dicas, quòd in ſucceſſiõe eius, qui primatũ habebat, ſunt duæ hæreditates, altera libera cæterorum bonorum, altera ſubiecta, qualis eſt maioratus, poteſt per.l. fieri, vt hæres partem alteram capiat, altera repudiata. l.ſi pupillus. de acqui. hæred. Siue quòd vnica ſit hæreditas, adhuc idem.arg.l. ſi minor. de acquir. hæredit. &.l. miles ita. de milit.teſta.ff.

Cùm ergo perſona nõ ſolùm illius, qui re vera extitit hæres, dominus, & poſſeſſor maioratus inſpiciatur, & ſit in conſideratione, ſed etiã perſona illius, qui nuda tantùm deſtinatione fuit ad maioratum inuitatus, licèt illius dominus, aut poſſeſſor nũquam fuerit (quale eſt cùm filius primogenitus viuo patre relicto filio deceſſit) quantò magis inſpici debet perſona illius, qui re vera, exiſtenterque fuit dominus, poſſeſſorq; ipſius maioratus, vt ſi quando deceſſerit, linea proximitatis ab eius perſona, non à perſona primi fundatoris ducenda ſit?

9 Adde, ꝙ ſemel excluſus ab aliqua ſucceſſione, ꝑpetuò remanet excluſus, adeò, vt etiam ſi ex poſtfacto finiatur cauſa excluſionis, non propterea ipſa excluſio ceſſet. tex.in.c.1.§.quin etiam epiſcopum vel abba.in feud. cuius verba. Quin etiam ſi quis eo tenore feudum acceperit, vt eius deſcendentes maſculi & fœminę illud habere poſſint, relicto maſculo, vlteriùs fœminæ non admittuntur. *Excluſus ſemel, perpetuò manet excluſus. cũ communi.*

10 Adſtringe, nam dict.§.quin etiam. procedit, etiam ſi maſculus, per quem fœmina fuit excluſa, ilicò moriretur. ſecũdùm Bal.ibidem.& Andre.de Iſerni. Nam licèt (inquiunt) incontinẽter moriretur is maſculus, adhuc fœmina ſemel excluſa nunquam eo iure, quo excluſa eſt, venire poſſet, nequiretq; ad feudum adſpirare, tanq̃ ad feudum paternum, licèt tanquam fraternũ poſſet, fratris enim iam factũ fuit. vt dict.§.quin etiam. & dict.§.filio impuberi.&.l.qui duos.in prin.de reb.dub. vbi qui impuber. vltimo morienti fuit ſubſtitutus pupillariter, excluditur à prioris hæreditate, ſi ordine deceſſerunt, licèt poſtremus ilicò poſt primum decederet, ſed in vltimi hæreditate & prioris hæreditatem inuenit, tamẽ ſemel excluſus fuit à primò moriẽtis hæreditate, ſicq; illius hęres fuiſſe nunquam videtur, ſed vltimi tantùm. Ad idem.l.quod de pariter. cum duabus ſequentibus.eod.titu. quas leges allegant Bald.& Iſernia vbi ſuprà. Ad idem.l.2.& l.quod certatum.C.de poſt.hære.inſt. Ad idem.l.ex facto.§. ſi quis autem. ad Treb. ff.à cõtrario ſenſu, vbi innuitur, quòd iuſſus reſtituere ſub cõditione, ſi ſine liberis, &c. eodẽ naufragio perijt cum filio, & tamẽ ſi qua coniectura intelligeretur filius poſterior deceſſiſſe, quàm pater, licèt id per momentum tantùm duraſſet, fideicõmiſſarius perpetuò foret excluſus. per quẽ tex. Bald.ibidẽ in dict.§.quin etiam.& Iaſ. *Maioratus patris mei, ſimulac fratri meo q̃ſitus fuit, deſinit eſſe paternus, & incipit eſſe fraternus.*

in.l.



in.l.ſi quis hæredem.col.2.C.de inſtitu. aiunt, quòd iuſſus reſtituere ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit. non tenebitur reſtituere, ſi is reliquit liberos, licèt illi poſtea viuo fideicommiſſario deceſſerint. Quod intelligitur dupliciter. Primò, quando diu & poſt patrem liberi ſuperuixerunt. Secundò, etiam ſi ilicò decederent. Ratio, quia punctus temporis eſt in cõſideratione. glo. amiſiſſe.in.l.ſed & partus.§.fi.ff.quod met.cau. Adde.l.fi.ff.de cõdit.inſti. vbi filiusfa. ſub cõditiõe poteſtat. quæ vltimo vitæ ſpiritu impleri non poteſt, inſtitutus, in vltimo vitæ ſpiritu, quo deficit conditio, hęres exiſtit ſuus ab inteſtato, eodemq; momẽto moriẽs hęres eſſe deſinit. Adde.l.ſi poſt mortem.in princip.de lega.1.ff. vbi Iaſ.plura. Hinc etiam eſt, quòd ſtãte ſtatuto, quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, tunc ſufficit maſculos extitiſſe, licèt poſtea deceſſerint viua fœmina. Nã cùm per interuentum maſculi fœmina ſemel fuerit excluſa, non admittitur per deceſſum ipſius maſculi. Bar.in.l.fi.ff.ad Tertull. Bal. per tex.ibi in.l. cùm vxori. C.quãdo dies leg.ced. Ratio, quia vt implementum condi. quod per momentũ tantùm durauit, eſt in cõſideratione ad eum, qui ſub tali cõditione vocatus fuit, admittendum.d.l.cùm vxori.l.ſi quis hęredem.C.de inſti.& ſubſti. ita etiam tale implementum etiam permomentaneũ debet conſiderari, & ſufficere ad excludẽdum. Et in terminis dicti ſtatuti illud nouè amplio ex mente Bal. & Iſerni. vbi ſuprà, ſi maſculi ilicò poſt mortem eius, cuius de ſucceſſione agitur, decederent. Iaſ.in.l.2.C.de poſthu.hære.inſtit.

11 *Maioratus deſcẽdẽtibꝰ datus, intelligitur datus deſcẽdẽtibus primi uel cuiuſq; grauati.* Adde.l.codicillis.§.inſtituto.de lega.2. vbi probatur, quòd ſi dixi, Filium inſtituo, & volo tale prædium firmum inalienatumq; ſemper manere meis filijs & nepotibus. tunc quiſq; poſſeſſor grauatus intelligitur onere fideicom. hoc primò. Item ad id fideicommiſſum nepotes ex filio primò honorato vltimoq; poſſeſſore, non ex alio filio vocati intelliguntur. vbi glo.in verb.filijs.in.§.inſtituto. quæ eſt ſing. ſecundùm Imol.ibi. & Iaſ.in.l.ſi fundum per fideic.in prin. nu.26.de leg.1. Iaſ.in.l.filiusfam.§.diui.nu.17.lect.1. allegat plura Iaſ. dicẽtia, quòd prohibitio alienationis facta reſpectu certarum perſonarum, inducit fideicõmiſſum in fauorem earum perſonarum, ſi contra fiat, q̃ iuſſit teſtator. meliùs in.2.lect. num.20. Adeò autem is, cuius fauore fit prohibibitio, videtur ex cauſa fideic. inuitatus, quòd poteſt alienatione facta rẽ propria authoritate capere. Iaſ.in.d.§.diui.1.lect. & in.2.lect.nu.58.

12 Adde, quòd prohibitus extra familiã alienare, poteſt alienare in fœminas, quę ſunt de alterius familia per viam ſucceſſionis ex teſtamento, vel ab inteſtato. Iaſ. ſecundùm cõmu.opini. in.§.diui.2.lect. nu.135.cum pl.ſeq. & in.1.lect.nu.103.cũ plu.ſeq. Ergo in ſpecie noſtra, licèt videatur prohibitus alienare extra familiam, non excluditur eius filia, ſiue ex teſtamẽto, ſiue ab inteſtato ſucceſſerit: ſicq; familia non tam ipſius teſtantis, quàm ipſius grauati conſideratur, ſiquidẽ grauatus erat de familia teſtantis. Ad Bar.in.§.fratre.contrarium tenentem reſpon. quòd intelligi debet, quando grauatus nõ erat de familia teſtantis.& ita intelligo etiam Bar.in.l.cognatis.nu.2.ff.de reb.dubijs. *Fœmina dicitur de familia.*

13 Et in ſpecie punctualiter Socin.in.l.ſi cognatis.in fi.de rebus dub.ff. concludit proximiores vltimi grauati non teſtatoris præferendos. pro quo.d.§.inſtituto.l. codicillis.de leg.2. quem nõ allegat. Ad Bar. reſpon. quòd eſt intelligẽdus in ſubſtitutionibus, quæ habent locum ante portionem quæſitã, qualis eſt vulgaris reciproca compẽdioſa. Idem per.20.fundam. in ſpecie tenet Soci.conſi.249.nu.21.vol.2. Materia pręſentis. Et iterum conſilio.72.vol.4.nu.16. vbi ſubdit, ꝙ quãdo attenditur ordo ſucceſſionis, attenditur *In maioratu ꝓximiores aliter q̃ in ſubſtitutione directa capiuntur.*

proxi-

ꝓximitas gradus illius vltimi grauati.
Cùm ergo oẽs in.d. §. quidã rectè. agno-
ſcãt, ꝙ hîc attenditur ordo ſucceſſionis,
ſequitur &c. Et nobiſcũ tenet Soci. in. l.
hæredes mei.§.cùm ita.nu.16.ad Treb. ff.

*Fideicõ. familiæ extranei relictũ ꝑtinet etiã ad exiſtẽtes in diſparibus gradibus.*

14 Deniq; circa iſtã partẽ põt cõſiderari, ꝙ
qñ relinqtur familiæ heredis extranei fi-
deicõmiſſum, tũc nõ ꝓximiores, ſed oẽs
de familia etiã diſparis grad⁹ vocati intel
ligũtur. Bar.in.l.ſi cognatis. ad fi. de reb.
dub.vbi Soci.& Soci.in cõſi.37.vol.3.col.
1.Sed qñ id fideic. relinqtur familiæ teſta
toris,tũc cõſideratur ordo affectionis, vt
poſt primũ, qui de familia ſit teſtatoris,
proximiores,nõ aũt oẽs ad mittãtur.at in
l.cũ ita.§.in fideicõmiſſo.de leg.2. dicitur
proximiores tãtùm admittẽdos,ergo fa-
miliæ teſtatoris fuit relictũ, ſed tunc etiã
ꝓximiores ipſius grauati, vel eius,cui pri
mò quæritur fideicom.vocãtur.ergo nõ
teſtatoris,ſed grauati proximiores vocã-
tur. Qñ teſtator grauat deſcẽdẽtes ex ſe,
vel etiã ex grauato,ſi is ſit de familia teſta
toris, tũc ſemꝑ videtur ordine ſucceſſ. nõ
ſecùs, ꝗ̃ ſi ab inteſtato ſucceſſio daretur.
Ergo vt ſi nõ grauaſſet,tũc poſt mortẽ cu
iuſq; ex grauatis eius ꝓximiores,nõ ꝓxi-
miores teſtatoris admitterentur, ita & ſi
grauauit.Soci.n.10.cũ ſeq.in cõſ.12.vol.3.
& in pleriſq; alijs cõſilijs ſuprà adductis.

*Maioratui inuitatus ſub cõditione,ſi primò nominatus liberos non habuerit, admittitur, etiã ſi ille liberos habeat,ſi tamen uiuo primo nominato deceſſerint. cõtra cõm.*

15 Deniq; illud cõtrouerſum eſt, ſi maio-
ratus relictus fuit Titio & ſuis liberis hoc
modo,Si Titius liberos nõ habuerit, Mę
uius ad hũc maioratũ veniat, vel ad ſimi
le feudũ,ſeu fideicõ. is Titius filios ſuſce-
pit,ſed ſe viuo deceſſerunt,& poſt mortẽ
Titij ad tale fideicõ.feudũ, vel maioratũ
cõcurrũt ipſius Titij hæredes:& Męuius
ꝑ cõtrariũ cõtẽdit ad ſe ꝑtinere, quaſi nõ
defecerit cõditio,ſub qua ipſe ad talẽ ma
ioratũ inuitatus fuit, cũ verba ſint cũ effe
ctu accipiẽda, & licèt Titius filios habue
rit, tñ ſe viuo deceſſerũt.In cõtrariũ vide
tur ſufficere cõditionẽ permomẽtũ exti-
tiſſe.arg.l.ſi quis hæredẽ.C.de inſt.& ſub
ſti.ꝑ quẽ tex.cõis op. eſt vt patet ibi ex re
latione Iaſ. ꝙ Męuius excluſus videatur.
Ibi em̃ in.d.l.ſi qs hęredẽ. fideicõmiſſum
fuit relictũ filię ſub hac cõditiõe, ſi nube
ret,vel Titius cõſul fact⁹ fuiſſet. ipſa nu-
pſit,& ilicò diuertit à marito: ille cõſul fa
ct⁹,ilicò cõſulatũ depoſuit, cõditio nihilo
min⁹ rectè & vtiliter impleta videtur. ſed
adhuc in cõtrariũ fortiter facit: qa in cõdi
tiõib⁹ primũ locũ tenet vol.teſtãtis.l.hęre
des mei.§.cũ ita.ff.ad Treb.l.in cõditioni
b⁹ primũ locũ.ff.de cõd.& dem. Sed vol.
teſtãtis eſſe videtur,vt nõ aliter Męui⁹ ex
cludatur, vel admitti deſinat, ꝗ̃ ſi Titius
grauatus liberos mortis tp̃e relinquat,er
go &c. Tenẽdo hãc partẽ, dic ad cõem,
de qua ꝑ Iaſ.in.l.ſi qs hæredẽ.col.3. de in-
ſtit.C. ꝙ habes cõtra eam tex.expreſſ.in.l.
Lucius.de hęr.inſt.ff.ibi,filiũ filiámve ex
ſe natũ natãve nõ habebit. iũctis illis ver
bis, quos eo ampli⁹ noluit hęredes eſſe, ſi
frater priùs ꝗ̃ hęreditatẽ adiret, deceſſiſſet
liberis relictis.Ergo iuſſus reſtituere, ſi li-
beros non habuerit,intelligitur.i.ſi cum
liberis deceſſerit. Quę interpretatio p̃ter
illã legẽ, volũtati teſtatoris proxima eſt.
Et eſt lõga differẽtia, vtrũ cõditio virtuali
ter collata fuerit in tp̃s mortis, quale eſt
in ſpecie noſtra, an nõ in tp̃s mortis, qua-
le fuit in terminis.d.l.ſi qs hęredẽ.Pręte-
rea ibi erat cõditio affirmatiua, ſi nupta
erit vel cõſul. hîc aũt negatiua, ſi liberos
nõ habuerit.Deniq; ꝗ̃litas adiũcta verbo
debet intelligi ſecũdũ tp̃s verbi.l.miles.ff.
de mili.teſt.Bar.& oẽs in.l.ex facto.in pr.
ff.de vulg.l. in delictis.§.ſi extrane⁹.ff. de
noxal.act.Nec dubiũ eſt,quin illa verba,
ſi liberos nõ habuerit reſtituat. referãtur
ad tp̃s mortis onerati. Etenĩ licèt liberos
ꝑ ſpatiũ vni⁹ anni,aut duorũ, vel etiã plu
riũ liberos nõdũ ſuſcepiſſet, nõ ideò ſtatĩ
reſtituere deberet, ſed demũ poſtꝗ̃ certũ
eſſe cœpiſſet, eũ nõ poſſe liberos ſuſcipe:
qa cõditio negatiua nõ antè intelligitur
impleta, ꝗ̃ fundit⁹ deſꝑata fuerit. Nã & ſi
pœnã ꝓmiſi ſub hac cõdi.negatiua, ſi Ro
mã non irẽ, aut Stichũ nõ darẽ, aut equũ,
seu



ſeu bouem, non quidem ſtatim pœna à
me exigi poteſt, licèt ſtatim verum eſſe
cœpit me Romam non petijſſe, nec Sti-
chum,aut bouẽ, aut equum dediſſe, ſed
tũc demũ pœna exigi poteſt,cùm iſthæc
fieri non poſſe certũ eſſe cœperit, quod
accideret me moriẽte, aut Sticho, aut bo-
ue.l.quicquid aſtringendæ.§.fi.l.in illa ſti
pulatione, ſi calendis.l. cùm ſtipulatus
ſim mihi à Proculo.ff.de.verbo.obligat.
Sic & in propoſito, illa conditio, ſub qua
ad maioratum inuitatus fui, ſi tu liberos
non habueris.vt non videretur impleta,
quandiu liberos habere potes., licèt in
præſenti eos non habeas: ita quoq; defe-
ciſſe nõ videtur, licèt liberos habeas, quã
diu poſſibile eſt te ſine liberis mori, quo
tempore conditio fideicõmiſſi inſpicien
da eſt.

*Intell.l.is q cõplures. ff.de leg.3.*

16 Tenendo, quòd in fideicommiſſo fami
liæ relicto poſt mortem cuiuſque graua
ti, proximus ipſius non teſtatoris inuita-
tus intelligatur.vt.l.cùm ita.§.in fideicõ.
de leg.2.ff. ad.l.is qui cõplures.de lega.3.
reſpon.primò vt dixi ſuprà. Vel illi non
habebant liberos, nam ſi haberent, non
tenerẽtur collibertis reſtituere. vt.l.cùm
pater.§.quindecim. de leg.2.in fi.ibi, no-
uiſſimus autem ſine liberis. Vel & tertiò
ſi habebant liberos, illi erant ſerui, quia
non fuerunt manumiſſi à domino. poſ-
ſunt enim parẽtes manumitti, eorumq;
liberi in ſeruitute retineri. vt in prin. In-
ſtit.de ſeruili cogna. Vel & quartò, licèt
haberent liberos, illiq; ad libertatem per
ueniſſent, tamen ſi tales liberi durãte ſer-
uitute fuerunt concepti & nati, licèt po-
ſtea cum patribus libertatem conſequã-
tur, tamen non poſſunt eis ſuccedere, in-
ſpecto iure.ff. Inſtit.de ſerui.cog.in prin.
l.1.§.pertinet.ff.vnde cog.l.Iuriſcõſultus.
§.1.ff.de gradib.l.non facilè. eod. & cùm
liberos habuiſſe ſit quid facti, magis eſt
vt præſumantur eos non habuiſſe. Vel
quintò, licèt liberos habuiſſent natos
etiam poſt conſecutam libertatẽ, tamen
potuerunt obijſſe.ergo &c. Vel ſextò in
tellige, quòd poſt primum grauatũ eius
deſcendentes nõ teſtatoris vocantur, ſed
poſtquàm eius deſcendentes ſunt finiti,
resq; tranſit ad tranſuerſales, magis eſt,
quòd conſideretur proximitas reſpectu
teſtantis.vt.d.l.is qui. Ita in his terminis
loquũtur Crottus in.l.filiusfamil.§. diui.
de leg.1.ff. nu. 161. vbi Fern.de Loaz.nu.
107.& in his terminis poteſt, & debet in-
telligi Iaſ.conſi.mihi.215.Ex Valẽtia.vol.
2.in prin.& tã Iaſo, quàm Crottus aiunt,
ſe in hoc ſequi cõmunẽ opinionem. Sed
Iaſ.conſi.159. Odoricus.vol.4.in princi.
planè loquitur etiam ſi contentio ſit in-
ter vnum ex deſcendentibus grauati, &
alium deſcendentem teſtãtis.& Ripa in
d.§.diui.nu.31. tenet de proximo teſtãtis,
non hæredis intelligendum.latè Ripa in
l.ex facto.in prin.ad Treb.nu.6.Sed vtro
bique loquitur ſine exemplo, vnde eod.
modo poteſt intelligi. Item Bar.& ſequa
ces poſſunt ſeptimo loco intelligi ex mẽ
te Socini in.d.l.ſi cognatis.de reb.dub.in
fi. ꝙ loquitur in ſubſtitutionibus, quæ
ante portionem quęſitam locum habẽt,
qualis eſt vulg.quia in illis agitur de ſuc
cedendo immediatè teſtatori. Simi.diff.
inter vulg. & pupillarem quo ad præfe-
rendum ſubſtitutum matri pupilli. Pro
nobis.l.pe.vel antepe.tit.8.6.par. Pro no
bis, quòd in fideicõmiſſaria magis faue-
tur deſcendentibus, ꝗ̃ in vulgari. Patet,
quia in vulgari ſi filium & ex eo nepotẽ
habebam, filioq; inſtituto dedi ſubſtitu
tum vulg. eo repudiante, non nepos vo
catur, ſed ſubſtitutus, ſecùs in fideicom-
miſſaria poſt mortem.vi.l.quæritur.&.l.
quòd ſi pater. de bonis libert. Tunc ſic,
vt ſi ageretur de ſuccedendo auo nepos
intraret locum patris, quantò magis ſi
agatur de ſuccedendo ipſi patri? nam &
ideò viuo patre quaſi dominus eſſe dici-
tur, & quaſi poſſeſſor. Et Decius conſi.1.
loquitur in fideic. deſcẽdẽte ab trãſuerſa
li. vt patet in eo.col.2. verſi. allegata.n.4.
Item

Item magis fauetur in acquiſitis, quàm in acquirendis, ſed ſi ageretur de hæreditate aui, filio præmortuo ita fauetur, vt eius liberi eius gradum aſcendant, cócurrantq́; cum paternis, quãtò magis, ſi iam filius quæſierat patris hęreditatem? Et ſi ſecundùm cõmunes opi. is filius ſecundus excluderetur ab hoc nepote in maioricatu, quantò magis ab ipſo filio tranſuerſus vincetur vt hîc?

Item ſi cõmunis opi. volens, quòd ad proximiores teſtantis non vltimi morientis fieret maioricat⁹ regreſſus, vera eſſet, tunc ſequeretur abſurdũ turpiſſ. vt maioratus à tranſuerſali conſtitutus, nunq̃ deſcenderet in filios vltimi poſſeſſ. nam quoties cum filijs vltimi poſſeſſoris frater morientis concurreret, tunc vtpote cõſtituenti proximior filiũ excluderet, ſicq́; ſemper tranſuerſus filium excluderet, quod turpiſſ. & inauditum, & contra vetuſtiſſimam totius orbis interpretationem, maximè Hiſpaniarum, & contra. l. 12. tit. 8. par. 6. Vnde magis eſt, vt teſtator qui iure peritus nõ erat, ſe conformaret cum cõmuni ſuæ patriæ conſuetudine, cumq́; legibus etiam ſcriptis ſuæ patriæ, quàm cũ iure cõmuni, quod ignorabat.

*L. 12. tit. 8. part. 6.*

Ad rationem cõmuné. ſ. quòd in fideicommiſſ. non ordo ſuccedendi ab inteſtato, ſed affectio teſtantis conſideretur, teſtator autem maiorem affectionem habet ad quenq̃ quo magis proximior eſt, reſpon. quòd & in fideic. quam teſtator affectionem habet ad honoratum, eandem habere videtur ad eius deſcendentes. Item perincioſſ. inducitur differentia inter legata & hæreditates, cùm vtrobiq; mens teſtantis æquè ſeruanda ſit, & verſetur. l. cõficiuntur. de iure codicill. l. 1. §. pe. de leg. 3. ff. & lex interpretetur hãc eſſe mentem teſtantis, vt qui deſcendũt ex honorato primo reliquis præferãtur, quod in ſucceſſionibus ab inteſtato nõ aliàs lex introduxiſſet, quàm ſi voluntati teſtantis conforme id eſſet.

Adde quòd Bar. tam in. §. fratre. l. peto. de leg. 2. ff. quàm in. l. ſi cognatis. de reb. dub. ff. eſt intelligendus pro prima vice, vt iuſſus (ſtatim poſt aditam, vel demũ poſt mortem, vel inter tempus aditæ & tempus mortis, putà infra annũ ab adita) reſtituere familiæ, is non ſuæ, ſed teſtatoris familiæ reſtituere teneatur pro prima vice, poſtquàm ſemel facta ſit reſtitutio: tunc ſi fideicommiſſarius cum liberis deceſſerit, eis facienda eſt reſtitutio. l. cùm ita. §. in fideicommiſſ. de leg. 2. quòd ſi ſine liberis deceſſerit, tunc familiæ teſtantis. vt. l. peto. §. fratre. eodem titulo.

17 Ad glo. l. cùm ita. §. in fideicõ. de leg. 2. quã cõmuniter app. dicit Alex. conſi. 26. nu. 13. vol. 3. & ibi eius add. licèt multi cõtra eam dicant eſſe cõmuné, dic, quòd ſi teſtator familiæ ſimpliciter reliquit, tũc eius verba ruditer videntur intelligéda. arg eorũ, quæ ait Deci. cõſi. 1. col. 3. ad fi. ꝙ ſi familiæ iuſſit dari, tunc vt admittitur legis interpretatio, quæ vult proximiores tantùm admitti. vt. l. peto. §. fratre. de leg. 2. ita etiã admittatur in eo, quòd proximiores intelligam⁹ nõ ſolùm verè, ſed etiã interpretatiuè. Et tamen multùm inclinor, vt indiſtinctè ſit tenendum cõtra magis cõmuné, quòd ſemper filij fratrũ cũ fratribus etiã in fideic. cõcurrant: quia rigidũ eſt, ꝙ illi proximiores admittãtur, & rigidius, ꝙ nõ admittãtur, qui ſaltẽ per repreſentationẽ tenẽt primũ gradũ. Item ſucceſſio ab inteſtato nititur tacita volũtate teſtatoris. taciti autẽ & expreſſi &c. Tertiò, quia teſtator cenſetur ſe conformare cũ legis diſpoſitione. Quartò, quia in ſucceſſione, & collatione, & tutela fit dicta repreſentatio, ergo & in fideicommiſſo. per Deci. conſi. 1. ſuprà allegato.

*Fideicõmiſſo an filius fratris concurrat cum fratre. contra communẽ cũ altera cõmuni.*

Stat ergo ex ſuperioribus, ꝙ in fideicõmiſſo familiæ relicto, filij fratrũ cũ ipſis fratribus concurrere debẽt, & inuitati iure vidẽtur, quãdoquidẽ ſimilis interpretatio fit à lege in ſucceſſionibus inteſta-

torum



torũ, quę nitũtur in tacita defunctorũ volũtate, atq; ꝓſumpta. l. cõficiuntur. ff. de iure codi. l. 1. §. pe. ff. de leg. 3. Vnde nõ eſt cur teſtator nõ videatur fuiſſe eiuſdẽ ſententiæ & volũtatis in ſucceſſionibus teſtamẽtarijs, in quibus caſibus ipſe teſtator legali prouiſioni non derogauit, præſertim cùm caſus omiſſus remaneat in diſpoſitione iuris cõmunis. l. commodiſſimè. ff. de libe. & poſthu.

18 Superioribus etiã multùm opportunè addideris, quod Barbat. conſil. 11. incipi. Sapienter ſcribitur. 2. vol. firmat cõmuné eſſe in terminis iuris communis, ꝙ nepos ex primogenito in maioratu præferatur ſecundò genito. Quẽ Barba. refert. Iaſ. in l. is poteſt. ff. de acq. hære. nu. 29. & Bertachi. in ſuo repert. verſ. nepos ex filio. col. 4. verſi. 50. ait, quòd ita doct. deciderunt communiter, & quòd ita ſeruatur. eſtq́; communior opinio ſecundùm Bal. cõſi. 386. In regno libero. in fi. vol. 2.

*Maioratus datur filio primogeniti, excluſo ſecũdò genito. cũ cõmuni.*

Eſtq́; cõis opi. de iure gentiũ, quo iure oẽs gentes vtuntur. Bal. conſi. 389. Conſuetudo. vol. 2. col. 2. in fi. verſi. Item contrariũ oẽs gẽtes. eſtq́; cõmunis, inſpecto etiã iure conſuetudinario ſecũdùm eũdẽ eod. cõſ. finalib⁹ verbis. & Areti. cõſi. 162. Diligenter & maturè. idem firmat.

Eſtq́; communis inſpecto iure conſuetudinario, quo vtimur ſecundùm Iac. de ſancto Georgio in tractatu feudorum. in prĩ. col. 3. verſi. ſed pone deceſſit. & Chaſſanæus conſi. 35. Ex facto. colũ. 4. & iterũ 17. verſic. vndecimò non obſtat. Alciatus in Parerg. lib. 8. c. 15.

Eſtq́; in communi obſeruantia Hiſpaniarum, Galliæ, & Angliæ ſecũdùm Tiraq. nu. 12. quæſt. 40. in tract. primogeni. licèt innumeri ſint authores, qui contrariam ſententiam defendũt. Quæ res licèt iure cõmuni vehementer cõtrouerſa ſit, tamẽ nobis Hiſpanis de ea longiores cõmẽtarios facere nõ expedit, cũ per. l. 40. Tauri hæc controuerſia ſedata ſit, legiſq́ue ſententia lata ſit in partes & fauorẽ filij primogeniti, vt ſi primogenitus relicto filio viuo patre decedat, tunc is nepos patruo ſuo præferatur, non aliter, atque pater eius, ſi adhuc viueret, præferretur. Et qui contendunt legẽ illam nõ trahendam ad maioratus ante ipſam latam conſtitutos (qui Hiſpaniæ innumeri ſunt) nihil agunt, cùm etiam in terminis iuris cõmunis verius, receptiusq́; eſſet, quod ab illa lege traditum fuit.

*L. 40. Tauri.*

19 Superioribus etiam opportunũ erit addere, quod Iaſ. in. l. is poteſt. nu. 29. in fi. de acqui. hære. pro cõſtanti habet, quòd quando primogenium fuit ſemel radicatum, quæſitumq́; patri nepotis, tunc indubitanter pro nepote iudicandum. & alij quamplures citati per Tiraquel. 40. quæſtione in princip. de iure primogen. Cardina. Flor. in. c. licèt. de voto. quæſt. fina. Albe. ibidem vlt. not. Abbas in. c. grandi. de ſupplen. neglig. prælat. lib. 6. vbi Petrus Anchara. & Philippus Fran. aiunt id minimè dubium eſſe. Andr. Iſer. in. c. 1. §. & olim. col. 2. verſi. ergo viuens. de ſucceſſ. feudi. Bald. in. l. tutela. §. ſi duo. de leg. tut. ff. Marti. Laud. in tracta. primogenit. colum. penul. Nicolaus Peruſ. in tracta. de ſucceſſio. par. 1. in. 6. ſpecie filiorum. colum. 6. verſi. Item quæro an filius. ibi, & hæc procedunt. Alex. in diſputatione incipiente, Sigiſmundus. in. 3. dubio illius diſputationis. vbi latè. Carolus Ruinus conſi. 13. Præſupponitur ꝙ Ioannes. col. pe. & vlt. lib. 1. & Alex. in. c. 1. col. 9. verſi. decimoquintò hoc probatur. tit. de feud. March. Decius conſi. 443. In caſu ad me tranſmiſſo. col. pe. verſi. quintò non obſtat. vbi plura allegat Ant. Corſ. in rep. c. grandi. col. 21. verſi. nota qui eidem regi. de ſupplen. negli. prælat. lib. 6. idem Corſetus in tract. de poteſta. & excell. regis. quæſt. 115. Hierony. Gratus cõſi. 6. Viſis, & diligẽter. lib. 1. & iterũ conſi. 7. Et ſi ſatis. Facit qđ in ſimili docet Cin. poſt Vgoli. de la Fontana. in. l. 1. vltima quæſtione, C. de adulte. & Iſernia in. c. 1.

*Maioratus ſemel radicatus in primogenito, indubitãter non ꝑtinet ad ſecundò genitũ, ſed ad filios primogeniti. cum cõi.*

in fi.prin. de eo qui ſibi & ſuis hæred. Et horum locorum pleraq; citantur ab Tiraquello vbi ſuprà. quæ ideò tranſcripſimus, vt qui Tiraquellum ad manus nõ haberet, horum locorum quæ liberet, inſpiceret. Ratio omnium prædictorum, quia (inquiũt) poſtq̃ maioricatus ſemel radicatus, quæſituſque fuit, iam tunc de ſucceſſione vltimi morientis agitur, in qua indubitatum eſt deſcendentes præferri fratri moriẽtis tranſuerſo. Id quod præter ſuprà relatos tenet firmatque in ſpecie Oldraldus conſilio.49.colum.1. Eleganter circa neg. & Cifuentes in lege quadrageſima Tauri.verſ.decimoſexto. poſt Martinum Laud. & alios, quos citat Gomez Arias in dict.l.40.num.3.

*L.4.tit.15. par.2.*

Sicque tanquam hæres tenetur ſoluere debita prædeceſſorum, atq; legata. vt eſt textus in.l.4.tit.15.par.2.ibi, E otroſi pagar ſus deudas, & cumplir ſus mandas. etenim hæc onera ad ſolum hæredem tranſeunt, vel qui loco hæredis habetur.l.1.§.ſi hæres. vbi omnes antiqui & noui. ad Trebellia.l.1.C.ſi certum petatur.l.licèt.l.ea quæ.C.famil.herciſc.l.1. l.pro hæreditarijs.C.de hæredi.actio. & l.21.Tauri ibi, como ſi fueran hærederos en la dicha mejoria. Et ita tenet Oldral. in dicto conſilio. Abb. & alij in.d.c.licèt. Bald.per tex.ibi in.c.ſignificauit. de reſcriptis. Cifuentes.d.verſi.decimoſextò. Idem Cifuentes in.l.21.Tauri.mãdamos quæ el hijo. vbi inquit, quòd licèt de iure communi melioratio haberetur pro mero lucro, tamen non ita de iure regio poſt illam legem, quia vt hæres ſuccedit. Idem firmat Gomezius ibidem num.6. quæ lex eſt apud eum.19. in ordine. & Palacius Rubi. in.d.l.21.nu.16. & iterum nu.19.in fi. & iterum num.20.vbi ait ſe idem dixiſſe in.l.19.Tauri. & exequatur fideicommiſſario vniuerſali ſecundùm eundem ibi numero.26. in fine.

*L.21. Tauri.*

Denique linea recta dicuntur deſcen-
20 dere liberi eorum, qui ſunt primò geniti, non liberi eorum, qui ſunt ſecundò geniti.l.2.tit.15.part.2. Quæ lex opportunè extenditur per.l.40. Tauri, vt ſecundò genito præferantur, non ſolùm filius, ſed etiã nepos, & pronepos, & deinceps primogeniti.

*Maioratus in ſucceſſione q dicantur ſuccedere linea recta.*

21 Et in feudo de iure cõmuni filius primogeniti excludit ſecundò genitum. Ita reſoluit Socinus conſilio.49.lib.3.num.12.

*Maioratus in ſucceſſione præfertur ſecũdò genito etiã nepos primogeniti.*

22 Et poſtquàm portio quæſita eſt, longè magis fauetur, quàm ante portionem quæſitam: ideoq; poſtquàm maioratus ſemel radicatus erat in perſona primogeniti, tunc ſecundò genitus à filijs primogeniti indubitanter excluditur. Ita Cumanus conſi.107.in fi.per tex.in.l.qui filium.§.1.ff.ad Trebell. Quæ omnia ſunt memoriæ tenaciter commendãda, quia vſu forenſi ſunt frequentiſſima, nõ quidem in leuibus, ſed in magnis potentiſſimorum virorum cauſis.

*Maioratus ſemel quæſiti primogenito, facilè excluditur ſecundò genitus.*

*Iuramento ſuſtinetur teſtamentũ minus ſolẽne. Regula cum.12.amplia.in prin.*

1 *Iuramentum an ſit modus inducendæ obligationis.*
2 *Iuramentum in abſentia partis præſtitum an obliget.*
3 *Iuramento nullus obligatur homini, ſed numini, nec de iure ciuili, nec de iure canonico. contra communem.*
4 *Operæ officiales & fabriles ut differant.*
5 *Iuramentum nunquam producit obliga. de iure canonico, non magis, quàm de iure ciuil. contra communem.*
6 *Obligatio nunquam iuramento, ſed re, uerbis, literis, aut conſenſu contrahitur.*
7 *Iuramentum contra bonos mores non obligat.*
8 *Iurans non mutare hæredem, uel procuratorem, an ſi eos reuocabit, periurus fiat.*
9 *Iuramentum firmat actum à lege ciuili uetitum, quòd contra bonos mores uideatur, ſi illi mores turpes à lege canonica, uel diuina non reputantur. cum communi. contra Alciat. Couarru. & alios.*
10 *Contractus ex conuentione legem accipiunt, licèt ea conuentio ſit contra leges, uel mores. contra Couarru.*





11 *Bonis moribus aduerſum etiam dicitur de iure ciuili, id quod peccatum non inducit. contra Couarru.*
12 *Pactum de futura ſucceßione acquirenda eſt cõtra bonos mores.*
13 *Teſtandi libertatem auferre, eſt contra bonos mores, ex parte eius, qui captat alienam hæreditatem. contra Couarru.*
14 *Iuramentum non eſt obligatorium, ſi promiſi pœnã ſi alterum hæredẽ nõ fecerim. cum cõi.*
15 *Iuramentum non firmat contractum, qui aduerſatur libertati matrimonij, ſecũdùm cõmunẽ, nos contrà in certis caſibus.*
16 *Iurans ſe homicidiũ facturũ ſtatim periurus eſt.*
17 *Iurans ſe mihi ſuam hæreditatem relicturũ, non uidetur priuare ſe facultate pœnitẽdi, & uoluntatem mutandi. contra Alciatum.*
18 *Iuramento renũtiatur priuileg. ne maritus ultra quàm facere poßit conueniatur. cõtra cõem.*
19 *Iuramentum excludit benefi. ceßionis bonorum. cum nouißimis contra cõmunem.*
20 *Stipulationi alteri facta legi reſiſtere uidetur.*
21 *Iuramentum non firmat conuentionẽ, quæ improbatur propter publicã utilitatem.*
22 *Iuramento non firmatur uenditio prædij, retentis colonis. cum communi.*
23 *Iuramento non firmatur uenditio marmorum ædibus fixorum. cum communi.*
24 *Reipublicæ principaliter quid expedire uideatur, & quid ſecundariò.*
25 *Iuramento non prorogatur inſtantia litis. cum communi, contra Feli. Imol. & alios.*
26 *Iuramentum ſeruandum eſſe inſtatur, de quo hic contra cõmunẽ, niſi ſe reſpublica opponat.*
27 *L. puniẽs eos, qui iurãt contra legum interdicta, ualet.*
28 *Iuramentum firmat contractum, qui ob priuatã utilitatem uetatur. cum communi.*
*Declarat.l.63.del quaderno del encabe. ut fraudans gabellam, teneatur in foro animæ. nu.28.in uerſi.Redeundo.*
*L.penult. & fi.in quater.encabe.nu.28.in uerſi. Illud autem.*
*Declara.l.51. in quater. alcaua. cuius trãſgreſſor peccat.nu.28. uerſi.Illud aũt ab omnibus.*
*Declaratio.l.55 cuius trãſgreſſor peccat.nu.28. uerſi. Idemq; intelligendum.*
*Declaratio.l.78. in quatern. alcaual. ut tranſgreſſor legis in foro animæ non teneatur ad pœnam.nu.28. uerſi.Infertur etiam.*
*Declaratio ſimilis ad.l. 80. in quatern. alcaua. nu.28.uerſi.Vnde & in terminis.*
*Declaratio ſimilis ad.l.81.in quater.alcaual.nu.28.uerſi. Idemq; ſimiliter.*
*Declaratio.l.101. & .l.102. in quatern. alcaual. nu.28.uerſi. Vnde ſimiliter.*
*Declaratio altera ad.l.101.in quaterno alcaua. nu.28.uerſi.Illud autem notandum.*
*Conſcientiæ foro quando teneatur qui damnum dedit declar.noua nu.28.uerſ.Illud aũt dubiũ.*
*Vectigalium fraudatores an in foro animæ teneantur.nu.28.uerſi. Ex ſuperioribus.*
*Declaratio.l.75.in quater.alcaual.nu.28.uerſi. Vnde dolendum.*
*Iuramento contractus firmatus, qui ob priuatã utilitatẽ uetitus fuerat per iudicem.*
29 *Ex officio debet reſcindi, ſi ſit læſio etiã infra dimidiam.*
30 *Iuramentũ firmat actũ uetitũ à lege ciuili, quæ ultrà proceßit annullãdo, nõ ſecùs, quàm ſi ultrà nõ procederet. cũ quibuſdã, cõtra cõem.*
31 *Intell.l.50.Tauri.*
32 *L.1.tit.de las arras.lib.3.fori.*
33 *Iuramento obligatur maritus, qui arras ultrà ſummam lege regia definitam promiſit. cum Lupo contra Rode. Couarru. & alios.*
34 *Iuramento renuntiari poteſt tit.ne fideiu. dotidentur. cũ cõmuni contra alteram cõmunẽ.*
35 *Iuramento primo ſtatur, non ſecundo, quod primo aduerſatur. cum communi.*
36 *Iuramento irreuocabiliter nõ firmatur actus uetitus odio creditoris.*
37 *Solutioni adiectus recipere tantùm nõ extorquere poteſt. contra Fortu. & Couarru.*
38 *Solutioni adiectus remittere nõ põt. cõtra Coua.*
39 *Intellectus.c.debitores.*
40 *Deo nõ acquiritur obligatio ex pmißione iurata, nõ inq̃ acquiritur principaliter. cõtra cõem.*
41 *Deo ſoli non quæritur obligatio ex promißione iurata. contra plures.*
42 *Deus non gaudet donis impiorum.*
43 *Iuramẽtũ nõ trãsfert oblig. de perſona in pſonã, ſed metu diuini numinis eã reddit firmiorẽ.*
44 *Iuramentũ, quo renuntiatur Macedoniano, ipſo iure non eſt obligatorium. cõtra cõmunem.*
45 *Iuramentũ non ſequitur naturã cõtractus inualidi ſuper quo interponitur. noua declaratio.*
46 *Intell.c.debitores.*
47 *Iuramento firmatur pactũ legis cõmiſſoriæ etiã cũ effectu. cũ cõi cõtra alterã magis cõem.*
48 *Leges bonæ, & boni mores à pari procedunt.*
49 *Pactum, ut filius patri nõ ſuccederet iure ciuili dicebatur eſſe cõtra bonos mores.*
50 *Iuramento firmatur pactum legis commiſſoriæ quo ad effectum iuris gentium, non iuris ciuilis. noua declaratio.*
51 *Macedonianum non excluditur per iuramentũ, etiam de iure canonico. cum communi.*
52 *Mutuũ ſolutum à filiof. qui iurauerat, repeti nõ poteſt. cum Fort. & Couar. contra cõmunẽ.*

53 *Iuramentum contra Macedo. ipſo iure non eſt obligatorium. cum nouiſsimis contra cõmunẽ.*

54 *Iuramento contra Maced. præſtito, filius poteſt ſe defendere, licèt non impetret abſolutionem. contra nouiſsimos.*

55 *Macedo. in foro animæ non iuuat, etiam ſi creditor patremfa. necaſſet. cum nouiſsimis contra reliquos.*

56 *Iuramentum non firmat contractum officialis cõtrahere per ſtatu. uetiti. cum communi.*

57 *Hoc caſu an ceſſet abſolutio.*

58 *Et an ceſſet repetitio.*

59 *Iuramento prodigus non obligatur in foro cõtentioſo. cum communi. contra Anto. & Imol.*

60 *Iuramento an firmetur alienatio impuberis doli capacis.*

61 *Iuramento firmatur fideiuſsio mulieris. cum cõmuni. contra alteram communem.*

62 *Iuramento firmatur actus uetitus fauore priuati, licèt uerba prohibitionis in eum, uel in aduerſarium dirigantur. cum cõi. contra Bar.*

63 *Probibitus accipere fauore reipublicæ, non poteſt accipere, etiam ab ſpõtè ſoluente. cum cõi.*

64 *Prohibitus accipere, non poteſt accipere etiam ab ſpontè ſoluente.*

REGVLARIS teſtamentorum ſolennitas etiam limitatur. 32. niſi interfuerit iuramentum. Qua in re videndum eſt, an licèt nemo poſſit facere, quin leges locum habeant, neque poſſit in ſuis vel teſtamentis vel actib⁹ inter viuos efficere, vt legis forma poſſit liberè & impunè trãſgredi, aut prętermitti regulariter, an ſaltẽ id conſequi poſſit per interuentũ iuramenti? Mouet quæſtioné, quòd tam in vltimis voluntatibus, q̃ etiã in actibus inter viuos liberũ eſſe videatur per interuentũ iuramenti à regulis iuris recedere, vt ſic teſtamẽtum, minùs ſolenne valeat teneatq́;. Et in vltimis voluntatibus eſt tex. celebris in. l. cũ pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. vbi per iuramentum ſuſtinetur teſtamentũ minùs ſolenne, ſaltem in vim codicillorum. In actibus verò inter viuos ſimiliter eſt textus non ignobilis in authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus venditionem. quæ res in vſu forenſi reliquis omnibus frequentior eſt. Quam pleniùs & ordinatius quàm alibi tradidit Barto. communis præceptor in. l. ſi quis pro eo. in princip. ff. de fideiuſſ. cuius ordinem & doctrinam, nullo prætermiſſo, inſequemur. Nonnulla tamen in primis ſunt præmittenda.

*Iuramẽto ſuſtinetur teſtamentũ minùs ſolenne.*

Nã deniq; ꝑ interuẽtũ iuramẽti magis eſt, vt in teſtamẽto ceſſet, & diſpenſetur cũ ſolennitate illa, vt teſtes ſint maſculi. Moueor, quia ratio expreſſa in lege, cõplectitur omnes caſus, non ex vi extenſiua, ſed ex vi comprehenſiua, non ſecùs, q̃ genus ſub ſe ex vi etiam cõprehẽſiua amplectitur ſuas ſpecies. vt ex cõi opinione reſoluũt Tiraquellus de cauſa ceſſante. part. 1. num. 137. Petrus & Cinus in l. iura non in ſingulas. ff. de legibus. vnde ratio legis inducit, & eſt ipſa lex. vt reſoluit plenè Tiraquellus vbi ſuprà. num. 135. cum ſeq. qui plures citat huius ſententiæ authores. Cùm enim ratio in lege expreſſa eſt generalis, & deciſio particularis, tunc ratio illa generalis pro ipſamet lege habetur, & deciſio loco exempli eſt. vt ex communi opinione reſoluũt Tiraq. de cauſa ceſſante. par. 1. nu. 152. Bal. in repetitiõe. l. de quib⁹. col. 10. ff. de legib. verſi. itẽ nota ꝙ nõ videtur. Alex. conſil. 75. Videtur in præſenti. colum. 1. lib. 5. Iaſ. in. l. à Titio. in princi. colum. fi. ff. de verborum obligat. idem Tiraquel. in. l. ſi vnquam. C. de reuocan. donatio. verbo. libertis. num. 45. Vnde ſi quando ratio in. l. expreſſa ſit, facilè fit extenſio, etiam in exorbitantibus, & pœnalibus, etiam ſi de lege corrigenda ageretur. Iſta eſt vera & communis opinio, quam tenent glo. in authent. de hæredi. ab inteſtato. §. fina. verb. ordine. quam dicit vnicam Bald. in. l. fina. ff. de hæred. inſtit. idem Bald. in. l. fina. C. de liber. prę teritis. Alexan. in. l. cùm mulier. colum. 5. ff. ſoluto matrimonio. glo. in clemen. 1. verb. eligatur. de electio. plenè per Iaſ. in. l. re cõiuncti. nu. 181. ff. de lega. 3. Iaſ. in authen.



authent. quas actiones. nu. 22. C. de ſacroſan. eccle. Bald. ibi colum. 2. Pau. in. l. quanuis. C. de fideicom. Cuma. in. d. l. cùm mulier. §. 1. per tex. ibi. ff. ſolu. matri. Georgi. Nat. in. c. quanuis. de pactis. in 6. nu. 32. Curti. iuni. in. l. humanitatis. per tex. ibi nu. 15. C. de impube. vbi Iaſ. nu. 6. Alexan. nu. 5. Corne. nu. 15. Purpu. in. l. fi. C. de pactis. nu. 23. vbi Curt. iunior nu. 9. Deci. nu. 15. Iaſ. in. l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verbor. oblig. colum. 5. ad fi. nu. 12. Decius conſi. 372. nu. 7. Fortuni. in. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. colũ. 87. ff. de lib. & poſth. Crottus in. l. ſi conſtãte. ff. ſoluto matri. lect. 2. ſuper. 7. quæſt. Bar. Iaſ. in. l. trãſigere. nu. 15. C. de trãſact. Ripa in l. nemo poteſt. nu. 50. ff. de leg. 1. vbi Hannib. nu. 349. Iaſ. in. l. Marcellus. in prin. ad Trebel. Couar. in. c. Rainal. §. 3. nu. 6. de teſtam. Deci. in authẽ. ex teſtamẽto. col. 4. C. de colla. Iaſ. in. l. de quibus. nu. 14. ff. de legib. Tiraq. de cauſa ceſſ. par. 1. nu. 135. cũ ſeq. per. l. his ſolis. C. de reuo. dona. l. ſi fratres. §. idem Papi. ff. pro ſocio. l. 2. §. idem quoq;. & §. ſi duo. ff. de colla. bo. l. fi. ff. de hæred. inſtit. ſed in. d. l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. illa ratio expreſſa eſt, quia obnixæ voluntatis preces ad omnem ſucceſſionis ſpeciem porrectæ videbantur. Obnixa autem voluntas ex ſenſu & mente Iureconſulti colligitur per iuramenti interuentum, facitq́ue vt diſpenſetur cum ea ſolennitate ſexus, non ſecùs, quàm cum reliquis ſolennitatibus: præſertim cùm hæc ſolennitas non videatur eſſe magni momenti, quia fœmineum teſtimonium non reijcitur in reliquis diſpoſitionibus præter teſtamentum. vt in. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtamentis. Quod autem per interuentum iuramenti diſpenſetur cum ſolennitate teſtandi, intelligitur, non vt teſtamentum valeat iure teſtamenti, ſed tantùm vt valeat iure codicillorum. vt dict. §. filius matrem. Facit in ſimili. l. codicillis. §. fina. ff. de lega. 2. l. Scæuola. ff. ad Trebellianum.

Amplia, vt per interuentum iuramenti etiã cęcus poſſit eſſe teſtis in teſtamento. licèt regulariter contrà ſecundũ veriorẽ, & receptiorẽ ſententiã. vt reſoluit Corn. cõſi. 18. nu. 5. lib. 2. Cin. Albe. Butrig. Bart. Bal. Sali. Fulg. Pau. Corn. Alexan. & Iaſ. in. d. l. ſi non ſpeciali. per textum ibi in verbo, in conſpectu teſtatoris. & in. l. ſi vnus. eodem titu. de teſtamen. C. in verbo, corã teſtatore. Deci. conſi. 354. In caſu propoſito. colum. 1. Intellige, vt tunc teſtamentum non iure teſtamenti, ſed iure tantùm codicillorum valeat. argu. d. §. filius matrem. regulariter tamen in actibus inter viuos cæcus non reperitur vetitus dicere teſtimonium. hæc eſt vera & cõmunis op. vt per Alex. in. d. l. ſi non ſpeciali. vbi Corne. nu. 6. & Iaſ. nu. 7. Pariſi. conſilio. 33. colum. 1. lib. 2. glo. in. d. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia. arcenda. vbi Bar. Paul. & Imol. per doct. in. c. præterea. de teſtibus. Panormita. & alij in. c. cùm cauſam. eodem titu. per doctores in. l. teſtium. C. de teſtib. per tex. ibi. vbi teſtis poteſt deponere de his, quæ percepit per quemlibet ſenſum corporeum: nec dubium eſt, quin cæcus licèt careat ſenſu videndi, non tamen careat ſenſu audiendi, & olfaciẽdi, & guſtãdi. Quod nota, quia alij non aduertunt. *Amplia. 1.*

Amplia, vt licèt regulariter teſtes teſtamẽto adhibiti debeant eſſe in conſpectu teſtatoris. vt eſt communis opinio, quã tenent & reſoluunt Decius conſil. 354. In caſu propoſito. nu. 1. Pariſi. conſil. 33. colum. 1. lib. 2. Baldus in. l. ſi non ſpeciali. C. de teſtamen. vbi Iaſ. in principio. & rurſus in tertio notabili. Corne. conſi. 18. In nomine dñi. lib. 2. nu. 4. Bar. Sali. Fulgoſi. Paul. Benedict. de Plumbi. in. d. l. ſi non ſpeciali. Imol. & Abb. in. c. 2. de conſuet. eſtq; cõis op. ſecũdùm Corn. vbi. s. nu. 6. Cin. & Alex. in. d. l. ſi nõ ſpeciali. vbi etiã Albe. per tex. ibi in verb. in cõſpectu *Amplia. 2.*

 teſta-

teſtatoris. & in.l. ſi vnus. in verb. coram teſtatore.C.de teſta.facit.l.qui teſtamento.§.veteres.ff.eod.tit.tamen per interuẽtum iuraméti cũ hac ſolennitate diſpenſabitur, vt teſtamentũ valeat in vim codicillórum. Quod nota, quia non inuenio tactũ. Agnoſco tamẽ in actibus inter viuos nõ requiri teſtes eſſe in cõſpectu cõtrahentiũ ſecundũ verã & cõmunẽ ſententiã, quam tenẽt glo.in.l.2.§. idẽ Labeo.ff. de aqua plu.arcẽ.quã cõmuniter app.dicũt Alex.nu.6.& Iaſ.nu.9.in.d.l.ſi nõ ſpeciali.Bar.Imo.& Pau.in.d.§.idẽ Labeo.ꝑ canoniſtas in.c.pręterea.de teſtib.& in.c. ex literis.de cõſuet.Abb.in.c. cũ cauſam. de teſtib.Bal.in.l.cõuenticulam. col.7.de epiſ.& cle.Inno.& Io.And.in.d.c.ꝑterea.

Amplia.3. Dinde ſimiliter amplia, ꝙ licèt de iure ciuili teſtes teſtamẽto adhibitos oporteat vt toti teſtamẽto fuerint ꝑſentes. vt in.l. cũ antiquitas. & in.l.caſus. C.de teſta. & in.l.qui teſtamẽto.§.veteres.ff.eod.tit. & eſt cõis op.vt per Pariſ.cõſi.33.Et ſi prima facie.nu.28.cũ ſeq.lib.2. Corn.conſi.238. Reperio.nu.3.lib.4.Alex.Corn. & Iaſ. n. 8. & nu. 12. in.d.l.cũ antiquitas.de teſta. C.vbi Cin.Bal.Sali.Paul.& alij. ꝑ doct.in l.furioſum. ꝑ tex.ibi. C.qui teſta.fa. poſſ. vnde vna pars teſtamẽti nõ poteſt probari per ſeptẽ teſtes dicẽtes ſe ſcire partẽ tm̃ eorũ, quę teſtamento ordinata fuerũt. vt eſt cõis op. Bal.Pau.Alex.& Iaſ.nu.9.vbi alij in.d.l.cũ antiquitas.per Cin.& Bal. in l.ſi præſidi.C.de dona.ante nupt.Roma. cõſ.80.Viſis. Alex.cõſ.177.Viſo themate. lib. 2. quã doctrinã vehemẽter cõmẽdat Iaſ.vbi.ſ.Alex.& alij in.d.l.cũ antiquitas. Tamẽ per interuentũ iuramẽti cum hac ſolennitate diſpenſabitur, vt pars teſtamenti per quoſdam teſtes poſſit probari, & alia pars per alios teſtes, vt tamen id teſtamentum iure tantùm codicillorũ valeat.arg.d.§.filius. Hæc tamẽ prohibitio nõ eſt generalis; quinimò in actibus inter viuos etiam de iure ciuili admittitur vt membratim fiat probatio, vt ſic vna pars contractus poſſit probari per duos teſtes, alia verò pars per alios duos teſtes. argumento tex. in. l. Gallus.§. ille caſus. ibi, duobus quaſi capitib⁹ legis cõmixtis. ff.de libe. & poſth. vbi in ſimili per omnes. & in.c. licèt ex quadam. per tex. ibi, de teſtib.docet Iaſ.nu.11.in.d.l.cùm antiquitas. Bal.in ſimili in.l.teſtium.C.de teſtibus.col.5. idem Bald. in ſimili in.l.1. 8. quæſt. C.de teſtamen.

Præterea ſic amplia, quòd licèt de iure ciuili vitietur teſtamentũ ſi ſcribatur per notas ſeu abbreuiaturas inſolitas. vt ex cõi op.diſſerũt Alex.cõſi.153. Videtur prima cõſideratione.nu.6.lib.2. Bar.& omnes in authẽ.quod ſine. per tex. ibi. C.de teſta.tex.in.l.ſed cum patrono.§.fin.ff.de bono.poſſ.& in.l.vnica.ff.ſi tabulæ teſtamenti ſtabũt. ibi, quia ex coniectura, nõ propriè ſcriptus videtur.Barto.in.d.l.ſed cum patrono.§.fina. & in.l.2.C.de vetere iure enuclean. Speculator de inſtrumẽtorum editione.§.inſtrumentum.verſic. item opponitur, quòd inſtrumentũ eſt factũ per notas.Guil.Bened.in.c.Rainutius.de teſta.par.1. nu.61.verb. teſtamentum.1. in ſimili per Speculat.de inſtrum. editione.§.oſtenſo. verſic. quid ſi abbreuiatura.tamen non ſic eſt, vbi interuenit iuramentum, tunc enim teſtamentũ nõ ex toto vitiatur, ſed ſuſtinetur in vim codicillorum, vt nouè interpretamur. argumento.d.§.filius matrem. in.l.cùm pater.ff.de leg.2.

Deinde ſic amplia, ꝙ licèt de iure ciuili oporteat quòd oẽs teſtes intelligant oĩa in teſtamento contẽta, ita vt nullam particulam etiã minimam deſinant intelligere ſinguli teſtes.nec enim ſatis eſt ꝙ fuerint præſentes, vt pleriq; aduertunt, niſi præterea omnia quæ ibi agebantur, plenè intellexerint.vt ex cõmuni opi. reſoluũt Corn.cõſi.304.Circa hãc cõſultationem.nu.20.lib.1. in ſimili per Bal.& Pau. in.d.l.cùm antiquitas.& Guilielmum Benedict. in.c.Rainutius. de teſtamẽ. par.1. Amplia.4.

in ver-



in verbo, in extremis poſitus. numer.4. Corn.conſil.226.Licèt in hac.lib.3.num. 5.conſil.77.num.3. & num.11.lib.4.Bart. in.l.fideicõ.§.quoties.ff. de leg.3. Corne. conſil. 307. Videtur prima facie.num.1. libr.3. vt ſic de iure ciuili licèt teſtes ſint præſentes toti teſtamento, id non ſufficiat, niſi totũ intellexerint, & ſenſu percerint: nec per contrarium ſufficiat, quòd totum intellexerint, niſi præſentes fuerint. potuerunt. n. ante vel poſt actum teſtandi ab ipſo teſtatore de contentis in teſtamento certiores fieri, id qđ minimè ſufficeret. Tamen per interuentum iuramenti (vt nouè interpretamur) fit, vt licèt teſtes non fuerint præſentes toti teſtamento, tamẽ teſtam. valere non deſinat. argum.d.l.cùm pater.§.filius matrem.ff. de lega.2.in vim intellige codicillorum, per generalitatem tam deciſionis, quàm rationis illius legis.

Amplia.5. Qua ratione ſic amplia, quòd licèt de iure ciuili in teſtamento nũcupatiuo requiratur quòd teſtator proprio ore nuncupauerit nomen hæredis, vel illud propria manu ſcripſerit. vt in. l.iubemus.C. de teſtam. adeò, vt ſi teſtator alio hæredem nominante agnouerit nutu capitis, vel per verbum ſic, vel ita, licèt noſtrorum etiam plerique teneant talem hæredis inſtitutionem valere.vt teſtantur gl. & omnes in. d.l. iubemus. vbi Iaſ. num. 10.Bar. & omnes in. l. hæredes palàm. in princip.ff.de teſtam.Ange.in.l.in fraudẽ §.1.ff.de milit.teſtam.Anto.& Imol.in.c. cùm tibi.de teſtam.Roma.conſ.306.Propoſita.idem in.l.1.§. ſi quis ita.ff. de verb. obli.Ange.in princip.Inſti.de teſtam.eſt communis opi.ſecundùm Alexan.conſ. 33.Ponderatis verbis.lib.3.Cinus.Bald.& Angel.qui hanc dicit communem, & vſu approbatam in.d.l.iubemus.Couar. de teſtam.in.c.cùm tibi.nu.4.&.5. Alex. in.d.l.iubemus.per tex.in.l.quoniam indignum.C.de teſtam.Iaſ.in.l. vbi autem non apparet.§.illud.ff. de verbo. obligatio.Deci.conſil.489.In caſu occurrenti. nume.3. Alexand.conſil.12. Viſo inſtrumento.lib.1.num.6.Alexand.conſil. 47. Abundè.lib.2.numer.7.Pariſi.conſil. 19. Conſideratis.nume.13.libr.3. Corne.in.l. hac conſultiſsi.§.per nuncupatio.C.de teſtam.Alexand.conſil.176.col.2.lib.5. idẽ in conſ.14.Viſis.num.15.lib.6.Soci.in.l.ſi ita ſcripſero.col.1.ff.de condi.& demon. tamen contrariam opi. quaſi veriorem, vt inſtitutio hæredis facta ad interrogationem alterius non valeat, tenet Corn. conſil.77.Viſo.d.themate. lib.4. num.1. Iacob. de Are. in. d. l. hæredes palàm. in princip.poſt plures relatos per Corn.vbi ſuprà.& per Iaſ.qui tenent contra communem in.d.l.iubemus.num.10.Verùm per interuentum iuramenti nullus (vt nos ex mẽte & ſententia doctorum colligimus) abnegaret, quin valeret id teſtamentum ſaltem in vim codicillorum.argumen.d.l.cùm pater.§.filius matrem.ff. de lega.2.

Deinde ſic amplia, quòd licèt de iure ciuili in teſtamento in ſcriptis oporteat tabellionem, qui illud conficit, fuiſſe rogatum.vt ex vera & communi opi.reſoluit Alexan.conſil.153.lib.2.col.2.per text. in authen.de tabel.§. nos autem. vbi Accurſi.& alij.glo.& alij in.c. cùm.p.tabellio.de fide inſtru.nec tabellionis rogitus præſumitur, niſi vel probetur, vel ipſe id in ipſo inſtrumento atteſtetur.Innoc. & alij in.c.1.de fide inſtrum. Speculat. & Ioan.And.de inſtru.editi.§.breuiter.Bar. & alij in.l.ſciendum.ff.de verbo.obligatio.& eſt communis opinio ſecundùm Alexand. vbi ſuprà.nume.9.idem in.d.l. ſciendum.num.42.vbi Imol. Ange.in.l. quæcunq;.§.fi.ff.de publi. tamen per iuramenti interuentum etiam ſine tabellione valebit teſtamentum in vim codicillorum.argumẽt.d.l.cùm pater.§.filius matrem.ff. de legat. 2. Quod intellige, quando voluit teſtator, vt tabellio conſcriberet teſtament. nam regulariter te- Amplia.6.



ſtamen.

ſtamen.citra tabellionem conſcribi poteſt manu propria teſtatoris, vel alteri⁹. vt ex receptiore ſententia reſoluit Corn. conſil.226.Licèt in hac.num.2.lib.3.per. §.ſed cùm paulatim.Inſt.de teſtam.l. hac conſultiſs.C.eod. tit. vbi inter reliqua teſtamentorum requiſita non adijcitur tabellionis interuentus.

*Amplia.7.* Præterea ſic amplia, quòd licèt de iure ciuili per præteritionem filijf. vitietur teſtam.ipſo iure.l.inter cætera.l.penul.& fi.ff.de liberis & poſthu.l. 1. ff. de iniuſto rupt.l.fi. C. de contra tab.in princ.Inſtit. de exh. lib. quinimò hodie ſi eſſet exhæredatus, teſtam. foret nullum ipſo iure; niſi iuſta cauſa exhæredandi expreſſa eſſet. vt eſt communis opinio, quam tenent gloſ. in authenti. de hæred. & fal.§. exhæredatos.verb.noluit.glo.2. in prin. Inſtit.de inoffi.teſtam.& vtrobiq; communiter doctores. eſt communis opini. ſecundùm Iaſ.in authenti.non licet.col. 3.idem Iaſ.in authen.ex cauſa.col.3.C. de lib.præt.idem in.l.in ſuis.col. fi.ff. de lib. & poſthum.idem in. l. ſi mater.in princ. ff.de vulg.idem in.l.fi.num.18.C. de contra tab.Crottus in.l.Gallus.§.& quid ſi tãtùm.nu.52.ff.de lib.& poſt. Ange.de Perigl.in tracta.ſuita.quæſt.fi.Alexã.in.d.l. in ſuis.num.12.Bart.in.d.authen.ex cauſa.num.12.vbi per Alberi.Odofre.Petrũ, Cinum, Bald.Ange.Salicet.Fulgoſ.Paul. Corn.Alex.Iaſ.Curti.iuni. & alios. Grego.Lupus in.l.5.tit.8.par.6. Bar.num. 10. in.l.in quartam. ff. ad leg. falcid. vbi Picus num.6.& Ripa nu.143. licèt hoc vltimum ſolitus ſim impugnare. tamen per interuentum iuramenti filio etiam præterito valebit teſtam. in vim codicillorum.arg.d.l.cùm pater.§. filius matrẽ. ff. de leg.2.vt nouè interpretamur.

*Amplia.8.* Deinde amplia, vt procedat etiam in rogitu teſtium, qui ſuppletur per interuentum iuramenti ſecundùm quoſdã. argu.d.l.cùm pater.§.filius matrem.ff.de leg.2. Sed id ſuſpectum eſt, nam cùm rogitus teſtium non reperiatur expreſſum quòd deſideretur in codicillis, nec iuram.faciat teſtamen.valere in vim teſtamenti, ſed tantùm codicillorum, ſupereſt, vt in eis iuram. operetur nihil, cùm in his rogitus teſtium nõ ſit neceſſarius. Et ita intellige.l.hæredes palàm.§.fi.ff. de teſtamen.l.hac conſultiſsima.in princip. C.eodem.l.1.&.2.titu.primo. par.6.dum de rogitu teſtium loquuntur.Sed dic vt ſtatim.

Proinde amplia. vt procedat in teſtium ſubſcriptione ſecundùm eoſdem. *Amplia.9.* quod ſimiliter ſuſpectum eſt, conſtat enim in codicillis non deſiderari teſtiũ ſubſcriptiones.l. fina. C. de codi.§. fina. Inſti.eod.ergo ſi in teſtamento, quod ea ratione imperfectum erat quòd defuit ſubſcriptio teſtium, interfuerit iuram. magis eſſe videtur, vt tale iuramen. operetur nihil. non enim habebit vim ſubſcriptionis, cùm ſubſcriptio neceſſaria non ſit in codicillis, in quorum tantùm vim, non etiam in vim teſtamenti per interuentum iuramenti ſoleat teſtam. ſuſtineri. Quid dicendum? Et quidem magis eſt, vt tam hoc caſu, quàm ſuperiore licèt iuramentum nec habeat vim rogitus, neque vim ſubſcriptionis, adhuc tamen multùm operetur, quia efficit, vt teſtamẽt. illud ex defectu rogitus, vel ſubſcriptionis imperfectum, per interuentũ iuramenti valeat in vim codicillorũ.per. d. §. filius matrem. licèt iuramento non interueniente etiam in vim codicillorũ non valeret. vt in. l.1. ff. de iure codi.l. fi. C.eod.per Bart. & omnes in. l.1. §. ſi quis ita.ff.de verbo.obligatio.

Vnde etiam amplia idem eſſe eadẽ rõne, & per eadem iura in ſignaculo teſtiũ. *Ampli. 10.*

Quaratione idem quoq; futurum in ea ſolennitate, quòd vnico contextu fiat teſtam. nã eius defectus licèt ex toto vitiaret teſtam. l. cùm antiquitas. C. de teſtamẽ. l. qui teſtamento.§.fina.ff.eodem l. furioſum. C. qui teſtamenta facere poſ. *Amplia.11.*



poſ. tamen per interuentum iuramenti id teſtam. valebit in vim codicillorum. argum.d.§.filius matrem.

*Amplia.12.* Quamobrem ampliarẽ nouè, vt procedat etiam in teſtis compulſione, quæ licèt regulariter vitiet ex toto teſtam. l. qui teſtamẽto.§.fi.in fi.ff.de teſtam.tamẽ per interuentum iuramenti valebit teſtam.in vim codicillorum.argum.d.§.filius matrẽ. ſicq; nouè limitabitur. d.§. fi.

Vnde nouiſsimè aduerto, quòd licèt iure regio in teſtamẽto in ſcriptis ſignũ tabellionis requiratur. per.l. Tauri.3. tamen ſi id defuerit, per interuentum iuramenti teſtam. non ex toto euaneſcet, ſed in vim codicillorum valebit.argum.d.§. filius matrem. ſicq; nouè limitabitur. d. l.3.Tauri. Quæ omnia non minùs vtilia ſunt, quàm noua, & ab alijs non ſic præuiſa.

*Limi. octo.* Quæ omnia limita primò, ſi ipſe teſtam.cancellauerit, quo caſu ſimiliter teſtam.iure ciuili infirmatur.vt per totum ff. de his quæ in teſtamento delentur. Deinde limita quidem, ſi teſtator fuerit coactus, quo caſu teſtament. iure ciuili non valet.vt per totum.ff.&. C. ſi quis aliquem teſtari prohib. Tertiò limita, ſi præceſsit clauſula derogatoria, quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtam.infirmum eſt. vt in.l.ſi quis in princip.teſtamenti.ff.de leg.3.cum ibi notatis per Bart.& alios. & in.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.ff. de leg.1. vbi per Areti.Alexan.Iaſ.& alios. Quartò limita, ſi voluntas conſummata non fuerit, quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtam. nullum eſt.l.ſi quis cùm teſtam. ff. de teſtam. Quintò limita ſi teſtator ſe in arrogationem dedit, quo caſu iure ciuili teſtam.infirmatur.l.pe.§.pe.ff. de ſecundùm tab.§.non tamen.Inſtit. quib.mod. teſta.infir.Septimò limita, ſi teſtator errauerat circa perſonã hæredis ſcripti, quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtam. nullum eſt.l.ſi pater.l.neq; apud.C.de hær.inſtit. l.fi.ff.eod.titu.Limita.8.ſi teſtam.i.hæredis inſtitutio fiat in bonis alienis, quo caſu nõ valet.vt docemur.s̃.§.17. nu.21. Nã in omnibus his caſibus, & ſimilibus licèt interfuerit iuram. nihilo magis teſtam. valebit in vim etiam codicillorũ: quia vt defuit voluntas in ipſa teſtamenti diſpoſitione; ita quoq; & in ipſo iuramento defuiſſe intelligendum eſt.argu. l.fi.C.de non.nu.pecu. Quod nota, quia omnia iſthæc ſunt noua, & ab alijs non ſic præuiſa.

His ſic præmiſsis, plenè docebimur materiam earum diſpoſitionum, quæ iuramẽto firmantur, quæ (vt diximus) plenius, & ordinatiùs quàm alibi traditur per Bar.in.l.ſi quis pro eo.ff.de fideiu.

1 Et ex Bart.ibid.in princip.collige primò, quòd iuramentum non eſt modus inducendæ oblig.in ingenuo. Secundò iur.eſt modus inducendæ oblig.in liberto. Tertiò, vbi aliqua eſt obligatio, ibi poteſt accedere fideiuſſor. Quartò, vbi nulla eſt obligatio principalis, ibi nõ poteſt accedere fideiuſſor. *Iuramentũ an ſit modus inducendæ obligationis.*

Prima concluſio vera eſt de iure ciuili.vt ibidem.&.l. in iuriſiurandi. in prin. ff.de op.lib.l.fi.ff.de lib. leg. Secùs fortè de iure canonico.argum.eius, quod dicitur ſeruandum omne iuramentũ, quod ſeruatum non præiudicat tertio, nec animæ iurantis.c.2.de pact.lib.6.c.cùm contingat.de iureiurando. Quod intellige, quando promiſit operas is, qui ſe ingenuum ſciebat, ſecùs autem ſi ignorabat, ſeq; libertum exiſtimabat.argum.l.fi.C. de nõ nu.pecu.facit optimè.l.campanus ff.de op.liber.Sed in contrariũ fortiter facit.l.cerdonem.ibi, iuri publico.eod.

2 Secunda concluſio non videtur vera. hîc enim non agitur, vt ex iuramẽto in abſentia partis præſtito quis teneatur, ſed vt ex pacto: itaque ſi iurauit libertus operas ſe præſtiturũ alicui abſenti, ex tali iuramento non magis tenetur, quàm teneretur ex pollicitatione. argu. l. 2. in princip.C.de reb.cred.l.certum.§. ſi quis abſente. *Iuramentũ in abſentia partis præſtitum an obliget.*

abſente.ff.de confeſſ. Deo tamen obliga
tur,qui vbiq; præſens eſt, nõ ſecùs quàm
ſi in partis præſentia iuraſſet.vt.§. ſin au-
tem.infrà allegandus.De iure tamen ca-
nonico tenebitur ex iuramento etiam
abſenti pręſtito.argum.c.debitores.&.c.
& ſi Chriſtus.de iurei.c.quoties cordis.1.
q.7.l.properandum.§. ſin autem reus.C.
de iudi.Bar.vbi ſuprà.d.num.12. Itaq; ſal
tem de iure ciuili veriſs.eſt ſimplex iura-
mentum non poſſe vllam obligat.pro-
ducere, etiam in liberto,pactum autem
iuratum bene poteſt. facit. d. l. cerdoné.
ibi.hæredi promittat. &.d.l. campanus.
ibi,obligari ſe.& ibi, donaſſe &c. Adde,
quòd finis iuramenti à ſeruo exacti is
eſt,vt ita religione aſtrictus poſt manu-
miſsionem promittat operas, vel iuret
eas ſe præſtiturũ. videbatur enim operas
imponi efficaciter non poſſe, nã ſiue ſer-
uus adhuc conſtitutus iuraſſet,non tene
ri eũ conſtat.d.l.fi.C.de lib.cau. & de ma
nu.teſtamento.l. ſeruum teſtamento.ſi-
ue poſt manumiſsionem patronus ope-
ras exigere vellet,videbatur non poſſe,ꝙ
ille iam libertatem ſuam plenè conſecu-
tus eſſet. Ideo receptũ eſt,vt in ipſo actu
manumiſsionis, vel ſtatim poſt manu-
miſs.(quod idem eſt.argum.l.lecta.verſ.
dicebam.ff. ſi cert pet.l.petens.l.in bonæ
fidei.C.de pact.)operæ exigãtur,ſeu ope
rarum promiſsio ſimplex, vel iurata. vt
docet gloſ. poſt text. ibi in dict. l. fina.
& gloſ.in.l. vt iuriſiurandi.§. iurare. 1. de
op.lib.ff. Sed quare receptum, ne diu
poſt manumiſs.teneatur libertus operas
pati ſibi imponi.vt.d.l.fi. reſp. ne aliàs in
arbitrio eſſet patroni operas imponen-
do,libertatem onerare. Quod intelligo,
non ſolùm ſi tempore manumiſsionis
nõ reſeruaſſet patronus facultatem ope-
rarum deſignato vel non deſsignato nu
mero imponẽdarum (quo caſu nõ mul-
tum dubij eſſet)ſed etiam ſi eam faculta
tem ſibi reſeruaſſet.argu.l. 1.§. quæ one-
randæ. &. l. 2. §.toties. ff.quarum rerum
act.non datur.Limita,niſi & purè,& ſpõ
te promiſerit. l. campanus. de op. lib. ff.
Itaq; aut ante manumi. aut poſt manu-
mi.Si poſt manumiſs. tunc aut ſub cõdi.
ſi eum offenderit,aut purè.Si purè,aut in
continenti,aut ex interuallo.Si ex inter-
uallo, aut nimia reuerentia, aut ſponte.
Quæſtiones.4.&.3.ſunt expeditæ.

3 Limi.tamen vt per Bart.ibi.num.8.&
7. caſu. Adde, quòd iuramentum nun-
quàm homini,ſed numini obligat iuran
tem.Patet in.l.fi.ff.de lib.ca.primò dum
ait,quòd ſeruus iuramento non obliga-
tur,quem tamen conſtat diuini iuris &
naturalis non eſſe expertem, & per hoc
Deo iuramento obligari. Patet.2.in.l. ſer
uum teſtamento.ff.de manu.teſtamẽto.
& in. l. vt iuriſiurandi. in princip. ff. de
oper.lib.Patet tertiò ĩ.l.2. C. de reb. cred.
vbi ideo Deus non homo iurantem per
ſequitur,quòd Deo, nõ homini inde ius
& obligatio quæſita fuit. Quartò per.d.
l.fi.verſ.ideo.ibi,religione aſtricti.vbi pa
tet,iuramento ſeruum Deo, non homi-
ni obligari. Nec me mouet,quòd homo
homini iuramento obligari videatur. d.
l.vt iuriſiu.in princip.d.l.fi.& etiam libe
rari.toto titulo. C. &. ff. de iureiur. nam
id non ex vi iuramenti,ſed pacti contin-
git. Quintò id patet, quia in iuramento
verba obligatiua dirigũtur in Deum.eſt
enim acſi dicerem Deo, iuſiurandum
do me tibi,vel tali etiam præſenti vel ab-
ſenti daturum. Cùm ergo verba obliga-
tiua dirigantur in Deum, executiua ve-
rò tãtùm in hominẽ, ſequitur ſoli Deo
obligationem quæſitam, non etiam ho-
mini,ſiue is pręſens ſit, ſiue abſens. At ex
doctrina Bar.in.l.ſtipulatio iſta.§. ſi ſtipu
ler.ff. de verb. oblig. infero contra Bart.
in. d.l. ſiquis pro eo.in princi.dicentem,
quòd eſt iuramẽtum obligatorium, ſen-
tiens obligationem inde Deo acquiri. In
ferò quòd errat, dum ait iuramentũ eſſe
modum oblig. inducendæ in liberto.Et
infero quòd errat, dum quo ad ortum
& ac

*Iuramentõ nullus obligatur homini ſed numini nec de iure ciuili nec de iure canonico contra cõem.*



& acquiſitionem obligat. facit diff.inter
ingenuum & libertum iurantes.nã per
iuramentum nullus obligatur homini,
numini verò nõ minùs ingenuus, quàm
libertus. Infero, quòd de iure canonico
non magis nec minùs obligatur iurans,
quàm de iure ciuili.Sed eſt diff.in execu-
tione,quia obligationem Deo quęſitam
exequitur ius canonicum, non ciuile. vt
per Bart.ibid.in.d.l.ſi quis pro eo.colũ.2.
ad fi.per.c.2.de pact.in.6.&. c. cùm con-
tingat.extra.de iurei.Infero,quòd polli-
citatio iurata exequetur de iure canoni-
co, cùm per tale iuramentum obligatio
Deo quæratur,& conſequenter quòd iu
ramentum in fauorem abſentis præſti-
tum exequetur de iure canonico.Infero
ex iuramento nec nat. obli. oriri quo ad
hominẽ. quod planè voluit Bar. ibi.col.
2.in fi.Cogita,quia in.c.2.de pact.in.6. lo
quitur,quãdo iuramentum fit parti præ
ſenti, & acceptanti. Ergo qui fecit pri-
matum iuratum, illumque contra iura-
mentum reuocauit,ſi iuram.non fuit ac
ceptatum,non obligabitur ad perſeuerã
dum in illa voluntate,licèt ſit periurus ſi
non perſeueret.

Quòd ſi dixeris, quid iuuat,quòd ius
canonicum iuramentum, ex quo ſecun
dùm nos ſoli Deo obligatio acquiritur,
non homini,exequatur, cùm ſi id eſt in-
ductum ob ſalutem animarum, iam in
corde ſuo quo ad Deum periurus fuerit,
qui iuramento paret cõpulſus per iudi-
cem eccleſiæ? Reſp. ſimile in punitione
delictorum,quæ poſtquàm ſemel patra-
ta fuerunt,infecta eſſe non poſſunt,& ta
men nihilominus puniuntur, vt terrore
homines arceantur à ſimilium perpetra
tione.Vnde infertur,vt qui iurauerit nõ
mutaturum teſtamẽt.in quo me hæredẽ
fecit,non ſit ferendus, vt temerè mutet,
ſed demum ſi alleget ſe malè cœpiſſe de
me ſuſpicari. De quo poſtea latiùs age-
mus.

Et dum diximus, quòd iuramentum
non eſt modus inducendæ obligationis
in ingenuo,licèt aliud in liberto,dic vtrũ
q; magis communiter receptum videri.
vt per Bar.Ange.& Paul.ibid.in.d.l.ſi qs
pro eo.Bart.in.l.vt iuriſiurandi.in princ.
ff.de ope.liber.Bar.in.l.iuſiurandum qđ
ex conuentione.in princip.ff.de iureiur.
& eſt communis opi. ſecundùm Roma.
ibid.in princip.& Iaſ.nu.7. & ſecundùm
Coraſi.in pręludijs.l.admonendi.nu.17.
ff.de iureiu.& ſecundùm Corſetum quę
ſtio.fi.in tract.de iureiu.licèt Coraſi. vbi
ſuprà.nu.21. teneat contra communem.

Et dum ſuperiùs concluſimus, quòd
regulariter ex iuramento informiter prę
ſtito,ideſt,nulla præcedẽte obligatione,
ſeu promiſsione non oritur vlla obliga-
tio, id de iure ciuili verum eſt, & magis
communiter receptum. vt tenet Bart. in
d.l.ſi quis pro eo.col.2.Alexã. Iaſ. & Ca-
gnolus num.132.in.l.ſi quis maior. C. de
tranſact.Galiaula in rubr. ff. de verborũ
oblig.per Fortunium, qui in cõtrarium
inclinat in.c.1.de pact.num.24.cum ſeq.
per Coraſi. vbi ſuprà.& Purpur. in.d.l. ſi
quis maior. qui ſimiliter contrarium tẽ-
tat notabi.21.

Sed & iure canonico licèt plures te-
neant obligationem oriri, qualis eſt Bar.
vbi ſuprà.col. 2.cuius op. communis eſt
ſecundùm Seluam in tract. de iureiur.3.
par.col.2.& Alciat. in.c.cùm contingat.
de iurei.num.172.Thomas.2.2. quæſtio.
89.arti.7.Fortuni.vbi ſuprà.Abb.& Feli.
in.c.1.extra.de iurei.

Tamen contrariam opi.tenet & dicit
communem Coraſi.in. d.l. admonendi.
in princip.num.17. & Corſetus quæſtio.
fi.& quæſt. 11. in tract.de iurei. & Iaſ.nu.
7.in.l.iuſiurandum quod ex conuentio-
ne.ſuprà allegata.& Innocenti.in.c.cùm
veniſſent. de inſtit. Qua de re latiſsimè
per Couar.in.c.quanuis.parte prima.§.2.
de pact.in.6.qui tam de iure ciuili,quàm
de iure canonico contra receptiorẽ ſen-
tentiam tenet ex iureiurando naſci obli
gatio-

gationem ciuilem,& naturalem, & etiã actionem.

*Operæ officiales & fabriles ut differant.*

4 Deniq; conſidera, ꝙ operarum quædam ſunt officiales, quædam fabriles. Fabriles ſunt, quæ cuilibet, & à quolibet præſtari poſſunt.arg.l.1.&.l.fabriles.&.l. operæ in rerum.ff.de oper.liber. Officiales verò ſolis patronis, & à ſolis libertis præſtantur.vt in. l. vt iuriſiurandi. in pr. &.l.operæ in rerum.ff. de operis libertorum.Facit tex.in.l.pe.ff.de obſequi.& in l. pe.ff.ſi quis à parente fuer.man.Hæ autem operæ officiales ideo ſolis patronis conueniunt præſtandæ à ſolis libertis, quia conſiſtunt in obſequio,& reuerentia præſtandis. vt probant dicta iura. & tradunt Bart.& moderni in.l.ſi non ſortem.§. libertus. ff. de cond. indeb. quod obſequium,& reuerentia eximia ſolis patronis à ſolis libertis ideo deberi intelligitur,quia ab ingenuis hominibus exhiberi non debet,ne eorum libertas onerata videatur,quod abſurdum, & inhoneſtũ videretur.arg.l.1.§.quæ onerandæ.ff.quarum rerum actio non detur.l. Titio centum.§.Titio centum.2.ff.de conditio. & demonſtratio. l.1.&.2.ff.de lib. hom. exhib.l.qui onerandæ.l.hę operæ.ff.de operis libertorum. adeò, vt etiam à libertis patroni hæredibus extraneis non debeãtur.l.fabriles.ff.eod.tit. Et licèt huiuſmodi operæ à liberis emancipatis parẽtibus præſertim emancipatoribus viderentur deberi, quandoquidem tales liberi ſummum obſequium & reuerentiam parentibus debent.argu.l.antep.ff. de obſeq.l. veluti.ff.de iuſt.& iure. tamen adhuc tales operæ liberis imponi non poſſunt, non quòd ab eis non debeantur etiam non impoſitæ, ſed quòd inhoneſtum, impiumq́; viſum eſt ad obſequium & reuerentiam, quam vltrò liberi parentibus exhibere debent, pactionibus, & vi quadam impelli. Ita expreſſim cauetur in.d.l.pe.ff.de obſequi.tex.elegans in.l.ſi quando. §. illud.ibi, meritis magis filios ad obſequia paterna prouocãdos, quàm pactionib⁹ aſtringẽdos. C. de inof. teſta.

*Iuramentũ nunquã producit obli. de iure canonico non magis ꝗ̃ de iure ciuili contra cõmunem.*

5 Itaq; in terminis. d. legis. ſi ꝗs pro eo. promiſſio operarum ab ingenuo facta fuit nullius momẽti, & conſequenter illi fideiuſſor accedere nõ potuit. Nam licèt fideiuſſor poſſit accedere non ſolùm obligationi ciuili, & naturali, ſed etiam obligationi naturali tantùm. vt in.l. fideiuſſor.§.fideiuſſor.ff.de fideiuſ.§.1. Inſtit. eod. tit. tamẽ ex promiſſione operarum officialium non oritur obligatio etiam naturalis, & conſequenter ei obligationi, quæ nulla eſt, fideiuſſor accedere non poteſt. Quod autem diximus ex tali operarum promiſſione non oriri obligationem etiam naturalem, id intelligendum eſt non oriri cũ effectu, quo ad effectus, quos lex ciuilis obligationi naturali accõmodauit. Cæterùm propter mutuum conſenſum non deſinit oriri obligatio naturalis, quæ licèt vtilis non ſit in foro contentioſo, tamen vtilis eſt in foro animæ, vt diſſerimus infrà. Itaq; cùm ex tali operarum promiſſione ab ingenuo facta nulla obligatio oriatur, quæ vtilis ſit in foro contentioſo, ſupereſt, vt fideiuſſor ei obligationi, quæ quo ad nos nulla eſt, accedere non poſſit. vt in.§.1.Inſti. de fidei.&.d.§.fideiuſſor. vt ſic non interſit, vtrùm in.d.l.ſi quis pro eo. operarũ promiſſio fieret per iuram. an per ſolennem ſtipulationem, nam vtroq; caſu pariter non valeret, nec vllam produceret actionem, & conſequenter ei accedere nõ poſſet fideiuſſor. vt opportunè aduertit inſignis Didacus de Couarru. vbi ſuprà.

Vnde apparet illum tex. non ſatis efficaciter probare illam concluſionem, ad quam quotidie allegatur, nempe, ꝙ iuram. non eſt modus inducendi obligationem in ingenuo. Nam etiam ſi is ingenuus, qui ibid. iurauit, per ſolennem ſtipulationem promitteret, adhuc non obligaretur non magis, quàm ſi nihil omnino promitteret: quia ratione rei, quę

quo-



quodãmodo quo ad ingenuos in cõmercio noſtro eſſe nõ videtur, obligatio nulla eſt, vnde ex defectu poteſtatis agẽtium in hoc caſu ceſſat obligatio, quę poteſtas per interuentũ iuramenti de iure ciuili nõ augetur. vt in.l.nõ dubiũ.C.de legib. & in.l. ſi quis inquilinos.§.fi.ff.de leg.1.d.l.ſi quis pro eo. ſed cùm hęc poteſtas de iure canonico per interuẽtũ iuramẽti augeatur quatenus reſpublica, vel tertius, vel ſalus animarũ nõ læditur, ſed tãtùm ipſe iurãs quo ad bona, vel perſonam. vt in.c.quãuis.de pact.in.6.& in.c.cùm cõtingat.de iureiu. &.c.licèt mulieres.eo.tit.lib.6. &.c.ſignificãte.de pigno.& auth.ſacramẽta puberũ.C.ſi aduer.vẽd. certè de iure canonico in terminis.d.l.ſi ꝗs pro eo. putarẽ ipſum ingenuum, qui operas ſe præſtaturũ iurauit, efficaciter obligari per interuentũ iuramenti, fideiuſſorẽ autẽ nõ obligari, ꝗa non iurauit. Nã iuri canonico licèt curæ fuerit iuramentũ operas promittẽtis ſeruari, tamẽ curæ nõ fuit fideiuſſorem, qui nõ iurauit, obligatũ eſſe, quẽadmodum nec curæ foret ipſum principalẽ obligatũ eſſe, ſi non iuraſſet: nã ꝗcꝗd expreſſim iure ciuili cautũ eſt, ſi iure canonico exꝑ̃ſſim immutatũ nõ ſit, valet etiã iure canonico. vt in.c.1.&.2.de no.ope.nunt. vbi ꝑ oẽs.& per Iaſ.in.l.ſi pecuniã.in prin.ff.de cõd.cau.da. Vñ ꝙ ingenuus nõ poſſit obligari ad præſtandas operas officiales, vel obſequiales, nec fideiuſſor hac in re intercedẽs teneatur, id vt iure ciuili expreſſim cautũ eſt, ita etiã iure canonico ꝓcedere intelligẽdũ eſt, qñ nõ interuenit iuramẽtũ: ꝙ ſi iuram. interfuerit, tũc quia põt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, & ſine alterius ꝑiudicio, de iure canon. ſeruãdum eſt. Vñ ſi tã operarũ ꝓmiſſor principalis, ꝗ̃ fideiuſſor iurauerint, vterq; tenebitur de iure canonico. Sin aũt principalis tm̃ iurauit, ipſe ſolus, nõ etiã fideiuſſor tenebitur. Quòd ſi fideiuſſor tãtũ iurauerit, tunc puto ꝙ tenebitur, nõ vt fideiuſſor, ſed vt principalis. vt dicemus infrà circa illam quæſtionem, vtrùm fideiuſſor in plus quàm principalis per interuentum iuramenti poſſit obligari.

*Obligatio nũquàm iuramẽto, ſed re, uerbis, literis, aut cõſenſu cõtrahitur.*

6 Sed in quibus caſibus dicimus per interuentũ iuramenti oriri obligationem, quæ aliter non oriretur, non eſt intelligẽdum obligationẽ oriri ex ipſo iuramento, ſed tãtùm ex ipſa cõuentione, ad cuius firmitatẽ iuram. acceſſit. Quæ res de iure ciuili nobis ſemper indubitata viſa eſt: nã omnis obligatio de iure ciuili contrahitur re, aut verbis, aut literis, aut conſenſu: nec ſunt alij modi, ꝗbus cõtrahatur obligatio. vt in pr.Inſt. & per totũ de oblig.& in.§.1.Inſt.de fideiuſſ.& in.l.1.§.1. cũ ſeq.&.l.2.ff.de act. & oblig. Sic & per cõtrarium obligatio nata tollitur certis modis, de ꝗbus per totũ Inſt.quib. mod. tollitur oblig. Ergo ſi abs te mutuã pecuniã accepi, vel rem cõmodatã, vel depoſiti cauſa cuſtodiendã rem ſuſcepi, tunc his caſibus obligatio re cõtracta videtur. vt per totũ Inſt. quibus mod. re cõtrahitur oblig.&.l.1.§.1.cũ plu.ſeq.ff.de act. & oblig.& licèt iurauerim me pecuniã mutuã, vel rem cõmodatã, ſeu depoſitã redditurum, adhuc tamẽ ex iuramẽto nulla oritur actio, vel obligatio, ſed oritur ex ipſa conuentione per rei interuẽtum veſtita: nec enim per interuentum iuramẽti veſtitur, ſed per ipſius rei interuẽtum, vt dictis iuribus expreſſum eſt.

Similiter ſi ꝑ ſolẽnẽ ſtipulationẽ cẽtũ, ꝗ̃ ex cauſa fortè emptionis, vel locatiõis tibi debebã, ꝓmiſi, & iuraui me ita ꝑfecturũ, actio, & obligatio oritur ex ipſa cõuẽtione ꝑ verborũ interuentũ veſtita, non autẽ ex ipſo iuramẽto. vt in princ. Inſtit. de verbor. obligatio. l.1. & per totum.ff. eod.l.1.§. verbis.ff.de actio. & obligatio. ex iuramento autem obligatio non oritur, non magis, quàm ſi non interfuiſſet, vt dictis iuribus.

Similiter ſi vẽdidi, vel locaui tibi domũ meã, vel ſocietatẽ coim⁹, & vtrinq; iuratũ eſt, actio & obligatio oritur ex ipſo

EE contra-

contractu.i.ex ipſa conuentione,quę cō
ſenſu ſolo veſtita intelligitur citra vllius
rei,verborum,vel ſcripturę interuētum,
nec ex iuramēto obligatio dicitur naſci.
vt probat text. in.l.conſenſu.ff. de act.&
oblig.l.obligationū ſubſtantia.§. fi. eod.
tit.in pr.Inſti. de oblig.ex cōſenſu. Idem
quoque eſt in literarū obligationibus.vt
in pr.Inſti.de literarū obligat. In quibus
omnibus caſibus, & ſimilibus ridendus
eſſet,qui contenderet obligationē ex iu-
ramēto naſci, cùm naſcatur ex ipſa cōuē
tione per legē ciuilē approbata,& veſtita
re,aut verbis,aut literis,aut conſenſu.

Quòd ſi in his obligationū ſpeciebus
cōtractus fuerit à lege improbatus, vel
eo,ꝙ minùs ritè factus ſit,vel ratione rei,
vel aliàs, an per interuentum iuramenti
actio,& obligatio,quæ ex ipſa cōuentio-
ne vt pote improbata oriri non poteſt,
oriatur ſaltē ex iuramēto? Et veritas ipſa
eſt,ꝙ ex iuramēto de iure ciuili actio,vel
obligatio nō oriatur. Nam ſi vēdidi tibi
domū meam pro certis modijs frumēti,
quo caſu venditio nulla eſt,quia deſide-
rat pretiū conſtitui in pecunia numera-
ta.§.pretiū.&.§.item pretiū.Inſt. de empt.
& vēd.l.hæc vēditio.§.huiuſmodi.ff.eod.
tit.tunc licèt interfuerit iuram. non ori-
tur obligatio de iure ciuili ex illo contra
ctu minùs ritè celebrato,nec etiā ex iura
mento.vt in.l.non dubium. C. de legib.
l.ſi quis inquilinos.§.fi.ff. de leg.1. iūcto.
d.§. pretiū. Idemq; in reliquis cōtractuū
ſpeciebus, quos enumerare nō expedit.

Eſt ergo iuris ciuilis notiſsimū elemē
tum,ex nulla cōuentione obligationem
oriri,quæ nō ſit aliquo legis veſtimento
inſignita,& approbata. vt in.l. legitima.
iuncta. l. iurisgentium.§. ſed cùm nulla.
ff.de pact.& i.l.2.§.circa.ff.đ doli except.
inter hæc autē legis ciuilis veſtimenta iu
ramentū non eſt,vt dictis legibus.niſi in
liberto.vt in.d.l.vt iuriſiurandi.in princ.
ff.de op.libert. Sed quare iuram. pro ve-
veſtimento conuentionis non habetur?
Reſpondeo, quia lex cōtractibus homi-
nū dedit formam, quam vtilē eſſe puta-
uit, qua omiſſa,noluit contractum ſer-
uari:nec expediebat,vt per interuentū iu
ramenti poſſet fieri legū transgreſsio cō
tra bonū publicum, ideo tale iuram.in-
utile eſt regulariter. vt. d. l. nō dubium.
&.d.l.ſi quis inquilinos. Sicq; is articu-
lus,qui à noſtrorum pleriſq; ſummope-
rè controuerſus eſt,manebit expeditiſsi-
mus,vt ſuprà allegauimus.

Sed quid de iure canonico?Et videtur
ex iuramento obligationem oriri.arg.c.
quanuis.&.d.c.cùm contingat.&.d.c.li-
cèt mulieres.&.d.auth. ſacramēta pube-
rum.&.d.c.ſignificante.&.c.1.&.c.debi-
tores.de iurei.Sed in cōtrariū eſt ipſa veri
tas,vt patet ex ſuperioribus noſtris nouiſ
ſimis argumētis.Nam cùm iure canoni-
co approbatū eſſe intelligatur quicquid
iure ciuili expreſsim cautū eſt.d. c.1. &.2.
de noui operis nunti.ſupereſt, vt ſi con-
uentionibus veſtitis legitimo veſtimēto
acceſſerit iuram. tunc non ex iuramēto,
ſed ex ipſa cōuētione oriatur obligatio,
vt iam docuimus. Quòd ſi contractui à
lege ciuili improbato acceſſerit iuramē-
tum, tunc in quibus caſibus tale iuramē
tum à lege canonica nō ſeruatur, nō eſt
quæſtio,an obligatio oriatur ex conuen
tione,an verò ex iuramēto, cùm ex neu-
tro eorū oriatur. Sed in quibus caſibus
de iure canonico id iuram. non obſtāte
legis ciuilis prohibitione ſeruatur,de qui
bus latè per Bar.in.d.lege. ſi quis pro eo.
in illis quidem caſibus licèt videatur ꝙ
iuram.habeatur pro veſtimento, & cōſe
quenter ex ipſo iuramento videatur ori
ri actio,& obligatio non ſecùs quàm de
iure ciuili,cùm cōuentio re veſtitur,obli
gatio re contrahi dicitur, & cùm verbis
veſtitur,dicitur contrahi verbis,& ſic de
ſingulis, tamen verius adhuc eſt ex ipſo
iuramēto obligationem nō oriri, ſed ex
ipſa cōuentione. Nā cùm de iure canoni
co ſecūdùm verā & cōmunē op.ex quali
bet



bet nuda cōuētione oriatur actio. vt in.c.1.
vbi oēs de pactis.iuramētū ſuperueniēs nō
eò pertinet, vt obligatio iā orta iterū naſca
tur,ſed vt impedimēto ꝓhibitionis legalis
occurat,reſiſtat,& obuiā faciat.Nō ergo id
iuramētū actionē, obligationē, aut quicꝗ̄
aliud ꝓducit,generat,parit,ſed pręſidio eſt,
ne ipſa cōuentio à lege ciuili impediatur a-
ctionē & obligationē ꝓducere.Ergo in ter
minis.d.c.licèt mulieres. &.d.c. cùm cōtin
gat.nō ex iuramēto oritur actio & obliga-
tio,ſed ex ipſa cōuētione noīata.i.ex cōtra-
ctu emptionis,& ſic ex cōſenſu.Et in termi
nis.d.c.quāuis.actio & obligatio oritur ex
ipſa conuētione innominata iuxta.d.c.1.de
pact.Et in terminis.d.c.debitores.&.c.1. de
iurei.obligatio oritur ex ipſa cōuentione,
ſeu promiſsione. De cuius tamē intellectu
latiùs infrà dicam in tertio membro.

Deueniēdū eſt ad caſus Bar.in.d.l.ſi qs ꝓ
eo.& ex.1.caſu collige cōcluſiones ſeq. Pri-
ma cōclu.Cōtract⁹ q improbatur eò ꝙ eſſe vi
deatur cōtra bo.mor.nō firmatur iuramē-
to.Secūda cōcl. Pactū futuræ ſucceſsionis,
ꝑ qđ inducitur votū cap.mor.nō firmatur
iuramēto.Tertia cōcl.Pactū futuræ ſucceſ.
per qđ inducitur votū cap.mor. eſt contra
bo.mo.Quarta cōcl.Pactū,ꝑ qđ aufertur li
bertas teſtādi,nō firmatur iuramēto.Quin
ta concl.Cōtractus,ꝑ quē aufertur libertas
matrimonij, nō firmatur iuramēto, qa eſt
cōtra bo.mo.Sexta cōc. Oīs turpis cōuētio
nō firmatur iuramēto.Septima cōcl.Cōtra
ctus turpiter factus, nō firmatur iuramēto
effectualiter:qa licèt mero iure firmetur,tm̄
id eſt reuocabiliter. Octaua cōcl. Cōtract⁹
dolo initus,turpiter factus vr̄. Nona cōcl.
Cōtractus metu initus,turpiter factus vr̄.

*Iuramentū contra bonos mores nō obligat.*

7 Prima cōclu. vera eſt. c.nō eſt obligatoriū.
de reg.iur.lib.6. Quā intellige primò,qn̄ eſt
cōtra bo.mo.naturales. vt ſi cōuenerat parē
tib⁹, patrięq; obſequiū nō pſtare.l.veluti. de
iuſt.& iu.ff.Intellige.2.ſi eſſet cōtra bo.mo.
diuino iure ſtatutos.vt ſi cōuenerat homici
diū,furtúmue,aut ſimilia facere.l.vt vim.de
iuſt.& iur.ff. Intelligo tertiò, ſi eſt cōtra bo.
mo.canonicos.c.ne captādę.&.c.deteſtāda.
de cōc.pręb.lib.6.&.c.fi.&.c.cōſtitut⁹.đ cō-
ce.pręb.extra.Intellige.4.etiā ſi ſit cōtra bo.
mo.ciuiles. Qđ primò ītellige,ſi vertebatur
p̄iudiciū tertij(ſiue certū,ſiue veriſimile,ſiue
potētialiter tātū. & ſic ſiue p̄iudiciū eſſet in
actu, ſiue in veriſimilitudine tm̄,ſiue etiā in
potētia tm̄.arg.l.fi.cū materia.C.đ pac.Scđò
ītellige à fortiori, ſi ſit in detrimētū reipubl.
8 c.ſi diligēti.de fo.cōp.Quòd ſi ſit in p̄iudiciū
ipſius iurātis tm̄,vt qa iuraui t cū tali matri-
moniū cōtrahere,vel talē inſtituere hæredē,
vel talē ꝓcuratorē nō mutare, & poſtea cō-
trà fecit, tūc ex iuramēto nō ligatur, ſi iuſta
cauſa ſuꝑuenit mutādi.arg.c.quēadm.de iu
reiu.c.cùm inter q̄.de renū.c. ad noſtrā.2.cū
gl.oībus.de iurei.Idē ſi nulla noua cauſa ſu-
ꝑueniat,ſed tm̄ volūtaria remiſsio, & relaxa
tio illi⁹,in cui⁹ fauorē fiebat iuramētū. arg.d.
c.ad noſtrā.cū gl.&.d.c.cū inter q̄.niſi ſcđm
nos iurauerit etiā illā remiſsionē nō accepta
re.arg.c.cū cōtingat.in.fi. de iurei. &.c.2.de
pact.lib.6.vi.Natā.in.c.2.de pact.in.6.nu.61.
Imol.in.d.c.cū cōtingat.Quòd ſi nō ſuꝑue-
niat iuſta mutādæ vol.cauſa, tūc ſcđm eoſd.
& coēm,licitum eſt mutare vol.in foro exte
riori. Cui⁹ rei(ſi verū id eſt)ea ratio eſſe pōt,
ꝙ in pēdētibus à volūtate noſtra, vel nō eſt
exquirēda ratio.arg.l.qa poterat.ff.ad Treb.
vel,qđ magis eſt,p̄ſumitur iuſta cauſa,vel de
ſufficiētia cauſæ nō eſt tractādū. nā q̄ apud
me vrgēs cauſa nō eſſet, apud aliū vrgētiſsi-
ma eſſe pōt,cū varię ſint hoīum opiniōes.d.
l.qa poterat.Sed licèt in foro cōtētioſo nō li
getur,nec ligabitur(vt credo)etiā ī foro aīæ,
ſi vol.mutauerit ex cauſa,q̄ vrgēs ſibi videre
tur,licèt alijs nō ita videretur iuſta. Tm̄ ſi ex
iniuſta cauſa vol.mutauerit, q̄ nec ſibi iuſta
videbatur,tūc tenebitur ad ꝑiuriū.vt per A-
lex.in.l.ſtipulatio hoc modo.ff.de verb.ob.
quem ita intelligo col.2.ad fi.

*Iurans non mutare hæredem, uel procuratorem, an ſi eos reuocabit, piurus fiat.*

Et ꝙ cōtract⁹ imꝓbat⁹ eò ꝙ ſit cōtra bonos
mores nō firmetur iuramēto,eſt vera & cōis
op.quā vltra Bar.vbi ſ.n.6.quē cæteri ſequū
tur, tenēt Alciat.in.d.c. cū cōtigat.n.64.vbi
Imol. & Abb.n.5.ꝑ oēs in. d.c. nō eſt obliga
toriū. de reg.iur.in.6.per oēs in. c.2. de pact.
in.6.præſertim per Couarru.ibid. in prin.2.

partis.eſtque non ſolùm communis, ſed etiam indubitata concluſio.

*Iuramentũ firmat actũ à lege ciuili uetitũ, quòd contra bonos mores uideatur, ſi illi mores turpes à lege canonica, uel diuina non reputãtur. cũ cõmuni. cõtra Alciat. Couarru. et alios.*

9 Illud autem vehementer controuerſum eſt, an actus, qui ideo improbatur, ꝙ eſt cõtra bonos mores ciuiles, cùm nulla lege diuina, vel canonica ſit prohibitus, vel damnatus expreſsim, & in ſpecie poſsit iuramento firmari? Et communis op.eſt, ꝙ firmetur iuramento ſecundùm Couarru.vbi ſuprà.tenent Abbas vbi ſuprà. & Imola num. 33. ibid. Corneus nu. 28.in auth.ſacramenta puberum.C.ſi ad uer.vend.Abb.in.c.ſi verò. extra.de iure iu.Bal.& Paul.in.l. pacta quæ contra.C. de pact. argum. text.in. d.c. quanuis pactũ.de pactis.in.6.&.d.c.cùm contingat. &.c.licèt mulieres.de iureiur.lib.6. tenet etiam Alexand. conſil. 157. Viſo inſtrumento.lib.2.

*Contractus ex conuẽtione legẽ accipiunt, licèt ea conuentio ſit contra leges, uel mores. contra Couarru.*

10 Sed hanc communem ſententiam improbat Couarru. vbi ſuprà, dicens referre, vtrùm aliquid ſit à lege ciuili improbatum, & vetitum, quia eſt contrarium moribus, vt tunc iuramẽto firmetur de iure canonico, an verò ideo à lege ciuili improbetur, ꝙ ſit contrariũ bonis moribus, vt tunc iuramento non firmetur de iure canonico. Sed certè ipſe non aduertit, quòd lege ciuili nihil vnquam improbatum & vetitum fuit, quod ſit moribus contrarium, niſi præterea aliud vitium interſit. Nam contractus ex conuẽtione legem accipiunt. vt in.l. cõtractus. ff.de reg.iur.c.contractus.de regu.iur.in 6.l.1.§.ſi cõuenerit.ff.depoſiti.l. ſi conuenerit.ff.de iuriſdi. om.iud.l. Lucius. &.l. Publia. ff. depoſiti.& vt licitum, liberũ, permiſſumq́; eſt contrahentibus tranſgredi leges, ita quoq; permiſſum eſt trãſgredi mores, & conſuetudines. vt.dd. legibus.&.l.de quibus.cum pl.ſeq.ff. de legibus. Ergo cùm nullibi lectum, nullibi ſcriptum ſit, quòd actus eò improbetur, prohibeatur, interdicatur à lege, quòd moribus, vel legibus ſit contrarius, ſed eò, quòd bonis moribus, aut legibus aduerſetur, reliquum eſt, vt hæc diſtinctio admittenda non ſit.

Videndum eſt ergo, an actus improbatus à lege ciuili, eò ꝙ ſit contra bonos mores ciuiles, cùm nulla lege canonica, aut diuina ſit expreſsim interdictus, firmetur iuramento? Et magis eſt vt nõ firmetur iuramẽto. vt tenuit Couarru. vbi ſuprà.& Alciatus in.d.c.cùm contingat. num.73. qui allegat Ioan.Andr. Hoſt. & Imol.in.c.quemadmodum.extra. de iureiu.tenet etiam Fortuni.in tract. de vltimo fine.illatione.20. Mouentur, quia boni mores ciuiles non poſſunt diſtingui à bonis moribus naturalibus, vel iuris diuini, quia (inquiũt) boni mores vtriuſq; iuris dictant honeſtè viuere.l. iuris præcepta.ff.de iuſt.& iure.

Ergo id demum contra bonos mores ciuiles erit, quod inhoneſtum eſt, quod ſimiliter etiam bonis moribus canonicis & iuris diuini aduerſum, pugnans, cõtrariumq́; dicetur.

Sed certè hæc eorum ratio ſatis ſuſpecta eſt. Nam cùm quotidiè leges fiant, mutentur, derogentur, abrogentur, & rurſus etiam reſtituantur, non dubium eſt, quin quod hodie permiſſum eſt, poſtea mutari poſsit, vt quæ olim vigebãt, hodie aliter obſeruentur: quæ res tam latè patet, vt otioſi hominis eſſet innumera huius rei exempla referre. Satis eſt, quòd de indiuiduo in ſpecie noſtra habes tex.in princip.Inſtit.de teſtam. verſi. acceſsit. vbi perpendit Viglius. qui text. ait olim valuiſſe pactum futuræ ſucceſſionis etiam acquirendæ, nec videri contra bonos mores, quod & hodie in quampluribus caſibus valet, quos enarrauimus in.l.ſi quando.§.illud.C.de inofficioſo teſtamento. & tamen nullus vnquàm ſanus dixerit, quin olim tale pactum valeret antequàm legibus poſitiuis improbatum eſſet. Id enim pactum non improbatur eò quòd inducat delictum, ſed tantùm eò ꝙ inducat qualem





qualem peccandi occaſionem. vt latiſsimè diximus in.d.§.illud.in princip. ſicq́; non verè, ſed tantùm interpretatiuè eſt contra bonos mores, eaq́; interpretatio cùm fiat à lege tantùm ciuili, non videtur à lege canonica admittenda in perniciem animæ iurantis. Præterea contra iſtam modernorum interpretationem adduco tex. exp̃ſſum à nemine vnquàm ad hanc concluſionem allegatum in. d. §.illud. ibi, meritis magis filios ad obſequia paterna prouocãdos, quàm pactionibus aſtringendos. vbi non obſcurè Iuſtinianus poſt Papinianum, quem refert ait ſecundùm Papiniani reſponſum ideo pactum de non ſuccedendo inter patrẽ & filium initum vetitum eſſe, quòd bonis moribus aduerſum, pugnans, contrariumq́; videatur, cùm magis honeſtum, decorumq́; ſit, meritis & beneficijs liberos ad obſequia paterna prouocari, q̃ pactionibus aſtringi. Facit illud Horatij,

*Oderunt peccare boni uirtutis amore,*
*Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

Et tamen tale pactum iuratum hodie iure canonico valeret. d.c. quanuis pactum. Ergo non ſequitur, pactum eſt cõtra eos mores, quos bonos reputat lex ciuilis, ergo non firmabitur iuramento. Et re vera, ſi verum agnoſcere velimus, pactum etiam de ſuccedendo, vel de ſucceſſione alterius certo modo diuidenda, nõ tam improbatur ꝙ ſit contra bonos mores ciuiles, q̃ eò ꝙ ſit in præiudicium ſaltem præſumptum illius, cuius de ſucceſſione agitur, vnde etiam ſequitur eſſe cõtra bonos mores: q̃a generaliter q̃cquid eſt contra ius, & in perniciẽ, vel præiudiciũ alterius, id admitti inhoneſtũ, turpe, iniurium, & inciuile eſt. Nam cùm Iure conſultus honeſtatis præcepta traderet in.l.iuris præcepta. ff. de iuſt. & iure. ait, Iuris præcepta ſunt hæc, honeſtè viuere, alterum non lædere. Et quòd pactum de futura ſucceſsione acquirenda initum inſcio eo, cuius de ſucceſsione agitur, in læſionem, & præiudicium, perniciemq́; illius eſſe intelligatur, & conſequenter contra bonos mores (vnde proxima cauſa, quæ magis inſpicitur eſt læſio tertij, vnde effluxit prohibitio legis, remotior verò cauſa, quæ ex prima cauſa deſcẽdit eſt, ꝙ ſit cõtra bonos mores.) probat tex. in.l.fi.C.de pact.in verſ.quare. & alibi ſępe. Vnde infertur, vt tale pactum de conſenſu illius, cuius de ſucceſsione agitur, ſuſtineatur, vt ibidẽ. Quia quod improbatũ eſt, & vetitum fauore alicuius tertij, de voluntate ipſius ſuſtinetur, quaſi tũc ceſſet cauſa prohibitionis. ita ꝓbat.d.l.fi. & in ſimili.l.filio p̃terito.ff.de iniuſt.rup. facit.l.pe. cum conc. C. de pact. Et licèt conſenſus illius, de cuius præiudicio agitur, etiam ſine iuramento ſufficiat ad validandum pactum de ſucceſsione acquirenda, vel certo modo diuidenda. vt in d.l.fi. tamen talis conſenſus non ſufficit, quando agitur, vt pater filio non ſuccedat, quaſi tale pactum, vt patri filius nõ ſuccedat, magis bonis moribus pugnãs, aduerſum, cõtrariũq́; exiſtimetur, quàm pactum de ſucceſsione acquirenda, vel certo modo diuidẽda. Ergo hac in re boni mores ciuiles nõ eneruant, impediũt, debilitant vim, & poteſtatẽ iuramenti. vt d.c.quanuis.&.d.§. illud. ſed ſolùm pręiudiciũ tertij. Nam cùm iuramentũ nõ debeat eſſe vinculũ iniquitatis, non firmat actũ in pręiudicium verũ vel pręſumptũ tertij.d.c.quãuis.d.c.cùm cõtingat.d.c.licèt mulieres. niſi interueniat conſenſus eius, cuius de præiudicio agebatur, nam tũc ipſum pręiudiciũ ceſſare intelligitur. vt dict.l.fi.& cõſequẽter valet diſpoſitio etiã ſi iuram.nõ interſit. Et ideo pactũ de ſucceſsione acquirẽda ſi fiat de volũtate eius, de cui⁹ hæreditate agitur, valet, etiã ſine iuramento: ſi eo ignorãte vel inuito fiat, nõ valet, etiã cũ iuramẽto. vt eſt vera & cõis op. vt dixi in.d.§.illud. Pactũ verò de nõ ſuccedẽdo ſi fiat cũ ipſo, cui⁹ d̃ ſucceſsiõe agitur, an, & q̃do valeat, dixi ibid.

Ergo cùm quæritur, an actus impro-
batus eo ꝙ ſit contra bonos mores ciui-
les firmetur iuramento? Diſtingue. Nam
aut erat contra bo. mo. eo ꝙ in præiudi-
cium verum vel præſumptum alterius,
& non firmatur iuramento. Aut erat cõ
tra bo. mo. ciuiles, eo quòd indecorum
& illiberale, indecens, inſpecta vrbani-
tate, & tunc non deſinit firmari iuramẽ
to. vt dict. cap. quanuis. iuncto dict. §. il-
lud. Quæ nota, quia cùm ex profeſſo
ſummo conatu hæc res à noſtrorum ple
riſq; perſcrutata fuerit, tamen nullus vn
quàm ſcopulum attigit. Et ita olim inter
plura quàm .700. paradoxa, quæ publi-
cè defendenda Salmãticę propoſuimus,
tenebamus.

11 Et dum quæritur, quidnam dicatur
eſſe cõtra bo. mo. Couarru. vbi ſuprà ait
doctores tenere id demũ contra bo. mo.
dici, quod peccatum inducit. Sed ego an
tequàm iuris ciuilis literas & doctrinam
edoctus eſſem, putabã pactum de futura
ſucceſsione licitum eſſe, illudq́; ſecurus,
& in cautus tunc interponerem libẽter.
Qui autẽ firmaret me ob id peccaſſe, eũ
auderem dicere inſanum eſſe, id enim
non quod inducat peccatum, ſed tãtùm
peccandi occaſionem vetitum eſt. vt in
l. fi. C. de pact. & in. l. 1. ibi, non iniquis ra-
tionibus. C. de pact. & in. l. de fideicõmiſ-
ſo. C. de tranſ. dixi latè in pr. d. §. illud. Er-
go contra bo. mo. dicitur etiam id, quod
peccatum non inducit. vt patet in. d. §. il-
lud. verſ. meritis. & in. l. alia. §. eleganter
vbi latè Alex. poſt Bar. & alios. ff. ſol. ma-
trimonio. & diſſeruimus alibi.

*Bonis moribus aduerſum etiã dicitur de iure ciuili id quod peccatum nõ inducit. cõtra Couarru.*

12 Secunda cõcluſio vera eſt, & tenetur
per omnes in. l. fina. C. de pact. idq́; fir-
matur ratione. Nam id iuramentũ ſerua
ri nõ poſſet ſine præiudicio alterius, licèt
non certo, tamen pręſumpto: vel ſi nõ in
actu, ſaltẽ in potentia. Et cautè dixit Bar.
ſi id pactũ inducit votũ cap. mor. q̃a nõ
omne pactũ futuræ ſucceſsionis inducit
votum cap. mor. vt. l. de fideicommiſſo.
C. de trãſact. Tertia concluſio expedita
eſt. vi. l. qui in iure. ff. de donat.

*Pactum de fut. ſucceſſione acquirẽda eſt cõtra bo. mores.*

Et hæc concluſio tenetur per omnes
doct. quos ſuprà retulimus, & procedit
indubitanter etiã de iure canonico. per
tex. in. c. deteſtãda. & in. c. ne captãdæ. de
cõceſsione præbend. lib. 6. & in. c. conſti-
tutus. & in. c. fi. extra. eod. tit. Et hac in re
vide q̃plures limitationes, & extenſio-
nes, quas præter omnes cõgeſsi in. d. §. il
lud. præſertim dũ defendimus, ꝙ data pa
ritate terminorũ ijſdem iuris regulis ferè
trutinantur pactũ de futura ſucceſsione
acquirenda, vel diuidẽda, & pactũ de fu-
tura ſucceſsione amittenda.

13 Quarta cõcluſio. Quòd pactũ ꝑ qđ au
fertur libertas teſtãdi ſit cõtra bo. mo. te-
netur cõiter ꝑ Bar. & doct. in. d. l. ſi quis ꝑ
eo. tenent Bar. & cõmuniter doct. in. l. ſti
pulatio hoc modo cõcepta. ff. de verbo.
obli. moderni in. d. l. fi. C. de pact. per Co
uarru. in rubri. de teſtam. part. 2. nu. 3. per
eund. in. d. c. quãuis. in pr. ſecũdæ partis.
nu. 3. Mouẽtur omnes per tex. in. d. l. ſti-
pulatio hoc modo. ff. de verb. obliga. ſed
ipſe Couarru. in. d. rubri. cõtendit nõ eſ-
ſe cõtra bonos mores ꝙ alicui auferatur
libertas teſtãdi. arg. c. ſi religioſus. đ elect.
lib. 6. c. non dicatis. 12. quæſt. 1. vbi poteſt
quis ſe ſubiectum facere, proprioq́; arbi-
trio ſeſe priuare atq; enudare: quinimò
poteſt quis ſeipſum ſeruum facere, ſi ſe
vendiderit ad pretium participandum,
quo caſu indubitanter nõ poſſet teſtari.
vt in princip. Inſtitut. quib. non eſt per.
facere teſtamẽtũ. Sed iſthæc ridẽda ſunt.
Cùm enim dicimus, ꝙ pactũ, per quod
aufertur libertas teſtandi eſt contra bo-
nos mores, non arguimus peccatum il-
lius, qui ſe hac facultate priuare vole-
bat, ſed turpitudinem illius, qui eius hæ-
reditatem captabat, & per hoc eum pri-
uare ſtudebat facultate mutandi teſta-
menti, pœna adiecta vel non adiecta: et-
enim Iulianus ait improbum eſſe eum,
qui ſolicitus eſſet de hæreditate viuen-
tis

*Teſtandi libertatẽ auferre eſt cõtra bo. mo. ex parte eius, qui captat alienã hæredita. contra Couar.*



viuentis. in. l. 2. §. interdum. ff. de vulga. l.
ex eo. C. de inut. ſtip. l. fi. C. de pact. l. 2. ff.
quibus vt indignis. l. quidã in iure. §. fi. ff.
de donatio. Stat ergo, quòd pactum, per
quod impeditur libertas teſtandi, vel te-
ſtamenti mutandi non eſt turpe, nec cõ-
tra bonos mores ex parte illius, cuius de
hæreditate agebatur, ſed tantùm ex par-
te illius, qui eam hæreditatem captabat,
eſtq́; captatoria voluntas. vt in. l. captato
rias. ff. de hære. inſtitu. l. captatorias. C. de
teſtamen. mili. Sed an tale pactum firme
tur iuramento, diximus latè in. d. §. illud.
quòd ſi te hæredem ſcripſi, & pœnã pro
miſi ſi teſtam. mutaſſem, eamq́; pœnam
me pręſtiturum iuraui, an ſi teſtamentũ
mutauero, eam pœnam de iure canoni-
co pręſtare tenear? Et communis opinio
vt dixi, eſt, quòd non, ſed cùm tale pactũ
non vergat in præiudiciũ tertij, videtur
obſeruãdum. arg. d. c. quanuis. d. c. cùm
contingat. Neque ad rem pertinet, quòd
ſit contra bonos mores ciuiles, vt ſuprà
dixi. Niſi defendas cõmunem, eò quòd
tunc arguatur turpitudo illius; & ſuſpi-
cio delicti eius, qui captabat hæreditatẽ.

Qua in re tres ſunt inſpectiones. Pri-
ma, an contra teſtam. valeat ipſe iurans,
idemq́; teſtator venire, illudq́; mutare.
Altera, an ſi id liceat, ſaltem periurium
incurrat. Tertia, an pœnam, quæ promi
ſit ſub hac conditione, ſi teſtamentum
mutaſſet, debeatur in foro contentioſo
canonico. De primis duobus articulis
diſſeruimus in. d. §. illud.

14 Quo ad vltimum cõmunis opi. vt dixi
eſt, quòd pœna non debeatur, ne metu
pœnæ retardetur, reſtringatur, coangu-
ſteturq́; libertas teſtamenti mutandi: ſed
cùm id nõ ſit in pręiudicium alterius ter
tij, ſed tantùm ipſorum contrahentium,
vel alterius ex illis, nõ deberet eſſe in cõ
ſideratione. Nã ſi vnuſquiſq; poteſt libe
rũ arbitriũ, liberamq́; volũtatẽ ſibi ex to-
to. i. quo ad oẽs res auferre. vt in. d. c. ſi re
ligioſus. cũ ſimi. ſuprà allegatis. de elect.
in. 6. multò faciliùs poterit eam liberta-
tem ſibi adimere quo ad vnã tantùm rẽ,
id eſt, quo ad teſtamẽti mutationẽ, ſicq́;
de poteſtate ipſius non videtur dubitan
dum: non quoq; de voluntate, quia po-
nimus eam certam, perſpicuam, indubi-
tatam, ergo compellendus eſt de iure ca
nonico eam ſeruare, vel pœnam præſta-
re, ne periurium incurrat. Neque ad rem
pertinet, quòd ex parte alterius, qui hære
ditatem captabat, ſit turpitudo: nam il-
lius delictum, nõ tollit iſtius periurium.
Sed certè abſurdũ eſſet, quòd ille ex de-
licto ſuo præmium conſequeretur. Vn-
de licèt aliquando is qui pœnam pactã,
iuratamq́; non præſtiterit, periurium in-
currat, tamen ne aduerſarius eius ex ſuo
delicto ditior fiat, deſinit pœna pręſtari.
Diuerſum eſt in eo, qui cum iuramento
renũtiauit patris hæreditati, vbi nulla ex
parte captatur hęreditas viuentis, ſicque
nulla ex parte eſt turpitudo. Niſi dicas
turpitudinem eſſe ex parte patris, qui fi-
liũ vi pactionis abdicare volebat ab ſpe
ſuccedendi. argumento. d. §. illud. ſecun
dùm quòd ſuprà declaraui. Sed ſuſtinen
do cõmunem potes reſpondere, quòd li
cèt id non ſatis honeſtũ ſit, tamen longè
inhoneſtius eſt viuẽtis hæreditatẽ capta
re, ſicq́; à tali turpitudine lucrum procul
abeſſe debet, ne ad delinquẽdum homi-
nes contra bonum publicum omneque
fas inuitentur.

*Iuramentũ nõ eſt obligatoriũ ſi ꝓmiſi pœnã ſi alterũ hæredẽ nõ fecerim. cũ cõi.*

15 Quinta cõcluſio magis cõmuniter ad-
miſſa eſt. Sed nos crederemus non aliter
veram, quàm ſi reuera iuſta cauſa ſuper-
ueniat recuſandi. arg. c. quemadmodũ.
de iureiur. à contrario ſenſu. quod expe
ditum quo ad periurium, & magis eſt, vt
idem etiam quo ad forũ contẽtioſum. vt
ſuprà in pri. Quod intellige, quando fie
bat pactum inter ipſos, de quorum ma-
trimonio agitur: quòd ſi inter eorum pa
rentes, indiſtinctè tenerem id pactum nõ
valere. arg. l. Titia. in prin. ff. de verb. ob-
liga. Ratio, quia negari non poteſt, quin

*Iuramentũ non firmat cõtractum qui aduerſatur libertati matrimonij. ſecũdũ cõem. nos cõtra in certis caſibus.*

 id pa-

id pactum conſtringat libertatem matri
monij,cùm veriſimile ſit metu pœnę pa
rentem acturum,vt filius,vel filia nubat
cum eo eáue, quo cũ, vel cum qua aliàs
non nuberet: ergo quia ex pactione pa-
tris iurata præiudicium filio fieri poſſet,
id iuramentum nõ eſt obligatorium. vt
c.cùm contingat.in fi.de iureiurã. c.2.de
pact.in.6. Item id iuramentum alia ratio
ne non obligat, quia nõ eſt poteſtatiuũ.
pater enim non poteſt filium, filiámue
compellere ad nubendum,quia nuptias
conſenſus, non concubitus facit: ſicut
nec poſſet compellere adire hæreditatẽ.
l.cùm proponas.C.de hære.inſtit. Vnde
quia id eſt indubitatum, non eſt intelli-
gendus Bar.quando pater iurauit filium
ſuum Bertam ducturum: ſed eſt intelli-
gẽdus, quando ipſe iurauit ſe aliquã du-
cturum,quo caſu ſi de facto aliam duxit,
valet matrimoniũ,& ipſe erit periurus,ſi
nulla interfuit cauſa repudiandi ſpõſam
pactam. vt per Alexã.in.l.ſtipulatio hoc
modo.de verb.oblig.ff. col.2.ad fi.quòd
ſi interfuiſſet,ſecùs. vt per.d.c. quemad-
modũ.de iureiur. Quòd ſi de facto nul-
lam duxit coniugem,an poſſit compelli
ad ducendam mulierem pactã? Et doct.
quòd non,nos contrà. arg.d.c.quemad-
modum. Ad.l.Titia.in prin. reſpõ.quòd
procedit, quãdo nullus fuit præſtitus ab
initio conſenſus ſponſi,ſed hìc fuit prǽſti
tus, ergo &c. Nec obſtat, quòd libertas
in matrimonijs deſideretur. Nam reſpõ.
quòd idem & in contractibus, & tamen
poſtquàm quis conſenſit &c. l. ſicut ab
initio.C.de act.& oblig.itaq; libertas ad-
eſſe debet in contrahendo,non in diſſol-
uendo: hìc autem in contrahendo ſatis
affuiſſe videtur. Nec obſtat, quòd ſpon-
ſalia fuerint de futuro, non de præſenti.
Nam & cùm quis ſub cõditione contra-
hit,pendente conditione recedere nõ po
teſt.§.pe.Inſti.de empt.& vendi. Item id
iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu
ſalutis æternæ,& ſine læſione alterius. er
go &c. Cogita tamen per ea quę dixi ſu
prà in princi. & vide Coraſ.contra com-
munem in.d.l. ſtipulatio hoc modo.

Deniq; noſtra opinio tenẽda omnino
eſt,eamq́; ſemper in arguendo,& legẽdo
ſequuti ſumus. Ad cuius cõprobationẽ
præmitte, quòd pactum à lege vetitum
ſemper firmatur iuramento,niſi in certis
caſibus,loquor de iure canonico. Prim⁹,
quãdo id iuramentum vergit in diſpen-
dium ſalutis æternæ. Secundus,quando
vergit in præiudicium tertij præter ipſos
cõtrahentes.d.c.cùm contingat. d.c.quã
uis pactũ. Tertius,quando vergit in præ
iudicium reipublicæ.vt dictis iuribus.iũ-
cta authen.res quæ.C.cõmunia de lega.
Vnde infertur, quòd quãdo per tale iura
mentum inuitaremur ad delinquendũ,
vel per pœnæ remotionẽ,vel lucri ſpem,
tunc iuramentum non eſſet obligatoriũ.
arg.l.1.ff.de iuſt.& iure.ibi, bonos non ſo
lùm metu pœnarum, verùm præmiorũ
quoque exhortatione efficere cupientes,
veram (niſi fallor) philoſophiam affectã
tes. Etenim qui malis pœnam aufert, vel
bonis præmium, is agit contra veram
iuſtitiam,vt ibidẽ.ergo longè magis age
ret contra veram iuſtitiam, qui malis nõ
ſolùm pœnam auferret, ſed etiam præ-
mium conferret. Vnde cùm iuramentũ
non debeat eſſe vinculum iniquitatis &
iniuſtitiæ,reliquum eſt, vt iſthæc per iu-
ramentum non firmentur, aut admittã-
tur. Et non ſunt plures caſus quo ad no-
ſtrum propoſitum,licèt in alijs materijs
alios plures infrà videbimus.

Tunc ſic, cùm ſponſalia fortè cõtraxi
de futuro,& ſub pœna promiſi me ſpon
ſam pactam in vxorem ducturum, certè
ſi id iuramento firmaui, non eſt cur non
tenear vel ſponſam in vxorem accipere,
vel pœnam iurato promiſſam pręſtare,
cùm tale iuramentum ſeruari poſſit ſine
diſpendio ſalutis animæ meæ, & abſque
præiudicio alterius tertij, & abſq; eo, ꝙ
quis inuitetur ad delinquendum. Quid
enim



enim peccauit, aut quid mali fecit mu-
lier illa, quæ me amore proſequitur pio,
iuſto, & ſancto, meq́; ſuum coniugem,
ſociumq́; perpetuò habere vult? argu. in
princi.Inſtit. de nuptijs.

Et pœna hoc caſu iuramento promiſ-
ſa,longè diſtat ab illa, quam quis promi
ſit ei, qui eius hæreditatẽ captabat, nam
improbus à lege exiſtimatur.vt in.l. 2.§.
interdum.ff. de vulg. & præſumitur ha-
bere votum cap.mor.vt in.l.fi.C.de pact.
in.l.de fideicommiſſo. C. de trãſact.in.l.
1.ibi, non iniquis rationibus. C. de pact.
in.l.ex eo.C.de inuti.ſtipula. & is dicitur
contra ius gentium, & bonos mores iu-
ris gentium feſtinaſſe. l. quidam in iure.
§.fi.cum.l.ſeq.ff.de donati.l.2.ff. quib.vt
indig. intelligiturq́; mortem eius, cuius
hæreditatem captat, ſpectare. d.l.fi. habe
reque triſtem,acerbamq́; ſpem, & votũ,
vt ibidem. Diuerſum omnino eſt in ca-
ſu noſtro, vbi ea mulier tantum abeſt ab
expectatione mortis meæ, quòd potiùs
me pio amore proſequitur, mecumq́ue
perpetuò viuere contendit. vt in princi.
Inſtit.de nupt. Nec ad rẽ pertinet quod
dicitur in.d.l.Titia.ff.de verb. oblig. illã
pœnæ promiſſionem eſſe contra bonos
mores: nã loquitur in alio caſu, in quo,
vt iam dixi, ſequor cõmunem op. Præte
rea licèt etiam in iſto caſu loqueretur, ad
huc tamen iuramentum valeret: quia ſi
iſtam pœnę promiſſionẽ lex diceret eſſe
cõtra bonos mores, intelligeremus eſſe
cõtra bo.mo.ciuiles, quaſi eſſet cõtra de-
corum, vrbanitatem, decentiam, comita
tem, qui boni mores non excludunt iu-
ramentum. vt probat.d.§.illud. verſi. ſe-
cundùm Papiniani reſpõſum. iuncto.d.
c.quãuis pactum. vt ſuprà induximus.
Ergo iſto caſu etiam in iudicãdo & con-
ſulendo tenerem contra cõmunem, præ
ſertim cùm noſtra opinio conſultior, tu-
tiorq́; ſit quo ad animarum ſalutem, nec
bono publico aduerſetur.

Adde in hac parte principis poteſta-
tem ceſſare iure regio.l.10.tit.12.lib.3. or-
din. quia principis imperio reſiſtere nul-
lus ſatis idoneus videtur. l. 6. tit. 13.lib.3.
ordi. ſi tamen iuſſu principis matrimo-
nium contractum fuerit, valere non de-
ſinit, nec præſumã compulſionem. arg.
l.meminerint.C.vnde vi.l.merito.ff.pro
ſocio.

*Declara.l. 10.titu.12. lib.3.ordi.*

16 Concluſio ſexta eſt expedita. Sed ad-
uerte, quòd licèt non teneatur ad obſer-
uantiam, tenetur tamen ad periurium, ſi
mulatq; iuraui homicidiũ, adulteriúm-
ue facere, ſtatim ſum periur⁹. c.& ſi Chri
ſtus.de iureiur. c.animaduertendum.22.
q. 2. glo.in authen. quod eis. C.de nupt.
Et accipe nouiſſimã rationem. Nam iu-
ramentũ cõuertitur in periuriũ ſub hac
conditione negatiua, ſi non impleatur.
vt patet: ſed conditio negatiua cùm pri-
mùm efficitur impoſſibilis, ſtatim habe-
tur impleta.l.in illa ſtipulatione ſi calen
dis.in fi.ff.de verbo.obliga.l. hoc iure.ff.
eod.tit. ergo cùm homicidium facere ſit
impoſſibile.l. conditiones.ff. de condit.
inſtit. ſequitur illam conditionem nega
tiuam impletam ab initio videri, & con-
ſequenter periurium iam admiſſum, ſeu
purè commiſſum. Et ita eſſe videtur de
ſententia & mente doctorum.

*Iurãs ſe homicidiũ facturum, ſtatim periurus eſt.*

17 Et dum diximus non valere pactum
etiam iuratum de futura ſucceſſione ac-
quirenda, etiam ſi fiat cum eo, cuius de
hæreditate agitur, adde, quòd Alciat.in
d.c.cùm contingat. nu.79. tẽtat pactum
mero iure valere ex vi iuramenti, quia ta
le iuramentum nõ peccatum certum &
indubitatum, ſed tantùm peccandi occa
ſionem præbet præſumptiuè, præſum-
tiones autẽ in foro animæ non curamus
ſecundùm Io. And.in.c.is qui fidem. de
ſponſal. Vnde ipſe infert, quòd in termi
nis l.fi.C.de pact.teneret mero iure iura-
mentum, licèt abſolutio danda eſſet. Te
neo contrarium, quia vt ſuprà dixi in ter
minis illius tex.iuramentum eſſet ipſo iu
re nullũ propter pręiudicium eius, cuius
de hæ-

*Iurãs ſe mihi ſuam hæred. relicturũ, nõ uidetur priuare ſe facultate pœnitendi, & uol. mutandi. contra Alciatum.*

de hæreditate agitur, qui iuramento nõ interfuit.d.c.cùm cõtingat.d.c.quanuis. Sed & ſi iuraméto, & pactioni interfuiſſet, adhuc idẽ, ne in perniciẽ reipublicæ ille, qui iuramentũ recepit, ſpe lucri inuitetur ad delinquendũ.vt ſuprà diximus. Sed certè cùm cõſenſus eius, cuius de ſucceſſione agitur, etiã ſimplex purget vitiũ paciſcẽtis.d.l.fi.C.de pact. multò faciliùs ſi ſit iuratus, adhuc tamen is, cuius de hæreditate agitur, ex natura rei non cõpellitur pſeuerare.vt in.d.l.fi.neq; hanc pœnitẽdi facultatẽ p interuentũ iuraméti ſibi ademiſſe videtur.arg.l.fi.C.de nõ nu.pe.

*Iuramento renũtiatur priuileg. ne maritus ultrà q̃ facere poßit cõueniatur. cõtra com.*

18 Deniq; hinc etiã deſcẽdit id, quod Bar. glo.Imol. Alex. & alij magis cõmuniter tradiderũt in.l.alia.§.fi.ff.ſolu.matr.dum volũt, ꝙ priuilegium, ne maritus vltrà q̃ facere poſſit, conueniatur, non poteſt renuntiari per pactũ etiã iuratũ. Quam op. nouiſſimè ſequitur, & cõmunẽ appellat inſignis doctor de Couar. in.d.c.quãuis. in prin.2.partis.ſequitur & cõmunẽ dicit Alcia.in.d.c.cùm cõtingat.nu.69. Mouẽtur, quia Iureconſultus in.d.l.alia.firmat per huiuſmodi pactionem bonis moribꝰ aduerſari, qui dictãt illam reuerentiã marito exhiberi, ne vltrà cõueniatur, q̃ facere poſſit, vnde cùm ſit contra bonos mores, nõ firmabitur iuraméto, nõ magis, q̃ per ſimplicem pactionẽ. d.c.non eſt obligatorium. de reg.iur. in.6.

Teneo, & ſemper in legẽdo & conſulẽdo tenui cõtrarium: quia tale iuramentũ poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis ęternæ, & ſine præiudicio alicuius tertij, & abſq; eo, quòd quiſq̃ inuitetur ad delinquendum, vt de ſe patet, & cõſequẽter tale iuramentũ ſeruandũ eſt, ex regula.d.c.cùm contingat.&.d.c.quanuis pactum.

Tenendo hanc partem, ad.d.c. non eſt obligatorium. reſpõdeo, quòd procedit quo ad bonos mores iure diuino, naturali, vel canonico ſtabilitos, nõ quo ad bonos mores iure tãtùm poſitiuo receptos, de quibus indubitanter loquitur illa lex. Nam & in terminis. d.l. ſi quando.§. illud. pactũ cum iuramento initũ inter patrem & filium, vt filius patri nõ ſuccedat, firmatur iuramento. vt.d.c. quanuis. & tamen tale pactũ à lege ciuili vetitũ erat, quaſi eſſet cõtra bonos mores, vt rectè intuẽti licèt nõ ſatis explicitè, tamẽ ſaltẽ implicitè probatur in.d.§.illud.dum ait huiuſmodi pacto filiũ minimè prægrauari, ſecũdùm Papiniani reſponſum, quo definiuit, meritis magis filios ad obſequia paterna prouocandos, quàm pactionibus aſtringendos. Etenim quòd filius patri pactione aſtrictꝰ deſinat ſuccedere, quis non videt id eſſe contra bonos mores, eſſeq; indecorum, illiberale, indecens, inurbanum, nõ ſecùs, quàm ſit inurbanũ, indecorum, indecensq́;, quòd vir vltrà q̃ facere poſſit conueniatur? ergo vtroq; caſu pariter iuramento renuntiatio firmabitur, cùm neutro iſtorũ caſuum obſeruatio iuramenti ſit in præiudicium alicuius tertij, præter paciſcentes: nec in pręiudicium reipublicæ, quia nõ per hoc aliquis inuitatur ad delinquendũ, nec vergat in diſpendiũ animarũ, quinimò ad vitandum periuriũ id admitti cõſultius, tutius, honeſtiusq́; ſit, atq; religioſius.

*Iuramentũ excludit benefi.ceßionis bonorũ. cũ nouißimis cõtra cõmunem.*

19 Hinc colligitur verã nõ eſſe illam communẽ op. quæ habet, ꝙ pactũ, per quod debitor renuntiat beneficio ceſſionis bonorũ, & ſeſe obligat ad carceres, nõ firmatur iuraméto. vt tenuerũt Bar. & alij pleriq́; ſcribentiũ in.d.l.alia.§. fi. eſtq́; magis cõis op. ſecũdùm Alcia.in.d.c.cùm cõtingat.nu.69. Licèt ipſe poſt Alex.in.d.§. fi. cõtrariũ teneat, motus, qa.d.§.fi.loquitur inter pſonas, quæ inuicẽ amari, & honorari debent, quę ratio debilis eſt. Sed eorũ op. cõtra cõem teneo: qa id iuramẽtũ ſeruari põt ſine interitu ſalutis æternæ, & ſine detrimẽto tertij, nec p hoc quiſq̃ inuitatur ad delinquẽdũ, & qa licèt videretur id eſſe contra bo.mo.ciuiles vrbanitatis, & comitatis, id nõ ſufficeret ad periuriũ admittendum.

Et ſic



Et ſic hanc partẽ cõtra magis cõem op. tenuerunt Felin.in.c.ſi diligenti. de foro compe.col.2.Alcia.& Alex.vbi ſuprà.Couarru.in.d.c.quanuis.in prin.2.par.nu.6. idem Couarru.variarum reſol. c.1.lib.2. Fredericus conſil.60. Rota antiqua.565. Et hæc pars contra cõmunem quãdo interuenit iuramẽtũ, indubitata nobis ſemper viſa eſt, cùm longè grauius ſit vendere ſe quiſque ad pretium participãdum, quod etiam citra iuramentũ permiſſum eſt.§.pe.Inſtit.de iure perſo.

Hinc etiam colliges, an nobilis poſſit renũtiare beneficio huic, quo indultum eſt, ne p debito poſſit in vinculis, ſeu carceribus detineri. Nam ſi hęc renuntiatio fiat cum iuramento, tunc indubitanter valebit, vt ex ſuperioribus fundamentis licet arguere. Sin autem per ſimplicem cautionem abſque iuramento talis renũtiatio fiat, tũc magis dubium eſt. Sed adhuc idem tenendum. arg. dictorum iurium, & rationum. Et ita refert Couarru. vbi ſuprà, vehemẽter controuerſum fuiſſe, & hanc partem affirmatiuam, quã & ipſe ſequitur, tandẽm obtinuiſſe.

*Stipulatiõi alteri facta lex reſiſtere uidetur.*

20 Quo ad ſecundũ caſum Bart. vbi ſuprà præmitte, quòd Bart. in ſexto caſu ait, ꝙ quando contractus eſt infirmus, & improbatur, non quòd lex ei reſiſtat, ſed tãtùm quòd non aſſiſtat, tunc firmatur is contractus iuramento: cùm autem quæritur, quando lex dicatur non aſſiſtere, ait id eo tãtùm caſu cõtingere, cùm quis alteri ſtipulatur. Vnde ſatis ſentit, quòd in reliquis nouem caſibus, quos ipſe conſiderat, non tantùm nõ aſſiſtere, ſed etiã reſiſtere lex videtur. Mihi videtur non eſſe faciendam hanc differẽtiam. Nam in omnibus illis decem caſibus, & reliquis, in quibus inuenietur, quòd lex conuentionem non mandat executioni, tenerẽ ſatis reſiſtere videri, cùm aliàs omnes cõuentiones iuris gentium exequerentur manu regia.l.2.poſt prin.ff.de orig.iuris. & poſtea exequuũtur per legem ciuilem mediantibus actionibus.d.l.2.§.deinde ex legibus. vnde quam conuentionem exequi non curat lex, ſatis eam improbare, reſiſtereq́; ei videtur, quaſi illa non habeat iuris gentium æquitatem. Et quòd reſiſtere videatur lex in ſtipulatione alteri facta, ſatis probatur in.d.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ibi, alteri ſtipulari nemo poteſt.ff.de verbo.oblig.& in.§.alteri.in ijſdem verbis.Inſtit.de inut.ſtipu. Nam cũ omnia cenſeantur permiſſa, quæ nõ reperiũtur expreſſim prohibita.vt in.l. nec non.ff.ex quibus cauſis maio. in.§.quod eis.& in.l.ſuper ſtatuas.C.de religioſis. ſupereſt, vt ſi alteri ſtipulari nemo poteſt, cùm reliqua omnia liceant, id ex legis reſiſtentia deſcendat. Quæ res probatur in.l.certi conditio.§.quoniã.ff.ſi cert. pet.& in.l.ſi ita ſtipulatus fuero ſi Titius. §.Chryſogonus.ff.de verb.obl.& in alijs
21 legibꝰ innumeris, vt latè diſſerimus alibi.

*Iuramentũ non firmat cõuentionẽ quæ improbatur propter publicã utilitatẽ.*

Ergo in iſto ſecundo caſu Bart. collige primò. Conuentio, quę improbatur propter vtilitatem publicã, non firmatur iuramento.c.ſi diligenti.de foro compe.l.2.&.l.iuris gentiũ.§.ſi paciſcar.ff.de pact. l.quemadmodum.C.de agri.& cenſi.lib.11.l.ſi quis inquilinos.in prin.de leg.1.ff. Secunda concluſio. Venditio rerũ, quæ ſunt affixæ ædibus, non firmatur iuramento. Tertia concluſio. Conuentio de prorogãda litis inſtantia, non firmatur iuramento. Quarta concluſio. Qui tenebatur dare certam menſuram frumenti, is liberatur, ſoluendo certã ſummam pecuniæ pro quolibet corbe frumẽti ex forma ſtatuti facti, vt ciuitas abũdaret hominibus, qui poſſint ſoluere collectas, & laborare prædia: huic ergo priuilegio aliud pro alio ſoluendi, quod datum eſt ob hanc publicã vtilitatem, etiã iuramento renuntiari non poſſet. Quinta cõcluſio. Alienatio inquilinorum ſine prædijs etiam iurata, non valet.d.l.2. cum glo.d.§.quemadmodum. Contra quatuor vltimas cõcluſiones opp. Nam

aliena

alienatio dotis nō ſolùm verū eſt propter
publicam vtilitatem fuiſſe interdictam,
ſed etiam in lege hæc ratio expreſſa eſt.
arg.l.1.ff.ſolu. matri. ergo licèt eadē vtili
tas adſit in ſuperiorib⁹ ſpeciebus, adhuc
tamen deberet poſſe fieri tranſgreſſio le-
gis ex vi iuramēti,cùm poſſit fieri in alie-
natione dotis.c.cùm cōtingat.de iureiur.
c.licèt mulieres. de iureiur. lib. 6. Sol. In
d.l.1.dicitur, nam & reipublicæ intereſt
pondera.ergo verb.&,quod implicat nō
ſolùm mulierum principaliter intereſſe,
ſed etiam reipublicę,idq́; ſecundariò(eſt
tamen verum,quòd in quibuſdam libris
non eſt illa implicatiua,&.)Itaq; in con-
ſeruatione dotium vertitur publica vtili
tas ſecūdariò tantùm, at in ſuperioribus
ſpeciebus etiam principaliter. Quod li-
cèt de iure ciuili non ſatis expeditum ſit,
tamen de iure canonico expeditū puto.
Ratio differētiæ,quia de iure ciuili liber-
tas erat nō ſolùm in contrahēdo, ſed etiā
in diſſoluendo matrimonio. l. conſen-
ſu.C.de repud.&.C.de nupt.l.neq; ab ini
tio.at de iure canonico matrimoniū ſe-
mel contractū ſolui non poteſt,niſi mor
te alterius coniugis: & licèt morte ſolu-
tum reiterari poſſit,tamen longè lauda-
bilior eſt is,qui ſecundò nō nubit,atten-
ta cenſura eccleſiaſtica. Vnde cùm fre-
quentiſſ. de iure ciuili matrimonia con-
tracta ſoluerentur,expediebat dotis alie-
nationem conſtante matrimonio nō fie
ri, ne facilè matrimonio per diuortium
ſoluto, mulieres reperirētur indotatæ.fa
cit in ſimili.l.cū in adoptiuis.C.de adop.
verùm cùm de iure canonico matrimo-
nium difficillimè diſſoluatur, & ſolutū
ſaltem ex conſilio non debeat reiterari,
non multùm intereſt alienationē dotis
conſtāte matrimonio vetitam eſſe. Eſtq́;
& noua,& bona conſideratio,per quā te
neo cōmunē in omnibus his cōcluſioni
bus. Et quia iniquiſſimum eſſet legis iu-
ſtiſſimæ ſimul ac vtiliſſimæ reipublicæ
tranſgreſſionum fieri poſſe interuenien-
te iuramento. Et quia non video magis
expeditam indubitatamq́; eſſe reipubli-
cę vtilitatem in terminis.d.c.ſi diligenti.
de foro compet.(vbi iuramentum non
obligat)quàm in terminis harum quæ-
ſtionum.

Deniq; quòd actus vetitus principali-
ter propter publicam vtilitatem nō poſ-
ſit iuramēto renuntiari, communiter re
ceptum eſt. vt tenent Bar. colum.3. in.d.
l.ſi quis pro eo. quem alij ſequuntur. Se
quitur & dicit hanc eſſe communē opi.
Alciat. in.d.c. cùm contingat. nu.83. vbi
Abb.nu.5. & nu. 22. & ibidem Anto. &
Imola, qui tamen de more ſuo variat.
ſequitur, & dicit hāc eſſe communē op.
Couarru.in.d.c.quanuis.in.2.parte.§.1.&
Corn.in authen. ſacramenta puberū. C.
ſi aduer.vēdi. Et hæc opinio,licèt Imola
in contrariū inclinet,viſa nobis eſt indu
bitabilis. per tex.in.d.c.cùm cōtingat.&
d.c.quanuis.Nam ſi iuramentū in præiu
dicium tertij non eſt ſeruādum. vt dictis
iuribus.longè minùs ſi tendat in præiu-
dicium reipublicæ. arg.authen. res quæ.
C.commu.de ſucceſſ. c.ſi diligenti.de fo
ro compet. l. ius publicum.ff. de pact. l.
priuatorum. C.de iuriſd. om. iudic. Sed
licèt hæc doctrina indubitata ſit, tamen
in exemplis exquirendis difficultas non
leuis ſita eſt.

22 Ergo inde inferunt Bart. & cōmuniter
doct.ſuprà citati, venditionem etiam iu-
ratam prædij non valere, retentis colo-
nis ipſi⁹ prędij culturæ aſcriptis. Etenim
publicæ rei vehementer intereſt, ne agri
cultura deſeratur, vt omnib⁹ notius eſt,
quàm probatione egeat. vnde ſi ſeparen
tur coloni à prędijs,cultura vt deſeratur
neceſſum eſſe videtur,quæ res nō ſolùm
detrimentum,ſed etiam manifeſtam per
niciem reipublicæ inferret, quam ob rē
crebriùs obtinuit talem alienationē etiā
iuramento firmari non poſſe.l.2.l.quem
admodum.C.de agric.& cenſi.lib.11.

*Iuramento non firmatur uēditio prædij retētis colonis. cū cōmu.*

Deinde his quoq; concinit, quod Bar.
& ſcri-



23 & ſcribentium pleriq;.vbi ſuprà tradide
runt, non valere venditionem marmo-
rum, & aliorum ſimilium, quæ ædibus
ſunt affixa, etiam ſi iuramento ſit aliena
tio firmata: quia huiuſmodi prohibitio
nullius vtilitatem præter reipublicæ cō-
tinere videtur, ne ædificia, vrbesq́ue de-
deformentur.& ita intellexit.l.cætera.in
prin. ff. de leg.1.l. ſenatus.ff. de contrah.
emptione.

*Iuramento non firmatur uēditio marmorū ædibus fixorū.cū cōi.*

24 Quòd ſi aduerſus hanc illationem, &
ſuperiorem dixeris non videri quòd ma
gis publicæ rei interſit harū prohibitio-
num tranſgreſſionem non fieri quàm in
terminis.d.c.quanuis.&.d.c.licèt mulie-
res. vbi licèt vetitum ſit pactum de non
ſuccedendo inter patrem & filium,& ve
tita ſit alienatio fundi dotalis,tamen per
interuentū iuramenti illarum legū tranſ
greſſio admittitur,quæ res plures in con
trariā cōmunē ſententiā traxit. Reſpon-
deam, harum rerum eſſe non obſcuram
differentiam. Siquidem reipublicæ non
magis intereſt, quòd ex ſuis ciuib⁹ vnus
poſſeſſiones in ſuo territorio & ditione
ſitas habeat, quàm alius. Cùm enim fo-
renſis, vel exterus nō habeat,inter ipſos
ciues quo ad bonum publicum parum
intereſt vtrùm vnus potiùs, quàm al-
ter poſſeſſiones habeat. Vnde fit, vt ſi
filius ab hæreditate patris pactione ex-
cludatur, quæ hæreditas excluſo filio
ad alios peruenit ciues, ſimiliter tunc
nulla ex parte ciuitas læſa videatur.
Idemq́ue in alienatione fundi dotalis,
qui ad mulierem, vel eius virum, vel al-
terum potiùs ex ciuibus perueniat, pa-
rùm intereſt reipublicæ. Idemq́; in ter-
minis.l.alia.§. eleganter. ff. ſoluto matri.
Nam quòd maritus vltra q̄ facere poſſit
conueniatur, an quatenus facere poſſit,
id parū intereſt reipublicę,cùm vtroq́ue
caſu quod ab eo exigitur, apud aliquem
ex ciuibus eiuſdem reipublicæ perma-
neat. Verùm quòd ædificia diſturbētur,
& per hoc vrbs deformetur,id principali
ter,& non dubiè officit reipublicæ. vt in
terminis.d.l.cætera.&.d.l.ſenatus. Item
quòd agricultura deſeratur, id non du-
biè officit reipublicæ, propter penuriam
fructuum: nam vtroq́; caſu nullus ex ci
uibus erit, qui non iuſtè poſſit dicere ſe
læſum. Non ſic quando maritus conue-
nitur vltra quàm facere poteſt,aut filius
pactione remouetur ab hæreditate pa-
tris;nā reliqui ciues per hoc nulla ex par
te lędūtur.Sicq́; poſſunt defendi cōes op.
quę à multis hæc nō vidētibus impugnā
tur. Nec vllibi inuenies has opiniones
ita defenſas.

*Reipublicæ principaliter q̄d expedire uideatur, et quid ſecundariò.*

25 Præterea exinde etiā deſcendit illa cō-
munis opinio, quæ habet, quòd inſtātia
litis non poteſt vltra triennium protela-
ri. vt in.l.properandum. C.de iudi. Nam
quia illa lex videtur effluxiſſe principa-
liter ob bonum publicum, ne lites fie-
rent immortales, certè huic legi etiā cū
interuentu iuramenti nō poterit per par-
tes renūtiari. ſecūdùm Bar.col.3. in.d.l. ſi
quis ꝓ eo. quē cæteri ſequūtur. & cū Bar.
eſt cōis op. ſecūdùm Alcia. & alios ſuprà
relatos. ſequitur & dicit cōmunē op. Co
uarru.in.d.c.quanuis.2.par.§.1.nu.4.Bar.
& Iaſ.nu.21.in.d.l.properandum.in prin.
Abb.nu.15.in.c.penult.de iudic.

*Iuramento nō ꝓrogatur inſtātia litis. cū cōi cōtra Feli. Imol. & alios.*

Contrarium tenuerunt Feli.nu.13. vbi
etiam Imola in.d.c.penul. & idem Imol.
in.d.c.cùm contingat. in.2. membro. eò
quòd iſta conuentio iurata non aduer-
ſetur iuri canonico, ſed ei amicetur, qui
permiſit vltra triennium lites proroga-
ri. vt in.d.c.penul. Quæ reſpōſio eò perti
net, vt talis conuentio iurata valeat de iu
re canonico in terris eccleſiæ, non autē
in terris imperij ſecundùm Couarru. vbi
ſuprà. Ego teneo hanc opinionem con-
tra communem, ſed alia ratione. Quia
etiam ſi litigantes per totum tempus
vitæ ſuæ detineantur in tali lite, aliorum
ciuium nullus læditur ex illa cauſa &
dilatione, licèt ſi ſimilem dilationem alij
ciues in ſuis litibus haberent, læderen-

FF tur.

tur. Diuerſum eſt in terminis. d. l. 2. & d. l. quemadmodum. C. de agricolis & cenſit. libr. 11. & in terminis dict. l. cætera. Nam ſi vrbs aliqua ex parte deformetur, & vitietur, licèt domus mea integra ſit, nõ iniuria firmare poſsim lęſum me fuiſſe, ſed ex dilatione litis conciuis mei ipſe nulla ex parte læſus videor, niſi ſimilis dilatio litibus meis contingat. Item cùm conciuis mei agrorum cultura deſeritur, ſtatim poſſum dicere me læſum, licèt meorum agrorum cultura non deſeratur: quia ex deſertione agrorum, ſurgit penuria fructuum, quæ omnibus nocet. Adhuc tamen etiam in litium prorogatione tenenda eſt communis. vt differimus alibi.

*Iuramentũ ſeruandum eſſe in ſtatuto, de quo hic. contra cõmunem, niſi ſe reſp. opponat.*

26 Exinde etiam deſcendit illa communis opinio, quam Bar. in hoc ſecundo membro, quem cæteri ſuprà relati ſequuntur, tenuit. Ait enim, ſi ſtatuto cauetur ſic, vt ciuitas abundet hominibus, qui poſsint prædia laborare, iubemus, vt ſi quis teneatur ſoluere frumentum, liberetur, certam pecuniæ ſummam dando pro quolibet corbe frumenti. quo caſu huic ſtatuto etiam cum iuramento renuntiari nõ poſſit. argum. dict. c. ſi diligenti. de foro competenti. Sed & hoc caſu magis eſt, vt qui iurauerit, non poſsit opponere exceptionem ſtatuti, quaſi iuramentum non deſierit valere, ſaltem quo ad præiudicium iurantis. Quia ex tranſgreſsione illius iuramenti immediatè vnuſquiſque ex ciuibus non poteſt dicere ſe læſum, nõ magis, quàm ſi propterea quòd contra prohibitionem iuris communis fundus dotalis cum iuramento alienatus eſſet ab vno ciue, alter ex hoc læſum ſe diceret. Vel ſi contra prohibitionem iuris communis filius conciuis mei à patris ſucceſſione per pactum iuratum excluderetur, & ego me læſum ex hoc dicerem. Ergo his omnibus caſibus non dubito, quin ſit eadem ratio obſeruandi iuramenti. Quia legis prohibitiuæ tranſgreſsio virtute iuramenti facta, non nocet de indiuiduo cuilibet ex ciuibus alijs, & conſequẽter iuramentum ſeruandum dicerem. Et hos omnes caſus potiùs pertinere dicerem ad dict. c. cùm contingat. & dict. c. quanuis pactum. & dict. ca. licèt mulieres. quàm ad dictum. c. ſi diligenti. de foro competenti. In cuius terminis quilibet clericorum læſus, & iniuria affectus videtur, ſi iniuria alter clericus in forũ ſeculare ac profanũ vocetur irreuerenter: præſertim cùm in ſacerdotum honore vertatur potiſsimè vtilitas publica. l. prima. §. huius ſtudij. ff. de iuſtitia & iure.

In omnibus tamen caſibus, in quibus dixi iuramentum valere, intelligo quo ad præiudicium iurantis, vt ipſe non poſsit opponere contra ſuum iuramentum exceptionem, vel defenſionem legis prohibitiuæ: non tamen valebit in præiudicium reipublicæ, vnde reſpublica poterit ſe opponere, & vetare, ne vltra triennium litigantes audiantur, eritque in vſu forenſi vtiliſsimum.

27 Item in omnibus his caſibus valebit ſtatutum puniens eos, qui huiuſmodi iuramentum contra legem interdictoriam præſtiterint. Licèt enim lex ciuilis, in quibus caſibus licitum eſt iuramentum de iure canonico eius iuramẽti vires eneruare non poſsit, tamen iurantem punire non dubiè poterit, quia per hoc homines à religione non retrahentur, cùm paſsim, & otioſè iurare nõ ad religionem pertineat, ſed magis ad perfidiam, temeritatem, impietatemq́; accedat.

*L. puniens eos qui iurãt contra legũ interdicta, ualet.*

28 Tertius caſus Bart. eſt, quando contractus improbatur principaliter ꝓpter vtilitatem priuatam, ſecundariò autem propter publicam, & tunc cõtractus contrà factus firmatur iuramento. d. c. cùm contingat. d. c. licèt mulieres. Infertur primò, ꝙ prohibitio alienationis fundi dotalis ſit principaliter propter priuatã vtilitatem,

*Iuramentũ firmat contractũ ꝗ ob priuatã utilitatem uetatur. cum cõmuni.*





tem, ſecundariò verò propter publicam. quod probaui ſuprà in princi. Tertia cõcluſio. Id iuramentum non ſolùm obligat iurantem, ſed etiam firmat mero iure contractũ. Intellige has tres cõcluſiones, quãdo verba prohibitionis dirigũtur in rem. vt quia dicit lex, cõtractus nõ valeat: nã ſi dirigerẽtur in perſonam aliẽnãtis. i. eius, in cuius fauorẽ principaliter fiebat prohibitio, tunc nõ firmaretur iuramento. ſecũdùm Bar. arg. c. 2. de maio. & obediẽ. iuncto. d. c. cùm contingat. in fi. & d. c. 2. de pactis. lib. 6. Limita ſecũdò, niſi verba dirigerentur in eum, qui iuramentum recepit, quia fortè dicebatur, nullus audeat. vel, nullus poſſit contrahere cum muliere niſi ſic, vel emere rem mulieris conſtante matrimonio etiã de conſenſu ipſius. nam his caſibus nõ firmaretur iuramento. Infertur primò, Statutum eſt per Italiam, quòd non valeat contractus mulierum ſine conſilio duorum conſanguineorum. quòd alienatio contrà facta non valeret etiam iurata, ſi verba dirigerentur in mulierem, vel in eum, qui cum ea contraheret, licèt ſecùs ſi ſimpliciter in rem conciperentur. Infertur etiam, Statutum eſt, ne valeat alienatio minoris ſine conſilio duorum conſanguineorũ. quòd ſimiliter diſtinguendum eſſet, vt contractus cõtrà factus firmaretur iuramento. Sed in his omnibus teneo contrarium, quia parum intereſt, ſi mentem ſtatuentium inſpicias, vtrùm dicatur imperſonaliter, quòd non poſſit fieri contractus ſine conſilio duorũ &c. an verò non poſſit mulier contrahere, vel nullus poſſit cũ muliere contrahere. Vnde hæc Bar. doctrina magis aucupiũ, captionemq́; ſapit, quàm ſimplicem legum prouiſionem. Præterea id nulla lege cauetur. ergo &c. Tertiò licèt aliàs ſoleat dubitari, an tranſgreſſor legis ciuilis peccet, vel non, tamen indubitatum eſt non peccare, quando tranſgreditur legem ſuo fauore latam, quantumcunq́; exprimatur in lege, quòd ipſe nequeat fauori ſuo renuntiare. ea enim cautio nõ eò pertinet, vt contraueniens peccet, vel puniatur, ſed vt diſpenſatio, de qua in l. penulti. C. de pactis. non validet contractum. Quartò id probatur argumẽto. l. filio præterito. ff. de iniuſt. rupt. & argum. eorum, quæ tradit Aretinus in rubrica. ff. de libe. & poſth. Quintò concludenter probatur ita. Nam licèt minor non poſſit diſpenſare cum ſua vtilitate, nec alienare cõtra prohibitionem in ſuũ factam fauorem, ſiue à teſtatore. l. Titio centum. in princip. de condit. & demõ. & l. 2. C. pro empt. ſiue à lege. vt per totum. ff. de rebus eorum. & C. de prædijs minor. tamen id verum de iure ciuili, ſecùs tamẽ de iure canonico, ſi iuramentũ interueniat. authẽ. ſacramẽta puberum. C. ſi aduer. vendi. per quam corrigitur. l. non dubium. C. de legib. Sic & in omnibus his ſpeciebus, licèt verba prohibitionis dirigantur in eum, de cuius vtilitate agitur, cui ipſe aliàs diſpenſare non poſſet, nec renuntiare, poterit tamen iuramento, quia deterius ſibi futurum videtur, ſi iuramentum violet, quàm ſi omnes facultates diſſipet.

Stat ergo, quòd actus à lege vetitus quia intelligatur eſſe contra vtilitatem priuatam principaliter, licèt ſecundariò ſit contra publicam vtilitatem, iuramento firmatur. vt in. d. c. licèt mulieres. & in. d. c. cùm contingat. & ita etiam procedit. d. c. quanuis pactum. Secundò, quòd non ſolùm id iuramentum valet, ſed quòd etiam eius virtute firma manet diſpoſitio, & contractus ipſe. Tertiò, quòd id procedit, ſiue contractus principaliter dirigantur in rem, ſiue in perſonam ipſius minoris, vel mulieris contrahere, vel alienare vetitæ, ſiue etiam in perſonam illius, qui cum eis contrahit. Quæ omnia communiter recepta ſunt. vt per docto. vbi ſuprà. & per Alciat. in. d. c. cùm contingat. & per

Couarru.in.d.c.quanuis.2.part.§.1. ad fi. &.§.2. in princi. per Alciá. vbi ſuprà nu. 92.cum.60.ſequen.per Abb. in.d.c.cùm contingat. Iaſ.in authen. ſacramenta puberum.nu.136. Aretinus conſi.22.col.2. Curtius iunior conſi.47.colũ.2.per Fortuni.in tract.de vltimo fine. illatione.19. per eundẽ in.l.1.§.huius ſtudij. ff. de iuſt. & iure.per Iaſ.& Fortunium in.l.Gallus. in prin.col.18.ff.de lib.& poſth.per Ang. in.l.ſi quis pro eo. & Bart. in authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendit. vbi Corneus nu.72. Calder.& Anchara. in.d.c.cùm contingat. Angel. conſi.160. Imol.in.d.c.cùm contingat.nu.36.Rodericus Suarez in.l.1. tit.de las arras.lib.3.fori. & per Feli. in.c.2.de maiorit.& obedi. Decius in.c.nam concupiſcentiã.de conſtitut.lect. 1.Paul.in.d.l.ſi quis pro eo.& in.d. authen.ſacramẽta puberum.ſuprà alleg.vbi Corn.nu.23.cum ſeq.& Iaſ.nu. 51. & Alex.conſi.27.lib.1.

Vnde infertur ſecundùm pleroſq; eorum, quos modò retulimus, quòd mulier,quæ contra hanc legem prohibitiuã fecit abſq; conſenſu conſanguineorum rerum ſuarum alienationem, nõ peccat, quaſi talis prohibitio non tam præcepti, quàm conſilij vim obtineat.argu.l.cùm pater.§. mando.ff.de lega.2. l.filiusfamiliàs.§.diui.ff.de lega.1. l.pater filium.§.Iulius Agrippa.ff.de lega. 3.

Redeundo ad doctrinam Bart. in.d. l. ſi quis pro eo. colum. 4. dicentis, quòd peccat tranſgreſſor legis,quæ verba prohibitiua dirigit ad perſonam , non ad rẽ, aduertendum eſt, quòd licèt legibus ſuperioris obedire teneamur,tamen quando legum tranſgreſſori impoſita eſt aliqua pœna , obtinuit eam legem regulariter non obligare in foro animæ, vnde fit, vt licèt eam gabellam ( quam alcaualam vocant ) quiſquam perſoluere ſubterfugiat, in foro animæ tutus videatur, quia pœna dupli hac in re à lege poſita eſt. Vnde licèt per. l. 63. en el quaderno del encabeçamiento. vetitum ſit, ne vicinus vnius oppidi negotietur cum mercibus alterius hominis exteri , aut forenſis , occulto nomine illius, easque quaſi ſuas diſtrahat , cùm ipſe gauderet eo beneficio ( quod encabeçamiento appellatur) verus autem dominus illarum mercium talis beneficij expers eſſet, vtpote qui exterus erat ab illo oppido , Tamen negari non poteſt, quin ille,qui alienas merces quaſi ſuas contractat, & per hoc gabellæ præſtationem effugit , non teneatur in foro animæ , cùm ſit tranſgreſſor legis pœnalis , ſecundùm quorundam multorumque ſententias, quæ res vſitatiſſima eſt. Sed propter cauſas hodie pendẽtes eam decidere prætermitto, & quia apud me diuerſa pars tutior eſt . vt infrà ſubijciã.

*Declaratio l.63.del quaderno del encabe. ut fraudãs gabellam, teneatur in foro animæ.*

Illud autem controuerſum eſt, an quia in.l. penult. & fina. en el quaderno de la prorogacion del encabeçamiento general ius, poteſtasq; ſummis Rationalibus regis data eſt , vt quo ad illud beneficiũ (quod encabeçamiento appellatur) poſſint addere eas leges, quæ ſibi conducibiles viſæ fuerint, poſſint derogari legibus ibi ſcriptis ? Et magis eſt vt non poſſint, propter vltimam partem illius.l.fin. vbi iubemur iudicare ſecundùm illas leges, & ſuperior facultas eſt intelligenda in caſibus omiſſis, aut prætermiſſis ab illarum legum conditoribus , quaſi caſus omiſſus remaneat ſub interpretatione eorum . ergo habebũt ius non tam emẽdandi aut corrigendi , quàm ſimpliciter interpretandi . Neque ad rem pertinet, quòd in.d.l.fi.datum ſit eis, vt poſſint determinare omnes dubietates hac de re exortas . Nam per hoc non tam data videtur facultas legum regiarum corrigẽdarum, q̃ eas interpretandi, & ſecundùm eas iudicãdi. Nec enim vnquam hæc facultas à principibus data videtur , cùm procedat à principis poteſtate non ordinaria, ſed abſoluta . vt per Ripã in ſimili in.l.

*l.pe.& fi. in quater. encabe.*



in.l.nemo poteſt.col.2.&.3.ff.de lega.1.

*Declar.l. 51.in quatern.alcaual. cuius trãſgreſſor peccat.*

Illud autẽ ab omnibus receptũ eſt, ꝙ in his quę ſunt de genere prohibitorum, per pœnæ appoſitionẽ nunq̃ lex videtur diſpenſare aut permittere peccatum, facinus, nefas, quale eſt cùm fures, latrones, homicidas, parricidas, adulteros, proditores, falſarios, hæreticos perſequitur, & deniq; omnes facinoroſos, per quorum maleficiorum pœnas à lege poſitiua ſtatutas non minuitur delictum , delictiq; punitio quo ad Deum, non magis, q̃ per remiſſionẽ pœnæ, quæ aliquando à lege ſit poſitiua. vt in peierante, cum ei defertur iuramentum litis deciſiuum, qui ſolum Deum vltorem habet, & in eo, qui adulterum, vxoremq; ſuam adulterantẽ inconſulto calore necaſſet , qui ſimiliter ſolum Deum habet vltorem.vt in.l.2.C. de reb.cred.l. Gracchus. cum ibi not. C. de adulter . Vnde infertur neceſſaria declaratio ad.l.51. en el quaderno de alcaualas. dum acerrimè punit eos , qui cùm reditus regales viliùs conducere ſtudent, ſuis machinationibus licitatores à licitãdo remouent, in ſocios illius contractus illos admittendo . Nam cùm ex huiuſmodi machinatione minuatur iuſtum pretium illius reditus regalis , rexque damnum in ſuo amittendo patiatur. cõtra.l.nam hoc natura.ff.de condi.indeb. l.iure naturæ.ff.de regulis iuris. c. alteri. de regu.iur.in.6. ſupereſt, vt is machinator non ideò minùs peccaſſe videatur, quòd lex poſitiua hac de re pœnam ſtatuerit.

*Declaratio l. 55. cuius trãſgreſſor peccat.*

Idemq; intelligendum eſt etiã in terminis legis.55. en el quaderno de alcaualas. vbi ſimiliter pœna ſtatuitur aduerſus eos, qui exactionẽ tributorũ, redituũq; regaliũ impediũt, qui in eo plectuntur, vel mulctãtur, q̃d regij cõductores ſua intereſſe iurauerint , nec propterea deſinũt in foro animæ teneri, & quo ad Deum punibiles eſſe . Verùm in hoc inſignis eſt & memorabilis.d.l.55.ꝙ ſi tales delinquẽtes habeãt ex cõceſſione regia illũ reditum (quod Hiſpanè juro appellatur) tunc in eo iubetur fieri executio, ita, vt ſi talis reditus ſit perpetuus, pro decẽ millibꝰ vnũ mille annuũ perpetuum capiatur: quòd ſi talis reditus eſſet duraturus pro vita tantùm ipſius pœnã paſſi, tunc pro quatuor millibus vnũ mille annuũ iubetur capi . Et ſic eo tẽpore El juro perpetuo ſe taſſaua a diez mill el millar, y el de por vida à quatro mill el millar, y oy el ꝑpetuo ſe taſſa a treynta mill el millar, y el de por vida a ocho mill el millar , tanta eſt rerũ humanarum varietas, ſorsq; volubilis.

*Declara.l. 78.in quater.alcaua. ut trãſgreſſor legis in foro animæ nõ teneatur ad pœnam.*

Infertur etiam declaratio ad.l.78. en el quaderno de alcaualas. vbi lex ꝓhibuit, præcepitq; officialibus, vt pro inſtrumẽtis regaliũ cõtractuũ conficiẽdis, aut conſcribẽdis vltra certã ſummã nõ reciperẽt ſub dupli pœna . Nam ſi is officialis , ad cuius perſonã tale pręceptũ dirigitur, hãc legẽ trãſgrediatur, nõ dubito, quin mortaliter peccaſſe videatur, & in foro contẽtioſo indubitatũ eſt eũ teneri tam ad rei reſtitutionẽ, q̃ ad pœnã, in foro autẽ animæ ad rei reſtitutionem ſimiliter tenetur, non autem ad pœnam, vt iam diſſeruimus ſecũdùm quoſdam, quorum tamen opin. damnauimus.

*Declaratiõ ſimilis ad l.80.in quater.alcaua.*

Vnde & in terminis.l.80. en el quaderno de alcaual. vbi iuſſit lex, vt redituũ regaliũ depoſitarij ( quos fieles vocamus) tenerentur infra dies quinq; rationes reddere, & reliqua ſoluere cõductoribus eorundem redituum, hiq; cõductores ſimilem rationẽ redderẽt illis cõductoribus, qui poſtea ex priuilegio regio plus cõductionis nomine pro illo reditu obtuliſſent ſub pœna ſeptẽplici. Certè qui in talem pœnã incurrerit, quia aliquid occultauit, in foro contentioſo tenebitur tã ad rei ſubtractæ reſtitutionẽ, quàm ad pœnam. Verùm in foro animæ ad rei reſtitutionẽ ſimiliter tenebitur, nõ aũt ad pœnam, verùm tenebitur conductori reſarcire omne damnum hac ex cauſa illatũ.

FF 3 Idem

*Declaratio ſimilis ad l.82. in quater. alcaua.* Idemq; ſimiliter recipiẽdũ eſt in terminis.l.82. en el dicho quaderno de alcaualas. vbi ſimiliter ꝓceptũ eſt à lege, ne cõductorũ gabellarũ quiſq̃ recõductionẽ faciat, cum cõditionibus, & modis voce præconia antea publicatis, ſed cum illis tantùm, quę tunc, cùm fit contractus, exprimuntur ſub pœna ibi ſtatuta: nam ſi contra fecerit, licèt in foro contẽtioſo teneretur tam ad damni ob hãc cauſam illati reſtitutionem, q̃ ad pœnam præſtãdam, tamen in foro animæ ad damnum tantùm reſarciendum, nõ etiam ad pœnam præſtandam tenebitur: qua in re, ſi damnum dolo intulerit, peccaſſe etiam videbitur: quòd ſi culpa tãtùm interfuit, non peccauit. Vtroq; autẽ caſu contractum vitiari non exiſtimo, quia lex vltrà proceſſit pœnam tantùm addendo. Vnde ſimiliter cõtractus valere non deſinit, licèt exinde ſoluta non fuerit gabella, quia lex vltrà procedit pœnã imponendo fraudatoribus gabellarũ. vt in .l. 101.

*Declara. l. 101. & l. 102. in quater. alcaua.* &.102. en el quaderno de alcaualas. per quas leges, & per.l.104. apparet gabellã (quam alcauala Hiſpani vocant) deberi ex emptione, permutatione, & emphyteuſi tantùm (nam ſic intelligo dictas leges, dum dicunt empeños) non autẽ ex reliquis contractibus: vnde qua ratione debetur ex permutatione, eadem quoq; ratione debebitur ex omni cõtractu innominato, licèt non debeatur ex conceſſionibus gratuitis, quę fiunt inter viuos, vel in vltima volũtate. arg. dictarũ legũ.

*Declar. altera ad.d. l.101. in quater. alcaua.* Illud autem notandum eſt, quòd in.d. l.101. ſtatuitur, vt ea gabella (quã Hiſpanè vocamus alcauala) peti poſſit infra biennium poſt annum, quo res vẽditur, & ſunt qui putent infra triẽnium à tempore vẽditionis peti poſſe, ſed magis eſt, vt infra biennium tantùm, quod tamen biennium incipit currere poſt pręteritionem illius anni, quo contractus celebratus fuit, vt ſi menſe Februario facta fuit venditio, tunc decem menſes ſequentes vſque ad finem illius anni prætereant, & præterea ſequens biennium: ſin autem menſe Decembri facta eſſet vẽditio, tũc poſt finem illius menſis ſtatim id biennium currere incipiat, aliàs enim non diceret, en aquel año que la tal hæredad ſe vendiere, y en otros dos años primeros ſiguientes. verùm diceret, en tres años primeros ſiguientes.

Cæterùm circa illã legẽ ſæpè cõtrouerſum eſt, an licèt poſt illud biẽniũ in foro cõtentioſo ea gabella peti non poſſit, & longè minùs peti poſſit pœna quadrupli, quæ ab dictis legibus indicta eſt contra gabellarũ fraudatores, an in foro animę eadem gabella poſt dictum tempus, & etiam pœna debeatur. Et cõmunis ſententia eſt, pœnam ſaltem in foro animæ non deberi. vt in ſimili reſoluit Didacus de Couar. in.4. decretalium. par.2. cap. 6. nu.10. arg. tex. in. l. fi. §. ſin verò. C. de iure delib. Iaſ. in ſimili in rubri. ff. de acquirẽ. hæred. ipſe Didacus in. c. 1. de teſta. dum concludunt, quòd hęres, qui nõ facit inuentarium, non tenetur ad pœnam in foro animæ. facit tex. in. c. cùm ſecundùm. de hæreticis. in. 6. l. eius qui delatorẽ. vbi Bar. ff. de iure fiſci. Feli. in. c. Rodulphus. de reſcrip. nu.37. Diuus Tho. in ſecunda ſecundę. quęſt.62. artic.3. & ibi Caietan[9]. facit quod tradit idem Caieta. in ſua ſumma. in parte, vectigalia iniqua. glo. in. c. fraternitas.12. q.2. quę tenet in foro pœnitẽtiali pœnã à furibus & ſimilibus nõ deberi, ſed tãtùm rei reſtitutionẽ cũ omni dãno & intereſſe. tradũt Feli. & Deci. poſt Abb. & alios in. c.1. de conſti. Gomezius in. §. ſic itaq;. nu. 16. & in. §. ex maleficijs. nu.14. de actio. Dinus in. c. peccatum. de reg. iur. 2. col. Felinus in. d. c. audiuimus. quod etiam procedit ſecundùm eorum pleroſq; in pœnis ipſo iure incurſis, licèt expeditius ſit in eis, quæ ipſo iure non inferuntur. quod tamen non firmamus. & tãgit elegãter Alphõſus à Caſtro de iuſta hæreticorum punitione. lib.2. cap.7.





*Conſciẽtiæ foro quando teneatur qui dãnũ dedit. declaratio noua.* Illud autem dubium eſt, an ad damni illati reſartionem, vel rei, qua de agitur reſtitutionem, quiſquam teneatur in foro animæ? Et quidem ſi damnum dolo datum ſit, ſine dubio tenetur. vt in. c. alteri per alterum. de reg. iur. in. 6. & per totũ Inſti. C. & ff. ad. l. Aquiliam. Quòd ſi culpa lata damnum illatum ſit, veluti ſi iudex, vel officialis perperam, imperiteq; iudicat, vel adminiſtrat, tunc ſimiliter tenetur. vt in principi. Inſti. de obliga. quæ ex quaſi delicto naſcuntur.

Quòd ſi culpa leuis ſit, vel leuiſsima, tunc communis op. eſt, quòd non tenetur in foro conſcientię. vt ſi damnũ dedi culpa leui, vel leuiſsima, illud reſarcire nõ tenear in foro animæ, etiam ſi lex poſitiua id damnum reſarcire iubeat. Ita Innoc. in. c. ſicut dignum. de homicidio. Abbas in. c. ſi egreſſus. de iniurijs. & in. c. cùm cauſam. col.5. de teſtib. & in. c. dilecti. de arbitris. & in. c. quoniam contra. de probationibus. vbi Decius. nu.31. Iaſ. in. §. ſed iſte. nume.130. de actio. Barba. in c.1. col.1. de commodato. Corſetus in ſingularibus, in verbo, forum conſcientiæ. Areti. in. c. ſicut. colũ.2 de teſtib. Anania in. d. c. ſicut dignum. §. fi. in fi. & ibi Felinus. Roma. ſingulari.105. Decius in. c.1. de conſtitu. nu. 10. lectu.2. & ibi Felinus num.41. vbi Abb. col.7.

Verùm contra hãc communem ſentẽtiã tenẽt Barba. in. c. Rainal. de teſtam. colũ.114. Abb. in. c. fi. de iniurijs. Angelus in ſumma. in verbo, culpa. in fi. quos refert & ſequitur Didacus de Couar. vbi ſuprà. num.12. facit gloſ. in. c. quæ in eccleſiarum. de conſti. quæ communiter app. eſt ſecũdùm eundem Didacum de Couar. vbi ſuprà. quę vult, quòd lex poſitiua modò iuſta ſit, obligat in foro cõſcientiæ. Vnde in caſu, quo culpa illa leuis, vel leuiſsima à lege damnata eſt, magis eſt, vt teneamur in foro animæ ad dãni illati reſartionem, non ſecùs, quàm in foro contentioſo: eo autem caſu, quo talem culpam lex poſitiua non damnaret, non ſolùm ſi de eo meminit, & pepercit, ſed etiam ſi de eo caſu non meminiſſet, quia is caſus à lege omiſſus fuit, tunc nõ teneremur in foro animæ: q̃a caſus omiſſus à lege, remanet in diſpoſitione iuris cõmunis. l. commodiſsimè. ff. de libe. & poſthu. ius autem commune vult, vt dãnum interitus, vel deteriorationis pertineat ad dominum rei amiſſæ, vel læſæ. l. pignus. C. de pignoratitia actione. Prætereà in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis. c. in pari. de regu. iur. in. 6. ſed loco poſſeſſoris eſſe debet qui damnum alteri dedit, ſi nec locupletior factus eſt, neq; fuit in culpa, vel in tam leui culpa eſt, vt eam lex poſitiua non perſequatur. vt habes tex. & exemplum in. §.1. & in. §. itẽ ſi putator. Inſt. de lege Aquilia. Cæterùm ſi is, qui damnum dedit, locupletior factus eſt, tunc licèt inculpatus omnino ſit, ſemper tenetur ad dãni reſartionem. veluti ſi quadrupedem, vel ſeruum morboſum vendidi, cùm morbum inculpabiliter ignorarem, nam teneor ædilitio edicto. vt in. l.1. §. cauſa. ff. de ædili. edict. ne locupletior fiam cum iactura aliena. contra legem. nam hoc natura. ff. de condict. indebiti. l. iure naturæ. ff. de regulis iuris.

*Vectigaliũ fraudatores au in foro animæ teneantur.* Ex ſuperioribus apparet, quòd fraudans iuſta vectigalia licèt in foro animæ non teneatur ad pœnam poſitiuam, tenetur tamen ad illud vectigal præſtandum, & omne damnum ratione ſubtractionis illatum reſtituendum. vt in ſpecie tenet Caietanus in ſumma. in verbo, vectigalia. ſentit Bar. in. l. vectigalia. ff. de publicanis. Bal. in rubrica. quæ ſint regalia. in feudis. idem Bal. in. l. veluti. de iuſt. & iure. lect.1.

Vnde dolendum eſt, quòd cùm pijſſimo regi noſtro debeatur quintũ totius auri & argenti, quod ab Indiarum regionibus noſtri in Hiſpaniam reportãt, plerique eorum, vel ſaltem non pauci il-

illud quintum fraudant,&occultāt,per
qđ,inſpecta lege noſtra poſitiua, in amiſ
ſionem totius auri vel argenti incidunt:
& licèt ad pœnam totius in foro animæ
non teneantur, tamen ſine dubio tenen
tur ad reſtitutionem illius vectigalis,
quod fraudauerunt. Et ſimiliter merca-
tores , qui ea montana pertranſeunt
(quæ Hiſpanè puertos ſecos appellant)
decimam partem mercium,quæ gabel-
læ nomine debetur,ſemper fraudare ſtu-
dent. Quod ſimiliter faciunt hi merca-
tores quo ad illam gabellam (quæ Hi-
ſpanè Almoxarifadgo appellatur) nam
& illam quoties poſſunt, toties ferè frau
dant,& occultant, & tamen in his omni

*Declaratio l.75.in quater.alcaua.*

bus caſibus & gabellis ſimilibus, quæ
enumerantur in.l.75. Enel quaderno de
alcaualas.ſemper tenentur in foro ani-
mæ ad reſtitutionem. Quod dolendum
ſanè eſt. Verum tamen eſt,quòd ſi vecti-
gal eſt iniquum, tunc illius vectigalis
fraudatores in foro animæ non tenen-
tur. vt per Caietanum in ſumma. verb.
vectigalia iniqua. vbi enarrat omnia ve-
ctigalia, quæ iniqua eſſe videntur, ſub
quibus tu iudicabis, an vectigaliorum
ſupradictorum aliqua contineantur.

*Iuramento contractus firmatus, qui ob priuatam utilitatem uetitus fuerat per iudicẽ ex officio debet reſcindi,ſi ſit læſio etiam infra dimidiam.*

29 Redeundo ad contractus iuratos,qui
ob priuatam vtilitatem à lege improbā-
tur,quoniam qui contra iura mercatur,
bonam fi.non præſumitur habere.l.quẽ
adm.C.de agri & cenſ.lib.11.c.qui contra
iura.de regulis iuris.in.6. Ideo puta rem,
quòd is,qui cum minore contraxit, poſ-
ſit compelli ad relaxandum iuramen-
tum,vel reſtituendum,ſi minor læſus re
periatur immodicè. Nam vt legi canoni
cæ curæ eſt,ne iurās incurrat periurium:
ita etiam eſſe debet, ne per fidem quis
iuramentum recipiat,& per hoc eius ani
ma detrimentum patiatur.argum.c. de-
bitores.& cap.1.de iureiu. Quod intelli-
gẽdum primò ſecundùm communem,
quando is, in cuius vtilitatem prohibi-
tio fit, vltra dimidiam læſus fuit. Sed an
idem etiam ſi non vltra dimidiam, ſed
tamen ita immodicè, vt aliàs reſtitutio
poſsit poſtulari? Et adhuc puto idem, li-
cèt ſit contra mentem communis opi-
nionis. de qua per Decium conſilio. 181.
Ripa conſilio.15.lib.3.reſp. hîc enim con
ſideramus non læſionem re ipſa contin-
gentem, ſed dolum præſumptum con-
trahentis, iuramentumque recipientis.
Nam vt ſi re vera dolus interfuit, tunc
ageretur ad reſcindendum cōtractum,
& iuramentum. vt per Bar. in primo ca-
ſu.& in dict.cap.cùm contingat. & dict.
cap.2.de pactis.ita etiam ſi interfuit præ-
ſumptiuè. & ſic cùm præſumptio legis
ſit liquidiſsima probatio.l. licèt Impera-
tor. ff. de legat. primo. &c. differentia
enim eſt ſolùm in modo probandi. Sed
oppono. Secũdùm hoc parum operare-
tur cap.cùm contingat.& dict. cap. 2.&
dict. authentica. ſacramenta puberum.
Reſp. arbitror eum, qui iurauit, non
poſſe contrauenire:quia verum eſt eum
conſenſum adhibuiſſe , & ſponte, ſed
tamen iudex ex officio poterit aduerſa-
rium compellere ad reſtituendum, ſi ex
officio inquirens inuenerit eum cum ia-
ctura minoris ( quam mala fide feciſſe
præſumo) locupletiorem, vt per hoc &
minori læſo ſubueniatur, & aduerſarius
à laqueo peccati liberetur. Et quòd mi-
nor non poſsit petere vltrò, facit.l.in illa
ſtipulatione.parte, non fieri.ff.de verbo
rum obligationibus. vbi patet non ſuf-
ficere. &c.facit etiam.l.qui ſic. ff. de ſolu
tionibus.in quibus iuribus cauetur non
ſufficere abſtinere à malo , niſi etiam
fiat quod bonum eſt: nec videri ſoluiſ-
ſe eum, qui ſtatim repetit: quia verba
ſunt cum effectu accipienda. l. 1. §. hæc
verba. ff. quod quiſque iuris. l. hæc ſti-
pulatio. §. diuus. ff. vt legatorum nomi-
ne caueatur.l.non cogẽdum.§. Sabinus.
ff.de procur.

30 Hæc multùm ſignāter limitātur per
Couarru.in.d.c. quãuis.in.2. par.§.1.n.8.

*Iuramentũ firmat*

versi.



*actum ueti tum à lege ciuili, quæ ultrà proceßit annullando, non ſecùs,quàm ſi ultrà nõ procederet cũ quibuſd. contra cõmunem.*

verſic.cæterùm.poſt Frederi.conſil.272.
Paul.& Corneum in.d. authẽ.ſacramẽta
puberum.nume.54. Imol. nu.45.& Al-
ciat.nu.135.in.d.c.cùm contingat.& An-
to.in.c. canonum ſtatuta.de conſtit. fol.
11.col.4.& Fortuni.in.d. tract. de vltimo
fine.illatione.19. &. 20. quos omnes idẽ
doctor de Couarru.allegat. vt non pro-
cedant, quãdo lex ciuilis præterea quòd
vetat contractum priuatæ vtilitatis cau-
ſa, vltrà procedit annullando actum cō-
tra factum,& expreſsim cauendo, vt iu-
ramentum ibi interpoſitum non valeat,
nam tunc ille contractus iuramento nõ
firmaretur, non magis, quàm ſi re vera
iuratus is contractus non fuiſſet. Idem
tenuit ipſe Couarru. in. d. c. quanuis. 2.
part.§.2.circa finem.

Contrarium tenent Ant.de Butri. &
Abb. quos refert Alciatus vbi ſuprà. in
in.d.c.cùm contingat.& Alexan. conſi.
59. lib.1. quorum op.contra ſuperiorem
communem op.auſim veriſsimam dice
re. Nam de iure gentium omnes cōuen
tiones erant legitimæ, & manu regia ex
equebātur. vt in.l.2. poſt prin.ff.de orig.
iur.licèt poſtea id reſtrictum,coanguſta
tumq; fuerit per ius ciuile, & redactum
ad conuentiones tantùm legitimas. vt
in.l.conuentionum.& in.l. iuris gentiũ.
ff.de pact. ſed in foro animæ non atten-
dimus(vt ſæpe diximus) niſi ius gentiũ,
& naturale, vel diuinũ,& conſequenter
per interuentum iuramenti omnis con-
uentio, quæ inſpecto iure gentium fir-
ma foret & exequeretur manu regia,ho
die etiã de iure canonico exequetur ex
vi ſacramenti. Neq; ad rem pertinet, ꝗ
lex ciuilis hoc caſu annullauerit iuram.
nam non habuit poteſtatem annullan-
di, vnde talis annullatio nil obfuit. vt in
c.venerabilẽ. extra. de elect. & diximus
in ſimili in auth.ſed ſi poſt viginti. C. de
inofficio.teſtam. Agnoſco tamen,quòd
iſto caſu cùm ipſe contractus à lege ciui
li fuerit vetitus,& iuram. ſuper eo inter
poſitum,tunc is contractus licèt per in-
teruentum iuramenti de iure canonico
ſuſtineatur, ſuſtinebitur tamen non in
vim illius contractus ſpecifici,& nomi-
nati, ſed magis in vim conuentionis in-
nominatæ,& iuris gẽtium,vt per hoc il-
le cōtractus habeat eos tãtùm effectus,
quos lex, & ius gentium conuentioni-
bus olim accommodabat, non autẽ eos
effectus, quos præterea lex ciuilis con-
tractibus nominatis adiecit: nam quod
lex ciuilis his contractibus dedit, id eis
non dubiè auferre, & denegare poteſt.
c.omnis res.de regu.iur.l.nihil tam natu
rale.ff.de regu.iur. Ergo ſi is contractus
iuratus contra præceptum legis ciuilis
erat bonæ fidei, in quo poſt moram ve-
niunt fructus,intereſſe, & vſuræ de iure
ciuili, non ſic de iure gentium, tunc li-
cèt is actus in vim conuentionis iuris gẽ
tium per interuentum iuramenti ſuſti-
neatur, non tamen hos effectus habe-
bit,quos lex ciuilis, non naturalis, gen-
tium, vel canonica his actibus accom-
modauit. Vnde infero, quòd in termi-
nis dict.c.cùm cōtingat.&.d.c.licèt mu-
lieres. &.d.c.quanuis pactum. & ſimili-
bus caſibus. licèt per interuentum iura-
menti actus ſuſtineatur, tamen ſuſtine-
bitur magis in vim conuentionis iuris
gẽtium, quàm contractus nominati, &
ſpecifici iuris ciuilis,& conſequenter ca-
rebit ijs effectibus,quos lex ciuilis his cō
tractibus accommodauit,eoſq; tantùm
effectus habebit,quos ius gentium,diui
num, naturale, vel canonicum ijs con-
tractibus accommodaſſe reperientur.
Eſtq; veriſsima interpretatio, quæ non
dubiè probatur etiam in.l. nõ dubium.
C.de legib. & in.l.ſi quis inquilinos.§.fi.
ff.de lega.1.

31 Ex ſuperioribus infertur ad.l.50. Tau-
ri. qua cauetur, quòd maritus vxori ar-

*Intell.l.50. Tauri.*

rarum nomine non poteſt vltra decimã
partem bonorum ſuorũ donare, vetans
maritum poſſe huic legi renuntiare,pu-
niensq;

32 nienſq; tabelliones,qui renuntiationem huius legis inſtrumento adſcripſerint.Et ad.l.1.tit.de las arras.lib.3. fori. qua idem cauetur,& adijcitur, vt ſi maritus de facto plus donauerit,id omne amittat,eiúſq; cognatis applicetur. Et ad.l.1.tit.de las arras. lib.3. fori iuzgo.vbi idẽ cauetur,& adijcitur, quòd nec etiam per interuentum iuramenti huic legi poteſt renuntiari, annullatq́ue iuramentum in cõtrarium interpoſitum.

*L.1.tit.de las arras. lib.3 fori.*

33 Quæritur ergo circa has leges, an ſi maritus vxori vltra decimam partẽ bo. ſuorum arrarũ nomine promiſerit, vel dederit, per interuentum iuramenti firmetur diſpoſitio? Quæ res per Hiſpanorum interpretum pleroſq; vehementer controuerſa eſt. Nam Ioannes Lupus in rubri.de donati.inter virum & vxorem. §.24. in ea fuit ſententia, vt putaret eam arrarum promiſsionẽ etiam præter menſuram harum legum definitam poſſe iuramento firmari, licèt abſq; iuramento minimè valeret.Contrarium tenent Didacus à Couarru.in.d.c.quanuis.2.par.§.2.ad fi.Vincenti. epiſcopus, Montaluus, Rodericus Suarez.in.d.l.1.titu. de las arras.lib.3.fori. Nunc videndum quis iuſtiùs induat arma. Pro opinione affirmatiua,vt per interuentum iuramenti hæc promiſsio,vel datio firmetur,facit in primis regula noſtra, quæ habet, ꝙ actus à lege vetitus ob priuatam principaliter vtilitatem firmatur iuramento. Quæ regula veriſsima ſimul ac receptiſsima eſt. Sed hæc immoderata arrarum promiſſio nulli dubium eſſe poteſt,quin principaliter ob priuatam vtilitatem prohibita ſit,pertineatq́ue ad regulam.d.c.cùm contingat.&.d.c.licèt mulieres.&.d. ca. quanuis.& conſequenter firmetur iuramento.Nec ad rem pertinet,quòd Vincentius,Montaluus,& Rodericus opinionem Bar.ſecuti, exiſtiment contra legem ciuilem contrahentes peccare; & conſequenter iuram. interpoſitum non valere, quaſi peccati nutritiuum.c.non eſt obligatorium. de regulis iuris. in.6. & dict.c.cùm contingat.cum ſimi.Nam ea Bart. opin. communiter & rectè damnata eſt.

*Iuramento obligatur maritus, qui arras vltra ſummam lege regia definitam promiſit. cum Lupo contra Rodc. Couarru. & alios.*

Nec ſimiliter quemquam mouere debet,quod Couarru. vbi ſuprà ait, ꝙ per interuentum iuramenti non firmetur actus à lege ciuili interdictus, quãdo ea lex præter prohibitionem adiecit annullationem iuramenti ſuprà impoſiti. Nã id verum nõ eſſe proximè docuimus ex defectu poteſtatis legis ciuilis.

Illud autem peremptorium eſt fundamẽtum pro opinione negatiua, quòd per.d.l.fori imponitur pœna marito promittenti, vel danti arrarum nomine vltra ſummam,& quantitatem lege definitam,vt tunc ille arræ ſtatim ab eo diſcedant,tranſuolentq́;,& pertineant ad cõſanguineos ipſius,ſicq́; licèt ipſe quod arrarum nomine vxori promiſit,ei præſtare velit,nõ poterit, cùm iam ad alios cœperit pertinere. Ergo veriſsimum eſt,ꝙ ipſe per interuentum iuramenti obligatur ad præſtationem arrarum,quas vltra menſuram lege definitam promiſit, licèt facultas, ſeu poteſtas implendi ſibi per legem ablata fuerit. Vnde cùm in cõditionibus, ſeu diſpoſitionibus poteſtatiuis,id eſt quæ ex facto noſtro pendent,ſi poteſtas per legem,vel caſum,vel hominem nobis auferatur, habeamur pro ſatisfacientibus.vt in.l.iure ciuili.ff.de cõditio.& demonſtratio.l. in iure ciuili.ff. de reg.iur.l.1.cum materia.C.de inſtit.& ſubſti. ſupereſt,vt is,qui iurauit, eodem momento & obligatus, & liberatus videatur.Eſtq́; & vera interpretatio,& nouiſsima concordia, ex qua reſultat veriorem eſſe opi. Lupi contra Montal. Vincentiũ,Couarru.& Rodericum.Vnde ſi cognati huius mariti arras ſibi à lege delatas repudiarent, ipſe maritus vt pote efficaciter per iuram.obligatus,eas vxori præſtare teneretur.

Ex ſu-



34 Ex ſuperiore etiam regula deſcendit ea op.Bar. exiſtimantis non poſſe renuntiari etiam cum iuramento prohibitioni, de qua in tit.ne fideiuſſores dotium dentur.C.Itaq; ſi fideiuſſor pro dote cõſeruanda,& reſtituenda apud mulierem interceſſerit cum iuramento, non obligatur.ita tenent Bart. in. d.l.ſi q̃s pro eo. numer.9. ſequitur Alciatus in dict. cap. cùm contingat.num.218.& ibi Anto. de Butrio poſt Bal.in repeti.legis. 2.ff.de iurei.col.48.verſ.ſed contra. ff. eod. quem refert Alciat.vbi ſuprà.

*Iuramento renuntiari poteſt titu. ne fideiuſ. doti.dentur cum communi cõtra alteram cõmunem.*

Contrarium, vt fideiuſſor ille obligetur per interuentum iuramenti, tenent inſignis doct. de Couarru.in.d.c.quanuis.de pactis.in.6.2.part.§.2. in fi. Abb.in d.c.cùm contingat.in fi. vbi etiam Imola in vltimo membro. verſi. circa ſecundum aduerte. Angel.& Paulus in. d. l. ſi quis pro eo.Salicetus, Fulgoſus, & Corneus in.d.authẽt.ſacramenta puberum. C.ſi aduerſ.vendi.quæſtio.17.verſi.3.nu.72.Bal.nouellus in tract. de dote. 6. part. priuilegio.21.limitatione.12.Ioã.Campeti.in tractat. de dote.3.part.quæſtio.174. Bald.in.l.iuris gentium.§.ſi paciſcar.ff.de pact. ſequitur & dicit eſſe communem opinio.Ioannes Lupus in repet.c.per veſtras. de dona. inter virum & vxorẽ.nu.5.& num.10. Mouentur,quia licèt tale iuram.arguat minùs integram fidem,& qualemqualem irreuerentiam vxoris erga maritum,tamen id non propterea eſſe videtur cõtra bonos mores,vt per hoc deſinat iuramento firmari. Ego nouiſsimè adnotarim id iuramento firmari,etiã ſi lex ciuilis expreſsim diceret contra bonos mores eſſe:nam intelligerem eſſe cõtra bonos mores ciuiles honeſtatis, vrbanitatis,& comitatis,atq; decori, non autem contra bonos mores naturales, diuini iuris,vel canonici: & quod contra bonos mores comitatis, & vrbanitatis tantùm eſt,id non deſinit firmari iuramẽto. vt in.d.l.ſi quando.§.illud.ibi,ſecundùm Papiniani reſpõſum.C.de inoffi. teſtam. ſecundùm ꝙ ſuprà induximus. cui concinit.l.alia.§.eleganter.ff.ſolu. matrimonio.qui tex.eod.modo eſt intelligendus. Præterea negari non poteſt, quin ea prohibitio, ne fideiuſſores dotium dentur, effluxerit principaliter ob priuatam vtilitatem,& cõſequenter pertineat ad tex. in.d.c.cùm contingat.&.d.c.licèt mulieres. Etenim licèt de facto pro dote interceſſerit fideiuſſor apud vxorem vicini mei, non per hoc poſſum dicere me aliqua ex parte læſum:ſicq́; hæc res nõ tam omnium conciuium læſionem inducit, quàm illius tantùm domus, in qua fideiuſsio interceſsit:ſicq́;,vt ſuperius latè in ſecundo membro deduximus, id non principaliter ad publicam, ſed tãtùm ad priuatam vtilitatem pertinet. Præterea regulariter non eſt inhoneſtum, cautiones,quò magis res noſtrę in tuto ſint,exigere. vt probatur in princip. Inſtit. de fideiuſ.cum ſimilibus.

Hæc autem omnia intelligenda ſunt quo ad ipſum fideiuſſorem,qui ſeſe iuramento opponere, vel ſubducere non poteſt.Cæterùm non dubito,quin reſpublica poſſet ſimiliter ipſum fideiuſſorem, ipſamq́; mulierem punire, quaſi rem fecerint publicæ vtilitati aduerſam:nam licèt ſecundariò tantùm hac in re publica vtilitas vertatur, tamen non eſt, cur populus nõ poſsit punire ſubditos propter quale quale damnum reipublicæ illatũ. Item intelligo fideiuſsionem per interuẽtum iuramenti firmari non in vim fideiuſsionis, ſed magis in vim conuentionis iuris gentium: quia (vt ſuprà docuimus)omnes effectus, quos lex ciuilis contractui accommodauit, & condonauit,poteſt ei auferre, ſi is contractus fiat contra legis interdictum.l. non dubium C.de legib.l.ſi quis inquilinos.§. fi. ff. de leg.1.l.contra iuris.ff.de pact.l. nemo poteſt.ff.de legat.1.l.ſi vnus.vbi Iaſ.C.de teſtam.Sed lex ciuilis prohibitoria non potuit

tuit impedire, quin conuentio, quæ iure gentium manu regia exequebatur. l. 2. in pr. ff. de origi. iuri. licèt poſtea vetita ſit à lege ciuili, tamen per interuentum iuraméti exequatur, & quaſi redigatur ad ipſum ius gentium, cùm in foro animæ ius gentium, nó ciuile inſpiciatur. Vnde vtiliſsimè infertur, ꝙ talis fideiuſſor fortè non habebit beneficium excuſsionis, nec alia beneficia lege ciuili fideiuſſoribus conceſſa. Niſi contrà dicas. argum. l. fi. C. de non num. pecunia.

*Iuramento primo ſtatur non ſecundo quod primo aduerſatur cũ communi.*

35 Quarta cóclu. Bart. in iſto. 3. membro eſt, vt ſi iuraui priùs non alienare, & poſtea alieno, non valeat alienatio contra primum iuramétum. Dic vt dixi in lect. l. ſi quando. §. illud. de inofficio. teſtamé. Sed poſſet teneri contrarium, tum ꝙ id nulla lege probatur, tum etiam, quia per contrauentionem de facto primum iuramentum violatum eſt, ergo ſecũdum iuramentum ſaltem non violari ſatiùs eſt, quàm vtrunq; frangi. Sed pro communi facit, quòd ſi iurans ſcit ſe non poſſe cótrauenire primo iuramento per cótrauentionem etiam iuratam, abſtinebit à contrauentione etiam de facto: verùm ſi ſcit per ſecundum iuramentum poſſe ſe contrauenire, facilè primo iuramento iteratò iurans contraueniet, aperieturq́; via periurijs. Itaq; verius eſt, ꝙ ſecundus actus iuratus primo actui iurato contrarius non magis valebit, quàm ſi iuratus non eſſet. Nam licèt qđ ſemel factum patratumq́; eſt infectum fieri non poſsit, tamen lex delinquentes perſequitur, vt ſic perterriti homines abſtineant à ſimilibus facinoribus. Sic & in hac ſpecie, qui primò iurauit ſe non alienaturum, ſi poſtea ſe etiam cum iuramento nó poſſe contrauenire intelligat, abſtinebit à ſecũdo iuramento, ſeu piurio, ex quo ei nullum pecuniarium commodum contingere poteſt. Agnoſco tamen verum eſſe, ꝙ tex. in. c. intellecto. extra. de iureiur. in quo iacet fundam. cómunis op. eam minimè probat. vt ſatis elaboratè diſſeruit inſignis doct. Didacus de Couar. in. d. c. quanuis. 2. part. §. 2. Verùm in vſu forenſi libenter quotidie ſequimur cómuné op. quia huiuſmodi iuramétorũ exactiones odioſiſsimæ cuilibet in vſu foréſi exercitato meritò videri debent, cótra quas ſatis validũ, minimeq́; pœnitendum remediũ erit, vt qui timet ſe ad alienationé iuratã faciédam cópulſum iri, præmuniat ſe huiuſmodi iuramento.

Quartus caſus prin Bar. eſt, quãdo cótractus ꝓhibetur & improbatur in odiũ creditoris. Et collige cóclusiones ſequétes. Prima cóclu. Iuramentũ ſuper tali cótractu appoſitũ, mero iure obligat iuranté. c. ſignificante. de pign. c. debitores. de iureiu. Secunda cóclu. Non tamé confirmat contractũ efficaciter. arg. d. c. debitores. & c. 1. eod. Tertia cócl. Debitor poteſt petere relaxationé, ſi ex parte ſua perfectè implere per totũ tempus vitæ ſuæ non poteſt, vt ſi nó ſolùm ſoluturum ſe vſuras, ſed etiam non repetiturum iurauit, tunc enim petit ſe abſolui, vel ſibi relaxari iuramentum. c. 1. de iureiu. Quarta conclu. Debitor poteſt repetere, quando ex parte ſua perfectè impleuit. vt in terminis. c. debitores. Quinta concluſio. Renuntiatio Macedoniani iurata, quæ fit per filiumf. obligat eum quo ad hoc, vt de facto ſoluere teneatur. Sexta cóclusio. Poterit tamen repetere ſolutum, vel agere vt relaxetur ſibi iuramentum. Septima concluſio. Idem in officiali prohibito contrahere de iure communi. Octaua cóclusio. Idem in magnatibus ex forma ſtatuti contrahere prohibitis. Antequàm veniamus ad declarationem harum concluſionum, præmittendum eſſet, an ſoluens vſuras, peccet: & an iurãs eas ſoluere, ſtatim ſit periurus, quaſi videatur iuraſſe impoſsibile de iure. Quod aiunt admittere Theologos, ſed canoniſtas contrà. per. c. debitores. & c. 1. & c. ad noſtram. 1. & 2. de iureiu. Quorum opi-





nione retenta, redeundo ad ſuperiores concluſiones, dico primam concluſionem eſſe veram. Secunda concluſio eſt vera ſimiliter in terminis dict. cap. debitores. & ſic in contractu vſurario, in quo eſt delictum, & peccatum indubitatum ex parte recipientis. Non tamen eſt vera in terminis dict. cap. ſignificante. & ſic vbi delictum ex parte recipientis non eſt indubitatum, vt ſatis patet. Primò in dict. cap. ſignificante. Secundò argument. leg. fina. C. de pactis pignorum. vbi patet illum contractum prohiberi, non propter delictum, ſed tantùm propter nimiam auſteritatem. Tertiò per l. contractus. de regulis iuris. Tertia concluſio vera eſt in contractu vſurario, non autem in contractu legis commiſſoriæ in pignore, per prædicta. Quinta concluſio non eſt vera in foro contentioſo. argumé. c. cùm contingat. in fine. de iureiuran. & cap. 2. de pact. in. 6. quia tale iuramentum attenta legis cenſura ſeruari non poteſt ſine præiudicio patris, cui legis cenſuræ etiam de iure canonico ſtandum eſt. argumen. cap. deteſtanda. cap. ne captandæ. de conceſſione præbend. libr. ſexto. & cap. conſtitutus. & cap. fin. de conceſsione præbend.

Ad dictum capitulum. debitores. reſp. quòd loquitur, quando ſolùm agebatur de præiudicio ipſius iurantis, hîc autem de præiudicio alterius, ſcilicèt patris. Facit, quia ſecundùm omnes pactum de ſuccedendo non firmatur iuramento, etiam ſi à filio, vel patre interponatur. vt dixi ad gloſ. l. fina. C. de pactis. propter periculum vitæ patris. Ita quoque & iſtud mutuum non debet firmari iuramento propter idem periculum. Intelligo non firmari etiam quo ad implementum de facto. Sexta cóclusio vera eſt, ſi filius vltrò de facto implere voluerit. Quam intellige in foro contentioſo, nam in foro animæ non dubito quin filius ſi iurauit, teneatur reſtituere quod recepit, & idem etiam ſi non iurauit. Septima concluſio non eſt vera in foro exteriori, quia is caſus ſatis videtur pertinere ad cap. ſi diligenti. de foro competenti. Nec enim video, cur non ad publicam vtilitatem pertinere dicatur ea prohibitio contrahendi, quæ officialibus, magiſtratibuſq́ue fit. argumen. legis. primę. §. huius ſtudij. ff. de iuſtitia & iure. Sed in foro animæ putarem etiam cum effectu ſeruandum eſſe contractum, ſi contrahendi omnimoda libertas affuit, quia veritas, non legis præſumptio ſemper in foro animæ inſpicienda eſt. Octaua concluſio vera eſt in foro contentioſo, vt & de facto cum magnate contrahens teneatur implere iuramentum, & poſtea poſsit repetere. Comproba. quia id receptum propter præſumptam magnatum, & potentium violentiam, quæ libertatem contrahendi aufert, & conſenſum. ergo. & c. vt. l. fina. C. de non numerata pecunia. & dict. cap. cùm contingat. & dict. cap. ſecundo. & quod ait Bart. in primo caſu prin. In foro tamen animæ ſequere veritatem, poſthabita legis præſumptione fallace.

*Iuramento irreuocabiliter nõ firmatur actus uetitus odio creditoris.*

36 Verùm quia iſthæc omnia pulchra ſunt, & in vſu forenſi quotidie verſantur, ideo altiùs repetenda ſunt.

Et quò res euidentior ſit, nonnulla præfabimur ad ipſius cognitionem vtilia.

In primis ergo qui ſic ſoluit, vt ſtatim repetat, is nihil ſoluiſſe videtur. l. qui ſic. ff. de ſolutio. Ratio, quia verba ſunt cum effectu accipienda. l. tertia. cum vulgatis. ff. de negotijs geſtis. Vnde in terminis dict. cap. debitores. extra. de iureiurando. ſi debitor vſuras iuramento promiſſas hoc ordine ſoluiſſet, vt ſtatim repeteret, is & mihi, & cuilibet homini ſanæ mentis non tam ſoluere q̃ iocari, & nugas agere videretur. Vndeve-

rus ſenſus illius tex.eſt, quòd iurans ſiuẽ
officio iudicis, ſiue etiam ad petitionem
creditoris, vſuras iuramento promiſſas
præſtare compellatur, ſicque expleat
ad vnguẽ iuram. Sed vſuris præſtitis, iu-
ramentoq́; expleto, tũc demum officio
iudicis ipſe creditor eas vſuras perperam
pactas, perperamq́ue receptas reſtituere
compellatur, non ſecùs, quàm compelle
retur reſtituere quiſquis aliena poſside-
ret. Ita intelligo tex.in.d.c.debitores.ex
tra.de iureiu.Cõfirmatur, quia in obliga
tionibus aliquid faciendi, vel non facien
di non ſufficit abſtinere à malo, niſi præ-
terea fiat quod bonum eſt.l. in illa ſtipu-
latione per te non fieri.ff.de verb. oblig.
Vnde qui iurauit vſuras ſe præſtaturũ,
agere, & curare debet, vt permaneant
apud creditorem, aliter enim vel non vi
deretur promiſsioni iuratæ ſatisfeciſſe,
vel videretur à primordio contractus
animum creditoris decipiendi concepiſ
ſe, quorum alterutrum vitioſum, & im-
probum eſſet.argum. d. l. in illa ſtipula-
tione per te non fieri. Ne ergo hæc vitia
iure canonico admiſſa, vel orta, & ſtabi-
lita videantur, neceſſe eſt, vt debeamus
dict.c.debitores ita intelligere, vt tam ex
parte debitoris iurantis, quàm ex parte
creditoris iuram.recipientis voluerit ani
marum ſaluti conſulere: quod euenit,
cùm & debitor compellitur vſuras iura-
mento pactas perſoluere, & poſtea iudi-
cis officio citra vllam operam debitoris
creditor eaſdem vſuras ipſi debitori red-
dere compellitur, per quam reſtitutio-
nem vtpote citra factum & operam de-
bitoris contingentem nulla ex parte mi-
nuitur implementum iuramenti, quod
à debitore factum fuerat.argum.cap. ad
noſtram. extra.de iureiuran. & quia iu-
ram.intelligitur excepta authoritate ſu-
perioris.vt ibid.& in.l.fina.ff.qui ſatiſ.co
gantur. Sic & in reliquis conditionibus
poteſtatiuis, quæ ſi perimplere debẽtem
ſemel impleantur, licèt id implemen-
tum poſtea euanuerit, tamẽ ſatisfactum
intelligitur nõ aliter, atq; ſi id implemen
tum perpetuò perſeueraſſet, & perman-
ſiſſet, niſi per ipſum implentem extitiſ-
ſet quo minus illud implementum per-
duraſſet. vt probat tex.cum ibi latè tradi
tis per doct. in. l. ſi quis hæredem. C. de
inſtitutio.& ſubſtitutio.& in.l.1.eod. tit.
Sic ergo & in propoſito & terminis.d.c.
debitores.debitor, qui vſuras iuramen-
to promiſit, easq́; ſemel ſoluit, iuramen-
to ſatisfeciſſe quantum in ſe fuit videtur,
licèt id iuramenti implementum non
perdurauit, ſi quidem per aliũ, id eſt iu-
dicem ſtetit quo minus id implemẽtum
perduraſſet, licèt ſi per ipſummet debi-
torem ſtetiſſet quo minus implemen-
tum iuramenti perduraſſet, tunc id im-
plementum non ſufficeret, nec releua-
ret, non magis, quàm ſi factum nun-
quàm fuiſſet.argumen. dict.l. qui ſic. &
dict.l.in illa ſtipulatione.cum alijs ſuprà
citatis. Nec aliter intelligendus eſt text.
qui idem probat in cap. tuas. extra. de
vſuris. vbi in ſpecie hac prodita ſunt duo
remedia: vel vt iuramentum à creditore
debitori remittatur, atque relaxetur: vel
vt ſi iam ſoluerit, ſibi ſolutum redda-
tur. quod & probat dict.cap.1.& dict. ca.
debitores.extra.de iureiuran.tenent Ab-
bas, & Anania in dict.cap.tuas Abb.An-
toni.& Eelinus in dict.cap.1. Didacus de
Couarru.in dict.cap. quanuis. parte. 2.§.
3.in princip. Quæ omnia, ſi rectè inſpi-
ciantur, illa iura probant fieri poſſe &
debere officio iudicis citra vllam ope-
ram, factúmue debitoris, aut quere-
lam.

Rurſus contra illum tex. fortiter op-
ponitur, quatenus dicitur in dict.cap.de
bitores. quòd debitor creditori vſuras
de facto præſtare compellitur. Nam aut
vſuræ licitæ erant, & abſque vllo pecca-
to recipi poterant, & tunc non eſt cur
poſtquàm legitimè ſolutæ fuerint, repe-
tantur: aut erant illicitæ, ita quòd citra
peccatum



peccatum recipi non poterant, & tunc
non ſolùm honeſtum non eſt, ſed po-
tiùs nefas eſt vt præſtentur, vel præſtari
per ius canonicum iubeantur, at ibi per
ius canonicum præſtari iubentur.ergo.
&c. Quidam dicunt, Ipſa conuentio de
vſuris præſtandis induxit, peperitq́ue
peccatum, vnde per earum receptio-
nem re ipſa contingentem non creſcit
peccatum creditoris. Sed minimè pla-
cèt, quia negari non poteſt, quin licèt
ipſa conuentio pepererit peccatũ ex par
te creditoris, tamen per receptionem
ipſarum id peccatum geminetur, id
quod iure canonico admitti nefas eſt.
Durum eſt reſpondere. Nam, vt Couar-
ru. vbi ſuprà ait, ſi promiſsio vſurarum
continet turpitudinem & peccatum ex
parte tam debitoris promittentis, quàm
creditoris ſtipulantis. quod & tenuit
Ioan. Staphi. de literis gratiæ & iuſti.
fol.184. quem ipſe allegat. iam ſequere-
tur, quòd nec debitor à creditore poſ-
ſet compelli ad vſuras præſtandas, quia
in pari delicto & cauſa turpi potior eſt
conditio poſsidentis. cap. in pari. de re-
gulis iuris.in.6.l.ſi ob turpem.ff.de con-
dictio.ob turpem cauſam. Nec etiam ſi
debitor vſuras ſemel præſtitiſſet, poſſet
à creditore, qui eas iam poſsideret, re-
petere, quia creditoris poſsidẽtis melior
cõditio eſſet, cùm vtrinq; peccatũ eſſet.

Huic difficultati Couarru. vbi ſuprà.
poſt Fortunium in cap.1.numero vigeſi
37 moſeptimo.extra. de pactis.ita poſſe ſa-
tisfieri putant, vt in hac ſpecie ipſe Deus
Optimus Maximus ad obligationem
adiectus videatur, creditor autem non
tam ad obligationem, quàm ad ſolu-
tionem tantùm recipiendam adiectus
videatur: vnde licèt ipſe creditor ſi ſuo
nomine ageret, hac exceptione repelle-
retur, quòd turpiter vſuras efflagitaſſet,
tamen cùm Dei nomine, non ſuo no-
mine agat, hac exceptione repelli non
poteſt. Sed mihi Fortunius & Didacus
de Couarru. viri alioqui perſpicaciſsi-
mi hac in re non tam veram doctrinam
tradere, quàm iocari, & confabulari vi-
dentur. Nam ſi fœneratoribus omnium
hominum viliſsimis turpe eſt proprio
nomine vſuras petere, quare ipſi Deo
eas petere honeſtum erit? aut alteri eius
nomine petere fœdum non erit, nefan-
dumq́ue? Præterea ſi ipſe Deus ad obli-
gationem adiectus videretur, tunc in po
teſtate eſſet debitoris eligere cui potiùs
ſoluere mallet, vtrùm ipſi Deo, qui ad
obligationem adiectus eſſet, an verò
ipſi creditori, qui ad ſolutionem vide-
retur deſignatus. Ita probat text. in.§.
planè.Inſtitut. de inuti.ſtipulatio.& in.l.
cùm quis.in princip.& in.l.ſi quis ſeruo.
ff.de ſolutionibus. & in.l.eius qui in pro
uincia.ff. ſi certum petatur. & in. l. eum
qui. §.qui ſibi. ff. de ſolutio. l. ſi quis ſti-
pulatus fuerit decem. §. 1. ff. de ſolutio.l.
cùm quis. ff. de verborum obligationi-
bus. Vnde debitor ſi vſurarum nomine
à creditore conuentus eſſet, poſſet dice-
re, Nolo tibi ſoluere, ſed ipſi Deo, qui ad
obligationem fuit adiectus: veniat ergo
ipſe Deus, & ei dedam ſi velit recipere.
Quia cùm in alternatiuis debitoris ſit ele
ctio.l.plerunq;. ff.de iure doti.c.in alter-
natiuis.de reg.iur.in.6. ideo per leges me
moratas datur debitori electio, vtri eo-
rum ſoluere malit. Vides ergo ridiculã
eſſe cogitationẽ Fortu.& Coua.licèt ipſi
eam magni faciant, & elegãtẽ vocitent.

38 Item Didacus de Couarru. vbi ſu-
prà grauiter errat, dum ait, quòd adie-
ctus ſolutioni, ad propriam vtilitatem
ſuam adiectus videtur, quod omnino
falſum eſt, quinimò vtilitatem tantùm
illius, qui obligationi adiectus fuit,
deſignatus videtur, & per hoc man-
dati tenetur. vt dict.§. planè.cùm ſimil.
ſuprà citatis. & conſequenter debitum
illud remittere non poteſt. argum.dicta
rum legum.&.l.Lucius.ff. quæ in fraud.
cred. & quia cùm is quaſi mandatarius
ſit,

*Solutioni adiectus recipere tantùm non extorquere poteſt. contra Fortu. & Couar.*

*Solutioni adiectus remittere nõ poteſt contra Couar.*

ſit,debet diligenter obſeruare fines mandati.l.diligenter.ff.mand.§. is qui exequitur.Inſti.eod.vnde recipere poteſt,remittere autem non poteſt. licèt quòd poſsit remittere, tenuerit Couar. ſatis hac in re ſecurus,atq; incautus.

*Intell.c.debitores.*

39 Ego quidem, qui hàc atq; illac viderim pleroſq; interpretum circumuolitãtes,hucq́; atq; illuc ſermonem,animum, ſententiamq́; flectentes, neq; vllus vnq̃ boni quidpiã inueniſſe, in hac ſum opinione, vt putem hunc nodum nõ aliter poſſe diſſolui, quàm ſi tenuerimus ſuperiorem noſtram ſententiam,vt in terminis.d.c.debitores. à debitore vſurarũ iuramento promiſſarum ſolutio exigatur officio iudicis.Nam vt conditio hãc habet naturam,vt debeat impleri in ſpecifica forma,etiam ſi eius implementum parum aut in nihilo vtile ſit.vt in.l.qui hęredi.in pr. & expreſsiùs in. l. Mæuius. ff. de cõd.& dem.notant Bar.& omnes moderni in.l.Gallus.§. & quid ſi tãtùm.col. 2.ff.de libe. & poſth. ita quoq; & iuram. hanc præciſam dicitur habere naturam, vt impleatur in forma ſpecifica, ſiue ea vtilis ſit,ſiue inutilis.vt.d.c.debitores.ſecundùm doct.in.dd.locis ibiq́; de implemento facti, non iuris intellexit Romanus Pontifex:vnde ipſe debitõr ſiue ſpõte vltroque ſoluerit, ſiue ad inſtantiam ipſius creditoris, ſiue ad inſtantiam iudicis, iuramento videtur feciſſe ſatis quo ad ſe.Quòd ſi quæras de peccato creditoris vſuras petẽtis, vel recipientis, dicam, ſi ipſe petijt,& recepit,tunc ſibi imputabitur,nec hoc caſu loquitur.d.c. debitores.ſi vltrò ei offeruntur vſuræ à debitore, ſimiliter non loquitur. d. c. Quòd ſi iuſſu iudicis acceperit, tunc putem non eſſe peccatum, vel quòd authoritas ſuperioris eũ liberet à peccato. arg.l.fi.ff. qui ſatiſ.cog.c.ad noſtram. 2.&.3.extra.de iureiu.c.2.extra.de mai.&obedi.Vel quòd cùm hoc ordine receperint,&ad hunc finem,vt continuò reddant, & reſtituant, ea receptio vitioſa nõ eſt,nec inducit peccatum.Et hoc magis placet, licèt non ſatis quieſcat animus.

*Deo nõ acquiritur obligatio ex promiſsione iurata, nõ inquam acquiritur principaliter. contra cõmunem.*

40 Ex ſuperioribus deducitur veritas illius articuli,vtrùm ex promiſsione iurata Deo acquiratur obligatio,an verò creditori tantùm,an vtriq;,an eorum nulli? Qua in re prima fuit op. exiſtimantiũ ex promiſsione vſurarum iurata Deo acquiri obligationem principaliter, creditori verò acquiri ſecũdariò,& ſic vtriq;. Quã op. tenuerũt Abb. Cardi. & Feli.in.d.c.1. de iurei. Quam op. frequentiore doctorum conſenſu receptam firmat Didacus

*Deo ſoli nõ quæritur obligatio ex promiſsione iurata. contra cõmunem.*

41 de Coua.vbi ſuprà. Altera fuit opinio aſſeuerantium,quòd ſoli Deo obligatio acquiritur,creditori verò minimè. Quam op.tenuerunt Fortunius, & Didacus de Coua.vbi ſuprà.Antonius & Imol. in.d. c.debitores. Sed vtraq; opinio nobis videtur ſomno, & anicularũ fabellis ſimilima.Nam obligatio eſt iuris vinculum, quo neceſsitate aſtringimur alicuius rei ſoluendę.vt in princ.Inſt.de oblig.quod vinculum qui Deo accõmodari, aut ad eum pertinere dixerit,is inſanire mihi videbitur.Præterea turpe, nefandumq́; eſſet Deo improbam vſurarũ obligationẽ offerri,eiq́; acquiri.Nam vt Ouidius ait.

*Non boue mactato cæleſtia numina gaudent,*
*Sed quæ præſtanda eſt & ſine teſte fide.*

*Deus non gaudet donis impiorum.*

42 Ergo fœneratorũ, ſimiliumq́; turpiſsimorum hominũ pactionibus nõ eſt credendum obligationem acquiri Deo, qui horum hominũ dona grata non habet. In hoc ergo ſolùm interpoſitũ credo iuramẽtũ, vt metu diuini numinis expleatur cõtractus. Vnde Vergilius ęgloga.8.

*Nec curare Deum credis mortalia quenquam?*

Cùm enim Deus vbiq; pręſens ſit.l.properandum.§.1.&.2.C.de iudicijs. c. quoties cordis.7.quęſtione.1. Vnde Lucanus lib.9.bel.ciuil.ait.

*Eſtq́; Dei ſedes niſi terra, & pontus, & aër,*
*Eſt cælum, & uirtus, ſuperos, quid quærimus ultra?*
*Iupiter eſt quodcunq; uides, quodcunq; moueris.*

Qui-



Quibus ſimiliter concinit, quod multùm eleganter, & opportunè Plautus in Capt.ait.

*Eſt profectò Deus, qui, quæ nos gerimus auditq́;, & uidet.*
*Bene merenti bene profuerit, malè merenti par erit.*

Ergo in hoc fit iuram. vt quodam modò facta videatur imprecatio,vt fidẽ ſeruanti,contractũ, conuentionemq́; non violanti Deus proſit, perfidum verò perdat.Licèt ſi ipſe omnia periuria puniret, eueniret quod Ouidius idem lib.3.de triſtibus ait.

*Si quoties peccant homines ſua fulmina mittat*
*Iupiter, exiguo tempore inermis erit.*
*Nunc ubi detonuit, ſtrepituq́; exterruit orbem,*
*Purum diſcuſsis aëra reddit aquis.*
*Iure igitur rectorq́; Deûm, genitorq́; uocatur:*
*Iure capax mundus nil Ioue maius habet.*

Et cùm nulla in re tam peculiariter numẽ offendatur, quàm periurio, ſcitè per iuſiurãdũ nobis cautum volumus, licèt ipſi impij vix numina ipſa reuereantur. Vnde Lucanus lib.3.bel.ciuil.ſic cecinit.

*Quis enim læſos impunè putaret*
*Eſſe Deos? ſeruat multos fortuna nocentes,*
*Et tantùm miſeris iraſci numina poſſunt.*

Verùm enimuerò ipſi creditores dum impietatem debitorũ ignorãt, iuſtam habent cauſam credendi ſibi profuturũ à debitore interpoſitum iri iuram. Nam & idem Ouid.lib.1.de arte amandi.ſic cõcinit.

*Nec ſecura quies illos, ſimiliſq́; ſopori,*
*Detinet, innocui uiuite, numen adeſt.*
*Reddite depoſitum, pietas ſua fœdera ſeruet.*
*Fraus abſit, uacuas cædis habete manus.*

Et idem Ouid.lib.1.Metamor.ſic ait

*Occidit una domus, ſed non domus una perire*
*Digna fuit: qua terra patet, ſæua regnat Erinnys.*
*In facinus iuraſſe putes, dent ocyus omnes*
*Quas meruêre pati (ſic ſtat ſententia) pœnas.*

Et ſimiliter in homines præſertim perfidos, æqui, & boni, fideique violatores ſic Vergil. lib.1.Aeneid.ait

*Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,*
*At ſperate deos memores fandi, atq́; nefandi*

Atq; nõ ſecùs in eoſdẽ fidei violatores & contẽptores Plautus in Rudẽte.ſic ait

*Quotidie ille ſcit quis hic quærat malum.*
*Qui hic litem adipiſci poſtulat periurio.*
*Mali res falſas qui impetrant apud iudicem.*
*Iterum ille eam rem iudicatam iudicat.*
*Maiore mulcta mulctat, qui litem adferunt.*
*Bonos in alijs tabulis exſcriptos habet.*

Et ſanè ſi naturam Dei Optimi Maximi intelligeremus, non tam facilè periuria fierẽt. Vnde Sillius Italicus lib.4.bel. Pu.ſic ait

*Heu primæ ſcelerum cauſæ mortalibus ægris*
*Naturam neſcire Deûm*

Deniq; quòd in hoc potiſsimum interponatur iuram. vt metu diuini numinis fides contractus obſeruetur, non vt inde aliqua ipſi Deo obligatio acquiratur, habes text.elegantẽ in.l.quæ ſub cõditione.in pr.ff.de cond.inſt.ibi, metu diuini numinis.

*Iuramentũ nõ trãsfert oblig.ã perſona in perſonam, ſed metu diuini numinis eã reddit firmiorem.*

43 Sit ergo firma, conſtans, indubitataq́; concluſio, ex promiſsione iurata obligationẽ acquiri ſoli ipſi creditori, Deo autẽ minimè, non ſecùs, quàm ſi id iuram. interpoſitum nõ eſſet. Nam & regulariter iuſiurandum ſequitur naturam contractus.l.fi.C.de non nu.pecu.& apponitur quò magis, nõ quò minùs ipſi creditori cautum ſit.vt.d.l.quæ ſub conditione.in pr. Vnde abſonum eſſet, ſi per iuramenti interuẽtum, quod apponitur quò magis firmior obligatio creditori q̃ratur, induceretur contrarium, vt numini tantùm quæreretur, ipſi autẽ minimè.cõtra l. legata inutiliter. ff. de leg.1.l.legata inutiliter. ff. d̃ adim.leg.l.3.§.ſi emãcipatus ff.de bo.poſſ.contra tab.Et ita inter plura quàm.700. paradoxa olim Salmanticæ publicè propoſuimus.facit.l.& magis.ff. de ſol.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verborum obligatio. &.§. alteri. Inſtitu.de inutil.ſtipul.

*Iuramentum quo renũtiatur Macedoniano, ipſo iure non eſt obligatoriũ cõtra cõem.*

44 Illud autem dubiũ eſt, an tale iuram. ſuper vſuris præſtandis præſtitum confirmet cõtractum? Et quid in reliquis cõtractibus odio creditoris vetitis, quale eſt in mutuo facto filiofam. quod vetitũ eſt per totum titulum C.&.ff.ad Maced. & Inſt.

& Inſt.quod cum eo. in pr.prohibitioq;
in odium creditoris effluxit. ff. ad Ma-
ced.l.1.Et Bart.in.d.l.ſi quis pro eo.num.
10.in.4. membro.tenet,ꝙ contractus nõ
firmetur,licèt iuram. ſit de facto implen
dum. Sed idem Bart.in.l.Seius & Auge-
rius. ff.ad leg.falci.tenuit per tale iuram.
contractum firmari. Didacus de Couar.
vbi ſuprà. tenet & rectè partem negati-
uã,vt non firmetur cõtractus.Mihi ſem-
per viſum eſt,harum opinionum neutrã
eſſe verã, & vtranq; aliqua ex parte poſ-
ſe ſaluari. Nam illud iuram. cõtractum
à lege vetitum nullo modo potuit firma
re, ita vt ille contractus habeat eos effe-
ctus,quos ei lex ciuilis accõmodauit: nã
eos effectus ipſa lex & voluit, & potuit
auferre per ꝓhibitionẽ.vt in.l.nõ dubiũ.
C.de legib.l.ſi quis inquilinos.§.fi. ff. de
leg.1. quia cuius eſt dare, eius eſt adime-
re.l.conficiuntur.ff.de iure codicil.l.ſi iu
re.ff.de leg.3. per totum.ff.de adim.lega.
per totum Inſtit. de adeptione legatorũ.
Verùm ipſa conuentio eo caſu,quo non
reperitur iure gentium vetita, firmatur
per interuentũ iuramenti,vt in terminis
mutui filiofa.facti,quod ante Senatuſcõ
ſul.Macedonianum conſtat non eſſe ve-
titum.Sed certè in exemplo Macedonia
ni verius eſt iuramentum nullo modo
eſſe obligatorium propter præiudicium
patrisfa. Etenim illud iuramẽtum,quod
infert læſionem tertio,non eſt obligato-
rium.l.non dubium. ſuprà alleg.expreſ-
ſiùs in.c.cùm contingat. de iureiuran. &
in.c. licèt mulieres.eodem tit. lib.6. & in
c.quanuis pactum.de pact.in.6.ſed id iu-
ramenti implementum fieri non poſſet
ſine præiudicio patrisfa. ſaltem præſum-
ptiuè, & potẽtialiter.l.1.ff.ad Macedoni.
& quia etiã liberi inſidiantur parẽtibus.
§.fi.Inſt.quod cũ eo.vnde pactum de ſuc
ceſsione patris viuentis acquirenda nõ
valet,non magis,q̃ ſi ageretur de acq.al-
terius hæreditate.glo. cõmuniter appro
bata in.l.fi.in verb.alienæ.C.de pact.

Vnde licèt Bar.vbi ſuprà.nu.10.quem
ſequuntur communiter doct. vt per Di-
dacum de Couar.vbi ſuprà. qui & idem
ſequitur, teneat quòd tale iuram. ſit ſer-
uandum,quaſi ab initio valuerit, & fue-
rit obligatorium, tamen in contrarium
eſt ipſa veritas.

*Iuramentũ non ſequitur naturã contractus inualidi ſup quo interponitur, noua decla.*

45 Et cùm quæritur, an hac in re iuramẽ
tum poſſet deſinere ſequi naturam ſui
principalis,ideſt contractus,cui acceſsit,
res expedita eſt. Nam in exemplo mu-
tui facti filiofa. eius naturam ſequitur ſe
cundùm nos, cùm vtrũq; ſit infirmum.
licèt Bart.& communiter docto. contrà
ſenſerint. Sed cùm iuram.interponitur
ſuper contractu vſurarum, & tenuit iu-
ram.licèt contractus non valuerit, tunc
dicendum eſt, quòd ideo deſinit naturã
contractus ſequi, quia eſt diuerſa ratio,
cùm contractus principalis tendat in fa-
uorem partis, iuram. verò in reuerẽtiam
Dei. Ita tenent Panormit. Hoſtienſis, &
alij communiter in.d.c.debitores. ſecun
dùm Couarru.vbi ſuprà.in.d.c.quanuis.
parte.2.§.3. in princip. quæ ratio vera nõ
eſt. Nam, vt paulò antè admonuimus,
vtrunq; tendit in fauorem creditoris. ar
gumen.text. in princip.Inſt.de fideiuſ.l.
quæ ſub conditione.in princ. ff. de cõdi.
inſti.l.fi.ff.de lib.cau.l.vt iuriſiurandi.in
princip.ff.de op.liber. Vt enim canes in
ouium præſidium, & vtilitatem, non in
ipſorum vtilitatem adducuntur: ita etiã
iuram.in præſidium, & vtilitatem credi
toris,quo magis ſibi cautum ſit,adduci-
tur,non in Dei vtilitatem.licèt & ipſe Di
dacus de Couar. cum hac ſententia tran
ſeat. Vnde ipſe ait, quòd hîc nulla erat
obligatio, & ſic iuram. hîc non acceſſo-
rium erat,ſed principale. Sed tutius eſt
agnoſcere, quòd iuram. licèt eſſet acceſ-
ſorium, tamen ſui principalis naturam
non ſequitur, quando principale nullũ
fuit. text. eſt elegans, vt diximus ſuprà.
lib.1.in.l.3.§.fi.ff.de lib.& poſthu.

Denique ex ſuperioribus infertur &
alius



*Intell. c.debitores.*

46 alius belliſſimus intellectus ad.d.c. debi-
tores.vt iuramẽtũ reducat nos ad termi-
nos iuris gentiũ, quo iure pactio vſurarũ
non reperitur vetita: & ſaltem inſpecta
cenſura conditorum legum Romanarũ
conuentio vſurarum iure gentium veti-
ta non erat.vt per totum.C.&.ff.de vſur.
licèt poſtea ſuperuenerit ius canonicum
prohibitionẽ vſurarũ inducens: vnde cũ
& conuẽtio efficax iure gentium regula
riter fuerit, & præterea iuramentum ac-
ceſſerit,oportet vſuras ſemel præſtari, de
inde verò dabitur reſtitutio. Hoc vlti-
mum non firmo.

*Iuramẽto firmatur pactũ legis cõmiſſoriæ etiã cũ effectu. cũ cõi cõtra alteram magis cõmunẽ.*

47 His ergo conſequenter accedit, quod
Bar.vbi ſuprà nu.10.in.4.membro ait, ꝙ
per interuentum iuramenti nõ firmatur
pactum legis commiſſoriæ. & eſt cõmu
nis op. vt per Couarru.vbi ſuprà.per Al-
ciatum in.d.c. cùm cõtingat. nu.122. vbi
Abb.col.17.in prin.& nu.5.& col.7.Cur-
tius iunior in authen. ſacramenta pube-
rum.C.ſi aduerſus vend.nu.35. Sed licèt
ipſum pactum non firmetur,tamen iura
mentum non deſinit valere, & erit ſeruã
dum,donec iuramentum vel remittatur
à creditore,vel detur abſolutio ab epiſco
po. ſecundùm eandem cõmunem opin.
quam tenent Abb.Bar.Couarru.Corne.
& Curt.iunior vbi ſuprà. idem Abb. &
Innocen.in.d.c.ſignificãte. de pignorib.
Guido Pap.quæſt.6.Delphi.Anto.Fanẽ-
ſis.de pignori.4.parte.nu.4.Tiraq. lib.2.
de vtroq; retractu.in fi. nu. 119. Imola &
Cardi.in.d.c. ſignificãte.Io.Faber in.l. fi.
C.de pact.pig.Alberi.in rubri.eod.tit.Io.
Andr.in addit.Specu.in tit.de renunti.&
concluſi.§.1. verſi. & quia hîc.in additio-
ne incipiente, Ex quo author.Antonius
& Imola in.d.c.cùm cõtingat.in.4.mem
bro. Guido Papa cõſi. 79. Viſo ad plenũ.
& conſi.80.Addẽdo. & conſi.81. & cõſi.
126.De anno dñi. Stepha. Beltran. conſi.
356.Nihil. col.1.lib.1. Licèt cõtrarium, ne
id omittamus, voluerit glo. in.d.c. cùm
contingat.in verb. debent.in fi. Inno.in
d.c.ſignificante.Barth.Brix.quæſt.domi
nicali.12.Quidam accepit. & Fred. Senẽ.
conſi. 140. Punctus quæſtionis talis eſt
conſtante. verſic. item pactum.Bart.ſibi
contrarius in.l.Seius. ff.ad leg.Falc.Alb.
& Bal.in.l.1. & ibi Alexan. in addi. ipſius
Bal.C.de pact.pig. Anto.Pet.Anchar. &
Barba.in.d.c.ſignificante. Steph.Beltr.ſi
bi contrarius conſi.91.Ex propoſitis. nu.
12.in prin.lib.3.& ipſe Guido Pap. etiam
ſibi contrarius. ſing. 477. Licèt pactum.
& Lud.Goza.conſi.61.Prima. col. 2. nu.
7. & Frã.de Ripa.lib.3.reſp.c.6. Maiores.
nu.6. Idem quoq; voluit glo. fi.in.d.c.ſi-
gnificãte.dum ſe refert ad id,quod dixe-
rat in.d.c.cùm contingat. vbi expreſſim
tenuit pactum legis cõmiſſoriæ in pigno
ribus iuramento firmari nõ ſecùs,quàm
alienatio fundi dotalis per interuentum
iuramẽti firmatur. Tiraquellus autem,
qui hæc omnia ferè allegat, neutram par
tem auſus eſt firmare, ſicque hæc pars fe
rè tam communis eſt,quàm ſuperior. Et
hæc poſterior op.longè verior eſt, & ex-
preſſim probatur in.d.c. ſignificante. de
pignorib.licèt ille tex.in contrarium ad-
ducatur. ibi enim mutuum recepi ſub
pignoribus,quæ pignora me nunquam
à creditore repetiturũ iuraui, ſi infra an-
num non reddidiſſem mutuum:deinde
infra annum pecuniam mutuam credi-
tori miſi, nuntius verò malignatus fuit,
& pecuniã aſportauit, dubitatur, an po-
ſtea tantundem pecuniæ debitor poſſit
offerre, & pignora ſua recuperare, cũ per
eum non ſteterit, quo minus definito tẽ-
pore mutuum redderet. Reſpondetur
poſſe pignora recuperare, eo quòd per
debitorem non ſtetit, ergo ſi per eum ſta
ret, quo minus debito tẽpore debitũ ſolu
tũ curaret, tunc indubitanter iuramentũ
ſeruãdum foret, ſicq; pactum legis com-
miſſoriæ etiã in pignoribus teneret per
interuentum iuramenti, licèt abſq; iura-
menti interpoſitione firmum non foret.
Cuius rei illa ratio eſt, quòd in conditio-
nibus,

nibus, & reliquis factis poteſtatiuis qđ
per me non ſtat, mihi imputari non de-
bet,& ſufficit ꝙ faciam quod in me eſt.
vt probat tex.in.l. quæ ſub conditione.§.
quoties.ff.de condi.inſtit.l.in iure ciuili.
ff.de reg. iur. l.iure ciuili.ff.de conditi.&
demon. l.in illa ſtipulatione ſi calendis.
ff.de verb.obliga. Vnde in terminis.d.c.
ſignificãte.debitor ille cùm fecerit quod
in ſe erat, ſatisfeciſſe videtur, nec eſſet ei
imputandum quod per eum nõ ſtabat.
ad idem text.cum ibi notatis in.l.1. C.de
inſtit.& ſubſtit. Aſtringe hæc iura: quia
ſi illud implementum interpretatiuum
ſufficit ad lucrum conſequendum, vt di
ctis legibus, multò faciliùs ſufficiet ad
damnum,pœnamq́; vitandam. vt in ter
minis.d.c.ſignificante.arg.l.fi.C.de codi
cillis. & licèt.d.c.ſignificãte.referat duas
rationes: prima, quòd pactum legis cõ-
miſſorię eſt in pignoribus improbatum:
altera,quòd debitor fecit quod in ſe erat,
tamen ſola ſecunda ratio eſt ibi funda-
mentũ illius deciſionis. patet,dum poſt
relationem dictarum rationũ ſubiecit.
mandamus quatenùs ſi eſt ita.ſ. quòd de
bitor fecit quod in ſe erat. non enim eſt
exponendum, ſi eſt ita.ſ. ꝙ pactum legis
commiſſoriæ eſt improbatum, id enim
indubitatum erat, & notorium Põtifici,
qui ob oculos ius ipſum habere pręſumi
tur.Ergo verus ſenſus illius tex.eſt,quòd
cùm ille fecerit vt allegabatur quod in ſe
erat, iuramento feciſſe ſatis videtur.Illa
enim verba,ſi ita eſt,nõ habent hunc ſen
ſum, ſi ita eſt, quòd pactum legis cõmiſ-
ſoriæ in pignoribus eſt improbatum, id
enim indubitatum eſt:ſed hunc habent
ſenſum, ſi ita eſt.ſ. quòd fecit quod in ſe
eſt: ergo ſi non feciſſet quod in ſe erat, iu
ramentum ſeruandum foret.

Præterea pactum legis commiſſorię in
pignoribus nulla alia ratione vetitũ eſt,
quàm quòd cõtinet quãdam aſperitatẽ,
& nimium rigorem. vt in.l.fi.C.de pact.
pig.& in.l.41.tit.5. & in.l.12.titu.13.par.5.
quæ quidem aſperitas tendit in perniciẽ
debitoris, nõ autẽ in perniciem alterius,
nec etiam reipublicæ principaliter, nec
inducit diſpendium animæ, ergo magis
eſt, vt iuramento firmetur non ſecùs, q̃
iuramento firmatur alienatio prædij mi
noris facta ſine decreto iudicis. vt nota-
tur per glo.& omnes in authen.ſacramẽ
ta puberum.C.ſi aduer.vendi. Quinimò
longè faciliùs firmabitur iuramento pa-
ctum legis commiſſoriæ, quàm aliena-
tio prædij minoris ſine decreto,cùm qui
contra iura mercatur, malam fidem præ
ſumatur habere.c.qui cõtra iura. de reg.
iur. in.6.facit.l.contra iuris.ff.de pact.Sic
etiam & in terminis.c.cùm contingat.ff.
de iureiur.&.c.licèt mulieres. de iureiur.
lib.6. Sic etiam in terminis.c.quanuis.de
pactis.in.6. vbi pactum vetitum eſſe vi-
detur in odium patris filium aſtringere
volentis.Ita eleganter probat.d.l.ſi quan
do.§ illud.C.de inoffi.teſta. dum ait ſecũ-
dùm Papiniani reſpõſum, quo definiuit,
meritis magis filios ad obſequia paterna
prouocandos, quàm pactionibus aſtrin-
gendos. Itaq; vt vetitum eſt pactum de
non ſuccedendo inter patrem & filium,
& tamen iuramento firmatur: vtq; veti-
tum eſt prædia minoris ſine decreto alie
nari, & tamen iuramento confirmatur
alienatio: vtq́; vetita eſt alienatio fundi
dotalis, & tamen iuramento confirma-
tur, licèt dotiũ conſeruatio multùm rei-
publicæ interſit: ita quoque licèt pactũ
legis commiſſoriæ in pignoribus vetitũ
ſit, tamen iuramento firmabitur.Et quã
tumcunq́; hàc atq; illac circũcurſes, huc
atq; illuc animũ vertas, diſcrucieris, rum
paris, non poteris inuenire vehementio-
rem prohibendi rationem quo ad pactũ
legis commiſſoriæ in pignoribus, quàm
quo ad alienationem fundi dotalis con-
ſtante matrimonio factam, vel prędiorũ
minoris citra iudicis decretum factã, vel
pacti de non ſuccedendo inter patrẽ &
filium facti. Quinimò ſuperioribus caſi-
bus



bus fortior eſt vetandi ratio propter ſen-
ſus imbecillitatẽ, quæ ineſt mulieribus,
& minoribus,& propter obſequium, &
reuerentiam filiorum erga parentes:quę
omnia ſi non ſufficiunt,ne actus etiã iu-
ſtiſſimis his rationibus à lege vetitus fir-
metur iuramento,longè minùs impedie
tur validitas iuramenti in pacto legis cõ-
miſſoriæ in pignoribus,quod propter ſo
lam aſperitatem vetitum eſt in merum
fauorem debitorum. Et ita conſulerem
& iudicarem: tum quòd hæc pars verior
eſt in pũcto iuris:tum etiam,quòd id tu-
tius,conſultiusq́; eſt quo ad animam, ne
aperiatur via periurijs. Neq; ad rem per-
48 tinet,quòd tex.in.d.l.12.tit.13.part.5. ſen-
*Leges bonæ & boni mores à pari procedunt.*
tiat id pactum legis commiſſoriæ eſſe cõ
tra bonos mores. Nam & ſimiliter alie-
natio fundi dotalis,& alienatio prædio-
rum minoris facta ſine iudicis decreto,
& pactum de non ſuccedendo factũ in-
ter patrem & filium ſunt cõtra bonas le-
ges hæc fieri vetantes,& nihilominùs fir
mantur per interuentum iuramẽti: neq́;
efficacior eſſe debet prohibitio, quæ in-
ducitur per bonos mores, q̃ illa,quæ in-
ducitur ꝑ bonas leges, quinimò fortior,
vehementior,efficaciorq́; eſſe deberet ea
prohibitio, quæ per bonas leges induci-
tur, quàm illa,quæ inducitur per bonos
mores, cùm leges expreſſo cõſenſu, atq;
applauſu,& approbatione populi feran-
tur,conſuetudines autem tacito tantùm
conſenſu populi inducãtur. l.de quibus.
cum ſeq.ff. de legib. & leges conſultiſſi-
ma ratione inducantur, & proferantur.
l.dignum.C.de legib.c.erit autem lex.4.
diſt.cõſuetudines temerè etiam,& abſq́;
vllo delectu in ſui creatione originẽ ca-
piant,& non ab vniuerſo populo,ſed ple
runq; ab vno vel altero induci cœperint
in ſui creatione,licèt in progreſſu adole-
uerint, ingruerintq́;, ita vt ab vniuerſa,
vel maiore totius populi parte receptæ
fuerint.

Præterea,vt non ſemel admonuimus,
49 pactum vetitum eo quòd contra bonos
*Pactum, ut filius patri nõ ſuccederet iure ciuili dicebatur eſſe cõtra bo.mo.*
mores interpretatione legis ciuilis eſſe
videatur,firmatur iuramẽto. vt in termi
nis.d.l.ſi quando.§.illud. C.de inofficio.
teſtamen. ibi,ſecũdùm Papiniani reſpon
ſum &c. iuncto.d.c.quãuis.de pact.in.6.
Sit igitur firma,ſtabilis,conſtans,indubi
tataq́; concluſio,quòd per interuentum
iuramenti firmatur actus à lege vetitus,
eo quòd per legis ciuilis interpretationẽ
videatur eſſe cõtra bonos mores,vel cõ-
tra bonas leges: ſiquidem per talium le-
gum, vel morum tranſgreſſionem neq;
tertio læſio inferatur, neque reipublicæ
principaliter interſit, neq; animarum ſa
luti aduerſetur. Intellige quòd firmatur
quo ad præiudicium iurantis,qui ex ſuo
conſenſu ſibi præiudicat, non autẽ quo
ad pręiudicium reipublicæ. Vnde ſi ipſa
reſpublica implemẽto huius iuramenti
ſeſe opponere velit, vel iudex ex officio
id facere velit, nõ dubito quin poſſit: nã
& tunc ipſe iurans periurus non eſſet, ſi
id citra eius operam, factum, & curã fie-
ret,& reipublicę bonũ, quod in cõſerua
tione bonarum legum ac morum con-
ſiſtit,non euerteretur, fraudaretur, inter
cideret,effugeret. Ita etiã poteſt intelli-
gi tex.in.d.c.debitores.& in.d.c.1. de iu-
reiur. & eſt in ſe veriſſimus ſenſus ad illa
iura. Simile in eo, qui rem alienã vendi-
derit, quæ res vetita eſt. vt per totum. C.
de reb. alie. non alienan. vel oblig.adeò,
vt contrarium ſit delictum punibile. vt
per totum.C.&.ff.de crimi.ſtellionatus.
& tamen de facto ſi perperàm quis res a-
lienas alienauerit, valet alienatio in eius
præiudicium, non verò in præiudicium
veri domini.vt in.l.rem alienã. ff.de con
trahen.emptione.

Pactum autem legis commiſſoriæ quã
habeat naturam, vide eleganter per inſi-
gnem virum Dida.de Couarru. lib.3.va-
riarum reſolutionum.c.3.nu.7.cum ſeq.
50 Stat ergo pactum legis commiſſoriæ *Iuramẽto*
etiam in pignoribus per interuentũ iura *firmatur*
menti

*pactũ legis cõmiſſoriæ quo ad effectus iuris gẽtiũ, nõ iuris ciuilis, nona declaratio.*

menti firmari. Intellige tripliciter. Primò, confirmari quo ad hoc, vt iuramentum ſeruetur. Secundò quo ad hoc, vt conuentio illa valeat, habeatq; effectus iuriſgentium. Tertiò etiam quo ad hoc, vt habeat etiam eos effectus, quos lex ciuilis huic conuentioni accommodauit, ſecundùm quoſdam. Quod omnino mihi non placet propter prohibitionem legis ciuilis, quæ potuit adimere huic conuẽtioni vetitæ omnes illos effectus, quos reliquis cõuentionibus non vetitis accõmodauit. nã cuius eſt dare, eius eſt adimere. l. conficiuntur. ff. de iure codicill. per totum. ff. de adim. lega. & Inſtit. de adẽp. legatorum. & nihil tam naturale &c. l. nihil. ff. de reg. iur. c. omnis. extra. eod. tit. Habebit tamen eos effectus, qui per legẽ canonicam tali conuentioni accommodati reperientur, cùm per legem canonicam vires prohibitionis per interuẽtum iuramenti ceſſent. Secùs autem de iure ciuili, quo iure inſpecto, per interuentum iuramenti vires prohibitionis legalis nõ ceſſent, non magis, quàm ſi re vera id iuramentum interpoſitum non fuiſſet. vt in. d. l. nõ dubium. in fi. C. de legib. & in l. ſi quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. 1.

*Macedonianũ non excluditur ꝑ iuramentũ, etiã de iure canonico. cum cõmuni.*

51 Ex ſuperioribus infert Bar. vbi ſuprà in d. 4. membro. nu. 10, an prohibitio Macedoniani ceſſet per interuentum iuramẽti? Et tenet, quòd ſi filiusfamiliàs mutuũ contra prohibitionẽ Macedo. Senatuſc. acciperet, contractus non valeret, & per hoc ipſe filius conueniri non poſſet, iuramentum tamen teneret, & conſequẽter filius deberet petere abſolutionem à iuramẽto, vt ſic exactionem effugeret, vel poſſet, ſi mallet, ſoluere, & poſtea repetere. Et op. Bar. magis communis in omnibus his eſſe videtur. vt patet ex relatione, quam fecimus ſuprà in princip. huius. 4. membri. Ex qua doctrina collige nonnullas concluſiones. Prima concluſio. Per interuentum huiuſmodi iuramenti id mutuum non confirmatur. Hæc cõmunis concluſio de iure ciuili, quo iure tale mutuum vetitum eſt, indubitanter procedit. Secundò etiam intelligitur, & procedit de iure canonico, quo iure per interuentũ iuramenti nõ firmatur actus à lege vetitus ea ratione, quòd tertio inferat læſionem. vt in. c. cùm contingat. & d. c. quãuis. ſed propter præiudicium patris tale mutuum vetitum fuit. vt in. l. 1. ff. ad Macedo. nam parentibus à liberis hoc caſu parari poſſunt inſidiæ. vt ibidẽ. &. §. fi. Inſtit. quod cum eo. Qua ratione etiam in pactis de ſuccedendo ſiniſtra ſuſpicio capitur contra liberos eius, cuius de hereditate agitur, non ſecùs, quàm cõtra extraneos. vt tenet glo. in. l. fina. C. de pactis. quæ, vt ſuprà retulimus, communiter recepta eſt. Cùm ergo is contractus mutui inferat læſionem tertio. i. patri, ſupereſt, vt etiam de iure canonico nõ firmetur iuramento, nõ magis, quàm de iure ciuili. Et licèt poſt mortẽ patris ceſſare videatur cauſa prohibitionis, tamen is cõtractus, qui ab initio propter legis prohibitionem & damnum tertij deſijt valere, ex poſt facto non conualeſcit: qua ratione videbatur dicẽdum, vt etiam poſt mortem patris creditor non poſſit quicquam petere à filio. Quod apud me de iure ciuili indubitatum eſt. De iure autẽ canonico id ſimiliter admiſſum eſt. per Bar. & oẽs doct. per ſuperiorem rationẽ. arg. c. quod ab initio. de reg. iur. in. 6. l. 1. ff. de reg. cat. cum vulgatis. Sed de iure canonico teneo, & ſemper tenui contrariũ. Moueor, quia nõ habemus vllum textũ hac in re loquentem de iure canonico, ſicq; is contractus iure canonico in ſpecie non reperitur vetitus. Et licèt lege ciuili prohibeatur, quia inſpecta ipſius legis ciuilis cenſura videtur inferre præiudicium patri illius filijfamiliàs, qui mutuum acceperat, tamen ſuſpicio & præſumptio illius præiudicij indubitãter ceſſat poſt mortem patris, cui defuncto, filiꝰ inſidiari nõ poteſt: & conſequẽter quia

iam



iam ceſſat præiudicium tertij, de iure canonico dabitur actio creditori contra filiumfamiliàs, qui mutuum acceperat, nõ aliter, atq; daretur antequàm fieret illud Macedonianũ Senatuſconſ. Neq; oberit regula inducens, vt quod ab initio nõ valet, ex poſtfacto non conualeſcat. Nam ille contractus iure canonico etiam ab initio vetitus non videtur, nec reperitur.

Sed tamen nobis altiùs cogitantibus, verior viſa eſt etiam in puncto iuris communis op. negatiua, vt iure canonico per iuram. is mutui contractus non firmetur, nõ magis quàm iure ciuili. Et id ſuadet ratio. d. l. 1. ff. ad Macedo. ſi mẽs ipſius rectè intueatur. Nam ſi peſſimus fœnerator, qui filiofam. mutuum dedit, intelligeret ſe poſt mortem patris illius filijſfamiliàs habiturum actionẽ ad mutuũ repetẽdum, tunc ipſe fœnerator inſidiaretur patrifamiliàs, vt ſic poſt mortem ipſius mutuum conſequeretur, & repetere poſſet, cui malo per illam legẽ ſubuentũ fuit: ne ergo hac occaſione dãnũ illi inferatur, verius eſt iuramẽtum obligatorium non eſſe de iure canonico, nõ magis, quàm de iure ciuili. argu. d. c. cùm contingat. & d. c. quãuis pactum. Simile in pacto de hæreditate viuentis, quod ſecundùm veras & communes opiniones non firmatur iuramẽto inſcio eo, cuius de hæreditate agitur: id enim receptum eſt, ne is, qui de hæreditate acquirẽda agebat, inſidietur vitæ illius, cuius de ſucceſſione agebatur, ſpe hæreditatis acquirendæ. vt diximus ſuprà per. d. §. illud.

*Mutuũ ſolutũ à filiofamiliàs, q iurauerat, repeti non poteſt. cum Fortu. & Couarru. cõtra cõm.*

52 Secunda concluſio Bart. eſt, quòd ſi filius ſoluerit tale mutuum, poteſt illud repetere. Quæ ſimiliter communis eſſe videtur. Sed contra eam tenent inſignis Didac. de Couarru. in. d. c. quãuis. 2. part. §. 3. nu. 4. Fortunius in. l. veluti. col. 8. ff. de iuſti. & iure. Nam cùm ſi filius, qui etiã non iuraſſet, mutuum acceptum ſponte ſoluiſſet, repetere nõ poſſet. vt probatur in. l. qui exceptionem. ff. de condi. indeb. & in. l. ſed & ſi pater. §. fi. ff. ad Macedo. quia qui indebitum ſpontè ſoluit, is donaſſẽ videtur. arg. l. cuius per errorẽ. ff. de reg. iur. multò minùs id repetere poterit, qui etiam illud ſe ſoluturum iurauit.

Et hæc opinio cõtra Bar. op. indubitanter vera eſt eo caſu, quo poſt mortem patris ſponte filiusfamiliàs mutuum reddidiſſet. vt dictis iuribus. Secundò etiã procedit, quando viuo patre ſoluiſſet ſponte hoc animo, vt ſe debito & obligatione filiusfamiliàs liberaret. arg. d. c. cuius per errorem. & per iura ſuprà allegata. Cæterùm ſi poſt mortem patris, vel eo viuo ſolueret in hoc, vt ſeſe iuramento tãtùm liberaret, danda eſſet ei repetitio. vt in. d. c. debitores. de iureiur. & ita procedit & ſaluatur op. Bar. Cùm enim quamplures ſint diuini numinis magnoperè reuerentes. vt in. l. quæ ſub conditione. in princ. ff. de condi. inſti. eueniret, vt ſi peſſimus fœnerator mutuum dedit filiofa. quem pium, bonum, & diuini numinis cultorem intelligebat, tunc is filiusfa. vt iuramento ſatisfaceret, ſolueret, ſicque eluſa maneret Macedoniani ꝓhibitio, niſi ille poſſet repetere, quod timore diuini numinis ſoluiſſet: licèt parum probabile, & vero ſimile ſit, quòd qui pius fuerit in iuramenti obſeruatione, is impius ſit in repetendo quod iure perſoluerat. Et ſic hoc vltimum relinquo ſub dubio.

*Iuramentũ cõtra Macedo. ipſo iure nõ eſt obligatoriũ. cũ nouiſſ. contra cõmunem.*

53 Tertia cõcluſio Bar. eſt in hoc articulo de Macedoniano, quòd tale iuramentũ valeat, & ſit obſeruandum. ſequuntur Antonius & Imola nu. 67. in. d. c. cùm cõtingat. & alij cõmuniter in hoc. 4. membro. & per hoc neceſſe eſſe, quòd impetretur abſolutio, vel ſoluatur mutuum, & repetatur.

Contrarium tenet Abb. in. d. c. cùm cõtingat. nu. 22. cum quo ſentit etiam Couarru. vbi ſuprà. vt iuramentum ſit ipſo iure nullum propter patris præiudiciũ. quod & nos verius putamus, ſecundùm quòd ſuprà retulimus, dummodò id intelliga-

telliga-

telligatur quo ad forum tantùm conten
tioſum tam canonicum, quàm ciuile, vt
paulò ſuperiùs diximus.

54 Quarta concluſio Bar. eſt, quòd ipſe fi-
liusfamiliàs poſſet petere ſe abſolui ad
cautelam ab illo iuramento. & hæc op.
communis ſimiliter eſt. vt patet ex rela-
tione Didaci de Couarruuias, qui idem
ſequitur poſt Antonium & Imolam vbi
ſuprà, & Corne. in. d. authen. ſacramenta
puberum. qui etiam firmant, quòd is fi-
liusfamiliàs non poterit contra credito-
rem agentem opponere exceptionẽ Ma-
cedoniani, niſi priùs obtinuerit abſolu-
tionem ab illo iuramento. Cuius contra
rium auſim veriſſimũ dicere. Quia cùm
non ſemel admonuerimus, id iuramen-
tum cõtinere, & inducere præiudicium,
& læſionem tertio. i. patri illius filij, qui
mutuum acceperat, & conſequẽter eſſe
ipſo iure nullum iuramentũ. vt. d. c. cùm
contingat. & . d. c. quanuis. ſequitur dictã
abſolutionẽ neceſſariã nõ eſſe, quinimò
vtilem etiam non eſſe, nõ magis, quàm
ſi ille filiusfamiliàs iuraret ſe hominem
iniuria perſonali, vel reali affecturum.

*Iuramẽto cõtra Macedo. præſtito filius põt ſe defẽdere, licèt non impetret abſolutionẽ. contra nouiſſ.*

55 Quæ omnia procedunt quo ad forum
contentioſum. Sed an idem quo ad forũ
animæ? Et ſiquidem patrifamiliàs ex tali
mutuo nulla læſio illata fuit, tunc poſt
eius mortem filiusfamiliàs tenebitur red
dere mutuum, ſecundùm veram & com
munem op. quam tenẽt Couarru. vbi ſu
prà. Innocẽ. & Abb. nu. 26. in. c. quia ple-
rique. de immu. eccle. Alciat. in. c. nouit.
nu. 16. extrà. de iudici. Iaſ. in. §. actiones.
Inſti. de actio. nu. 35. poſt alios, quos ipſi
referunt. Quia ſecũdùm eos, & bene, præ
ſumptiones legum in foro animæ nõ in
ſpiciuntur. Quòd ſi fortè ſuſpicio Sena-
tuſcon. Macedo. verificata eſt, quia fœne
rator ille, quò citiùs ſuum conſequere-
tur, necauit patrem huius filij, qui mu-
tuum recepit, tunc ipſi præter Couarru.
tenent, quòd filiusfamiliàs etiam in foro
animæ non tenebitur. Couarru. contrà,
vt teneatur. Cuius opin. ſequor, & pro-
bo vltra ipſum viua ratione. Nam quod
ſemel deberi cœpit, certis modis à lege
definitis deberi deſinit. vt ait tex. in. l obli
gationẽ ferè. §. placet. ff. de acti. & oblig.
quos modos habes in tit. Inſti. quib. mo.
toll. oblig. ſed certè inter illos modos tol
lendi obligationem non reperitur is mo
dus, vt per mortem, ſeu necem patrisfa-
miliàs patratam ab eo fœneratore, qui
mutuum filiofam. dedit, is filius libere-
tur ab obligatione illius mutui reddẽdi.
Nam cùm ab initio contractus is filiusfa
miliàs re vera in foro animæ obligatus
fuerit, ridendum eſſet dicere eum libera-
ri propter hoc delictum creditoris, cùm
ex diuerſis non fiat illatio. l. fi. ff. de calũ-
niatoribus. quinimò non liberatur non
magis, quàm per aliud quodlibet faci-
nus creditoris liberaretur.

*Macedo. in foro animæ nõ iuuat, etiã ſi creditor patrẽfa. necaſſet. cũ nouiſſi. cõtra reliquos.*

An aũt q poenæ cauſa ex expreſſa legis
diſpoſitione à debito liberatur, is tutus
ſit in foro animæ, vi. per Couarru. vbi ſu
prà. poſt Bar. in. l. ſi pœnæ. ff. de cond. in-
debi. vbi Paul. & Alexan. Abb. in. c. fi. de
præſcrip. Fortunius in. l. veluti. n. 7. ff. de
iuſti. & iure.

56 Vltima concluſio Barto. in hoc tertio
membro eſt, quòd officialis prohibitus
contrahere. iuxta text. in. l. non licet. C.
de cõtrahẽ. emp. l. fi. C. ſi quis alteri vel ſi
bi. nam contractus (inquit Bart.) per in-
teruentum iuramenti non firmatur, iu-
ramentum tamen eſt ſeruandum, vt is, q
cum officiali cõtraxit, ſoluat, & repetat,
vel abſoluatur à iuramẽto ad cautelam.
Idemq́; in magnatibus per ſtatutũ eme-
re vetitis. Et cum Bart. cæteri tranſeunt,
eſtq́; res in vſu forenſi agitatiſſima.

*Iuramentũ non firmat cõtractũ officialis cõtrahere ꝓ ſtatutũ vetiti. cũ cõi.*

Ex qua collige ſequẽtes concluſiones.
Prima concluſio, quòd contractus non
firmetur iuramento. Quæ vltra docto-
res iuſtificari videtur eò, quòd vbi defi-
cit conſenſus, ibi ceſſat virtus iuramenti:
ſed potentes & officiales publici, quales
ſunt iudices, & ſimiles, ideo vetãtur con





trahere propter oppreſſionẽ præſumptã,
quę adimit cõſenſum, & cõſequẽter ceſ-
ſat virtùs iuramẽti. arg. auth. ſacramenta
puberũ. C. ſi aduer. vẽd. & arg. d. c. cũ con
tingat. & . d. c. licèt mulieres. de iurei. in. 6.
Quid dicẽdum? Teneo, & ſemper ſoli-
tus ſum tenere cõtrariũ: quia ſi probatur
defeciſſe conſenſus, fateor ceſſare vim,
poteſtatem, virtutemq́; iuramẽti. Sed ꝙ
hîc ceſſauerit, nego. Nam licèt præſum-
ptiones legum ſint liquidiſſimæ proba-
tiones. l. licèt. ff. de leg. 1. l. ſi adulter. §. idẽ
pol. ff. de adul. tamẽ id intelligitur in qui
bus caſibus illa lex, quę induxit præſum
tionẽ, habuit iuriſdictionẽ, & poteſtatẽ
inducẽdi talem probationem: cæterùm
cùm materia iuramẽti ſit ſpiritualis, nec
ſubiaceat legibus ciuilibus. vt. c. venera-
bilem. de electio. & pluries iam tradidi-
mus, ſupereſt, vt præſumptio legis ciui-
lis hac in re non ſit in conſideratione, nõ
magis, quàm ſi ea pręſumptio per vnum
hominem ſingularem inducta, vel ficta
eſſet. Confirmatur per glo. ibi, & vbi-
que communiter approbatã in. §. 1. Inſti.
de verb. oblig. quæ ait, quòd ſi conueni
tecum, vt ſic dicendo. A. intelligeretur
ſtipulatio, & reſpõdẽdo. B. intelligeretur
promiſſio, tunc nõ eſſet ſtipulatio forma
lis, quia illi cõtrahẽtes nõ habuerũt pote
ſtatem inducẽdi ſimiles pręſumptiones,
vel fictiones. Simile ꝑ glo. Alex. Iaſ. Deci.
& alios cõmuniter doct. in. l. ſi donatio-
ne. C. de collatio. vbi ſi paterfamiliàs fece
rit donationẽ filiofamiliàs, & aſſeruit id
feciſſe propter benemerita filij, adhuc ta
men donatio nõ valet, niſi aliter beneme
rita probẽtur, quia aſſertioni patrisfami-
liàs nõ creditur, nec ipſe habuit poteſta-
tem efficiendi vt ei crederetur. Simile tra
didimus in. d. auth. ſed ſi poſt viginti. C.
de inoffi. teſta. vbi docuimus cõem eſſe
& verã ſententiã, ꝙ non crederetur, neq;
ſtaretur ꝓſumptioni legis ciuilis dicẽtis,
ꝙ matrimonium cõtractũ à filiafa. inſcio
patre, præſumeretur vi, vel metu contra
ctum: quia materia matrimonij nõ tam
ſubiacet legibus ciuilibus, q̃ canonicis.
Sic ergo & in propoſito, cùm iuramenti
materia lõgè magis ſpiritualis ſit, quàm
matrimonium, præſumptiones legis ci-
uilis quo ad eam non attenduntur.

Stat ergo, ꝙ talis cõtractus firmatur iu
ramẽto de iure canonico, nõ ſecùs, q̃ fir-
maretur in terminis. c. licèt mulieres. de
iureiur. in. 6. & in terminis. d. c. cùm con-
tingat. & in terminis. d. c. quanuis. de pa-
ctis. in ſexto. quia per talem contractum
reipublicæ non directò & principaliter,
ſed ſecũdariò tãtùm infertur præiudiciũ.

De iure autem ciuili ſine dubio is con-
tractus non valet, & conſequenter is cõ-
tractus valebit in vim conuentionis iu-
ris gẽtium, & carebit ijs effectibus, quos
lex ciuilis ei accommodauit, ſed habebit
omnes effectus, quos ius gentium con-
uẽtionibus approbatis accommodauit,
& quos ius canonicũ ſimilibus conuẽtio
nib⁹ cõdonauit, per ratiões, quas pluries
ſuprà retulimus, & per. d. l. non dubiũ. C.
de legib. d. l. ſi quis inquilinos. §. fi. ff. de le
ga. 1. Sed tutior eſt cõis op. vt infrà dicã.

Secũda cõcluſio Bar. quã reliqui ſequũ
tur eſt, ꝙ valeat iuramentũ. Quod de iure
ciuili ſine dubio nõ ꝓcedit. d. l. nõ dubiũ.
d. l. ſi quis inquilinos. §. fi. tamẽ procedit
de iure canonico. arg. eorum, quæ proxi-
mè diximus. & . d. c. licèt mulieres. d. c.
cùm contingat. d. c. quanuis. & . d. c. ſigni
ficante. de pigno. ſecundùm noſtram in
terpretationem ſuprà relatam.

57 Tertia cõcluſio Bar. quã cæteri ſequũ-
tur, ꝙ hoc caſu abſolutio huic iuranti
ſit concedenda, vera non eſt: quinimò
tenemus efficaciter & irreuocabiliter va
lere tam contractum, quàm iuramentũ,
ſi aliter nõ probetur oppreſſio. arg. eorũ,
quę proximè diximus, & eorũ, quæ dixi-
mus circa pactum legis commiſſoriæ, &
circa alienationem fundi dotalis ſuprà
in ſecũdo mẽbro. Nam re vera & inſpe-
cta cenſura, & præſumptione, & inter-

*Hoc caſu an ceſſet abſolutio.*

pretatione legis canonicæ, hę prohibitiones non magis pertinent ad bonũ publicũ, quàm prohibitiones de non alienando fundo dotali, vel non alienandis prædijs minorum ſine decreto, vel non faciendis pactionibus de non ſuccedendo inter patrem & filium, & tamen hæc omnia prætermittuntur, & neglĩgũtur iure canonico, & conſequẽter hęc quoq; prohibitio iure canonico neglecta, & prætermiſſa intelligenda eſt. Eſtque tutius & conſultius quo ad ſalutem animarum. Licèt non negauerim, quin ipſa reſpublica poſſit ſe opponere implemento huiuſmodi iuramenti, vt ſuprà admonuimus. Sed tutior eſt cõmunis opinio, vt infrà dicam.

*Et an ceſſet repetitio?*

58 Quarta concluſio, quam cæteri ſimiliter ſequuntur, quòd qui ſic vendiderit, & tradiderit, poſſit repetere, ſimiliter vera non eſt de iure canonico, licèt de iure ciuili indubitata ſit per ſuperiora. Quæ nota, quia à nemine vnquam ita digeſta inuenies, & millies habemus in vſu forenſi. Tutior tamen eſt communis opinio, vt infrà dicam.

Quintus caſus prin. Bart. eſt, cùm prohibetur contractus fauore debitoris ob imbecillitatem, lubricumq́; ætatis, quo caſu ſit prima concluſio. Contractus iuramento firmatur. authen. ſacramenta. C. ſi aduer. vendi. Secunda cõcluſio. Fideiuſſio mulierum firmatur iuramẽto. Limita primò, niſi verba prohibitionis dirigerentur in perſonam mulieris prohibitæ. Limita ſecundò, niſi dirigerẽtur in perſonam eius, qui cũ ea cõtrahit. Itẽ primã concluſionẽ .ſ. ꝙ contractus pupilli ſine tutore firmetur iuramẽto, intellige quãdo verba dirigũtur in rem, ſecùs ſi in perſonã pupilli. Itẽ ſecùs, ſi in perſonam eius aduerſarij. Omnes hę quatuor limi. nõ ſunt verę, vt dixi ſuprà in. 3. caſu prin. Tertia cõcluſio princ. Contractus prodigi nõ firmatur iuramẽto. firmat Bar. in. l. is cui bonis. ff. de verb. vnde & hîc idem ſentit, cùm ad. l. is cui. ſe remittat. Tamẽ dic, ſi prodigus re vera conſenſit, in foro animæ Deo obligatur: in foro autem cõtentioſo non videtur habere plenum cõſenſum, ideò non obligatur, attenta legis cẽſura: ſed cùm vol. quæ maleficiũ diſtinguit, faciat, vt prodigus puniatur ſecundùm cõmunẽ, de qua per Iaſ. in. d. l. is cui. nu. 17. cum plu. ſeq. & in. d. authen. nu. 18. cum ſeq. quare non ita faciet, vt iuramẽto obligetur? Sed cùm negari non poſſit, quin malam fidem præſumatur habere, qui cum iſto prohibito cõtrahit. vt c. qui contra. de reg. iur. in. 6. l. quemadmodũ. C. de agric. & cenſi. lib. 11. præſertim ſi circumuentus reperiatur ipſe prodigus, videtur quòd de facto prodigus impleat, ſed ſibi ſubueniatur. vt in. c. 1. & c. debitores. de iureiuran. Itaq; ſi nullo modo, vel leuiter læſus fuit prodigus, obſeruet iuramentũ, quia & ex parte ſua cõſenſum præſumã, & ex parte aduerſarij non ita ſit luculentus fraudãdi animus. Sin autem immodica fuit læſio, tunc ſoluat, ſed repetat, idq́; non tam ex defectu vol. ſuæ, quàm ex præſumpto fraudandi conſilio aduerſarij. facit Deci. conſi. 181. Quid in impubere doli capace? Diſtingue eodẽ modo. & vi. gl. l. fi. ff. de lib. cau. Alcia. nu. 141. in. c. cùm cõtingat. Sed an in terminis. c. cùm cõtingat. & c. licèt. & l. pactum. de coll. C. & authen. ſacramenta. poſſit peti abſolutio? Dic quòd non. Abb. in. d. c. cùm contingat. nu. 21.

Qua de re vi. ꝑ Cur. iuniorẽ in authẽ. ſacramẽta puberum. C. ſi aduer. vendi. vbi Corne. nu. 35. & eundẽ Curt. nu. 55. ibid. ꝑ Roma. Alex. Iaſ. & alios in. l. is cui bonis. ff. de verb. obli. per Deci. in. l. pupillus. ff. de reg. iur. per Alci. vbi ſuprà. nu. 138. per Deci. in. d. conſi. 181.

*Iuramẽto ꝑdigus non obligatur in foro cõtẽtioſo. cũ cõi contra Anton. & Imolam.*

59 Et licèt Anto. & Imol. in. d. c. cùm cõtingat. tenuerint, ꝙ prodigus, qui cõtractũ iurauit, obligetur. quod & tenẽt Roma. & Areti. in. d. l. is cui bonis. tamẽ in cõtrariũ eſt cõmunis op. in locis ſuprà citatis.





Quam opinionem negatiuam, vt is contractus non firmetur iuramento, aiunt cõem eſſe Alciat. Alexã. & Iaſ. vbi ſuprà. Pro qua cõmuni opin. facit. c. & ſi Chriſtus. extra. de iureiuran. vbi iuramẽtum non aliter eſt obligatorium, quàm ſi habeat iudicium, & diſcretionem, ſed facultas alienandi prodigo ex defectu intellectus ipſius adempta eſt. l. 1. & per totum. ff. de curat. furioſ. & ferè per totum. C. eodẽ. & licèt ea præſumptio, quòd is careat intellectu, lege ciuili inducta fuerit, & materia iuramenti non ſubiaceat iuriſdictioni legis ciuilis. d. c. venerabilem. de electio. tamen regulariter legum ciuilium pręſumptionibus etiam de iure canonico ſtatur. c. 1. & 2. de noui operis nunti. ne regulariter diſcordia inter hæc iura inducatur, niſi in quibus caſibus inducta expreſſim reperitur.

Neq; ad rem pertinet, quòd in materia iuramenti diſcordia inducta reperiatur. arg. d. c. cùm contingat. & d. c. licèt mulieres. & d. c. quanuis pactum. & d. c. ſignificãte. de pignorib. Nam illa iura loquuntur, quando ille, qui iurauit, legitimæ ætatis erat, nec carebat intellectu: nos autem loquimur in prodigo, qui vtriuſque iuris cenſura, præſumptione, & interpretatione videtur carere recto, & integro intellectu, cuius intellectus defectus, vel etiam penuria, vel exiguitas debilitat, eneruat, & extenuat vires, virtutemq́ue iuramenti. argumento. d. c. & ſi Chriſtus. de iureiurando. l. fina. C. de non numerata pecunia.

Nec ad rem pertinet, quòd delictis obligentur & puniantur. arg. eorũ, quæ habentur in. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Nam talis punitio etiã principaliter expedit reipublicæ propter quietem, & pacem, ne delicta maneant impunita. Non ſic expedit reipublicæ tales contractus à prodigo celebratos iuramẽto firmari, & oppoſitum eſt reipublicæ vtilius, & conſultius.

Præterea eſt longa differẽtia inter prodigum delinquentem, & eundem contrahẽtem. Nã cùm deliquit, id fecit ſpõtanea voluntate, nullius ſuaſione adductus, vnde meritò videtur delicto conſenſiſſe, ſicq́ue punietur non iniuria. Non ſic quando cum alio cõtrahit, cuius ſuaſione, opera, cura, & induſtria, non ſpontanea omnimodo, & libera volũtate ſua contraxiſſe videtur, cùm is contractus vtilis ſit ipſi, quo cum is prodigus contraxit, delictum autem prodigi nulli vtile ſit: itaque ex vtilitate illius, qui cum prodigo contraxit, arguitur ſuaſio, deceptio, ſeductioq́ue: non ſic in delicto à prodigo perpetrato, ex quo nulla vtilitas alteri regulariter accedit, ſicq́ue pleno iudicio ipſius prodigi, non alterius ſeductione, ſuaſione, circumuentione perpetratum intelligitur. Eſt ratio & noua & efficax, ex qua deſcendit, quòd malam fidem præſumatur habere is, qui ſimilibus cum hominibus contrahit. vt dict. c. qui contra. de regu. iur. in. 6. d. l. quemadmodum. C. de agricolis & cenſi. lib. 11. Quæ omnia intellige dupliciter. Primùm, inſpecto foro contentioſo ciuili. Secundò, inſpecto etiam foro canonico contentioſo. In foro autem animæ veritas ſequenda eſt, neglecta iuris cenſura fallace.

*Iuramento an firmetur alienatio impuberis doli capacis.*

60 Ex his etiam infertur ad quæſtionem de pupillo doli capace, qui ſi quid alienauerit abſque tutoris authoritate, non valet alienatio, nec firmatur per interuentum iuramenti. Ita tenent Accurſius, Guilielmus de Cuneo, Petrus, Cinus, Odofredus, Butrigarius, Bald. Angelus, Albericus, Fulgoſius, & Iaſ. in. d. authen. ſacramenta puberum. glo. in. c. 1. §. item ſacramenta. de pace iuramento firman. in feud. & ibi Bald. Iaco. Alb. & Præpoſi. ſequitur & dicit eſſe cõmunem opinionẽ Alciat. in. d. c. cùm contingat. nu. 141. ſequuntur & dicunt cõmunẽ op. Alex. & Iaſ. in. d. l. is cui bonis.

Contrariam partem, vt talis impubes obligetur per interuentũ iuramẽti, tenẽt Hoſti. Io. Andr. & Imol. in. d. c. cùm contingat. Archi. in. d. c. quanuis pactũ. Abb. conſi. 39. Duo ſunt. in prin. Salice. Paul. & Alexander in. l. qui iuraſſe. ff. de iureiur. Decius, qui hanc dicit cõmunem op. in d. l. pupillum. ff. de reg. iur. Romanus in d. l. is cui. Andr. de Iſernia, & Iacobus de Belloui. in. d. §. item ſacramenta. Salice. Paul. Areti. & Corne. in. d. authen. ſacramenta puberum.

Pro prima opinione negatiua, vt contractus is nõ firmetur per interuẽtum iuramẽti nõ magis q̃ ſi id iuramentum nõ interfuiſſet quo ad forum contẽtioſum tam ciuile quàm canonicũ, facit efficaciter tex. in. d. authen. ſacramenta puberũ. vbi dicitur tales cõtractus firmari per interuentum iuramenti à puberibus adhibiti: ergo aliud eſſet, ſi ab impuberibus adhiberentur, maximè quia. d. authentica. ſacramenta puberum. eſt correctoria iuris ciuilis. vt ibidem tenent communiter doctores. & conſequenter non eſt extendenda etiam ex paritate rationis. vt eſt magis cõmunis opinio, quam latè reſoluit Iaſ. in authent. quas actiones. C. de ſacroſanctis eccleſijs. & longè minor ratio eſt in impubere doli capace, quàm in eo, qui pubes eſt. Patet, quia non poteſt facere teſtamentum. l. qua ætate. ff. de teſtamentis. §. præterea. Inſtitut. quibus non eſt permiſſum facere teſtament. & eſt ſub poteſtate tutoris. §. 1. Inſtitut. quibus modis tute. finiatur. facit. l. finalis. vbi Bald. C. de interdict. matrimonio. Et licèt in quibuſdam æquiparetur pupillus doli capax adulto, tamen ad tollendam conſequentiam ſufficit dari vnam inſtantiam. glo. & latè Iaſ. in. l. ſi creditori. ff. de noui operis nuntiatione. vnde cùm ſint plures differentiæ inter pupillum doli capacem, & puberem, ſeu adultum. dict. authentica. ſacramenta. non debet extendi ad pupillum etiam doli capacem.

Secundò facit, quia impuberes non obligantur voto etiam de iure canonico. cap. 1. &. cap. ſignificatum. de regul. in. 6.

Tertiò facit, quia iuramentũ nõ tenet, vbi non eſt diſcretio, & iudicium. d. c. & ſi Chriſtus. ſed id defuiſſe præſumitur in pupillo. l. pupillus. ff. de acquiren. hære. l. videamus. ff. de in litem iuran.

Sed pro contraria parte eſt fortis text. in. c. ex literis. extra. de ſponſalibus. vbi pupillus doli capax per interuentum iuramenti compellitur ſtare contractui ſummi præiudicij, qualis eſt contractus matrimonij, ergo longè faciliùs compelletur ſtare reliquis contractibus. Per quem textum re vera magis placet hæc opinio affirmatiua, vt contractus valeat. Nec ad rem pertinet quod Alciatus vbi ſuprà reſpondit, quòd licèt ex periurio peccet pupillus doli capax. vt in dict. c. ex literis. tamen ſimiliter prodigus peccat ex periurio, & tamen non compellitur obſeruare contractum iuratum. Nam reſpondeo eſſe longam differentiam inter delictum, quod præſumitur ſpontanea volũtate patratum, & contractum, qui ſeductione aduerſarij initus videtur. d. c. qui contra. d. l. quemadmodum.

61 Denique quo ad illum articulum, an mulieres, quæ pro alio fideiuſſerunt, licèt regulariter non obligentur, vt per totum. C. &. ff. ad Velleianum. obligentur ſaltem per interuentum iuramenti? Et Bart. in hoc membro quinto, vt ſuprà retuli, tenet eas obligari. eſtque communis opinio, quam tenent Bart. etiam in dict. authent. ſacramenta puberum. & ibi Paulus, & Angelus, Abbas, Imola, & Felinus colum. 4. in. c. ex reſcripto. extra. de iureiurando. Et in hanc partem inclinant quæ latè traduntur per Tiraquellum in. l. ſi vnquam. C. de reuocand. donatio. in princip. num. 135. & Philipp. Francus colum. 2. & Georgius Natã colum. 3. in. d. c. quanuis pactum. de pactis. in. 6. Felinus in. c. ſi diligenti. de foro competen. Alexan. & Iaſ. in. l. in repudianda. ff. de acquirenda hæredita. Alexan. conſi. 27. colum. 3. lib. 1. Curtius iunior conſil. 47. colum. fina. Alexan. nu. 30. in. l. ſciendum. ff. de verbo. oblig. poſt Romanum ibidem. Anto. Burgenſis in. c. penult. nu. 36. de emptio. & venditione. ſecundùm quem hæc eſt cõmunis opinio.

*Iuramẽto firmatur ſi deiuſsio mulieris. cum cõi cõtra alterã cõmu.*

Contrariam tamen partem, vt per interuentum iuramenti is contractus fideiuſſionis non firmetur, tenent Imola in d. c. penult. de emptio. & venditio. Iaſ. in dict. authenti. ſacramenta puberum. nu. 56. Bald. conſi. 47. lib. 1. qui hanc opinionem dicit communem. Ioã. Andr. in additio. ad Specul. titu. de renuntiatio. & concluſ. colum. 3. Imola & Aretinus colum. 11. in. d. l. ſciendum. Hippolytus in rubrica. de fideiuſſ. nu. 38. ſentit Bar. in. d. l. ſciendum. colum. 2. dicens ita conſuluiſſe ſe. Imola in. c. 1. extra. de commo. Alexan. conſi. 3. lib. 1. Viſo inſtrumento. colum. 3. ſequitur nouiſſimè Didacus de Couarru. in. d. c. quanuis. parte. 2. §. 3. nu. 5. in fi. licèt non abneget, quin ſuperior contraria op. receptior ſit.

Teneo ſuperiorem partem affirmatiuam, vt is contractus fideiuſſionis per interuentum iuramenti valeat, non ſecùs, quàm ſi vir fideiuberet. Pro qua in primis eſt textus in ſpecie in. c. ex reſcripto. de iureiurando. qui re vera hanc probat opinionem, ſi penitiſſimè inſpiciatur. Secundò, probatur per textum in l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. vbi iuramentum habet hanc vim, vt actus valeat eo meliore modo, quo valere poteſt. vt per illum textum tenent Bart. Bald. Imola, Ang. & Cuma. & alij ibidem. tenet Bar. vbi ſuprà in. 7. membro. num. 13. per Corneum in. d. authen. ſacramenta. nu. 62. per Abbat. in. c. cùm contingat. nu. 24. cum ſequen. vbi Alciat. nu. 150. cum ſeq. Sed iſta fideiuſſio poteſt valere, ſi mulier fideiubens, videatur expreſsim in iudicio renũtiaſſe Velleiano, cùm de eo eſſet certiorata, & probè edocta. l. fi. §. pen. ff. ad Velleianum.

Ergo mulier, quæ iurauit, videtur voluiſſe vt valeat eo caſu, quo valere poteſt renuntiatio, propter interuentum iuramenti, & ſic quòd valeat perinde ac ſi ipſa ritè renuntiaſſet Velleiano.

Tertiò, iuramentum ſecundùm doctores ſuprà citatos habet hanc vim, vt iurans videatur velle, quòd quatenùs ſe extendit iurantis poteſtas quo ad illum contractum vel actum, de cuius validatione, & firmitate agebatur, eatenùs ſe extendat validitas, firmitas, effectuſque ipſius actus. ita probatur expreſſim in dict. §. *filius matrem. ergo* cùm ſit in poteſtate mulieris, quòd eius fideiuſſio valeat & teneat per renuntiationem Velleiani ritè factam, ſupereſt, vt per interuentum iuramenti talis fideiuſſio valeat, non ſecùs, quàm valeret per renuntiationem mulieris ritè factam. eſtque reale fundamentum.

Poſtremò hæc pars mihi non ſolùm verior, ſed ferè indubitata eſſe videtur. Nam ſi in quibus caſibus deficit poteſtas renuntiandi, adhuc tamen in illis actus per interuentum iuramenti firmatur, quando prohibitio legis reſpiciebat principaliter vtilitatem iurantis. vt eſt in terminis authenti. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit. Nam ſi minor habens curatorem ſine authoritate curatoris contrahat, vel alienet, nihil agit, quantumcunque (citra iuramentum) renuntiauerit. vt in. l. ſi curatorem. C. de in integrum reſtitutio. & in. l. Titio centum. in principio. ff. de conditio. & demonſtra. idem ſimiliter in filio, qui cum patre ſuo pepigit de nõ ſuccedendo, qui vtcunq; renuntiet, ſibi

præiudicare non poteſt. vt in. d. l. ſi quando. §. illud. cum concor. C. de inoffi. teſta. & tamen illud pactũ firmaretur iuramẽto. vt. d. c. quãuis. ergo longè faciliùs per tale iuramentum firmabitur fideiuſſio mulieris, cùm ipſa poſſit etiam ſine iuramento huic beneficio renuntiare. vt in d. l. fi. §. pe. ff. ad Velleianum.

*Iuramento firmatur actus uetitus fauore priuati, licèt uerba ꝓhibitiõis in eum, uel in aduerſariũ dirigãtur. cũ cõi contra Bar.*

62 Deniq; quod Bart. in hoc. 5. mẽbro ait, contractum vetitum non firmari iuramento, quando verba dirigũtur in eum, qui cũ vetito cõtrahit. veluti ſi dixit lex, Nullus cum minore, vel cũ fœmina audeat contrahere abſq; interuentu & conſenſu duorum conſanguineorum. id ab omnibus meritò improbatur, quos ſuprà retulimus in. 3. membro. Nam quãdo prohibitio inducitur principaliter ob fauorẽ prohibiti, tunc ipſe huic prohibitioni poteſt renuntiare. l. pe. C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſc. & clericis. Et licèt minores, & ſimiles, in quibus præſumitur imbecillitas intellectus, non poſſint renuntiare legibus, quæ eorum fauore introductæ ſunt. vt probat text. ſecũdùm verum intellectum in. d. l. Titio centum. in prin. ff. de condi. & demonſt. & l. 2. C. de vſucap. pro emp. iuncta. l. filiusfamil. §. diui. ff. de leg. 1. tamen fallit, quando interpoſitum eſt iuramentum, nam tunc etiam minores per interpoſitionem iuramenti poſſunt tranſgredi leges eorum fauorem reſpicientes. vt patet in. d. authẽ. ſacramenta puberum. Neq; ad rem pertinet, quòd verba prohibitionis dirigantur in eum, qui cum minore contraxit, nam ſuprà iam reſponſum fuit.

*Prohibitus accipere fauore reip. nõ põt accipere etiam ab ſponte ſoluente. cũ cõmuni.*

63 Sed dum Bar. pro ſe allegat glo. l. inuitus. §. fin. ff. de reg. iur. vbi habetur, quòd prohibitus accipere, non poteſt accipere etiam ab ſponte ſoluente, quod ad vſum forenſem frequentiſſimè trahitur propter eos, qui publicis muneribus, & honoribus funguntur, qui vetantur quicq̃ accipere propter bonum publicum principaliter, ne ſimiles pecuniarum elargitione corrumpantur, & per hoc & iuſtitia pereat, fugetur, & denegetur, ipſiq́ue iudices, tabelliones, & alij miniſtri inuitentur ad delinquendum.

Qua in re ſciendum eſt, quòd licèt regulariter qui vetitus eſt exigere, non intelligatur vetitus accipere ab ſponte ſoluente. c. dilectus. 2. extra. de ſimonia. etiã ſi iurauerit. c. ad noſtram. 2. extra. de iure iurando.

*Prohibitus accipere, nõ põt accipere etiam ab ſpõte ſoluente.*

64 Tamen ſi etiam accipere vetitus ſit, nõ poteſt quicq̃ capere, etiam ab ſponte ſoluẽte. l. 1. §. proinde. ff. de vari. & extra. cog. glo. in. l. 2. in verb. ſed præſtari. ff. de orig. iur. glo. in. c. exigit. de cẽſib. in. 6. in verb. volẽte. ꝑ tex. ibi. & ꝑ tex. in. c. ſtatutũ. §. aſſeſſorẽ. de reſcrip. in. 6. Bar. & Deci. in. d. l. inuitus. §. fi. de reg. iur. Dida. de Couarr. in. d. c. quanuis. 2. par. §. 3. in fi. qui allegat glo. & doct. in. c. 1. de ſimonia. Io. Maior. in. 4. ſententiarum. diſt. 25. quæſt. 4. Sicq́; hæc eſt cõmunis opinio. Limita, niſi quis ob publicam vtilitatem prohibeatur exigere, nam tunc etiam accipere ab ſponte præſtante non poteſt, ſecundùm Deci. & Couarru. vbi ſuprà. arg. tex. in. c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcript. in. 6. Quod veriſſimum ſimulq́; ſanctiſſimũ puto per rationem. l. ius publicum. ff. de pactis. l. priuatorum. C. de iuriſdict. om. iudic. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. aliter enim & litigantium ius, & iuſtitia periret, atq; euerteretur, & accipientes ad delinquendum per denegationem iuſtitiæ inuitarentur. In foro autem animę an idem ſit, docet Ripa in tractatu de peſte. in vltima parte. §. de medicorum. nu. 113. & Couarru. vbi ſuprà.

Quid autem ſi is, qui præſtitit, iurauit non repetere? Dic vt per eoſdem.

Et hac etiam ratione defendi poteſt, ꝙ ſi per ſtatutum officialis publicus, qualis eſt magiſtratus, durante tempore ſuæ iuriſdictionis vetitus ſit contrahere, tũc contractus eo tempore factus contra legis



gis formam, interdictum, & prohibitionem nullius momenti erit, nec etiam firmabitur iuramento: tum, quia præſumitur defectus voluntatis & conſenſus ex parte eius, qui cum eo contrahebat. argum. per totum. C. ne liceat potentioribus. & per totum. C. & . ff. quod metus cauſa. & argum. l. fi. C. ſi quis alteri vel ſibi. & argumẽ. l. non licet. C. de contrah. empt. Tum etiam, quia per hoc ipſemet iudex inuitaretur ad delinquendum. cõtra tex. cũ glo. & ibi notatis. C. vt in poſſ. leg. & dixi latè ſuprà. delicta autem euitari, intereſt reipublicæ, etiam principaliter. l. congruit. C. de offi. præſ. l. 1. ff. de iuſti. & iur. l. 1. & . 2. ff. de leg. Alex. poſt alios in. l. Seius & Augerius. ff. ad leg. fal. Tum & tertiò, quia per talem contractum iuratum ius, & iuſtitia ab illo iudice adminiſtranda periret, ipſeque per illum modum contra conſultiſsimam ſtatuti prohibitionem corrumperetur in certiſsimam reipublicæ perniciem, cuius principaliter intereſt rectitudo, & probitas magiſtratuum. l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iur. nam per talem iudicum corruptelam quilibet de populo læſus intelligitur, quia nulli licebit ad talem iudicem corruptum vacuus accedere, ſi ei gratus eſſe velit. Neque ad rem pertinet, quòd huiuſmodi prẹſumptiones iuris ciuilis, id eſt, illius ciuitatis tãtùm, vbi tale ſtatutum viget, eſſe videantur nõ etiam iuris canonici: nam imò etiam ſunt præſumptiones iuris canonici. vt in iuribus ſuprà alleg.

1 *IVramento firmatur actus infirmus defectu ſolennitatis probatoriæ. contra communem.*
2 *Iuramentum facit, ut actus ualeat eo modo, quo poteſt. cum communi.*
3 *Iuramentum non purgat uitium formæ omiſſæ. cum communi.*
4 *Iuramentum non facit, ut ex inutili ſtipulatione oriatur actio. contra nouiſſimos.*
5 *Iuramentum facit, ut fideiuſſor in plus obligetur, quàm principalis. cum communi.*
6 *Iuramentum non ſupplet defectum conſenſus. cũ communi opinione. Et an excludat excep. non nume. pecu.*
7 *Iuramento firmatur promiſſio rei principalis, uel uſibus publicis deſtinatæ. contra communẽ.*
8 *Iuramentum firmat actum ob priuatam utilitatem uetitum. cum communi.*
9 *Iuramento firmatur tranſactio ſuper alimentis futuris. cum communi. contra Bar. & Fulg.*
10 *Iuramento firmatur tranſactio facta non cognitis uerbis teſtamenti. cum communi. contra Alexan. & Ange.*
11 *Iuramento firmatur donatio inter uirum & uxorem. cum communi. contra alteram cõmunẽ.*
12 *Quid ſi donatio erat confeſſata tantùm?*
13 *Quid ſi donatarius uiuo donatore deceſſit? cum communi. contra Bal. & Decium.*
14 *Iuramento firmatur donatio, quam facit paterfa. filio ſuo. cum cõmuni. contra quamplures.*
15 *Iuramento firmatur donatio, quam facit filiusf. patri ſuo. cum communi.*
16 *Iuramento renuntiari poteſt titulo. ne fideiuſſ. dot. dentur. cum Abb. & Imol. contra Bar. & alios.*
17 *Iuramento renuntiatur priuilegio ceſſionis bonorum. cum communi. contra quamplures.*
18 *Iuramento excluditur inſinuationis ſolennitas. cum Abb. & alijs.*
19 *Iuramento an firmetur cõtractus factus ſine cõſilio conſanguineorum, contra formam ſtatuti.*
20 *Iuramento non fit firma ſucceſſio. cum cõi.*
21 *Iuramento firmatur contractus innominatus. cũ Corn. contra Alciatum.*

SEXTVS caſus Bart. quando prohibetur cõtractus, quia lex improbat, vel non aſsiſtit ex defectu vtilitatis illius, in cuius fauorem fiebat, & tunc ſit prima concluſio, quòd firmatur iuramento. Secunda cõcluſio. Ex ſtipulatione alteri facta oritur obligatio naturalis. Tertia concluſio. Stipulatio alteri facta firmatur iuramento. Quarta concluſio. Stipulatio alteri facta recipit pœnalẽ ſtip. Quinta concluſio. Vbi cadit obligatio nat. ibi & iuramentum, & contrà. Sexta concluſio. Vbi cadit ſtipulatio pœnalis, ibi & iuramentum, & contrà. Septima concluſio. Vbi non cadit obligatio nat. ibi nec ſtipulatio pœnalis, nec iuramen-

 tum

tum.Itaq; obl.nat.ſtipulatio pœnalis,&
iuramentum æquiparantur. Octaua cõ
clu.Pactum nudum firmatur iuramẽto.
Intelligo etiam de iure ciuili, ne aliàs ſit
indubitatum.Primam & tertiam concl.
veram puto.vt dixi latè ſuper lect.l.ſtipu
latio iſta.§.alteri.de verb.oblig.Cõfirmo
per.c. quoties cordis.7. quæſt.1. & quod
not.Bart.in authen.ſacramenta.C. ſi ad-
uer.vend.nu.12. vbi concluſimus, ꝙ iu-
rans obligatur etiam abſenti,& ignoran
ti,quaſi partis abſentia Dei præſentia re-
pleatur.tex.melior de iure in.l.properan
dum.§. ſin autem reus.C. de iudi. facit.c.
debitores.de iurei.ibi,Dño reddere iura-
mẽtum.Confir.Nam ſi qui in manu iu-
dicis abſenti promittit,obligatur, quaſi
is iudex tanꝗ ꝑſona publica,quæ ad vti-
litatem totius communitatis aſsiſtit,alte
ri poſsit quærere. glo. l.in plurium. & in
l.is q hæres.in pr.vbi Iaſ.nu.20.ff. de acq.
hęr.dicit eſſe cõmunẽ op.gl.l.1.ff.de cur.
bo.dan.quantò magis qui abſenti in ma
nu & præſentia Dei iurans ꝓmittit,cùm
Deus pro vniuerſorum vtilitatibus aſsi-
ſtat? Secunda concluſio non eſt vera, vt
probaui in.d.§.alteri.Quarta cõcluſio eſt
expedita.In.5.concluſione non eſt ſemꝑ
vera illa æquiparatio : quia vbi non obli
gatur quis etiã naturaliter,obligatur ſal-
tem iuramento,vt in hac ſtipulatione al
teri facta ſecundùm noſtram op.In.7.cõ
cluſione non puto veram illam æquipa
rationem:nam & pœnalis ſtipulatio ca-
dit vbi non eſt obligatio etiam nat. vt ſi
promiſi tibi rem alienam habere licere,
nam dño vendere nolente ſatisfacio, vt
nec naturaliter ſim obligatus, & tamen
pœna committeretur. l. ſtipulatio iſta.§.
quæſitum.de verb. obli. quo caſu etiam
iurans fortè non teneretur.Octaua con-
cluſio eſt expedita per ſuperiora.

Et circa iſtam materiam vltra Bart. &
doctores vbi ſuprà.videndus eſt Philip.
Corneus in.d.auth. ſacramenta puberũ.
C.ſi aduer.vend. num.58.& Alciat.in.d.
c.cùm contingat.numer.221. vbi Abbas
num.31. Latiſsimè per inſignem Didacũ
de Couarru.in.d.c. quanuis.2. parte.§. 4.
Quam materiam ideo prætermittimus,
quia latiſsimè diſſerimus in fine huius
commenti ſuper.d.§.alteri.

Septimus caſus Bar.eſt, quando con-
tractus improbatur ex defectu ſolenni-
tatis probatoriæ, quo caſu prima cõclu.
ſit,ꝙ non firmatur iuramento. Secunda
concluſio, ꝙ propter publicam vtilitatẽ
ſolennitates probatoriæ fuerunt inuen-
tę.Tertia concluſio. Publica vtilitas ſub
uerti non poteſt priuatorum pactione.
Quarta concluſio. Iuramentum habet
vim huius clauſulæ, ſi non valet quod
ago vt ago, valeat vt meliùs valere po-
teſt.Quinta concluſio.Iuramentum ha-
bet vim clauſulæ codicillaris.Sexta con-
cluſio. Diſpoſitio iurata, quæ peccat in
ſolẽnitate probatoria,licèt non poſsit va
lere in vim illius diſpoſitionis, quã age-
re volebant contrahentes,poterit tamen
valere in vim alterius.Vnde poteſt infer
ri,ꝙ inutilis ſtipulatio in terminis.l.1.§.ſi
quis ita.ff.de verb.l. an inutilis. ff. de ac-
cepti.l.1.§.ſi eum. ff. de conſti. pecu. vtile
habebit pactum,atq́; id pactum propter
iuramentum executioni mandabitur.
Quid ſi erat ſtatutum ne valeret contra
ctus mulierum, vel minorum, niſi fieret
de conſilio duorum cõſanguineorum,
an firmatur iuramento illis non interue
nientibus? Dic ꝙ ſic, ea enim ſolennitas,
quæ adhibetur, non ad probationem ve
ritatis, falſitatẽq́; vitandam deſideratur.
vt.l.fi.C.de fideico.ſed ad vtilitatem, cau
telamq́; mulierum, minórumue, ne deci
piantur. Itaq; vt propter iuramentũ di-
ſpenſatur cũ ſolẽnitate iuris cõis, quæ ad
cautelã minorũ deſideratur.auth. ſacra-
menta.C.ſi adu.vend.cumq́; illa,quę ad
cautelam mulierum deſideratur.c.licèt.
de iureiu.in.6.c.cùm contingat.extra.de
iureiur.ita etiam diſpenſari poteſt cũ ſo-
lennitate ſtatuti. Adde quod dixi infrà.

Et quo



*Iuramento firmatur actus infirmus defectu ſolennitatis probatoriæ contra communem.*

1 Et quo ad materiã huius. 7. membri,
vi. latè per Corneum. num. 62. in. d. au-
then. ſacramenta puberum. C. ſi aduer-
ſus venditionem. & per Alciatum num.
150.in. d. cùm contingat. vbi Abbas nu.
24. per Couar. in. d. c. quanuis pactum.
de pactis.in.6.in.2.parte.§.6. Et ſecũdùm
Couar.& Alciatum vbi ſuprà.Commu-
nis op.eſt cum Bar. vt actus deficiens ra-
tione ſolẽnitatis probatoriæ non valeat,
nec per interuentum iuramenti firme-
tur, non magis, quàm ſi iurament. non
interfuiſſet : nam ſolennitates probato-
rię(inquit Bar.)ſunt inductæ propter pu
blicam vtilitatem, cui nocere non poſ-
ſunt priuatorum conuentiones.l.ius pu
blicum.ff.de pact.l.conuenire.ff.de pact.
dotali. etiam per interpoſitionem iura-
menti.d.c.quanuis.in fi.&.d.c. cùm con
tingat.&.d.c.licèt mulieres.de iurei. lib.
6. Præterea ſecundùm Couarru. vbi ſu-
prà. iuram. non habet vim probationis,
ſed confirmationis, nec in hoc interpo-
nitur,vt augeatur rei,qua de agitur, pro
batio, ſed magis vt ea res iam probata fir
ma ſit.Vnde ſi in contractu vnicus teſtis
interfuit,licèt iuram.interſit, nihil ope-
rabitur : quia vt licèt re vera interfuerit
conuentio,ei non credimus : ita quoq; li
cèt ei acceſſerit iuram. ei non credimus:
quia licèt falſò, tamen opinamur neque
conuẽtionem interfuiſſe, neq; iuramen.
Vnde ſi conuentioni de non ſucceden-
do inter patrem & filium interpoſitæ co
ram vno tantùm teſte acceſſerit iuram.
& filius fateatur conuentionem, & etiã
iuram. interfuiſſe, dicat tamen ſe exclu-
ſum non eſſe ex defectu probationis, au
diendus nõ erit, quia defectus probatio-
nis ſuppletur per ipſius confeſsionem. l.
vn.C.de confeſſ. l.fi.C.de fidei.§.fi.Inſtit.
de fidei. hære. per totum.ff.de confeſsis.
Neq; tunc dicimus, quòd iuram. firmat
actum ratione ſolennitatis probatoriæ
ceſſantis infirmum : quia ſolennitas illa
non defuit, cùm ex legis iuſtiſsima inter
pretatione ſuppleatur, ſed tunc dicimus
iuram.firmaſſe cõtractum vetitum pro-
pter priuatam renuntiantis vtilitatem.
Ergo non eſt verum, quòd propter bo-
num publicum per interuentum iura-
menti deſinat confirmari actus ex defe-
ctu probationis infirmus, nam tunc per
confeſsionem partis talis actus non fir-
maretur.vt.d.l.ius publicum.&.d.l. con
uenire.Sed verius eſt,quòd confirmatio
ceſſat ex defectu probationis: vnde quo
ties probatio aliqua ratione ſuppletur,
& detegitur,ipſum iuram.hoc caſu ope-
ratur non ſecùs,quàm in alijs caſibus:er
go virtus iuramenti nõ ceſſat, ſed ipſius
iuramẽti probatio. vt in ſimili dicit text.
in.l.duo ſunt Titij.ff.de teſt.tut. Et in ſi-
mili etiam probat tex.in.l.1.ff.de liber.&
poſt.ſecundùm noſtrum intelle. tradi-
tum ſuprà.

Tenendum eſt ergo firmari iuramẽ
to actum infirmum ex defectu probatio
nis, vel ſolennitatis probatoriæ, qui qui
dẽ actus etiam aliàs erat lege vetitus pro-
pter priuatam principaliter vtilitatem. li
cèt in contrarium inclinent doct.com-
muniter vbi ſuprà. & vtilitas erit de qua
ſuprà.

Quid autẽ ſi ſtatuto caueretur, quòd
nõ valeret inſtrumentum notarij dicen-
tis mulierem ſeſe obligaſſe, niſi ibi inter
fuerit conſenſus duorum cõſanguineo-
rum, nec crederetur tali inſtrumento, vi
dendum eſt, an ſi in tali inſtrumẽto etiã
dicatur mulierem iuraſſe, valeat illa obli
tio? Et Antonius & Imola in.d.c.cùm cõ
tingat.quos refert Alciatus vbi ſuprà, te
nent tale inſtrumentum contra formã
ſtatuti per interuentum iuramenti vale-
re,& probare obligationẽ mulieris. Sed
Alciatus vbi ſuprà, ait huic dicto,& opi-
nioni aduerſari communem opinio. ſu-
prà relatam, quam etiam ſequũtur Bald.
in repetitione.l.2.ff.de iureiuran.& Pau-
lus conſil.61. Notandum eſt. & Alexan.
conſil.95.in fi.lib.1.Socinus conſilio.97.

Abun-

Abũdè in vltimo dubio. quos referr Alciatus vbi ſuprà.

Quid dicendum? Teneo indiſtinctè communem op. nec enim tale ſtatutum valere deſineret. Nam licèt materia iuramenti non ſit fori ſecularis, ſed Pontificum, tamen qua ratione licèt iure diuino duobus vel tribus teſtibus credatur in quibuſdam caſibus iure ciuili denegatur fides duobus vel tribus teſtibus, vt in teſtamentis, & ſimilibus: ita quoque & hoc caſu iuſtè denegabitur fides tali inſtrumento. Et vt non creditur inſtrumẽto, quatenus firmat interfuiſſe conuentionem: ita quoq; non creditur quatenus firmat iuram. interfuiſſe, aliàs enim facilè, liberũq; eſſet notario, dum ait cõuentionem interfuiſſe, adijcere iuramẽt. quoq; interueniſſe, ſicq; illud ſtatutum reipublicæ ſalutare facilè eluderetur. Præterea in alijs regionibus alia facinora vſitantur, frequentiuſq; perpetrantur: vnde ſi qua in prouincia prædictum ſtatutum vigeat, præſumendum eſt falſitates, deceptiones, machinationeſq; ibi vſitari, quibus id ſtatutum occurrere voluit, nec ei impedimentum fieri debet iure canonico prætextu religionis, ne bonum publicum impediatur, & occaſio delinquendi aperiatur, quibus malis ſtatutum occurſum velle in re dubia credendum eſt. vt latiſsimè per Tiraquellum in tract. de vtroq; retractu. in princ. num. 75. qui allegat quamplures hac de re authores.

Qua ratione idem putarem ex mente communis opinionis ſuprà relatę etiam in legatis ad pias cauſas, vel ſimilibus diſpoſitionibus. Vt ſi ſtatutum diceret, ꝙ teſtamento citra octo teſtium interuentum non crederetur, etiam ſi id teſtam. fieret ad pias cauſas, tunc citra illam ſolẽnitatem teſtamen. nullam vim haberet, etiam ſi fieret ad pias cauſas. Licèt & in hoc contrarium tenuerint Imola & Antonius vbi ſuprà, quos in loco ſuprà citato Alciatus refert. Hæc tamen limitatur tripliciter per Alciatum vbi ſuprà, quas lim. non vacat examinare.

*Iuramentũ facit ut act⁹ ualeat eo modo, quo poteſt. cum communi.*

2 Item illa concluſio, quam ex doctrina Bar. in d. 7. caſu collegimus, nempe ꝙ per interuentum iuramenti actus valeat eo meliori modo, quo poteſt, probatur in. l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. vbi tradunt Bart. Imola, & Paulus. tradunt Bar. & communiter doct. in. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. latè Alciatus in d. c. cùm contingat. num. 159. vbi accommodat. 7. limitationes. per inſignem Couar. in. d. c. quanuis. parte. 2. §. 6. per eund. in. c. Rainaldus. §. 3. num. 10. de teſtamen. probat tex. in. c. quanto. extra. de iureiur.

Octauus caſus Bar. eſt, quando actus imꝓbatur ex defectu ſolẽnitatis formalis, & tunc ſit prima concluſio. Non facit iuramentum, vt valeat in vim illius diſpoſitionis, quam agere intendebant. Secunda concluſio. Facit tamen vt valeat in vim alterius diſpoſitionis, ſi ad illam ſaltem adeſt ſolennitas ſufficiens. Vnde ſi in teſtamento iurato nec quinq; teſtes interfuiſſent, tunc non ſolùm in vim teſtamenti, ſed nec etiam in vim codicillorum valeret. Tertia concluſio. Verba in ſtipulatione ex vtraq; parte exiguntur pro ſolennitate formali. Quarta concluſio. Forma eſt quæ dat eſſe rei. Quinta concluſio. In quibus caſibus fideiuſſor non teneretur, quia non interfuerunt ſolennia, de quibus per totum tit. de fideiu. tunc ſi iurat, tenetur, nõ vt fideiuſſor, ſed vt principalis. Infertur primò, quòd ſi fideiuſſor in duriorem cauſam interfuit cum iuramento, tunc tenetur vt principalis. Infertur. 2. quòd quãdo fideiuſſor aliud quàm principalis ꝓmiſit cum iuramento, tenetur vt principalis. Infertur. 3. quòd licèt principalis non teneretur, tamen fideiuſſor iurans tenetur vt principalis. Sexta concluſio princip. Iuramentum regulatur ſecundùm conſenſum, & quatenus ſe extendit



dit conſenſus, eatenus & iuramentum, non vltrà.

*Iuramentũ nõ purgat uitium formæ omiſſæ. cum com.*

3 Prima concluſio Bar. communiter recepta eſt ſecundùm Couarru. in. d. c. quãuis. 2. part. §. 6. & ſecundùm Alciatum in d. c. cùm contingat. num. 167. Abb. in. d. c. cùm contingat. & ibi Imola in. 7. caſu num. 71. Corneus num. 38. in. d. authẽt. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendi. Marcus Anto. in tract. de virtute iuram. in prin. Angelus in. l. hi qui acceſsiones. ff. de fideiuſ. Romanus in. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verborum obligatio. Alex. conſ. 31. libr. 4. eſtq; communis ſententia ſecundùm Didacum de Couarru. vbi ſuprà. & Hippolyt. in rubr. de fideiuſſ. quęſt. 38.

Huius autẽ concluſionis ea ratio eſt, quòd forma eſt quæ dat eſſe rei. l. Iulianus. §. item ſi quis. ff. ad exhibend. Vnde licèt in tali ſtipulatione iurata ſi mihi ſtipulanti tu per ſcripturam iuratam reſpondeas, promitto, licèt vtrinq; conſenſum videatur, tamen quia ex parte ꝓmittentis verba deficiunt, quæ pro ſubſtantia ſtipulationis deſiderantur, ceſſat vis, & forma ſtipulationis, & conſequenter ceſſant omnes effectus, quos lex ciuilis ſtipulationi accommodauit: & tamẽ quia iuram. concedentis facit, vt ipſe cõcedens videatur velle actum valere quo pleniùs valere poteſt. vt in. l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. & diximus in membro ſuperiore. ideo talis ſtipulatio habebit vim pacti nudi, quod pactum nudum producit actionẽ de iure canonico ſecundùm magis communem op. vt in. c. 1. de pact. aliter enim de iure ciuili talis ſtipulatio etiam in vim pacti non valeret. vt in. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. obligatio. quaſi nõ tam contrahendi, quàm iocandi animum habere videantur, qui formam legis non obſeruant. argu. l. nõ ſolùm. ff. de actio. & obligatio. l. obligationum ſubſtantia. in fi. eod. tit. d. l. an inutilis. ff. de accepti. & quia qui actum facit forma legis prætermiſa, non tam animum aliquid faciendi, quàm nugãdi habere videtur. vt diſſuerimus ſuprà.

*Iuramentũ nõ facit ut ex inutili ſtipulatione oriatur actio. contra nouiſſi.*

4 Neq; quicquam de iure ciuili per interuentum iuramenti ſuppletur. vt in. l. non dubium. C. de legib. l. ſi quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. 1. Vnde apparet vehementer erraſſe inſignem Didacum de Couar. vbi ſuprà. dum firmat, quòd ex inutili ſtipulatione iurata etiam de iure ciuili oritur obligatio nõ ſolùm naturalis, ſed etiam ciuilis, & præterea actio detur, quaſi talis inutilis ſtipulatio vim pacti nudi haberet, quod ſecundùm eum etiam de iure ciuili per interuentum iuramenti producit actionem. Sed ipſe nõ aduertit, quòd inutilis ſtipulatio obligatoria, de qua ipſe loquitur, pactum vtile non habet, etiam quo ad producendam obligationẽ naturalem, & longè minùs quo ad producendam obligationem ciuilem. vt. d. l. non ſolùm. iuncto. d. §. ſi qs ita. neq; de iure ciuili interuẽtus iuramẽti quicquam operatur. vt probauimus. In inutili autẽ ſtipulatione liberatoria, quæ fauorabilior eſt, aliud eſſet. vt diximus in. §. alteri. Inſtit. de inut. ſtip. quem propter ſummam materiæ affinitatem huic lecturæ accommodamus.

Eſt tamen verum, ꝙ idem, quod Couar. tenuit Abb. vbi ſuprà. Sed contrariũ tenent Alexand. conſ. 12. lib. 1. col. fina. & Alciatus num. 172. in. d. c. cùm cõtingat. idem Alciat. in. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. obligatio.

*Iuramentũ facit, ut fideiuſſor in plus obligetur, quàm principalis. cũ communi.*

5 Dum autem Bar. & communiter docto. ſuprà citati in princi. huius membri octaui tenent, quòd licèt regulariter fideiuſſor nequeat in plus obligari, quàm principalis. l. græcè. §. illud. & . §. fi. ff. de fideiuſſ. & . §. 1. & . 2. Inſtitu. eod. titu. tamen per interuentum iuramẽti poteſt etiam in plus obligari. Intellige primò communem concluſionem, quòd ſi de facto in plus ſe obligatum voluit, tunc remanet obligatus non ſolùm in eo, quod principalis promiſerat, ſed etiam in eo, quod

quod ipſe vltrà promiſerat. Secundò intellige, ꝙ pro cócurrente quantitate, qua tenebatur principalis, tenebitur tãquàm principalis. Sed in eo, qđ plus erat in fideiuſſoris obligatione q̃ in obligatione prĩcipali, tenebitur vt principalis, ſicq́; gaudebit beneficijs fideiuſſorum pro concurrente quantitate principalis obligationis, non autem in eo, quod plus erat. Quæ omnia ſunt ex mente & ſententia communis op. vt opportunè annotauit inſignis Couarru. vbi ſuprà. Et ita debet componi, & ſedari illa controuerſia noſtrorum, dum alij volunt, quòd teneatur tanq̃ fideiuſſor, alij verò quòd tanquàm principalis. Qua de re latiùs per Alciatum in.d.c.cùm contingat. nu.172. vbi per Bald.& Abb. Alexand. conſil.31. lib.4. Andręas Sicul. conſi.43. col.penul. cum ſeq.

*Iuramentũ nõ ſupplet defectũ conſenſus cum cõi opinione. & an excludat excep. nõ nu. pecu.*

6 Dum autem Bar. & communiter docto. in hoc.8. membro tenent, quòd iuram. vbi defuit conſenſus, non obligat, hæc concluſio recepta eſt per omnes indifferenter ſuprà relatos. vt & firmat Couarru. vbi ſuprà. & Alciatus in. d. c. cùm contingat. num.175. per. l.fi. C. de nõ nu. pe. Vnde infertur, an in terminis. d.l.fi. ſi cum iuramento quis renũtiet exceptioni non nu.pe. poſsit poſtea retrocedere, nam renuntiatio ſimplex proculdubiò in terminis iuris communis nõ valeret: quia qua facilitate quis inducitur ad ꝑmittendum, eadem etiam inducitur ad renuntiandum ſecundùm Bart. in.d.l.fi. quem omnes ibi ſequuntur ſecundùm Alciatum in.d.num. 175. licèt de iure regio talis renuntiatio valeat. Et ita obſeruat noſtra Hiſpanorum cõſuetudo per leges partitarum.

Sed in terminis iuris communis quãdo interfuit iuram. dubium eſt. Et Bar. in d.l.fi. tenet virtualiter & in effectu talem renuntiationem non valere, quia iurans (inquit) tenebitur pecuniam numerare, ſed ſtatim eam poteſt repetere. vt in ſimili conſuluit tex. in.c. debitores. de iureiũ. Et cum Bart. eſt communis opinio ſecundùm Alciatum in.d.nume.175. & ſecundùm egregium Acoſtam in. l. ſi ex cautione. C. de non nu.pe.

Sed ipſe Acoſta, & alij quamplures, quos ipſe refert, tenent referre, vtrùm iurem me mutuam pecuniam recepiſſe, vt tunc nequeam opponere exceptionem nõ nu.pe. an verò me ſoluturum iurem, vt tunc excipere poſsim, quaſi primo caſu nõ poſsim citra periurium iurare me recepiſſe, niſi re vera receperim. Vnde cùm periurium, & ſic delictum præſumendum non ſit. l. meritò. ff. pro ſocio. taliter iurans præſumitur pecuniam mutuam recepiſſe, neq; admittitur ad allegandum contrarium: tum, quia allegaret ſuam turpitudinem, & ſic non eſſet audiendus. vt. ff. de cond. ob turpem cauſam. per totum. tum etiam, quia per illam fortem præſumptionem ne quis peieraſſe, & deliquiſſe videatur, recedimus ab illa præſumptione, quòd ſpe futuræ numerationis promiſerit. Secundo verò caſu, quandó iuraui me ſoluturum, poteſt intelligi iuratum fuiſſe ſpe fut. nu. neque per hoc argueretur neceſſariò periurium.

Quid dicendum? Totum huius controuerſiæ fundamentum deſcendit à lege fina. C. de non nume. pecu. ex qua nõ apparet, vtro ex iſtis duobus modis ſuprà relatis fuerit interpoſitum iuram. & loquitur inſpecto iure ciuili, quo iure per interuentum iuramenti actus vetitus non ſaluatur. l. non dubium. C. de legi. l. ſi quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. I. Sed de iure canonico periurium ſummoperè, vel etiam periculum periurij vitandum eſt. d.c. quanuis. d. c. cùm cõtingat. dict. cap. licèt mulieres. Vnde ſi iuraui me recepiſſe, nõ dubito, quin nequeam opponere except. non numeratæ pecuniæ. Quòd ſi iuraui me ſoluturũ, adhuc idem. argumen. l. cùm pater. §. filius matrem.





trem. ff. de leg.2. Ad.c. debitores. reſponde, quòd ibi iuraui me ſoluere vſuras, quæ indubitanter ſunt indebitæ, hîc autem iuro me ſoluturum pecuniam mutuam, quam certum non eſt numeratã nõ fuiſſe. Qua de re diſſeruimus alibi.

*Iuramento firmatur promiſsio rei principalis uel uſibus publicis deſtinatæ. cõtra cõmunem.*

Nonus caſus Bar. eſt, quando contra-
7 ctus deſinit valere, eo quòd res in contractum deducta non eſt in commercio, & tunc ſit prima concluſio. Is contractus non firmatur iuramento. Secunda concluſio. Is contractus videtur continere impoſsibile de facto, vel de iure. Tertia concluſio. Conſenſus partium non poteſt ſupplere defectum rei. Ex prima concluſione infertur, quòd ſi vendidi, donaui, legaui rem principis cum iuramento, nihilo magis valebit venditio, donatio, vel legatum, quàm ſi iuratum non eſſet. quod planè voluit Bart. dum allegat. l. apud Iulianum. §. conſtat. de leg. I. Teneo cótrarium, quia negari non poteſt, quin iuramentum faciat, vt diſpoſitio valeat eo meliori modo, quo de iure poteſt. l. cùm pater. §. filius matrem. de leg.2. tradit Bar. in.7.&.8. caſu. Sed iſta diſpoſitio poteſt valere quo ad ęſtimationem rei. l. nõ dubium. de lega.3. quod in ſpecie probat l. ſi quis inquilinos. in prin. de lega. I. vbi glo. ergo vt ſi concederem exprimendo me velle ęſtimationem dari, ſi redimi res non poſſet: ita & ſi iuraui, eodem modo valere debet. quod ſatis probatur per id, quod tenet Bar. ſuprà in caſu.7. & in caſu 8. Nec me mouet, quod ait Iaſ. nu.16. in. l. cætera. in prin. de lega.3. Nam conſidera, quòd aut expreſsim teſtator, vel promiſſor cócedit æſtimationem rei, quæ in cõmercio non erat, & tunc in certis non eſt locus coniecturis, quo fit, vt talis æſtimatio (ſi res redimi nequeat) debeatur: nam licèt res ipſa in commercio non ſit, & ideo non debeatur, quia impoſsibilium nulla obligatio, tamen eius æſtimatio in commercio eſt, & poſsibilis, ergo. &c. Aut expreſsim de æſtimatione mentio facta non eſt, & tunc ſunt opinio. de quibus ibi. Sed noſtra opinio verior & tutior quo ad animarum ſalutem eſt, & conſequenter idem tenendum eſt in eo, qui promittit cum iuramento rem ſacram. Idem & tertiò ſi rem religioſam promittat. Idem &.4. ſi promittat cum iuramento rem vſibus publicis deſtinatam, quibus caſibus nec deficit voluntas obligandi, nec poteſtas. ergo. &c. l. multùm. C. ſi quis alteri vel ſibi. Quod non deficiat voluntas, patet: quia licèt contrahentes aliquando iocari videantur. l. non ſolùm. ff. de actionibus & obligationibus. l. obligationũ ſubſtantia. ff. de actionibus & obligationibus. tamen per interpoſitionem iuramenti inuiolabiliter præſumuntur voluiſſe rem ſeriam, non ridiculam, & otioſam agere. dict. §. filius matrem. & cap. quanto. de iureiuran. & cap. cùm contingat. eod. d.c. quanuis. dict. cap. licèt mulieres. authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit. facit. l. ſi quando. in principio. ff. de legatis. primo. l.3. ff. de militis teſtamento.

Quòd autem poteſtas non defuerit, patet: quia lex interpretatur, vt loco rei tunc detur eius æſtimatio. l. non dubium. ff. de legat. tertio. & omnis conceſſio, quæ impoſsibilis eſt, ipſi concedenti valet, ſaltem in eius præiudicium. argumento. l. rem alienam. ff. de contrahenda emptione. Fateor tamen, quòd in omnibus his caſibus in contrarium ſe habet communis opinio. vt per Alciat. in. d. c. cùm contingat. num. 179. Couarru. vbi ſuprà. Corneus in dict. authen. ſacramenta. num.67. Sed pro nobis fortiter facit, ꝙ licèt ſi ſcienti vendidi rem alienam, non tenear de euictione. l. ſi fundum. C. de euict. tamen ſi expreſsim tunc euictionem promiſi, teneor, vt ſuo loco diſſeruimus. Sic & in propoſito, per interuentum iuramenti eo modo, quo pleniùs poſſum, videor me obligatum

velle, & conſequenter vt cùm rem tradere nequeam, præſtem eius æſtimationẽ, quæ loco rei ſuccedit.l. non dubium. ff. de leg.3.l.Imperator.§.fi.ff.de lega.2.l.ꝓpemodum.ff.de verb.ſig.l.non amplius.§.fi.vbi Areti.ff.de lega.1. Et cùm concedens rem alienam in defectum rei videatur eius æſtimationem concedere, vel intereſſe.vt.d.l.non dubium.&per totum.C.&.ff.de euicti.longè magis qui concedit rem,quæ in commercio non eſt, eius rei æſtimationem ex legis interpretatione conceſsiſſe videtur, cùm certiùs ſciat eam rem ſe præſtare non poſſe, quàm ſi alienam rem, quæ tamen in commercio eſſet, conceſsiſſet, ne actum otioſum, & nugatorium agere interpretemur. cõtra l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt legat. no. cau.l. ſtipulatus. ff. de vſur.l. ſi quando. in princip.ff.de leg.1.l.ſi quando.in prin. cum gloſ.vbi multa diximus.C.de inofficioſo teſtamento.l.fundus qui locatus. ff.de fund. inſtructo. l. quibus diebus.§. dominus.ff. de conditio.& demonſtratio.Neq; ad rem pertinet,quòd impoſsibilium nulla ſit obligatio.Nam reſpondeo, quòd illa impoſsibilitas ex legis interpretatione reducitur ad poſsibilitatẽ.

Nec quenquam mouere debet,quòd debitor ſpeciei, eius interitu liberetur.l. ſi ex legati cauſa.ff. de verborum obligatio.l.mortuo.ff.de lega.2.neque tunc debeatur æſtimatio. vt. dd. legibus. & ſatis perempta eſſe videtur res, quæ in commercio noſtro non eſt. Nam reſpondeo, quòd per interuentum iuramenti videtur is,qui promittit,cogitare de implenda promiſsione per æſtimationis præſtationem, quandoquidem alio modo impleri non poteſt.argum.dict.§.filius matrem.

Poſtremò qui iurat quid impoſsibile, de iure vel facto ſtatim periurus eſt. veluti ſi hominẽ me necaturum, aut cælum digito tacturum iuraui,quia his caſibus implementum æquipollens nullum eſt.

Ergo ſimiliter qui iurat ſe daturum rem ſacram, aut religioſam, aut publicis vſibus deſtinatam,ſtatim periurus erit, niſi interpretemur eum ſenſiſſe de implemẽto æquipollẽti, & ſic de æſtimatione præſtanda. Hæcq; interpretatio omnino facienda eſt, ne ille periurij fœdiſsimi criminis reus videatur. contra.l. & magis. ff. pro ſocio.l.ſunt perſonæ. ff. de religio. Et hac ſola ratione, etiam ſi reliquæ omnes deficerent, cogeremur ita conſulere, & iudicare.

Decimus caſus Bart. eſt, quando propter varias ſubiectorum vtilitates fit prohibitio contractus. Et iſte caſus differt à 3.&.5.caſu,vt differt ius commune à iure ſingulari, & tunc ſit prima concluſio,ꝙ firmatur iuramento. Infertur primò, ꝙ pactum de non ſuccedendo firmatur iuramento. Quod intellige, niſi interponatur ſine notitia eius, de cuius hæreditate agebatur.vt dixi ſuprà in.§. illud.l.ſi quãdo. de inof.Infertur ſecundò,ꝙ renuntiatio alimẽtorum etiam futurorum firmatur iuramento.Infertur tertiò, quòd donatio inter virum & vxorem firmabitur iuramento. Infertur ad ſex quæſtiones, quas ponit Imola in. c. cùm contingat. de iurei.col.85.cum plu.ſequenti.in quibus omnibus magis eſſe videtur, vt per interuentum iuramenti actus firmetur.

*Iuramentũ firmat actũ ob priuatã utilitatem uetitum cũ communi.*

8 Ergo in primis ſit firma cõcluſio,ꝙ actus à lege ciuili vetitus licèt lege ciuili per interuentum iuramenti non firmetur nõ magis quàm ſi iuram. nullum interfuiſſet.vt in.l.non dubium.C.de legibus.l.ſi quis inquilinos.§.fi.ff.de leg.1.tamẽ de iure canonico firmatur.argu.d.c.quanuis. d.l. cùm contingat.d.c.licèt mulieres. & c.ſignificante.ſecundùm noſtrum intellectum.de pignoribus.

Et iſta eſt communis opi.quam tenent Bar.vbi ſuprà in vltimo membro. quem ſequuntur omnes.& Imola in dict.capit. cùm contingat.in. 10. caſu. Alciat. ibid. numero.192.cum pluribus ſequentibus.





Corne.in.d. auth.ſacramenta puberum. C.ſi aduerſ.vendi.num.69.

*Iuramento firmatur tranſactio ſuper alimentis futuris cum cõmuni cõtra Bar. et Fulgoſ.*

9 Vnde infertur,an valeat tranſactio ſuper alimentis de futuro debitis per interuentũ iuramenti? Quam citra iuram.nõ valere,certũ eſt.vt in.l.cùm hi. ff. de trãſact.& Bar.& Fulgoſ. in.d.l.cùm hi.& idẽ Fulgoſus in.l.qui fidem.eod. tit.tenẽt talem tranſactionem etiam iuratam nõ valere.& idem Bal.in.d.l.pactum.

Contrarium tenuit Bart.in. d. l. ſi quis pro eo.in fi.tenent communiter doct. in in.d.c.cùm contingat. ſecundùm Alciatum ibid.numer.192.& Imol. in.10. caſu Iaſ.in.d.l.cùm hi.

Et hanc vltimam partem veriorem puto.arg.d.c.cùm cõtingat.&.d.c. licèt mulieres.&.d.c.quanuis pactum.Nam filius qui futuræ patris hæreditati renũtiat cũ iuramẽto, in neceſsitatẽ & periculum famis incidere poteſt, nõ ſecùs,quàm ſi futuris alimentis ſibi in teſtamẽto alicuius relictis renuntiaret, vnde pariter vtroq; caſu renũtiatio debet firmari per interuẽtũ iuramenti.Sed & mulier ſimiliter,quę alienationi rerum dotaliũ cum iuramẽto conſenſit, ſimiliter poteſt in periculũ famis incidere, & nihilominus ea alienatio per iuram.validatur.ergo &c. Sed & in illa patris hæreditate renuntianda cũ iuramento adeſt aliud vitiũ,quia contra bonos mores ciuiles facta intelligitur.vt in.d.l.ſi quãdo.§.illud.C.de inof. teſtam. ibi ſecundùm Papiniani reſpõſum, quo definiuit, meritis magis filios ad obſequia paterna prouocandos, quàm pactionibus adſtringendos.quod vitium non eſt in renuntiatione alimentorum futurorum.

*Iuramento firmatur tranſactio facta non cognitis uerbis teſtam. cum communi contra Alex. et Angel.*

10 Secundò infertur, an renuntiatio, vel tranſactio non cognitis verbis teſtamẽti per interuẽtum iuramenti firmetur? Mouet quæſtionem. l. de his. ff. de tranſact. vbi regulariter talis tranſactio vetita eſt. ſecundùm Bar.& doct.ibi,ea prohibitio fit in odium occultantium teſtamenta.

facit.l.1.ff.quemadm.teſta.aperi. Et tale iuram.ꝙ non valeat, vel ſaltem ſit concedenda abſolutio,tenẽt Alex.in.l. qui Romæ.§.duo fratres.quęſtione.5.ff.de verb. obli.& Ang.cõſ.84. Cùm lis & quæſtio.

In contrarium tamen eſt vera & communis op.vt talis tranſactio per interuẽtum iuramenti firmetur de iure canonico. Ita tenẽt Antonius, Abb.& Imola in fi.in.d.c.cùm contingat. Cumanus in.d. l.ſi quis pro eo.Corneus in.d. auth. ſacramenta puberum.quæſtione.17.verſic.4. Alexand.conſ.11.in.2.lib.Alciatus in.d.c. cùm contingat.num.194.qui hanc dicit communem op.& Iaſ.in.d.l.de his.

Ratio eſt, quia hæc prohibitio eſt de iure poſitiuo inducta propter vtilitatem ipſorummet, quibus hæc in teſtamentis relinquuntur, cui prohibitioni licèt nõ derogetur per ſimplicem renuntiationem, derogabitur ſaltem per renuntiationem iuratam,cùm hoc caſu id iuram. poſsit ſeruari ſine interitu ſalutis æternę, & citra alterius præiudicium. vt in. d. c. quãuis.&.d.c.cùm cõtingat.&.d. c.licèt mulieres.& in quolibet eorum capitulorum ſi aduertis eſt fortior prohibendi ratio,quàm in hoc caſu,& tamẽ ab ea prohibitione receditur per interuentum iuramenti.

Neq; ad rem pertinet,ꝙ talis prohibitio à lege ciuili facta fuerit odio eorum, qui occultant teſtam. ne homines ad ea occultanda inuitentur. Nam imputandum eſt ei,qui facilè trãſegit, & temerè. Quinimò ſi dolus aduerſarij arguatur, tunc iuram.abſolutione reſcindetur. argum.d.c.cùm contingat.d.l. quanuis.d. c.licèt mulieres. aliud eſt enim quærere, an tranſactio valeat, aliud verò an ritè facta ex dolo aduerſarij reſcindatur. vt in ſimili ait tex.in.l.Titius.ff.de lib.& poſt. ergo regulariter iure canonico id iuram. tenebit, licèt iure ciuili non vtiq;. vt.d.l. non dubium. & dict.l. ſi quis inquilinos.§.fina.

11 *Iuramento firmatur do natio inter uirum & uxorē.cum cōmuni cō tra alterā cōmunem.*

Tertiò infertur,an valeat donatio in-
ter cōiuges?Qua in re Bar.in.l.ſi quis pro
eo.in.10.caſu. & idem Bart. in.l. Seius &
Augerius.ff.ad leg.fal.Cumanus in.d.l.ſi
quis pro eo.Guilielmus de Cuno, & Al-
beri.in.l.ſed & ſi poſſeſſori.in.§.item ſi iu
rauêre.ff.de iurei.Federi.de Senis cōſ.140
Punctus.Antoni.Ancha.Abb. & Imola
in.d.c.cùm contingat.in.10.mēbro.Abb.
cōſ.95.Factū.lib.2.Domini. Præpoſit. &
Abb.in.c.fi.de donat.inter virū &vxorē.
Bal.in repet.l.2. ff. de iurei.col.17.cū ſeq.
And.Sicu.Imola,&Ioan.de Ligna.in cle
mē.Romani.de iurei.Imola & alij in.l. ſi
ꝗs inquilinos.§.fi.ff.de lega.1.& in.l.non
dubiū.per moder.C.de legi.Pau.&Iaſ.in
l.pacta quę cōtra.C.de pact.Paul.cōſ.98.
in fi.Roma.conſi.44.& cōſ.295.Bartho.
Veron.c.112.Corn.in auth.ſacramēta pu
berū.quæſtione.19.Feli.in.c.cùm. m.col.
26.de cōſtituti.Corn.cōſ.118.lib.1. & cōſ.
41.li.3.idē Corn.cōſ.224. lib.4. Deci.cōſ.
202. & eſt cōis concluſio ſecundùm Al-
ciat.qui eos allegat in.d.c.cùm cōtingat.
num.197.licèt ipſe contrarium teneat.hi
oēs tenent talem donati. iuram. firmari.

Contrariā partē, vt talis donatio inter
virū & vxorē nō firmetur iuramento,te
nuerūt Alciat.vbi ſuprà.Bart.Bal.Sali. &
Fulgo.in.l.1.ff.de donati.inter vir.& vxo
rē.Bart.in.l.cùm ꝗs decedēs.§. Titia.ff.de
leg.3.vbi etiā Ang. Anto.& Ioā. Andr.in
add.Specu.ī rub. de dote poſt diuor.reſt.
Cinus in.l.fi.C.de ſacr.eccle.Bal. in conſ.
29.Caſus vir donauit.lib.1.Ang.hîc. Bal.
in.l. cùm multa. c. de donati. ante nupt.
idē Bal.in.d.l.ſi quis inquilinos. §.fi. Sali.
in.l.2.quæſtione.5.C.de reſci.vendi.& in
d.l.cùm multa.Cardi. & Guili. de Mōte
laud.in clem.1.de iurei.Paul.cōſ.64. Sup
iſto.& cōſ.384.Circa primū.lib.2.Henrri
cus Boi.in.d.c. fi. de donati. inter virū &
vxorē.Roma.in rep.rub.ff.de iurei.Soci.
cōſ.65.col.pe.in vol.1.& conſ.66.eod.lib.
Frāci.de Curte.conſ.66.Sapienter.Corn.
cōſ.103. Circa primū. in fi.& ita cōſulue-
rūt.Ioā.d Ferr.& Rain.de Peruſ.& Rain.
de Mōte.ſecūdùm Cepolā in.d. cautela.
112.ſecundùm Alci.vbi ſ.qui eos allegat.

Quid dicendū? Teneo priorē partē,vt
talis donatio firmetur iuramento. Quia
hæc ꝓhibitio iure poſitiuo Romanorū
inducta fuit per tacitū cōſenſum populi
Romani perq́; eorū mores.vt in.l.1.ff. de
donati.inter virū & vxorē. & cōſequēter
nō debet impedire vim & poteſtatē iura
menti.arg.d.c.quanuis.&.d.c.cùm con-
tingat. Deinde,ꝗa negari non pōt, quin
ꝓhibitio.d.c.quāuis.tā fortis, vel fortior
eſſet,q̃ prohibitio inducta per.d.titulum
de donat.inter virū & vxorē.patet in.d.l.
ſi quādo.§.illud.C.de inof.teſtam.ibi,me
ritis magis filios ad obſequia paterna ꝓ-
uocādos,q̃ pactionibus aſtringēdos. vbi
contra bonos mores ciuiles eſſe videtur
pactio de nō ſuccedēdo inter patrem &
filiū,& nihilominus admittitur per inter
uētū iuramēti. Tertiò, ꝗa negari nō pōt,
quin donatio hæc ob mores,vel leges tā
tū ciuiles, & poſitiuas vetita ſit: vnde cū
actus vetitus eo ꝙ ſit cōtra bonos mores
ciuiles firmetur iuramento, ſi non repu-
gnet bonis moribus naturalibus, vel di-
uini, vel canonici iuris,vt diximus ſuprà
eſſe communem opinio.ſequitur.&c.

Quartò,quia vt talis donatio valet in
quibuſdā caſibus etiā de permiſsione iu
ris ciuilis.l.ſi ſponſus.§.ſi conceſſa.&.§.fi.
ff.de donati.inter virū & vxorē.ita per in
teruētū iuramēti generaliter pōt admitti.
Quintò, ꝗa obſeruatio huiuſmodi iura-
mēti ꝑtinet ad ſalutē animarū. vt. d.c. cū
cōtingat.&.d.c.quāuis.&. d.c.licèt.quæ
ſalus cūctis rebus caducis, terreniſq́; prę
ferenda. eſt.l. ſunt perſonæ.C.de relig.&
ſumpt.funerū. Præterea iuram.debet ob
ſeruari quoties ſeruari pōt citra p̃iudiciū
tertij,vel reipublicæ, vel citra ꝑiculū aīa
rū.d.c.quāuis.d.c.licèt mulieres.d.c.cùm
cōtigat.ſed id iuram.citra hęc mala obſer
uari pōt,ꝗa neq; aīa lęditur,neq; cuiq̃ dā
nū īfertur, ꝑterq̃ ipſi donatori.ergo.&c.

Poſtre-



Poſtremò,ſi rectè aduertis,omnes pro
hibendi rationes, quæ militabāt de iure
ciuili,ceſſant de iure canonico. Nam in
l.1.&.2.ff.de donatio.inter virū & vxorē.
in.l.3. eod.tit. ea potiſsima ratio eſt,ꝙ ma
trimonia eſſent venalia, vel ſæpe diſſol-
uerentur,ſi talis donatio fieri poſſet. Nā
qui donationem à cōiuge ſuo captaret.
niſi ille cupiditati iſtius faceret ſatis,à ma
trimonio diuerteret,quia illo iure reſolu
tio, ſeu diuortiū matrimonij liberrima
eſſe debebat, nō ſecùs, quàm primordia-
lis ipſius matrimonij cōtract⁹, & coitio.
vt in. l.neq; ab initio. C.de nupti. & in.l.
Titia.vbi per oēs.ff. de verb.obl. quæ ra-
tio ceſſat de iure canonico, quod talia di
uortia non admittit. Sicq́; qui à coniuge
ſuo donationē improbè captat, licèt im-
petrare eā non poſsit,non per hoc recede
re poſſet à matrimonio,quod re vera ve-
nale foret, ſi recedere poſſet à matrimo-
nio: quia alter ne iſte diuerteret, neceſſe
haberet iſtius improbam cupiditatē ex-
plere, eaq́; expleta, id matrimonium ve-
nale quodāmodo videretur, quæ ratio
ceſſat inſpecto iure canonico. Illa autem
prohibendi ratio,ꝙ melior pauperior,&
deterior ditior fieret,neq; inducit anima
rum læſionem, vt patet, neq; præiudiciū
tertij, neq; prīcipaliter obeſt reipublicæ:
quia reipublicæ nihil intereſt, vtrùm bo
na ſint potiùs apud vnum ciuem, quàm
penes alterum. Præterea id malum in o-
mni contractu commune eſt,quia cōtra
hentium alter ſemper ſtudet,cupit,cona
tur conditionem ſuam meliorem, illius
verò,quo cum contrahit,facere deterio-
rem.l.ſi voluntate.C.de reſci.vendi.

Limitatur communis op. ſecundùm
Alcia.vbi ſuprà. vt non procedat, quan-
do interfuit abſolutio iuramenti, quod
modò non examino.

12 *Quid ſi do natio erat confeſſata tantùm?*

Limitatur ſecundò vt nō procedat in
confeſsione iurata de dote recepta, quæ
videtur facta in fraudē prohibitionis le-
galis.Ita etiam tenēt doct. communiter.
qualis eſt Deci.d.conſ.202.Bar. & Ange.
in.l.cùm quis decedēs.§. Titia.ff. de leg.3.
Cinus in.l.1. C. de ſacr. eccleſ. Romanus
conſ.44.& conſ.293.Areti.conſ.74. An-
dre.conſ.59.lib.2.Alex.in.l.ſi donatione.
4.col.C. de collati. Signorolus conſ.106.
In quęſtione.col.fi.& Alcia. vbi ſuprà.n.
201.qui tamen variat, & multi ex mente
& ſententia & generalitate cōmunis opi
nionis ſuprà relatæ contrarium tenent.

Tu conſidera.Nam aut maritus con-
feſſus eſt cum iuramento ſe centum titu
lo donationis ab vxore recepiſſe,qđ ſimi
liter ipſa vxor iurauit, & tunc ſtante cōi
opinione, quā ſequuti ſumus, ſiue tales
cōfeſsiones iuratæ veræ fuerint,donatio
vera interfuit. & valida propter interuē-
tū iuramenti. Siue re vera falſum iuraue
rint, quia maritus nihil recepit, & tunc
confeſsioni ſtādum eſt,quia nulli homi-
num præiudicat,niſi animis ipſorū peie-
rātiū. Quòd ſi ſolus maritus iurauit ſe ti-
tulo donationis ab vxore centū recepiſ-
ſe,tunc ſiue id verū fuerit,donatio nō va
let,quia vt valeat, oportet ex parte donā
tis & cōcedentis interueniſſe iuram. nō
autē ex parte donationem accipientis.vt
d.c.cùm cōtingat.d.c. licèt mulieres.d.c.
quāuis.&.c.ſignificāte.de pignoribus.&
auth.ſacramēta.C.ſi aduer.vēd.ſicq́; ma-
ritus id,qđ re vera accepit, vxori reſtituit
vt per totū.C.de dona. inter virū & vxo-
rē.&.ff.eod.Siue id falſum fuerit,quia ab
vxore recepit nihil,ſed id cū iuramēto cō
feſſus fuit, ꝗa totidē vxori donare vole-
bat,& tūc ſi ipſa erat præſens,īducitur ac
ceptatio illius cōfeſsionis, ſicq́; donatio
per interuētū iuramēti firmatur.arg.l.ab
ſenti.ff.de donati.l.qui abſenti.ff.de acq.
poſſ.Quòd ſi mulier erat abſens,tūc ante
eius acceptationē tacitā vel exp̄ſſam non
eſt donatio.In dubio aūt credā verū eſſe,
qđ maritus cōtra ſe cū iuramēto cōfeſſus
fuit.arg.auth.quod obtinet. C. de ꝓbat.

Aut maritus confeſſus fuit ſe centum
mutua ab vxore recepiſſe,ſeq́; illa cētū re

 ſtitutu-

ſtituturum,& ſi id ita factum iurauit,ſtã
dum eſt eius confeſsioni,nõ ſecùs,quàm
ſtaretur inter extraneos, quia prohibi-
tio legis tollitur per iuramentum, vnde
integra confeſsio manet,& an tunc poſ-
ſit opponere excepti.non numeratæ pe-
cuniæ infra bieniũ, pendet ab intellectu
l.fi. C.de non nume.pecu. de quo ſuprà
latè diſputauimus.Quòd ſi iurauit ſe cẽ-
tum depoſiti cauſa ab vxore recepiſſe,
vel aliquam rem commodati cauſa ab
eadem recepiſſe, quo caſu ceſſat exce-
ptio non nume.pecu.ſecundùm moder
nos,& communem op.in.l. ſi ex cautio-
ne.C.de non nu.pe.tunc eius confeſsio-
ni ſtandum eſt, non ſecùs, quàm ſi inter
extraneos interpoſita eſſet.Quia ea ſuſpi
cio,ꝙ confeſsio in fraudem legis emana
uerit,repellitur, & ceſſat per interuentũ
iuramenti. vt dictis iuribus.& quia talis
maritus non eſt admittendus ad ſuũ per
iurium & turpitudinem allegandam, ſi
fortè peierauit.

*Quid ſi donatarius uiuo donatore deceſſit? cum cõmuni contra Bal.& Decium.*

13 Tertiò limitatur communis op.vt nõ
procedat, quãdo coniux,qui donationẽ
à coniuge recepit, viuo donatore deceſ-
ſit.Quia cùm talis donatio hanc tacitam
cõditionem habeat, ſi donator prior de-
ceſſerit ꝙ̃ donatarius,& in eadem volun
tate ꝑſeuerauerit.l.ſi inter.ff de reb.dub.
l.à marito.C.de donati.inter virũ & vxo-
rem.& iuram. reguletur ſecundùm na-
turam actus ſuper quo interponitur,cer
tè iuxta.l.fi.C.de non nu.pe.videtur talẽ
donationem etiam iuratam infirmari,ſi
donatarius prior quàm donator deceſſe
rit,quaſi illa donatio eo viuo nec confir-
mata fuerit, nec confirmari potuerit. Et
ita in ſpecie tenent Bal.conſil.29.lib.1.&
Decius conſil.240.poſt plures,quos ipſe
allegat.

Contrarium tenet Alcia. in.d.c. cùm
contingat.num.204. motus,quia nõ eſt
verum,ꝙ donatio inter virum & vxorẽ
quando valida eſt,habeat hanc tacitam,
inſitamq; cõditionem, ſi donator priùs
ꝙ̃ donatarius deceſſerit, quinimò nullã
tacitam conditionem habet,ſed tunc de
mũ cõditionem habet, cùm infirma eſt,
tunc enim cõualeſcit per ipſius donato-
ris perſeuerantiam vſq; ad mortem. d. l.
à marito. d.l. ſi inter. idem in donatione
inter patrẽ & filiumf. l. donationes quas
parentes.C.de donati.inter virum & vxo
rem.ergo huiuſmodi donationes ſimpli
ces habent hanc tacitã cõditionem,ſi do
natarius ſuperuixerit donatori,& etiã il-
lam tacitam cõditionẽ, ſi in eadem volũ
tate perſeuerauerit donator vſq; ad mor
tẽ.ſimile in.l.fi.C.de pact.Cæterùm ſi ta-
lis donatio inter virũ & vxorem iurata
fuerit,tunc nõ dubito,quin ſtatim firma
ſit,pura,ſolida,carens omni conditione,
vt tenuit ſuperiùs relata communis opi.
quæ re vera aduerſatur,repugnatq; huic
limitationi. Alias limitationes vi.per Al
ciatum vbi ſuprà.&.l. cùm hic ſtatus.in
pr.ff.de donat.inter virum & vxorem.

*Iuramento firmatur donatio, quã facit pater fa. filio ſuo: cum cõmuni contra quãplures.*

14 Infertur primò, an valeat donatio,
quam cum iuramẽto facit pater filio in
poteſtate? Qua in re communis op.eſt ſe
cundùm Alciatum in.d.c.cùm cõtingat.
nu.206.ꝙ talis donatio valet.Hanc opi.
tenet & dicit cõmunẽ Deci.cõſ.239.col.
1.Alex in.l.ſi donatione.C.de collati. Iaſ.
in.l.frater à fatre.col.pe.& fi.ff.de cõd.in
deb.Bal.in.l.fi.C.de vſucapi.pro donato.
Bal.in.l.2.col.60.verſ.idem credo quãdo
pater donaſſet.ff.de iurei.idem Bal.conſ.
362.lib.3.Alexan.conſ.8.lib.2.& conſ.20.
Ponderatis.lib.3.& conſ.156.Viſo inſtru-
mento.col.fi.lib.2.Areti.conſ.17.

Contrariũ tenent Paul. cõſ.345.Circa
donationẽ.Fulgoſ.conſ.199.Viſis.Corn.
cõſ.238.lib.1.idẽ Corn.cõſ.9. lib.2. & cõſ.
289.col.10.libr.4.& in auth. ſacramenta
puberum.quæſt.17.C.ſi aduer.vend.

Quid dicendũ? Et teneo priorẽ partẽ,
quæ cõmunis eſt. Nam omne iuram.qđ
poteſt ſeruari citra interitũ ſalutis æter-
næ,vel præiudiciũ tertij, ſeruãdũ eſt.d.c.
cũ cõtigat.d.c.ꝙ̃uis.d.c.licèt mulieres.ſed
id iu-



id iuramentũ ſeruari poteſt à patre citrã
præiudicium alterius,& cum ſalute ani-
mæ ſuæ,quinimò huius iuramenti tranſ
greſsio ſaluti animæ iurantis obeſſet, er-
go ſeruandum eſt.

Neq; ad rem pertinet, quòd quicquid
acquirit filius,id ſtatim patri acquiratur.
l.placet.ff.de acq.hær.in prin.&.§.1. Inſt.
per quas perſo. nobis acqu.præſertim in
profectitijs.l.fi.in prin. C.de bo.quæ lib.
Nam reſpondeo,quòd donatio inter pa
trem & filiumf.non valet ſtatim,ſed de-
mum ſub hac conditione, ſi filius dona-
tarius ſuperuixerit patri,& pater in eadẽ
voluntate perſeuerauerit vſque ad mor
tem.l.donationes quas parẽtes.C.de do-
nati.inter virum & vxorem. facit.l.ſi in-
ter.ff.de reb.dub.l.à marito.C.de donat.
inter virum & vxorem. Vnde pater,qui
filio fa.donauit, & iurauit illam donatio
nem ſe non reuocaturum,licèt ſi non iu
raſſet,liberè pœnitere poſſet,tamen poſt
interuentum iuramenti ampliùs pœni-
tere non poterit.In hoc ergo vtile erit iu
ramentum, vt pater pœnitere non poſ-
ſit.Item in hoc etiam, vt licèt regulariter
talis donatio nõ firmetur morte, niſi in-
cœperit à traditione. vt tradunt omnes
in dict.l. donationes. tamẽ hæc donatio
per interuentum iuramenti firmabitur
morte citra interuentum traditionis.ar-
gu. dict.l. cùm pater.§. filius matrem. ff.
de leg.2.Ergo hæc donatio ſimilis erit il-
li donationi,quã poſt mortem ſuã extra
neus extraneo facit.vt per totũ. C.de do
nati.quę ſub modo.Quinimò ſtatim for
tè ea donatio valebit,quaſi id aduentitiũ
reputetur. arg.l.cùm oportet.in prin.C.
de bonis quæ liber. iuncta.l.neque adij-
cit.ff.pro ſocio.

*Iuramẽto firmatur donatio, quã facit filiusf. patri ſuo.cũ cõi.*

15 Quid autem econtrà, an valeat dona-
tio iurata,quam facit filiusfam. patri? Et
communis,veraq; opinio eſt valere, etiã
ſi ſimplex ſit. Nam quicquid olim eſſet
per text. in.l.lis nulla.ff.de iudic. &.§. hi
qui. Inſti.de oblig.quæ ex deli.naſ.tamẽ
hodie cùm filiusfa. ſit capax maternorũ
bonorum.vt per totum. C.de bo.mater.
& etiam aduẽtitiorum.vt in.l.cùm opor
tet. & in.l.fi. C.de bo. quæ libe. nulla res
impedimento eſt, quin is filiusfamiliàs
patri donare poſſit, quod cuilibet extra-
neo poſſet concedere. Et ita tenent in ſpe
cie Io.Andr.in addit.ad Specul. tit.de te-
ſtam.§.1.verſi.pone filius. Corne.in.d.au
then.ſacramẽta.quæſt.17.Bal.in.l.ſi quã-
do.§.1.C.de inoffi.teſta.Alcia.in.d.c.cùm
contingat.nu.114.Ang.Cuma.& Alexã.
in.l.1.§.fuit quęſitum.ff.ad Trebelli.Cin.
Fulgo. & Paul. & alij in.l.ſenium. C.qui
teſta.face.poſſ. facit tex. in.d.c. quanuis.
nam in terminis illius tex. illa renuntia-
tio imaginẽ quãdam habet donationis.

*Iuramẽto renuntiari põt titu.ne fideiuſ.dot. dẽtur. cum Abbate & Imol.cõtra Bar.& alios.*

16 Infertur ſecũdò, an fideiuſſor pro dote
conſeruanda,vel reſtituenda per interuẽ
tum iuramenti vtiliter dari poſſit, nam
citra iuramentum dari non poſſe,expedi
tum eſt. vt per totum. C.ne fideiuſſ. dot.
dentur. Qua in re Bart. tenet,vel ſaltẽ in-
nuit in.3.mẽbro.d.l. ſi quis pro eo. quòd
datio fideiuſſoris firma non erit,licèt in-
teruenia t iuramentum. Sequitur Anto.
in.d.c.cùm contingat.& Bal. in.l.2.colũ.
48.verſic.ſed contra.ff.de iureiur. Imola
verò in.d.c.cùm cõtingat.in.10.caſu. va-
riat. Sed Alciat. ibi. nu.218. hanc partem
ſequitur.

Contrarium tenẽt Abb.& Imola in.10.
caſu.in.d.c. cùm contingat. & Corne. in
d.authen.ſacramenta. quæſt.17.verſic.3.
Paulus verò mediã elegit viam, vt fideiuſ
ſor obligetur, ſed poſſit petere abſolutio
nem. Ita Paul.in.d.l.ſi quis pro eo.

Quid dicẽdum?Et nobis ſemper viſum
eſt hanc prohibitionẽ nõ reſpicere prin-
cipaliter publicam vtilitatem, cùm nihil
reipublicæ interſit, vtrùm ex ciuibus al-
ter poſſideat bona potiùs quàm alter. Et
licèt mulieres eſſe dotatas reipublicę ex-
pediat.l.1.ff.ſol.matri. tamen id impedi-
mento non eſt,quin ipſæ mulieres teneã
tur etiam cum interitu dotium ſuarum

ſeruare iuramentum.d.c. cùm cõtingat. &.d.c.licèt mulieres. Et quòd permittatur dotis alienatio per interuentum iuramenti, id longè durius eſt, & mulieri perniciosius, quàm quòd per interuentum iuramenti fideiuſſor admittatur. Et licèt id quodammodo contra bonos mores ciuiles eſſe videatur. arg.l.alia.§.elegãter. ff.ſol.matr.tamen id impedimẽto eſſe nõ debet, quin iuramentũ obſeruetur, cùm & pactum, per quod filius patris hæreditati futuræ renuntiat, cõtra bo.mo. ciuiles eſſe intelligatur. vt.d. l. ſi quando. §. illud. verſic. ſecundùm Papiniani. C. de inoffic. teſta. & nihilominus id pactum iure canonico firmetur iuramẽto. Ergo ſi is qui pro marito dotis conſeruãdæ & reſtituendæ cauſa apud mulierem cũ iuramento interceſſit, id fecit citra voluntatem mariti, puto eum non obligari, neque ex vi contractus propter legis ciuilis prohibitionem, neque ex vi iuramenti propter damnum tertij, id eſt, mariti, cuius re vera intereſt talem fideiuſſorem non admitti. ergo &c. arg.d.c. quanuis.&.d.c.cùm contingat.&.d.c.licèt mulieres. ibi, in alterius detrimentũ. Quòd ſi ipſe vir præſtitit conſenſum ſimiliter iuratum, tunc nõ video, vt retrocedere poſſit: quòd ſi ſimpliciter, non cũ iuramento conſenſiſſet, cogita an pœnitere poſſet, vt ex eius pœnitentia fideiuſſio etiam iurata infirmaretur. vt dicim⁹ in ſimili in terminis.l.fi.C.de pact. Et per hanc diſtinctionem poſſent componi noſtrorum controuerſiæ. Sed magis eſt, vt maritus hoc caſu pœnitere non poſſit.

*Iuramẽto renũtiatur priuilegio ceßionis bonorũ. cum cõi contra ꝙplures.*

17 Infertur tertiò, an valeat per interuentum iuramenti renuntiari beneficiũ ceſſionis bonorum? Et quòd valeat, tenet Imola in.d.c.cùm contingat. in princip. & in.10.caſu. & ibi Anto.in.3.caſu. & Alciatus ibidẽ.nu.220.Corne.in.d.authẽ. ſacramenta. quæſt.17. & cõmuniter doct. in.l.alia.§.elegãter.ff.ſol.matri.& Freder. conſ.60.Henricus in.c.Odoardus. col.1. de ſolutio.Capel.Toloſ.quæſt.61.Maria. Soci.in tract.de citationibus. arti.17. nu. 18.Ripa. in.l.obligatione.nu.33. ff. de pignoribus. Et hæc videtur cõmunis opi. licèt contrarium teneant Caro.Molinæ. de contractibus.quæſt.36. & Guido Delphinatus. quæſt.211.

Simpliciter autem beneficium ceſſionis bonorum citra iuramentum renuntiari non poſſet ſecundùm magis cõmunem opinionem, quam tenent Richar. Malum.Bar.Alberi.& Imola in.d.l. alia. §. eleganter.ff.ſolu.matrimo. Cin.quæſt. 6. & Sali.in.l.1.C.qui bo.cede.poſſ. Ioan. Fab.in.§.fi.Inſtit.de actio. idem Fab.in.l. fi.C.qui bo.ced.poſſ. Alex. conſi.37. lib. 2.nu.6.Abb.in.d.c. Odoardus. & eſt cõmunis op. ſecundùm Alberi. in rubrica. C.qui bo.ced.poſſ. & ſecundùm inſignẽ Couarru.in lib.2.variarũ reſolut. c.1. nu. 7.& ſecundùm eundem in.c.quanuis.de pact.in.6.parte.2.in prin. Henricus in. c. Odoardus.col.1.& Capel.Tol.quæſt.61.

Contrariam partẽ tenent Ang.Roma. & Alexan.in.d.§. eleganter.Imola in.d.c. cùm contingat.nu.32.Feli.in.c.ſi diligenti.de fo. compet.col.2. Ripa in.l.obligatione.ff.de pignorib.nu.33.Freder.conſi. 60.Rota antiqua. 565. Feli. in.c.ex reſcripto. nu. 11. de iureiuran. Sed communis opinio verior videtur in ſimplici renuntiatione, licèt in iurata ſubdubiũ ſit, propter authoritatem eorum, qui contra cõmunem tenent.

Quid dicendum? Et ſanè hãc poſteriorem partem cõtra magis cõmunem opi. veriorem puto. Moueor, quia omne iuramentum, quod citra præiudicium tertij, aut interitum ſalutis æternæ ſeruari poteſt, ſeruandum eſt.d.c.cùm cõtingat. d.c.licèt mulieres. d. c. quanuis. ſed obſeruatio huiuſmodi iuramenti nulli hominũ nocet, nec ſaluti animarum obeſt, vt patet, ergo ſeruãdum eſt iuramẽtum. Neque ad rem pertinet, quòd quodam

modo



modo libertati humanæ aduerſari videatur. contra. l. Titio centum.§. Titio centum.2.ff.de condi.& demõ.&.l.1.&.2.ff. de libero hom.exhi. Nam reſpon. quòd etiam ſi dictis legibus per obſeruationẽ iuramenti præiudicium fieret, nihil obeſſet. Nam & obſeruatio iuramenti in terminis.d. c.quanuis. d. c.cùm contingat. cum ſimilibus. legibus ciuilibus aduerſa, pugnans, & cõtraria eſt. Præterea hæc iuramenti obſeruatio dictis legibus non præiudicat, ſaltẽ principaliter. Qui enim renuntiat beneficio ceſſionis bonorum, id principaliter agit, vt fidem ſuã inuiolabiliter circa æs alienum exoluendũ abſq; vlla tergiuerſatione ſeruet. Nec ad rẽ pertinet, ſi incidenter aliqua durities cõtra ipſum iurãtem inde reſultet.arg.l. ſi quis neq; cauſam. cũ ibi latè traditis per modernos.ff.ſi cert. peta. Præterea hac in re non videtur valere arg.de vltimis volũtatibus ad contractus. vt in.l. nõ ſolùm. ff.de actio.& obligat.iuncta.l.1.ff.de cõdit.inſtit.&.l.3.ff. de condi.& dem. & ſic parum oberit. d. §. Titio centum.

Ex ſuperioribus infertur, an nobilis, quem hidalgum vocamus, poſſit renuntiare beneficio, ne pro debito in vinculis detineatur? Et teneo, quòd poſſit. prout tenuit inſignis Didacus de Couarru. in d.c.quanuis. in.2. part.in princ.vbi latiſſimè hac de re.

*Iuramento excluditur inſinuationis ſolennitas.cũ Abba.& alijs.*

18 Quæro, an renuntiari poſſit cum iuramento ſolennitati inſinuationis? Abbas quòd ſic.nu.17.in.d.c.cùm cõtingat.poſt Io.Andr. Mouetur, quia ea ſolennitas fauore donatoris recepta eſt, ergo ipſe poteſt eam renuntiare. Teneo contrarium per.l.data.C.de donat. vbi inducta eſt inſinuationis ſolennitas propter vitandas fraudes, & falſitates, ergo non poteſt remitti per partes.Bar. vbi ſuprà in.7.caſu. Confirm. Nam vt ſolennitati teſtiũ renũtiari nõ poteſt, etiã iuramento, ſecũdùm Bar.ibi.per.l.fina.C.de fidei.ita &c. nam vtrobiq; eſt eadem ratio vitandæ falſitatis, & delicti. Tertiò facit conclu.app.in l.ſcire.C.vt in poſſeſſ.legat.Quartò.l.2.§. ſed quia veremur.& quod ibi notaui. C. de iuram.calum.& in omnibus his caſibus tenerem non prodeſſe iuramẽtum. Quintò, non ſolùm quando ex iuramẽti implemento ſequeretur neceſſariò delictum, non eſt ſeruandum.l.ſi plagij. l.generaliter.ff. de verb. ſed etiam quãdo ex ipſius validitate poteſt ſequi occaſio delinquendi, non eſt ſeruandum. Abb.vbi ſuprà.nu. 22. ergo &c. Sextò adduco, ꝙ per ſolam occaſionem delicti remouendam receptum eſt ne valeat pactũ de ſuccedendo etiam iuratum. ſecundùm omnes in.l.fi.de pact. per.c. ne captandæ. & c.deteſtanda.de conceſſ.prebẽ. lib.6. c. conſtitutus.&.c.fi.de conceſſ.præben.Et vide per Imolam in.d.c. cùm contingat. nu.85.cum ſeq.in.10. caſu.

Et tãdem verius eſſe videtur, quòd per interuentum iuramenti renũtiari poſſit ſolennitati inſinuationis, ſaltẽ ſi ipſe donator agnoſcat donationem factam fuiſſe: quòd ſi neget donationem interfuiſſe, tunc per inſtrumentũ donationis, vbi defuit inſinuatio, in quibus caſibus requiritur ipſa donatio, non videtur ſufficienter probata, licèt tabellio firmet iuramentum affuiſſe. Quemadmodum teſtamentum non videretur probatum, licèt inſtrumentum diceret iuramentum interfuiſſe, ſi quidem in eo ſolẽnis teſtiũ numerus non affuiſſet.

*Iuramẽto an firmetur cõtractus factus ſine cõſilio conſanguineorũ contra formã ſtatuti.*

19 Quæro, ſtatutum eſt, quòd contractus præſumatur dolo initus, niſi fiat cum cõſilio duorum conſanguineorum mulieris, vel minoris contrahentis, an is cõtractus firmabitur iuramẽto, etiam ſi ea ſolennitas non interfuerit? Abb. quòd nõ nu.12.in.d.c.cùm contingat. niſi interueniat aliqua probabilis doli cõiectura, vt putà, quòd in regione illa frequenter circumueniebantur mulieres, vel minores contrahentes. & ita ait procedere cõmunem op.de qua per Iaſ. col. fi. in authen.

ſacra-

ſacramenta.C.ſi aduer.vendi. Teneo indiſtinctè cōmunem, quia de poteſtate legis circa præſumptionem inducendam, dubitandum non eſt. vt per Alciatū in prin.tract.de præſumptionibus. præſertim cùm negari non poſſit, quin ſit iuſtiſſima cauſa doli præſumendi cōtra eum, qui contra iura mercatur.c.qui cōtra. de reg.iur.in.6. l.quēadmodum. C. de agri. & cenſi. & minores, mulieresq́; facilè ſeducantur. Deci.conſi.181. Nec me mouet quod dixi ſuprà. Nam illud, quando ſtatutū ſimpliciter prohibebat, hîc autē quando vltrà procedit fingendo, vel præſumendo fraudem. Cogita tamen.

*Iuramēto non firmatur ſucceſſio. cū cōi.*

20 Quid ſi te inſtitui, & iuraui non mutare teſtamētum? Vide quod dixi ſuprà. Et preterea etiā Imol. vbi ſuprà.nu.25. Alex. col.2.in.l.ſtipulatio hoc modo.ff. de verbo. communiter tenēt quòd poſſit teſtamentum mutare, non obſtante iuramento. Ratio (ſi non fallor) communis eſt, quia id iuramentū eſt contra bonos mores. l. ſtipulatio hoc modo.ff. de verbo. Sed reſp. quòd virtus iuramenti non impeditur ex eo, quòd quid ſit cōtra bonos mores ciuiles, quales ſunt iſti. Abb. vbi ſuprà col.3.& col.fi. Imola col.26. Sed & ſi ſint boni mores canonici, adhuc idē: nam ſi inde non ſequatur peccatum, nō impediunt vim iuramēti. Abb.in.d. col. 3.ad fi. Tamen in foro exteriori tene cōmunem alia ratione. Quia negari nō poteſt, quin ipſemet teſtator, cuius de ſucceſſione agebatur, periclitetur, ſi re vera is, qui ad eius hæreditatem aſpirabat, ei parabat inſidias: & quo ad forū exteriorem & contentioſum ſatis eſt, quòd licèt non in actu, ſaltem in potentia táles inſidiæ parari poſſint cōtra eum, cuius de hęreditate agebatur, nec veriſimilitudo neceſſariò quærenda eſt.

Præterea circa iſtam rem adde, quòd ſi interfuit iuſta cauſa ſuſpicionis, tunc iurans nec tenetur ad obſeruātiam, nec ad periurium.§. acceſſit. vbi Viglius Inſtit. de teſtamen. hoc primò. Si nō interfuit iuſta (ſecundùm cōmunem æſtimationem) ſed iuſta fuit ſecundùm opinionē iurantis, tunc idem. hoc ſecundò. Quòd ſi nec ſecundùm ipſum iuſta fuit, tunc fit periurus. vt per Alexan.col.2.in l.ſtipulatio.ſuprà alleg. Quòd ſi queratur, an in foro contentioſo poſſit compelli ſeruare iuramentum? Reſpondeo minimè, cùm poſſit ipſe dicere ſe malè ſuſpicari de iuramentum recipiente.arg. d.§. acceſſit. & quod ibi Theophi. & Viglius. nec cauſa ſuſpicionis quærēda eſt. d.l.quia poterat. & arg. l. filius matrē. in princip. C.de inoffi.teſtamen.l.ſi emancipatus.2. de contrarab.ff. Idq́; nō ita expeditum in eo, qui vxorem ducere promiſit, cùm eam ſuſpicionem allegare nō poſſit, nec allegatio ſine probatione releuet, ex quo agitur de præiudicio, & honore puellæ, at iſto caſu nullū fit damnū ei, cui denego hęreditatem meam. Sicq́; apparet eſſe harum rerum nō obſcuram differentiam.

*Iuramēto firmatur contractus innominatus. cū Corneo contra Alciatū.*

21 Quid in contractibus innominatis, an firmentur per interuentum iuramenti? Et Corne. in.d.authē.ſacramenta.queſt. 14.C.ſi aduer.vendi. tenet, quòd firmentur, & producāt actionem. Contrarium tenet Alciat. ſub quadā diſtinctione. in d.c.cùm contingat.in.fi.

Sed Cornei opinionem veriorē puto. Nam ſi conueni tecum, vt mulam pro equo acciperes, & ita futurum vtrinque iuratum eſt, tunc licèt iuramento nō adhibito vtriq́; pœnitere ante implementum liceret. vt in.l.ſi pecuniam.in princ. ff.de condi.ob cau. l.3.eod.tit.per totum C.eod. tamē modò nō licebit, quinimò ſi offero mulam, eam inuitus teneris accipere, & equum præſtare. Smiliter ſi mulam tibi dedi, deinde antequam tu equū dares, pœnitui, & volo mulam repetere, tunc licèt id poſſem, ſi iuramentum non interfuiſſet.d.l. ſi pecuniam.l. naturalis. §.1.ff.de præſcrip.verb. tamē modò non



potero poſt interuentum iuramenti pœnitere, quia & tale iuramētum poteſt ſeruari abſque animarum & tertij præiudicio, & in hoc iuram. interpoſitum videtur, vt conuentio omnimodò firma ſit, & ad effectū perducatur. ergo &c. arg. d.c.quanuis.&.d.c.cùm contingat.&.d.c.licèt mulieres.per glo.in.d.l.ſi pecuniã. in verbo.neceſſe. vbi per modernos. De quo infrà pleniùs dicam.

1 *Teſtamentum iure regio eſt informe.*
2 *Ratio expreſſa in lege habetur pro lege.*
3 De *eadem re.*
4 De *eadem re.*
5 Teſtamentū *iure regio ſolennia requirit ad probationem tantùm. op.noua.*
6 Forma *non impletur æquipollenter.*
7 De *eadem re.*
8 Teſtam. *ualet iure regio, licèt teſtes nō ſint præſentes. noua opinio.*
9 Cæcus *poteſt eſſe teſtis in teſtamento. noua op. de iure regio tū.*
10 *Cæcus poteſt eſſe teſtis in actibus inter uiuos.*
11 De *eadem re.*
12 De *eadem re.*
13 De *eadem re.*
14 De *eadem re.*
15 Teſtamentum *per notas iure regio ſcribi poteſt.*
16 Rogitus *tabellionis iure regio ceſſat in teſtamēto.*
17 De *eadem re.*
18 De *eadem re.*
19 De *eadem re.*
20 De *eadem re.*
21 De *eadem re.*
22 Teſtis *cōpulſio nō uitiat teſtamenutm iure regio. noua* opinio.
23 De *eadem re.*
24 De *eadem re.*
25 De *eadem re.*
26 Teſtamentum *unico contextu fieri iure regio non requiritur.*
27 Teſtamentum *minùs ſolenne ualet iure regio ſine iuramento.*
28 Stipulatio *quare inuenta.*
29 De *eadem re.*
30 De *eadem re.*
31 De *eadem re.*
32 Obligatio *natura.oritur, quando alteri ſtipulor. ſecundùm communē opinionem, quam & nos ſequimur.*
33 Obligatio *natur. oritur ex contractu inito lege reſiſtente. cū* Iaſ. *cōtra cōmunem.*
34 Oblig.*nat.quæ oritur ex ſtipulatiōe alteri facta, caret effectu in foro contētioſo. cōtra cōem.*
35 Obl.*nat.*quæ *oritur ex ſtipulatione alteri facta, utilis eſt in foro animæ.* op. *noua.*
36 Obl.*nat.quæ oritur ex cōtractu facto lege reſiſtente, & annullāte, utilis eſt in foro animæ. contra Iaſ.*
37 *Iuramento nō firmatur ſtipulatio alteri facta in uim ſtipulationis, ſed nudæ tantùm conuentionis. præter omnes.*
38 *Stipulationi de alteri dando lex reſiſtit. contra communem.*
39 Obl. *nat. oritur ex conuentione cui lex reſiſtit, ea tamen eſt utilis in foro tantùm animæ. contra communem.*
40 Obl.*nat.oritur ex alienatione rerum, quæ uendi uetantur. contra cōmunem.*
41 Obl.*nat.oritur ex emptione rerum eccleſiaſticarum. contra cōem.*
42 Obl.*nat. oritur ex uenditione marmorum ædibus fixorum. contra cōem.*
43 Obl.*nat.oritur ex uenditione prædij retentis colonis. contra cōem.*
44 Obl.*nat.oritur ex ſtipulatione ultra legitimum modum uſurarum. contra cōem.*
45 Obl.*nat.oritur ex contractu prodigi, cui bonis interdictum eſt. contra cōem.*
46 Obl.*nat.oritur ex contractu inito ſine conſenſu conſanguineorum, qui ex forma ſtatuti interuenire debebant. contra cōem.*
47 Diff. *non eſſe, utrùm lex dicat, talis contractus fieri nō poteſt, an fieri nō poſſet. cōtra cōem.*
48 Obl.*nat. oritur ex fideiuſsione mulieris. contra communem.*
49 Obl. *nat. oritur ex contractu uetito etiam cum clauſula annullante. contra cōmunem.*
50 Obl.*nat.oritur ex alienatione facta à minore nō ritè. contra cōmunem.*
51 In*ſinuatio requiſita cum clauſula irritante, impedit actionem oriri. contra cōmunem.*
52 Obl.*nat.oritur ex cōtractu alienationis fundi dotalis. contra cōmunem.*
53 Iu*ramentum non firmat actum, ex quo obligatio nulla oritur. contra* Couarru.
54 *Stipulatio de alteri dando, non ualet iure regio. contra* Couarru.
55 *Stipulationi de alteri dando lex reſiſtit. contra* Couarru.
56 Pol*licitatio nullam producit actionem etiam de iure canonico. cum cōi cōtra* Panor. & For*tuni.* Et *declar.l.Tauri.54.& .55.& .56.& 57.& .58.& .l.13.tit.fi.lib.3.fori.*
57 *Stipulationi de alteri dando lex reſiſtit, cū multis contra cōmunem.*
58 Pœ*næ adiectione, non firmatur actus, cui lex reſiſtit.*

*reſiſtit.cum communi.*

59 *Stipulatio de alteri dando non ualet etiam de iure canonico. cum cõi.contra alterã cõmunẽ.*

60 *Confeßio facta in abſentia partis, non producit plenam probationem, etiam de iure canonico.contra communem.*

61 *Pollicitatio an iure canonico firmetur iuramẽto.*

71 *Sola ciuilis obligatio ſine concurſu obl.nat.nunquam reperitur.*

72 *Literarum obligatio requirit conſenſum.*

73 *De eadem re.*

74 *De eadem re.*

1 *Teſtamẽtũ iure regio eſt informe.*

DENIQVE &.33. limitatur ſolennitas teſtãdi, licèt ſuprà attigerimus, an etiã iure regio oporteat ſolẽnia, quæ iure cõi deſiderãtur in teſtamẽtis interuenire: tamẽ nõ inelegãter tentari poſſet, ꝙ ea ſolẽnia de iure noſtro regio licèt prætermiſſa eſſent, nõ tamẽ vitiaretur teſtam. nã ratio expreſſa in lege, etiã in correctorijs, habetur pro lege. Iſta eſt vera & cõis op. quã tenent glo. in authẽ. de here. ab. §. fi. verb. ordine. quã dicit vnicã Bal. in. l. fi. ff. de hær. inſti. Idẽ Bal. in l. fi. C. de lib. præte. glo. in clem. 1. verb. eligatur. de elect. Alex. in. l. cũ mulier. col. 5. ff. ſol. matri. Iaſ. in authen. quas actiones. nu. 22. C. de ſacroſan. eccle. Bald. ibi col. 2. Plenè per Iaſ. in. l. re coniuncti. nu. 181. ff. de lega. 3. Cuma. in. d. l. cùm mulier. §. 1. per text. ibi. ff. ſolu. matrimo. Paul. in. l. quanuis. C. de fideicommiſſ. Curti. iuni. in. l. humanitatis. per text. ibi. nu. 15. C. de impub. vbi Iaſ. nu. 6. Alexan. nu. 5. Corn. nu. 15. Georgi. Nat. in. c. quanuis. de pactis. in. 6. nu. 32. Iaſ. in. l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verbo. obligatio. colum. 5. ad fi. nu. 12. Purpuratus in. l. fi. C. de pactis. nu. 23. vbi Curtius iuni. nu. 9. Decius. nu. 15. Fortun. in. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. colum. 87. ff. de libe. & poſthu. Decius conſil. 372. nu. 7. Iaſ. in. l. tranſigere. nu. 15. C. de tranſactio. Crottus in. l. ſi conſtante. ff. ſolu. matrimo. l. 2. ſuper. 7. quæſt. Bart. Iaſ. in. l. Marcellus. in princip. ad Trebell. Ripa in. l nemo poteſt. nu. 50. ff. de leg. 1. vbi Hannib. nu. 349. Deci. in authẽ. ex teſtamẽto. col. 4. C. de coll. Couar. in. c. Rainal. §. 3. nu. 6. de teſtam. Tiraq. de cauſa ceſſante. par. 1. nu. 135. cum ſeq. per. l. his ſolis. C. de reu. donati. l. ſi fratres. §. idẽ Papinianus. ff. pro ſocio. l. 2. §. idẽ quoq;. &. §. ſi duo. ff. de colla. bo. l. fi. ff. de hæred. inſtituen. Iaſ. in. l. de quibus. nu. 14. ff. de

2 *Ratio expreßa in. l. habetur ꝑ lege.*

3 legibus. Quinimò quando ratio in lege expreſſa generalis eſt, ipſa pro lege habetur, deciſio autem loco tantùm exempli. vt ex cõmuni op. reſoluũt Tiraq. de cauſa ceſſan. par. 1. nu. 152. Alex. cõſi. 75. Videtur in præſenti. col. 1. lib. 5. Bal. in repetit. l. de quibus. col. 12. ff. de legib. verſi. item nota quòd non videtur. Iaſ. in. l. à Titio. in prin. col. fi. ff. de verb. oblig. idem Tiraquel. in. l. ſi vnquam. C. de reuo. dona. *De ead. re.*

4 verb. libertatis. nu. 45. Cuius rei illa etiã ratio eſt, quòd vt genus omnes ſuas ſpecies comprehendit ſub ſe, ita & ratio generalis omnes caſus ex vi etam comprehenſiua amplecti videtur. vt ex communi opinione reſoluunt Tiraq. de cauſa ceſſante. par. 1. nu. 137. vnde ratio legis inducit, & eſt ipſa lex. vt reſoluit plenè Tiraquell. vbi ſuprà nu. 135. cum ſeq. qui quamplures citat huius ſententiæ authores, quæ receptiſſima eſt. *De ead. re.*

5 Sed iure regio ad firmitatẽ teſtamenti & eius formã non videntur deſiderari ſolennia teſtamẽtorum, ſed tantùm ad probationem. vt eſt tex. expreſſus in. l. 3. Tauri. ibi, no hagan fee, ni prueua. textus expreſſior in. l. 1. titu. 2. lib. 5. ordin. ibi, E mãdamos otroſi que vala el teſtamẽto que fuere hecho con buenos teſtimonios. Nec dubium eſt, quin quæ deſiderantur pro probatione tantùm, poſſint prætermitti, nec vitietur diſpoſitio, ſi aliter de re illa conſtare poſſit. vt ex communi opinione reſoluũt Iaſ. & Alex. poſt alios in. l. 1. ff. de libe. & poſthu. per. l. 1. §. fi. ff. de dote præleg. l. certum. ff. ſi certum peta. dixi in. §. 2. in princip. &. in. §. 11. nu. 17. *Teſtamẽtũ iure regio ſolẽnia requirit ad ꝓbationẽ tantùm. opin. noua.*





6 *Forma nõ impletur æquipollẽter.*

Licèt quando ſolennia deſiderãtur in teſtamẽtis pro forma (vt eſt in terminis iuris cõmunis) tunc æquipollenter nõ poſſint impleri, vt dixi in dictis locis, & concludunt cõmuniter doctores in. d. l. 1. ff. de lib. & poſth. vt per Alex. & Iaſ. ibi. Facit pro nobis, quia licèt de iure communi teſtamentum non valeat ſine hæredis inſtitutione. l. 1. in. fi. ff. de vulga. l. proximè. ff. quæ in teſtamen. delentur. tamẽ iure regio valet. vt. d. l. 1. Item licèt de iure cõmuni teſtamentum non valeat niſi adita fuerit hęreditas. l. ſi nemo. ff. de reg. iuris. l. ſi nemo. ff. de teſtamen. tut. l. eam quam. C. de fideicommiſ. tamen de iure regio valet. vt. d. l. 1. Item licèt de iure cõmuni fideicom. vni. euaneſcat, quando hæres reſtituere rogatus deceſſit anteq̃ hęreditatem adiret, vel conſtitueretur in mora adeundi, vel decretum compulſionis à iudice eſſet interpoſitũ. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebellia. l. eam quam. C. eodem titulo. tamen non ſic de iure regio. vt. d. l. 1. Quæ omnia illinc euenire intelligo, quòd ſolennia teſtamentorum, quæ de iure communi deſiderantur pro forma, & ſic æquipollenter nequeunt impleri, tamẽ de iure regio ad probationem tantùm deſiderantur, ſicq; & æquipollẽter impleri poſſunt, & eorũ ꝑtermiſſio nihil nocet, quãdo aliàs ſufficiẽter cõſtat de veritate. vt diximus.

7 *De ead. re.*

Vnde dicebam, Scis ꝙ teſtes teſtamẽtarij eſſe debẽt in conſpectu teſtatoris, neq; aliter quicquam valet teſtamentum. vt eſt communis op. quam tenent & reſoluunt Deci. conſi. 354. In caſu propoſito. nu. 1. Bal. in. l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. vbi Iaſ. in prin. & rurſus in tertio not. Bar. Salice. Fulgo. Paul. Benedict. de Plumbi. in. d. l. ſi non ſpeciali. Corne. conſi. 18. In nomine domini. lib. 2. nu. 4. Cinus, & Alexan. in. d. l. ſi non ſpeciali. vbi etiam Alberi. per tex. ibi, in verbo, in conſpectu teſtatoris. & in. l. ſi vnus. in verb. coram teſtatore. C. de teſta. facit. l. qui teſtamento. §. veteres. ff. eod. tit. Imol. & Abb. in. c. 2. de conſue. eſtq; cõis op. ſecũdùm Corn. vbi ſuprà. nu. 6. Pariſi. conſi. 33. colum. 1. lib. 2.

8 Licèt in actibus inter viuos non ſit neceſſe teſtes eſſe in conſpectu contrahentium, ſi aliter percipiunt quæ agũtur ab ipſis. ſecundùm veram & cõmunem ſententiam, quã tenet glo. in. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcẽ. quã cõmuniter app. dicunt Alexan. nu. 6. & Iaſ. nu. 9. in dict. l. ſi non ſpeciali. per canoniſtas in. c. præterea. de teſtibus. & in. c. ex literis. de conſuetud. Bart. Imol. & Paul. in. d. §. idẽ Labeo. Bald. in. l. conuenticulam. colũ. 7. de epiſcopis & cleri. Innocen. & Ioan. Andr. in. d. c. præterea. Abbas in. c. cùm cauſam. de teſtibus. Ergo de iure regio cùm teſtamentorum ſolennia ad probationem tantùm, non etiam ad formam deſiderentur, ſi teſtamentarij teſtes ſufficienter intellexerint, quod à teſtatore agebatur, valebit teſtamẽtum. per prædicta, licèt nõ ſic de iure cõmuni. quod nota, quia non minùs vtile, quàm nouum. *Teſtamẽtũ ualet iure regio, licèt teſtes non ſint præſentes. noua opinio.*

9 Qua ratione & alia differentia erit inter ius regium, & commune. Nam licèt cæcus non poſſit eſſe teſtis regulariter in teſtamento de iure communi ſecundùm veriorem & receptiorem ſententiam. vt reſoluit Corne. conſi. 18. num. 5. lib. 2. Decius conſil. 354. In caſu propoſito. colum. 1. Cinus, Albericus, Butriga. Bart. Bald. Salice. Fulgoſi. Paul. Corne. Alexan. & Iaſ. in. d. l. ſi non ſpeciali. per text. ibi. in verbo. in conſpectu teſtatoris. & in. l. ſi vnus. eodem titu. de teſtamentis. C. in verbo, coram teſtatore. *Cæcus põt eſſe teſtis in teſtam. noua opi. de iure regio tamẽ.*

10 qui quidem cæcus in actibus inter viuos nõ reperitur prohibitus teſtificari, quinimò eius teſtimonium expreſſim in his actibus reperitur approbatum, & admiſſum ſecundùm pleroſq; eorum, quos ſuprà retulimus. & eſt vera & communis opinio. vt per Alexan. in. d. l. ſi non ſpeciali. vbi Corneus. num. 6. Iaſ. num. 7. glo. in *Cæcus põt eſſe teſtis in actibus inter uiuos.*

d.l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua pluuia.
arcen.vbi Bart.Paulus, & Imola, Pariſi.
conſi.33.colum.1.lib.2.per doctores in.l.
teſtium.C.de teſtib.per tex.ibi.vbi teſtis
poteſt deponere de his,quæ percepit per
quemlibet ſenſum corporeum: nec du-
bium eſt,quin cæcus,licèt careat ſenſu vi
dendi,non tamen careat ſenſu audiendi,
& olfaciendi, & guſtandi.quod nota,
quia alij non aduertunt.per doctores in
c.præterea.de teſtib.Panorm.& alij in.c.
cùm cauſam.eodem titu.tamen de iure
regio etiam in teſtamento cæcus poterit
11 eſſe teſtis. Vnde infertur, ꝙ licèt de iure
De ead.re. ciuili ijdem teſtes teſtamento adhibiti
oporteat vt toti teſtamento fuerint præ-
ſentes.vt in.l.cùm antiquitas.& in.l.ca-
ſus.C.de teſtamen.& in.l.qui teſtamen-
to.§.veteres.ff.eod.tit.& eſt cõmunis op.
vt per Pariſ.conſi.33.Et ſi prima facie.nu.
28.cum ſeq.lib.2.Alex.Corne.& Iaſ.nu.
8.& nu.12.in.d.l.cùm antiquitas.C.de te
ſtamen.vbi Cin.Bald.Salice.Paul.& alij.
Corne.conſi.238.Reperio.nu.3.lib.4.per
Cinum & Bal.in.l.ſi præſidi.C.de dona.
ante nupt.per doct.in.l.furioſum.ꝑ tex.
12 ibi.C.qui teſta.fa.poſſ. Vnde vna pars te
De ead.re. ſtamenti non poteſt probari per ſeptem
teſtes,dicentes ſe ſcire partẽ tantùm eorũ,
quæ teſtamento ordinata fuerunt,& per
alios ſeptem teſtes, dicentes ſe ſcire aliam
tantùm partem eorum,quę in eodẽ teſta
mento ordinata fuerunt.vt eſt cõis opin.
Bal.Pauli,Alex.& Iaſ.nu.9.vbi alij in.d.l.
cùm antiquitas.Alex.conſi.177.Viſo the
mate.lib.2.Roma.conſi.80.Viſis.quam
doctrinam vehementer commẽdat Iaſ.
vbi ſuprà.Alexan.& alij in.d.l.cùm anti-
quitas. Tamen de iure regio, teſtes eoſ-
dem totum teſtamenti tenorem proba-
re nõ erit neceſſe: quinimò ſat erit,ſi pars
teſtamenti per ſeptem teſtes probetur,&
alia pars eiuſdem teſtamenti probetur ꝑ
alios teſtes diuerſos, licèt eorũ nullus ſit,
qui totum teſtamenti tenorẽ cognitum
habuerit. In actibus autẽ inter viuos nõ
ſic erit, etiam in terminis iuris cõmunis.
13 Quinimò in actibus inter viuos etiã de De ead.re.
iure ciuili admittitur,vt membratim fiat
probatio,vt ſic vna pars cõtractus poſſit
probari per duos teſtes,alia verò pars per
alios duos teſtes.arg.tex.in.l.Gallus.§.ille
caſus.ibi, duobus quaſi capitibus legis
cõmixtis.ff.de lib.& poſthu.vbi in ſimili
per omnes.& in.c.licèt ex quadã.per tex.
ibi.de teſtib.docet Iaſ.nu.11.in.d.l.cùm
antiquitas.Bald.in ſimili in.l.teſtium.C.
de teſtibus.colum.5.idem Bald.in ſimili
in.l.1.8.quæſt.C.de teſtamentis. Ergo
probatio membratim facta admittitur
in actibus inter viuos iure tam commu-
ni, quàm regio: at in vltimis voluntati-
bus idem erit iure regio, non ſic de iure
communi.
14 Vnde erit & alia differẽtia inter noſtrũ De ead.re.
ius regium, & ius ciuile,vt licèt de iure ci
uili oporteat, quòd omnes teſtes intelli-
gant omnia in teſtamento contenta,ita
vt nullam particulam etiam minimam
deſinant intelligere ſinguli teſtes. nec
enim ſatis eſt, quòd fuerint præſentes,vt
proximè dicebamus, niſi præterea om-
nia, quæ ibi agebantur, plenè intellexe-
rint.vt ex communi opinione reſoluũt
Corn.conſi.304.Circa hanc conſultatio-
nem.nu.20.lib.1.in ſimili per Bal.& Pau.
in.d.l.cùm antiquitas.Corne.conſi.226.
Licèt in hac.lib.3.nu.5.& conſil.77.nu.3.
& nu.11.lib.4.& Guiliel.Benedict.in.c.
Rainutius.de teſtament.par.1.in verb.
in extremis poſitus.nu.40.Bart.in.l.fi-
deicommiſ.§.quoties.ff.de legat.3.Corn.
conſi.307.Videtur prima facie.nu.1.lib.
3.vt ſic de iure ciuili licèt teſtes ſint præ-
ſentes toti teſtamento,id non ſufficiat,ni
ſi totum intellexerint, & ſenſu percepe-
rint: nec per contrarium ſufficiat, quòd
totum intellexerint, niſi præſentes fue-
rint.potuerũt enim ante,vel poſt actum
teſtandi ab ipſo teſtatore de contentis in
teſtamento certiores fieri, id quod mini
mè ſufficeret de iure communi, tamen
de iure



de iure regio magis eſſe videtur, vt ſuffi-
ciat teſtes ab ipſo teſtatore certiores fie-
ri de contentis in teſtamento, non ſo-
lùm in ipſo actu teſtandi, ſed etiam an-
te vel poſt teſtamentum, quaſi ſufficiat
ſufficienter probari,nec opus ſit forma-
liter probari.quod vtile & nouum eſt.
15 Vnde infertur differentia, quòd licèt
*Teſtamẽtũ ꝑ notas iure regio ſcribi põt.* de iure ciuili vitietur teſtamẽtum,ſi ſcri-
batur per notas, ſeu abbreuiaturas inſoli
tas.vt ex communi opinione differunt
Alexan.conſi.153.Videtur prima cõſide-
ratione.nu.6.lib.2.Bar.in.d.l.ſed cum pa
trono.§.fi.& in.l.2.C.de vetere iure enuc.
Bart.& omnes in authen.quod ſine.per
tex.ibi.C.de teſtamen.text.in.l.ſed cum
patrono.§.fina.ff.de bono.poſſeſſio.&
in.l.vnica.ff.ſi tabulæ teſtamenti ſtabũt,
ibi, quia ex coniectura, non propriè ſcri
ptus videtur. Guiliel.Bened.in.c.Rai-
nutius.de teſtamen.par.1.nu.61.verbo.
teſtamentum.1.in ſimili per Speculato-
rem.de inſtrumentor.editione.§.oſten-
ſo.verſic.quid ſi abbreuiatura.Specula-
tor.de inſtrumentorum editione.§.in-
ſtrumentum.verſiculo.item opponi-
tur quòd inſtrumentum eſt factum per
notas.tamen de iure regio magis eſſe
videtur, vt id teſtamentum valeat, ſi
modò exinde verus ſenſus percipi poſ-
ſit, quaſi eo iure voluntatem teſtatoris
ſufficienter probari ſatis ſit,nec oporteat
formaliter probari.
16 Vnde infertur differẽtia octaua, quòd
*Rogitus tabellionis iure regio ceſſat in teſta.* licèt in teſtamento in ſcriptis oporteat ta
bellionem, qui illud conficit, fuiſſe ro-
gatum.vt ex vera & communi opinio-
ne reſoluit Alexander conſilio.153.lib.2.
colum.2.per text.in authen.de tabell.§.
nos autem.vbi Accurſius & alij.glo.&
alij in cap.cùm.P.tabellio.de fide in-
ſtrumentorum.nec tabellionis rogitus
præſumitur, niſi vel probetur, vel ipſe
id in ipſo inſtrumento atteſtetur.Inno.
& alij in.c.1.de fide inſtrumen.Specul.
& Ioannes Andr.de inſtrumentorum
editione.§.breuiter.Bart.& alij in.l.ſcien-
dum.ff.de verbo.oblig.& eſt cõis opin.
ſecundùm Alex.vbi ſuprà nu.9.idem in
d.l.ſciendum.nu.42.vbi Imol.Ang.in.l.
quæcunq;.§.fi.ff.de publi.tamen iure re
gio vt in teſtamento in ſcriptis rogitus ta
bellionis non deſideretur, veroſimilius
eſt, cùm eo iure ſolennia teſtamento-
rum non pro forma,ſed tantùm pro pro
batione deſiderentur. Cogita tamen,
quia in hoc aliquantulum videtur ad-
17 uerſari.l.3.Tauri. Quod autem dixi- De ead.re.
mus oportere tabellionem fuiſſe roga-
tum, id procedit, quando tabellionem
interuenire iuſſit teſtator: nam ſi id non
iuberet, verius eſt, quòd tale teſtamen-
tum citra tabellionem conſcribi poteſt
manu propria teſtatoris, vel alterius.vt
ex receptiore ſententia reſoluit Corneus
conſilio.226.Licèt in hac.num.2.lib.3.
per.§.ſed cùm paulatim.Inſtitut.de te-
ſtamentis.l.hac conſultiſſima.C.eodẽ
titulo.vbi inter reliqua teſtamentorum
requiſita non adijcitur tabellionis inter-
uentus.
18 Ex ſuperioribus infertur nona differen De ead.re.
tia inter ius regium, & cõmune, nempe,
ꝙ licèt de iure ciuili in teſtamento nun-
cupatiuo requiratur, quòd teſtator pro-
prio ore nũcupauerit nomẽ hæredis, vel
illud propria manu ſcripſerit.vt in.l.iu-
bemus.C.de teſtamẽ.adeò,vt ſi teſtator
alio hæredem nominante agnouerit nu
tu capitis, vel per verbum ſic vel ita, li-
cèt non pauci ſcribentium teneãt talem
hæredis inſtitutionem valere.vt firmant
glo.& omnes in.d.l.iubemus.vbi Iaſ.
nu.10.Bart.& omnes in.l.hæredes pa-
làm.in princip.ff.de teſtamen.Ange.in
l.in fraudem.§.1.ff.de milit.teſtã.Anton.
& Imol.in.c.cùm tibi.de teſtam.Roma.
conſi.306.Propoſita.idem in.l.1.§.ſi quis
ita.ff.de verbor.obligat.eſt cõmunis op.
ſecundùm Alexan.conſil.33.Ponderatis
verbis.lib.3.Cin.Bal.Ang.qui hanc dicit
cõem, & vſu approbatã in.d.l.iubemus.

Ange.in princi. Inſtitut. de teſtamentis. Alexander in.d.l. iubemus. per tex.in.l. quoniam indignum.C.de teſtamen.Couarru. de teſtamen. in.c.cùm tibi. nu.4. &.5. Decius conſil.489. In caſu occurrenti.nu.3. Iaſ.in.l.vbi autem non paret.§.illud.ff.de verbor. obliga.Alexan. conſilio.12.Viſo inſtrumento.lib.1.nu.6. Alex.conſi.47. Abundè.lib.2.nu.7. Pari. conſi.19.Conſideratis.nu.13.lib.3.Corne. in.l.hac conſultiſſima.§.per nuncupationem. C.de teſtamen. Alexan. conſi.176. colum.2.lib.5.idem in cõſ. 14. Viſis. nu. 15.lib.6.Soci.in.l.ſi ita ſcripſero.colum.
19 1.ff.de condi.& demonſtra.
*De ead. re.* Tamen cõtrariam opinionem, vt de iure ciuili inſtitutio hæredis facta ad interrogationem alterius, non valeat, tenet Iacob. de Are. in.d.l.hæredes palàm. in principio. poſt plures relatos per Corn.vbi ſuprà.& per Iaſ. qui tenet contra communem in.d.l. iubemus.nu.10. Corne.conſi.77.Viſo.d. themate. lib.4.nu.1. quaſi pro forma requiratur, vt non ſolùm teſtator hæredem nuncupet ore proprio, ſed etiam, quòd id faciat vltrò, non ad interrogationem alterius. Verùm de iure regio (vt nos nouiſſimè interpretamur) magis eſt, vt hæredis inſtitutio, quæ proceſſit ex libera voluntate teſtantis, valeat, ſiue hæredem teſtator vltrò nuncupauerit, ſiue etiam ad interrogationem alterius: quinimò fortè valebit, etiam ſi illum teſtator nullo modo nuncupauerit, ſiquidem alio legitimo probationis genere apparuerit de illo hærede inſtituendo teſtatorem ſenſiſſe. argumento ſuprà dictorum.

20 *De ead. re.* Infertur etiam & decima differentia, quòd licèt de iure ciuili nullus poſſit per alium teſtari, ſed tantùm per ſemetipſum.l. captatoriæ.ff. de lega.1. l. captatorias. C. de teſtamen. milit. l.ſenatus.§. legatum. ff. de legat. 1. quod & iure canonico procedit regulariter, niſi fauore piæ cauſæ, vt tradunt plerique eorum, quos ſuprà proximè retulimus. ſequitur, & dicit communem opinionem Decius in.d.l.captatorias. vbi etiam Corneus, Alexander, & Iaſ. poſt alios. Calderinus conſilio finali. de conſtitu. Couarruuias in.c.cùm tibi. per textum ibi, de teſtamentis. Abbas conſilio.32. Circa duo. lib.2.colum.2. vbi hanc dicit communem ſententiam. idem Abbas conſilio. 110. lib.2. In cauſa. colum. penult. Abbas conſilio.26. Videtur. lib.1. tamen de iure regio magis eſt, vt valeat teſtamentum, quod quis per alium facit, non ſecùs, quàm valeret quælibet alia diſpoſitio inter viuos per alium facta, ex notiſſimo iuris elemento dictante, vt qui per alium facit, per ſe ipſum facere videatur. Nam ſecundùm nos omnia teſtamentorum ſolennia remittuntur quo ad formã, licèt eorum quædam quo ad probationem deſiderentur. Id quod hodie in hac ſpecie deciſum eſt per.l.Tauri.31.cum ſeq.

21 *De ead. re.* Ex ſuperioribus etiam infertur differentia vndecima inter ius noſtrum, & ius commune, ſcilicet, quòd licèt de iure ciuili per præteritionẽ filijfamiliàs vitietur teſtamentum ipſo iure.l.inter cætera.l.pe.& fi.ff.de lib.& poſth. l.1.ff. de iniuſt.rupt. l.fin.C.de contratab.in prin. Inſtit. de exhære.libe. quinimò hodie licèt eſſet exhæredatus, teſtam. foret nullum ipſo iure, niſi iuſta cauſa exhæredandi expreſſa eſſet. vt eſt communis opinio, quã tenent glo. in authent. de hæred. & fal. §. exhæredatos. verb. noluit. eſt communis opinio ſecundùm Iaſ. in authen. non licet.col.3.gl.2.in prin.Inſti.de inoff.teſt. & vtrobiq; cõmuniter doct. Greg. Lup. in.l.5.tit.8.par.6. idẽ Iaſ. in auth. ex cauſa. col.3.C.de lib.præte.idẽ in.l.in ſuis.col.fi. ff.de lib.& poſth.idẽ in.l.ſi mater.in prin. ff.de vulg.idẽ in.l.fi.nu.18.C.de cõtratab. Crot.in.l.Gallus.§.& qd ſi tãtùm. nu. 52. ff.de lib.& poſt. Ang. de Perigli. in tract. ſuita.queſt.fi.Alex.i.d.l.in ſuis.n.12.Bar. in.d.



in dict.authen.ex cauſa.num.12. vbi per Albe.Odofre.Petrum, Cinum, Baldum, Angelum, Salicetum, Fulgoſium, Paulum, Corneum, Alexandrum, Iaſ. Curtium iuniorem, & alios. Barto. num.10. in.l.in quartam.ff.ad legem falcidiam. vbi Picus num.6.& Ripa num.143. Licèt hoc vltimum ſolitus ſim impugnare, tamen aliud fortè erit de iure regio. Sed hoc vltimum non firmo, quia in contrarium facit par.6.tit.7.& tit.8. per totum.

22 *Teſtis compulſio nõ uitiat teſtam. iure regio. noua op.* Ex ſuperioribus etiam infertur &.12. differentia inter ius noſtrum regium, & ius commune, vt licèt de iure communi ad validitatem teſtamenti requiratur teſtes teſtamentarios non fuiſſe compulſos.l. qui teſtamento.§.finali in fine. ff.de teſtamentis. tamen non ſic erit de iure regio, quo nihil aliud deſideratur, præter legitimam probationem voluntatis teſtatoris, quæ per teſtes etiam cõpulſos probari poſſe nulli dubium eſſe poteſt. quod tam vtile eſt, quàm nouũ.

23 *De ead. re.* Qua ratione colligitur etiam &.13. differentia, vt licèt de iure communi olim teſtamentum ab hæredis inſtitutione deberet incipere.§. ante hæredis. Inſtitut. de legatis.l.2.§.prius.ff. de vulgari. l. 1. ff. de hæredibus inſtituendis. quod ius hodie abſceſſit. d.§. ante hæredis.l. ambiguitates. l. præpoſteri. C. de teſtamentis. tamen iure regio magis eſſe videtur, vt nunquam id neceſſum fuerit, cùm eo iure ſolennia ad probationem tantùm, non etiam ad formam deſiderarentur: nec dubium eſt, quin quo ad probationem nihil referat, vtrùm teſtamentum incipiat ab hæredis inſtitutione, an aliunde.

24 *De ead. re.* Denique ex eadem ratione infertur & decimaquarta differentia. Nam licèt de iure communi ſignacula teſtium neceſſaria eſſent ad firmitatem teſtamenti.§.ſed cùm paulatim. Inſtitut. de teſtamentis.l.hac conſultiſſima.in principio. C.de teſtamentis. l.prima, & ſecunda. titulo.1.part.6. tamen non ſic poſt dict.l.1. titulo.2.lib.5. ordina.&.l. 3.Tauri.

25 *De ead. re.* Hinc etiam infertur & decimaquinta differentia. Nam licèt teſtium ſubſcriptiones iure communi deſiderarentur in teſtamento in ſcriptis. vt in.d.l.hac conſultiſſima. &.d.§.ſed cùm paulatim.l.1. &.2.titulo.1.part.6. tamen non ſic erat de iure regio. per dict.l.1.titulo.2.lib.5. ordin. Licèt agnoſcam eam legem abrogatam eſſe hodie hac in parte per.d.l.3. Tauri.

26 *Teſtamentũ unico cõtextu fieri iure regio nõ requiritur.* Vnde infertur & decimaſexta differentia, quòd licèt iure communi oporteret teſtamentum fieri vnico contextu.l.hæredes palàm.§.fina.ff.de teſtamentis.l. cùm antiquitas. C. eodem.l. furioſum. C.qui teſtam.facere poſſunt.tamen non ſic eſſet de iure regio, quo iure ſolennia formæ abſceſſerunt, & legitimæ tantùm probationes in vſu, & in conſideratione eſſe cœperunt.

In ſumma illinc etiam infertur & decimaſeptima differentia, vt licèt de iure communi fœmina non poſſet eſſe teſtis in teſtamento. l. qui teſtamento.§. mulier. ff. de teſtamentis. d.l.hac conſultiſſima. &.§. teſtes autem. Inſtitu. eodem.l.1.&.2. titulo primo. part. ſexta. tamen non ſic de iure regio poſt.d.l.1. titulo ſecundo.lib.5.ordina. quæ omnem ſolennitatem teſtandi ademit, contenta legitima tantùm probatione, legitima autem probatio teſtimonium mulieris nunquam repulit. vt dict.§.mulier. quod & in teſtamento in ſcriptis ad mittendum dicerem, quia Tauri lex tertia hac in parte nihil innouauit. Facit, quia & iure canonico fœmina teſtis eſſe poteſt in teſtamento. vt concluſimus ſuprà ex receptiore ſententia. Et omnes has differentias inter ius regium & ius commune notabis, quia à noſtrorum nullo fuerunt vnquam

præuiſæ,licèt hæc materia ab eorum ple
riſq; non oſcitanter fuerit elaborata.Iſto
rum autem pleráque non tam facilè ap-
tantur teſtamento in ſcriptis,quàm teſta
mentis nuncupatiuis.

Iuxta ſuperiora videndum eſt de iure
regio, quid eſſet, ſi teſtator ipſe teſtamen
tum cancellauerit?quo caſu ſimiliter te-
ſtamentũ iure ciuili infirmatur.vt per to
tum.ff.de his quæ in teſta.delen. Et ſimi-
liter quid ſi teſtator fuerit coactus? quo
caſu teſtamentum iure ciuili non valet.
vt per totum.ff.&.C.ſi quis aliquem te-
ſtari prohib. Aut quid etiam, ſi teſtator
ſe in arrogationem dedit? quo caſu iure
ciuili teſtamentum infirmatur.l.penul.
§.penult. ff. de ſecundùm tab.§. non ta-
men. Inſtitu.quib.modis teſtamen.infir.
Et prætereа quid etiam ſi præceſſit clau-
ſula derogatoria, quo caſu ſimiliter iure
ciuili teſtam.infirmum eſt. vt in.l.ſi quis
in principio teſtamenti.ff.de lega.3. cum
ibi notatis per Bar.& alios. & in.l.ſi mihi
& tibi.§.in legatis.ff.de leg.1. vbi per Are
tinum,Alex.Iaſ.& alios.

Aut quid etiã ſi teſtam.i.hæredis inſti-
tutio fiat in bonis alienis? quo caſu non
valet. vt docemur ſuprà.§.17.nu.21.

Et proinde quid ſi voluntas conſum-
mata non fuerit? quo caſu ſimiliter iure
ciuili teſtamentum nullum eſt.l.ſi quis
cùm teſtam.ff.de teſtam. Aut quid etiã
ſi teſtator errauerat circa perſonam hæ-
redis ſcripti?quo caſu ſimiliter iure ciuili
teſtamentum nullum eſt.l.ſi pater.l.ne-
que apud.C.de hæred.inſtituen.l.fin.ff.
eodem tit. Et in omnibus his caſibus, &
ſimilibus magis eſt teſtamentum infir-
mum eſſe de iure regio, non ſecùs quàm
de iure ciuili: quia iure regio ſolennita-
tes remiſſæ ſunt, voluntates autem teſtã
tium eo iure integras eſſe oportet, non
aliter atque de iure communi: nec du-
bium eſt, quin iſthæc omnia, & ſimilia
ad teſtatorũ voluntates, non autem ad
teſtandi ſolennia pertineant.

*Teſtamẽtũ minùs ſolẽne ualet iure regio ſine iuram.*

27 Stat ergo ex ſuperioribus,quòd iure re
gio teſtamentum etiam minùs ſolenne
ſuſtinebitur citra interuẽtũ iuramẽti, nõ
aliter atque de iure communi per inter-
uentum iuramenti ſuſtineretur.vt ſuprà
plenè tradidimus, & continuò ſubijcie-
mus quæ ad iuramenti materiã conſum
mandam deeſſe videntur.

*Stipulatio quare inuẽta.*

28 Nam vt per interuentum iuramenti te
ſtamentum minùs ſolenne vtile eſſe po-
teſt: ita quoq; & ſtipulatio de alteri dan
do,quæ regulariter inutilis eſt, per inter-
uentum iuramenti,vt infrà probabo,vti
lis eſt ſecundùm communem opi. Qua
in re in primis nota, quòd vltimus finis,
effectus, cauſaq; finalis inueniendarum
ſtipulationum fuit, vt vnuſquiſq; ſtipu-
letur qđ ſua intereſſet,quo fine, ſeu cau-
ſa finali ceſſante, ceſſat legis diſpoſitio,
& virtus his ſtipulationibus attributa.
conc.§. alteri. Inſtitut. eodem Quod ob-
tinet non ſolùm in legibus permittenti-
bus,vt ibidem. ſed & in legibus punien-
tibus. vt.l.adigere.§.quãuis.ff.de iure pa-
tro. Nec mirum,cùm parem virtutẽ lex
habeat in imperando, vetando, permit-
tendo,& puniendo.l.legis virtus.ff.de le
gib. Idemq; in hominum diſpoſitioni-
bus,ſiue inter viuos fiãt. vt.l.generaliter.
ad fi. de epiſco.& cler.ſiue in vltimis vo-
luntatibus.l.cùm pater.§. dulciſſimis. de
lega.2.ff. Facit optimè. Nam licèt forma
legis ſit ad vnguem ſeruanda. l. cùm hi.
§. ſi prætor.ff.de tranſactionib. l. ſi vnus.
C. de teſtamentis. l.nemo poteſt. de leg.
1. vbi Bart.col.1. & latè omnes moderni.

*De ead.re.*

29 tamen ab ea receditur, & eius omiſſio
non nocet, quando ceſſat cauſa finalis,
& potiſſima, ad quam forma illa inuen-
ta fuit. ita procedit. l. filio præterito.ff.
de iniuſt. rupto. c. ſtatutum.§. de illo.de
reſcriptis. in. 6. id quod pleniùs ſuo lo-
co. & notat Aretinus in rubrica.ff. de li-
beris & poſthu. facit, quia ex expreſſa,
vel etiam præſumptà volũtate teſtatoris
recedimus ab omnibus regulis in vlti-
mis



mis vol.loquentibus, idq; fit, eò quòd il-
læ regulæ inuentæ fuerunt ad ſeruandã
teſtatoris voluntatem præſumptam:vn-
de ſi conſtet,vel magnoperè pręſumatur
in aliud tendere teſtatoris volun.diſpoſi
tio, & virtus legis eo caſu loquentis ceſſa
re debet. vt per plura,quàm.20.exempla
probauimus ſuo loco.facit.l.pater Seue-
rinam.§.1. ff.de condi.& demonſt.l.con-
ditionibus pupillus.eod.tit.& in.l.in cõ-
ditionibus primum locum. eodem titu.
dixi in materia pupillaris ſubſti.infrà.

*De ead.re.*

30 Adde, quòd vt ſtipulationes inuentæ
ſunt,vt quiſq; ſtipuletur quod ſua inter-
eſt,quo fit,vt intereſſe ceſſante,ſtipulatio
nulla ſit. vt ibid. ita & alij contractus iu-
ris gentium propter vſum, intereſſe, vti-
litatem,& neceſsitatem hominum inuẽ-
ti ſunt.vt.§.ius autem gentium.Inſt.de iu
re natu.verſi.nam vſu.iũcto verſi.ex hoc
iure.quo fit,vt vtilitate,ſeu intereſſe con
trahentis ſuo nomine ceſſante,cõtractus
quoq; ſit nullus,& poteſtas talibus con-
tractibus attributa nulla eſſe debeat. ita
intelligo.l. quæcunq; gerimus.ff.de act.
obli.l.quo tutela.in fi.ff.de reg.iur.&.d.l.
ſtipulatio iſta.in.d.§. alteri. cum infinitis
conc.Qua ratione idem dicendum in pa
ctionibus,cùm ſint iuris gentium.l.1. de
pact.ff.l. conuentiones.eod. l. iuris gen-
tium.§. prætor ait.eod.l.1.de conſt.pec.l.
non minorem.C. de tranſactio. quod in
ſpecie probat. d. l. quo tutela.in fi.&.d.l.
quæcunq; gerimus.in verb.contrahere.
quod fortiùs probatur per.l. ex conuen-
tione.C.de pact.&.l.1.C.ſine cenſu,vel re
liquis. vbi ex pacto, quod initio valuit,
agere non poſſum, quando deſinit mea
intereſſe: ergo lõgè minùs ſi nec intereſt,
nec interfuit vnquàm.argum.l.patre fu-
rioſo.ff.qui ſunt ſui vel alie.iur. Infero in
tell.ad.l.pe.in fi.ff.de pact. Nam ideo ibi
pactum de non alienando nõ valet, cùm
ſimpliciter, & generaliter factum fuit,
quia mea non intereſt, quòd tu fun-
dum tuum alienes, vel non. Et quòd ve-
ra ſit ratio, quam dedi ad dicta iura, ad-
de Iacob.Butr.quem refert Bar.in.l.non
dubium.colũ.3. in fi.C.de legib. & adde

*De ead.re.*

31 Iaſ.in.l.Gallus.in princip.num.18.de lib.
& poſth.Et ex.d.§.alteri.ex gloſ.nil inter
eſt. in princi. ipſius nota tria ſingularia.
Primum,quòd ſi alteri ſtipulor, inde li-
cèt ciuilis obligatio non oriatur, oritur
tamen naturalis. Secundũ, quòd illa na-
turalis non ei,cui ſtipulor, ſed mihi quæ
ritur. Tertiũ,quòd talis oblig.nat.mihi
quæſita non id continet, quòd mihi de-
tur,ſed vt detur ei,cui ſtipulor. Vnde in-
fertur,quòd ipſo iure tolleretur, ſi ei, cui
ſtipulor,ſolutum eſſet, etiam me vetãte,
ſeu ignorante.

*Obligatio nat. oritur quando alteri ſtipulor. ſecundùm communem op. quã & nos ſequimur ſub nõua diſtinctione.*

32 Prima concluſio, quòd oriatur natu.
obli.tenetur per Bar.ibid. & vbiq;.vt pa
tet ex relatione Alex.ibid.ſuper gloſ.qui
etiam eam ſequitur. & eãd. ſequitur Iaſ.
ibid. dicẽs eam communiter app. quam
etiam ſequitur, & dicit communem in
alijs locis infrà allegandis. Sunt tamen
plures authores non leuis authoritatis,
qui tenent contrarium,ſcilicet,ꝙ ſi alteri
ſtipulor, inde nec nat. oriatur oblig. nec
ciuilis.pro quibus vrgẽt infinitæ.ll. quas
allegant Alexã.& Iaſ.ibid. propter quas
olim tenui contra communem.

Modò tamen ſum in opinione & no-
uiſsima,&(vt arbitror)veriſsima,ſcilicet
quòd oriatur oblig. nat. & ita procedat
gloſ.& communis op.effectus tamẽ hu-
ius nat.oblig.ſemel ortæ impediatur per
legem.& ita procedat op.contraria. Pri-
mum, ſcilicet, quòd oriatur oblig. nat.
probatur ineuitabiliter tali ratione.Cer-
tum eſt,quòd nat.oblig.oritur ex cõſen-
ſu.ff.de actio. & oblig.l. ex conſenſu.§.1.
Inſt.de oblig.ex cõſenſu.l.3.C.de poſtul.
facit.l.fi.C.de non num.pec.l.1.§. ſi lega-
tarius.ff.ad leg.falci.cum ſua glo. & glo.
l.ſi per errorem.vbi doct.ff.de iuriſ. om.
iud.l.3.§.ſubtilius.ff.de cõd. ob. cau. quò
fit, vt ſi tibi promiſi me Titio daturum.
(ita enim formari debet quæſtio, vt ver-

obligatiua in ſtipulãtem,executiua in eũ,
cui ſtipularis,conferãtur)tunc conſentire
videar me tibi obligari ad Titio dandum:
quia id importãt hæc verba,quæ ſunt paſ-
ſionum animi,voluntatis,conſenſusq́; te-
ſtes certi.ſimil.l.quod Labeo.de ſupell.le-
ga.l.non aliter. de leg.3. & cùm conſenſe-
rim,naturaliter me obligatum cõſtat.Sed
obſtat,quòd cùm alteri ſtipulor,non ſum
huius propoſiti, vt mihi obligeris, ſed illi,
vnde extra propoſitum meum obligatio
nem acquirere non poſſum.argum.l.non
omnes. ff. ſi certum peta.l.abſenti. de do-
nat. Reſpon.ſecundùm Alexan.in.d.§.al-
teri.ſuper gloſ. quòd hoc argumen.quod
fuit Rapha. non obſtat. Nam cùm verba
obligatiua in me cõferantur,patet, me hu
ius fuiſſe propoſiti,vt obligatio mihi quæ
reretur,non in meam, ſed in illius, cui ſti-
pulor,vtilitatem. Nec repugnat,quòd mi
hi obligationem ad alterius vtilitatem ac
quirere voluerim, ſicut fit, quando alteri
nomine ipſius ſtipulor, quo caſu non ſo-
lùm naturalis, ſed etiam ciuilis obligatio
oritur. vt glo.approb. in.l. huiuſmodi. in
prin.de leg.1.ff. & aliâs in.l.ſi ſeruus ea le-
ge.ff.de ſerui.export. Secundò,quòd oria
tur naturalis obligatio,probatur euidenti
ratione. Nam conſenſus, & voluntas, ex
qua(vt probaui)natu.obligatio oritur, eſt
quid facti, non iuris.l.bonæ fidei.§.1.ff. de
acquir. rerum dominio.l. pro hærede. in
prin.ff.de acquir.hæred.l.ſi ita legatum.§.
illi ſi volet.de leg.1.l.fin.cum glo.quando
dies leg.ce. ff.iuncta.l.fin. ff.de cond.inſt.
probaturq́; in.l.fi.C.de inſti.& ſubſtit.ibi,
voluntatis eſſe quæſtionem. cum infini-
tis legib.dicentib.voluntatis eſſe, non iu-
ris quæſtionem,ſed res facti iure ciuili in-
firmari nõ poteſt, ait formaliter.l.1.§.ſi vir.
de acquir.poſſ. & quod ſemel factum eſt,
infectũ fieri iure ciuili non põt. l.in bello.
§.factæ.ff.de capti.adeò,vt fictiones ad ea,
quæ ſunt facti (veluti poſſeſsionem) non
trahantur.l.deniq́;. ff.ex quib. cau. maio-
res.Cùm ergo in propoſito interfuerit cõ
ſenſus, qui eſt facti, cumq́; ſemel factum,
infectum iure ciuili non poſsit fieri, nulla
q́; lege infirmari poſsit,tu peſt.&c. Tertiò
cõfir. nam cõſenſus eſt iuris naturalis.l.li-
bertas.ff.de ſtatu hom.& naturali æquita
ti nil conuenientius, quàm voluntatẽ cu-
iusq; ſe obligare volentis ratam eſſe. §. per
traditionem.Inſt.de rerum diui. & homi-
nis volũtati nec per legem, nec per ipſum
hominẽ terminus imponi poſsit. l. ſi qs in
principio teſta.de leg.3.ff.facit.l.pacta no-
uiſsima.C.de pact.§.poſteriore.Inſt.quib.
mo. teſt.infir. ſed iura naturalia iure ciuili
perimi non poſſunt.l.eas cauſas.de cap. di
mi.ff.l.iura ſanguinis.de reg.iur.§.fi.Inſtit.
de leg.ag.tut.ergo.&c. Quartò id euiden-
ter probatur. Quid enim ſi alteri ſtipulor,
ignorans id à lege prohibitum eſſe? nõne
tunc abſurdum eſſet dicere promiſſorem
naturaliter non obligari?cùm omnino cõ
ſenſerit,nec ignorantia iuris talem natura
lem oblig.impediat,cùm lege naturali nõ
teneamur ſcire leges poſitiuas,licèt lege ci
uili teneamur.vt.l.leges ſacratiſ.C.de legi.

33 Probatum eſt rationibus, quòd oritur
nat. oblig.idq́; &.5. probatur authoritate
Iaſ. qui in alio propoſito ait, quòd quãdo
l. reſiſtit alicui contractui, putà iubet, ne
aliquis audeat contrahere cum minore ni
ſi ſeruata certa ſolennitate, tunc licèt ſecũ-
dùm communem opi. impediatur etiam
nat. oblig.ortus,tamen ſecundùm ipſum
ortus eius non impeditur,licèt eius iam or
tæ effectus impediatur.ita Iaſ.in.l.ſi nõ ſor
tem.in princip.ff. de condi. indeb. & in.l.
Iulianus.eod.tit.num.3.Sic ergo & in pro
poſito dico ortum obligationis non impe
diri, licèt obligationis naturalis iam ortæ
effectus impediatur.Stringo.Nam ſi illud
fit, quando lex reſiſtit, & contractus eſt
contra legem,quantò magis in propoſito
vbi lex non reſiſtit, ſed etiam non aſsiſtit,
vt ſic contractus iſte præter legem,nõ cõ-
tra legem videatur?ſecundùm glo.appro.
in.d.§.alteri.in verbo.conuenit.Sextò pro
me eſt text. in. l. Iulianus. ff. de cond. in-
deb.in

*Obl. nat. oritur ex contractu inito lege reſiſtẽte cũ Iaſ. contra cõmunem.*



deb.in verb.natura.vbi ſententia nõ po-
teſt tollere natur. oblig. licèt tollat ciui-
lem. & ita perpendit Iaſ. ibi num. 2.&.3.
Ratio, quia ciuilis ratio iura ciuilia peri-
mere poteſt,naturalia non vtiq;.§.fi.Inſt.
de leg.ag. tut. &.d.l. eas cauſas.& tamen
lex ciuilis ſummam authoritatem præ-
buit ſententiæ. Patet,quia dixit.l. rem iu
dicatam pro veritate eſſe.vt.l. res iudica-
ta.ff.de regul.iur.de quo per Iaſ.in.d.nu.
2.&.3.& in.l.ex hoc iure.ff. de iuſt.& iur.
Adde &.7.ſecundùm Alex. in.d.§. alteri.
col.2. in princip. quòd negari nõ poteſt,
quin hîc interfuerit pactum, & conſen-
ſus duorum,ergo natur.obli.oritur.l.5.§.
Imperator.in verb.naturaliter.ff.de ſolu
ti.l.Stichum.§.naturalis. eod.tit.Octauò
p.l. cõtra iuris ciuilis.ff.de pact. iũcta.l.1.
in fi.ff. de nouati.in quibus probatur, ꝙ
licèt pactum, ſeu conuentio, qua pupil-
lus ſine tutoris authoritate cond. ſuam
deteriorem facit, ſit contra regulas iuris,
tamen ex eo oritur nat. obli. dummodò
pupillus eſſet doli capax, & per hoc con-
ſentiendi. Ad quas.ll. vi. Iaſ.in.l.ſi nõ ſor-
tem.in princip.num.3.de cond.indeb.ff.
Nonò, quia negari non poteſt, quin ſti-
pulatio iſta non ſit contra legem,ſed tan
tùm præter legem.vt ait glo.in verb.con
uenit.ſuprà.all.quam ſequuntur omnes
& etiam Alexan.& Iaſ.ſuper glo. ergo in
de debet oriri nat.oblig.Sat ergo proba-
tum eſt ortũ nat.oblig.non impediri hîc.

34 Quòd autem eius effectus impediatur;
probant infinitæ.ll.quas allegant Alexã.
& Iaſ.in.d.§.alteri.ſuper glo.conuenit.In
primis eſt tex.in.§.ſi quis alij.Inſt.eod.in
verb.nil agit.nam ſi nil agit,ergo natura
lis etiam effectualiter non oritur. Secun
dò eſt tex.in.l.ſi ita ſtipulatus fuero ſi Ti
tius.§.Chryſogonus.ff.de verb.in verbo,
nullam. vbi dicitur nullam prorſus oriri
obligationem,ergo nec naturalem, nec
ciuilem. Tertiò eſt tex.in.l.certi condi-
tio.§.quoniam.ff.ſi cert.pet.in verb. nul-
la. vbi hãc ſtipulationẽ nullam appellat.
ergo ĩde nulla ꝓrſus effectualiter oritur
obligatio.Quartò eſt tex.ibid.in verb.in
utiliter. vbi hãc ſtipulationẽ inutiliter in
terpoſitã tex.ait, ergo nec ad naturalem
obli.effectualiter prodeſſe potuit. Quin
tò eſt tex.ibid.in verſ.idem quæri.iuncto
verſ.numeraui.vbi cùm poſt numeratio
nem ſtipulor ſub impoſsibili conditione
mihi reddi, quo caſu ſtipulatio abſque
dubio nulla eſt, vt exprimitur ibi. &
l.impoſsibilis.ff.de verb.ita quoque & ſi
ſtipuler alteri dari: itaque æquiparantur
iſti duo caſus, quòd ſub conditione im-
poſsibili ſtipuler, vel quòd alteri dari ſti-
puler, ergo vt illo caſu ſtipulatio eſt pro-
culdubiò nulla, vt nec inde effectualiter
oriatur nat. oblig.ita & iſto caſu. Sextò
eſt tex.in.l.quo tutela.ff.de regul.iur.§.fi.
vbi nec ſtipulari, nec paciſci alteri poſſu-
mus, nec etiam emere, vel vendere.ad qđ
eſt etiam text. in.l. fundus ille. ff.de con-
trah.emp.Septimò per.l.quæcunq; geri-
mus.ff.de act.& obl.eod.modo ponderã
do, maximè in verbo, contrahere. quod
trahi poteſt nõ ſolùm ad pactiones veſti
tas,ſed & ad nudas.Octauò per.d.§. alte-
ri.d.legis.ſtipulatio.& per.§.alteri. Inſtit.
eod.vbi dicitur, alteri ſtipulari nemo po
teſt. & ſic omnino denegatur potentia,
vt nec id fieri poſsit ad effectum produ-
cendæ obligationis ciuilis ſimul & na-
tur.nec etiam naturalis tãtùm: nam ſi fie
ri poſſet ad effectum obligandi ſaltem
naturaliter,iam tunc illa vniuerſalis ne-
gatiua, ſcilicet(nemo poteſt) redderetur
in parte falſa, & conſequenter in totum
textus aſſertio falſa iudicaretur.l.ſi is qui
ducenta.§.vtrùm.vbi oẽs. ff. de reb.dub.
Et quòd hęc verba denotent omnem im
potentiam, tradit Iaſ.in. l. non dubium.
num.30.C.de legit. Nonò per.l.non du-
bium. C. de legibus.vbi prohibitio legis
nõ ſolùm reddit actum nullum, ſed etiã
facit eum haberi pro infecto. Cùm ergo
d.§.alteri.& etiam.§.alteri.Inſti.eod.dicãt
fieri non poſſe, & ſic non ſolùm in futu-
rum

*Obl. nat. quæ oritur ex ſtipulatione alteri facta, caret effectu in foro contentioſo. cõtra communẽ.*

rum,ſed etiam in præteritum prohibeāt
interpoſitionē huius ſtip. ſequitur eam
& nullā eſſe,& pro infecta habēdā. Nā ſi
id verū eſſet quādo.l.diceret, ꝙ talis ſtip.
in poſterū non fieret,quantò magis, ſi lo
quatur per verb.præſentis tēporis, dicen
do,fieri nō poteſt? Nam aliâs habetur dif
ferre dicat.l.irritetur contra factū.an ve-
rò dicat, irritū ſit. vt hoc ſecundo caſu in
telligatur ipſo iure, illo autē caſu demū
ſequuta ſententia declaratoria. vt habe-
tur in authē.caſſa,& irrita.C.de ſacro.ec-
cleſ. Decimò per.l.1.§. ſeruus meus.verſ.
nullius momēti.ff.de ſtip.ſeruo. Vndeci
mò per.l.reſcriptū.§.fi.l.ſi tibi decem.§. ſi
pactus. ff. de pact. vbi ſi paciſcor tecum,
ne à Titio petas, ex tali pacto nulla exce
ptio quęritur Titio. Duodecimò ꝑ.l.1.§.1.
in verb.nil agit.ff.de ſtip.ſeruo. Decimo
tertiò ſi nat.oblig.hîc efficax naſceretur,
vt vult gl.noſtra cōiter appr.ſequeretur,
ꝙ ſi id, qđ mihi quauis rōne debes, alteri
dari ſtipularer, tunc prioris obligationis
nouatio fieret, cū hîc interueniat noua ꝑ
ſona,& ſola nat.obli. ſufficiat ad inducē
dā nouationē.l.1.§.fi.ff.de nouati.§.præte
rea.Inſt.quib.mo.toll.ob.ſed hoc eſt ex-
ꝓſsim cōtra.l.certi cōd.§.qm̄.ff.ſi cer.pet.
ergo ſeqtur, ꝙ ex iſta ſtipul. vel minimè
oritur nat.obl.vel illa eſt iure ciuili ener-
uata. Et hoc arg. vtitur Iaſ.in.d.§.alteri.ſu
per gl.cōuenit. Decimoquartò fund.col
lige ex Iaſ. in.d.§.alteri. dū refert Rapha.
Decimoquintò ꝓ me eſt tex.not. in.l.eū
q.§.itē ſi mihi.ff.de cōſti.pec.quē allegat,
& inducit Iaſ.in.d.§.alteri.& reſp.Iaſonis
nō euacuat difficultatē.ait enim, ꝙ licèt
prętor ex æqtate đderit actionē ei,cui cō
ſtituitur, ex eo, ꝙ ſibi naturaliter obliga-
tur cōſtituēs, tamē iſtud fit, quādo eius,
cui cōſtituitur, intereſt cōſtituētē natura
liter obligari, veluti ſi đbebatur ipſimet,
cui cōſtituitur. Cęterùm ſi ei nō debeba-
tur,ſed alteri, tunc fruſtrà ſibi nat.oblig.
q̄reretur, cū cōmodū eius nō reſpiceret,
ſed alterius, vnde naturalis obli.tūc non
oritur,quia eius,cui cōſtituitur, nō inter
eſt cā oriri. Sed certè idē punctualiter &
in ꝓpoſito dicēdū eſſet, vt licèt aliâs ex ſti
pulatione leges polliceātur act. ciuilēq;
& nat.obligationē oriri, quādo intereſt
ſtipulātis, tn̄ cū eius nō interſit, tunc nec
nat.nec ciuil.obligatio oriatur, vel ſi oria
tur ꝓpter mutuū cōſenſum ſtipulātis &
promittētis, tamē ipſa iā nat.obli.orta de
bilitetur, & eneruetur iure ciuili, vel re-
ctiùs per ius ciuile nulla ſibi vis, & pote-
ſtas, nulluſq; effectus attribuatur. Deci-
moſextò adduco. Nam etiam ſi aliqđ pa
ctū ab initio valuerit, ſi tamen ex poſt fa
cto deſierit intereſſe paciſcētis, tūc ex eo
agi nō poteſt.l. ex cōuētione. C. de pact.
l.1.C.ſine cēſu vel reliquis. Si ergo pacto
qđ ab initio cōtinebat vtilitatē, & inter-
eſſe paciſcentis, & per hoc valebat, nul-
lam vim, nullam poteſtatē ſeu effectum
tribuit.l.ex eo, ꝙ ex poſt facto deſijt vtili
tatē, ſeu intereſſe paciſcētis cōtinere. vt.
dd.ll.quāto magis in propoſito, vbi etiā
ab initio nullā continebat vtilitatem, di-
cēdū eſt huic pacto nullam vim & pote-
tatē per.l.attribui? Stat ergo ſatis proba-
tum, ꝙ ſi alteri dari ſtipulor, tūc inde ori
tur nat. oblig. propter mutuū cōſenſum
ſtipulātis,& promittētis, hoc primò. quæ
quidē nat.obl.attēto iure ciuili, & præto
rio nullius eſt momēti. Nam ius, qđ de-
dit vim & poteſtatē naturali obligationi
vt prodeſſet ad opponendā excep. & ad
retentionem. vt latè habetur per gloſ.&
doct. in.l.cùm quis.C. de iur. & fact. ig.
& interdum etiam ad act. intentandam,
veluti ſi poſt aliam nat.obl.hæc nat.obl.
orta fuit.l.1.§.debitum.ff.de conſtit. pec.
35 l.fina. C. ad legem falcidiam. iſtud in-
quam ius noſtrum hanc naturalē oblig.
quæ oritur ex ſtipulatione de alteri dan
do facta, eam noluit ad effectum per-
ducere, quo fit, vt iſte promiſſor in foro
contentioſo tutus ſit, non ſecùs, quàm
ſi nunquam promiſiſſet: in foro autem
animæ promiſſa ſeruare teneatur pro-
pter

*Oblig. nat. quæ oritur ex ſtipulatione alteri facta, utilis eſt in foro animæ. noua opinio.*



pter nat.obl.quæ oritur ex mutuo cōſen
ſu ſtipulantis,& paciſcentis. Et iſte eſt ef-
fectus magnus huius meę op.ſuntq; iſta
& nouiſsima,& notatu digniſsima,& cō
tra mētem tam tenentium communem
op.quàm contrariam. Nam contra tenē
tes communem opi.infertur, quòd hæc
nat.oblig.quæ oritur ex ſtipulatione, de
qua hîc, non prodeſt ad except. opponē-
dam, nec prodeſt ad retinendum, nec ꝓ-
deſt vnquàm ad agendum, vt in foro cō
tentioſo inutilis omnino ſit. Item contra
tenentes cōtra communem op. infertur,
quòd actualiter oblig.nat. orta fuit pro-
pter mutuum conſenſum, quod ipſi ne-
garent, ſcilicet, promiſſorem conſenſum
prębuiſſe. vt patet ex fund.Rapha. quod
refert,& diſſoluit Alexan.in.d.§.alteri.ſu
per gloſ.iam all. Itaq; cōtra eos teneo hîc
mutuum conſenſum interfuiſſe. hoc pri
mò. Et conſequenter nat.oblig.natā rea-
liter fuiſſe. hoc ſecundò. Et conſequenter
promiſſorem in foro animæ obligatum
eſſe. hoc tertiò. Vnde ſubinferri poſſet, ꝙ
ſtipulatori liceret rem promiſſam furari,
vt ei daret, cui ſtipulat9 eſt. Quæ omnia,
quæ à me dicta ſunt, poſſunt comproba
ri per Iaſ. vbi pulchrè cōtra communem
tenet in.l.ſi non ſortem.in princ. ff.de cō
di.indeb. quòd ſtante ſtatuto, quòd cum
minoribus nullus contrahere audeat ni
ſi certa ſolennitate ſeruata, quòd ſi cōtra
formam ſtatuti aliquis cum minore cō-
trahat, ex illo contractu etiam nat.obli.
non oritur ſecundùm communem. Iaſ.
contra. nam vult naturalem oblig. oriri
propter mutuum conſenſum pupilli, &
alterius (quod intellige, quādo pupillus
ſeu minor erat doli capax,& ſic cōſenſit.
iuxta gloſ.magiſtram in.l.1. ff. de noua-
tio) illam tamen omnino inefficacem eſ
ſe. Quod vltimum verum eſt quo ad fo-
rum contentioſum, aliud tamen quo ad
forum animæ.

36 Subdit tamen Iaſ. quòd ſi lex vltrà pro
cederet, dicendo, quòd ſi contra illam
formam contractus eſſet celebratus, tūc
eſſet ipſo iure nullus, tunc etiam actuali-
ter impediretur ortus nat.obli. nō ſolùm
eius effectus. quod etiam tenent gloſ. in
verb.ob id.& ibi Bar.& omnes in.l. non
dubium.C.de legib. Sed id etiam falſum
puto. Nam omnia fund.quæ adduxi ſu-
prà, concludunt, ꝙ lex non habet poten-
tiam ad impediendum ortum nat.obl. li
cèt poſsit eius effectus impedire, effectus
inquam, quos nat.oblig.ſortitur in foro
contentioſo. Itaque & in iſto caſu puto
nat.oblig. contra omnes naſci, quæ de-
ducetur ad effectus, qui ſunt in foro ani-
mæ, quod eſt & contra communem, &
contra Iaſ. maximè in minore, quem prę
ſumo conſenſiſſe ex ignorantia legum.
Et vi. Bar.in.l.cùm lex.de fideiuſſ. & in.l.
ſi quis pro eo.col.pe.eod.& in.l.1. de no-
uati.& in.l. ſi non ſortem. in princip. de
cond.indeb. tenentem, ꝙ ex omni cōtra
ctu, cui lex reſiſtit, nō oriatur obligatio
naturalis. Bald. in.l.non dubium.de leg.
col.penul.in fi.& Bar.in.l. cùm quis.col.
2.in princip.C.de condi. indeb.cum qui-
bus vbiq; eſt communis op.

*Obl.nat. quæ oritur ex cōtractu facto lege reſiſtēte, et annullante, utilis eſt in foro animæ contra Iaſ.*

37 Ex ſuperioribus infertur, an ſit vera
op.Bart.in.l.ſi quis pro eo.in.6.caſu.ff.de
fideiu.dum ait, ꝙ ſi quis alteri ſtipuletur,
hæc ſtipulatio licèt regulariter nulla ſit,
tamen firmatur per interuentum iura-
menti. Et cum Bar.eſt communis opi. ſe-
cundùm Alciatum in. d. c. cùm contin-
gat.nu.221.extra.de iureiu. & ſecundùm
Imolam ibid.in.6. membro. vbi Abb. n.
31.& Corneus in authen.ſacramenta pu-
berum.nu.58.C.ſi aduerſ. vend.idē Bart.
in.l.cùm lex.ff.de fideiuſ. Didacus de Co
uarru.in.c.quanuis pactum.de pactis.in
6.in.2.parte.§.4.gloſ. in.c. quoties cordis
oculus.1.quæſtione.7. Anto.in.d.c. cùm
contingat. Alexā. & Iaſ.in.d.§.alteri. poſt
alios, quos ipſi referunt. Bal.in. l. nam &
poſtea.§.iuſiurandum.ff.de iureiu.

*Iuramento non firmatur ſtipulatio alteri facta in uim ſtipulationis, ſed nudæ tantùm conuentionis. præter omnes.*

Contrarium tenent Romanus conſi.
440.col.fi. Faber in.§.ſi quis alij.Inſti.de
inuti.

inut.ſtipul.& Bal.in.d.c.cùm contingat. in.5.concluſione.& Corneus tentat in.d. authẽ. ſacramenta puberum.C.ſi aduer. vend.num.35.

Contra iſtam concluſionem communem fortiter facit, quia qui alteri ſtipulatur,non id agit,vt ſibi obligatio acquiratur ciuilis, aut naturalis, ſed vt acquiratur ei,in cuius fauorem, & vtilitatem fiebat ſtipulatio.vt tenuit glo. ab omnibus indifferenter app.in.d.§. alteri. vnde per interuentum iuramenti nulla obligatio acquiritur ipſi ſtipulanti,quia id ab ipſis contrahentibus non agebatur.ergo.&c. vt in.l.non omnis.ff.ſi cert.pet.l.obligationum ſubſtantia.ff.de act.& oblig. l.fi. C.de non num.pecu. Non quoq; illi abſenti vlla acquiritur obligatio , quia ipſe nõ agnouit,aut acceptauit, ſicq́; hæc res ſimilis eſt donationi,quę abſenti nõ quęritur.l.abſenti.ff.de donat. l. qui abſenti. ff.de acq.poſſ.vel ſimilis eſſe videtur pollicitationi, quæ cùm fiat abſenti,regulariter ei nulla etiam naturalis acquiritur obligatio ſecundùm communem op.de qua per Iaſ. & Ripam poſt alios in rubri. ff.de verb. obli. qua in re deficit poteſtas ex parte ipſius promiſſoris. Licèt enim ipſe velim me abſenti & ignorãti ex cauſa contractus vel actus inter viuos obligari,tamen non poſſum.vt. dd. iuribus. Et licèt virtus iuramenti faciat, vt voluntas iurantis ſeſe extendat quatenus ſe extendit eius poteſtas, tamen cùm hîc etiã poteſtas deficiat, non videtur quòd poſſit ſuppleri per interuentum iuramenti. & ſic ceſſat ratio tex.in.l.cùm pater.§. filius matrem.ff.de leg.2.& quæ ibi habẽtur per Bar.& omnes.

Sed certè pro communi opinio.ſtringit,quia ex iſta ſtipulatione,ſeu conuentione negari non poteſt,quin contrahẽtes voluerint ſeſe aliquid agere.argum.l. ſi quando.ff.de lega.1.l. ſi quando.in pr. cum gloſ.C.de inoſ.teſtam.l.3.ff.de mili. teſtam.Ideoque diximus latè ſuperiùs,ꝙ exinde naſcitur obligatio naturalis,licèt ipſa careat effectibus,& donis,quæ regulariter accommodauit lex ciuilis obligationibus naturalibus. Ergo id ab ipſis actum eſſe intelligo, vt promiſſor ſtipulatori obligetur ad dãdum aliquid ei, in cuius commodum fiebat ſtipulatio, qđ licèt iure ciuili fieri non poſsit, tamẽ per interuentu iuramenti de iure canonico executioni & mãdabitur,& fieri potuit: etenim iuramentum reducit nos ad terminos iuris gentium,quo iure attẽto,antequàm lex poſitiua fieret, talis conuentio valeret, neq; erat vlla prohibitio, ergo iuramentum id obſeruandum eſt.argum.c.cùm contingat.de iureiur.c.licèt mulieres.eodem titu.lib.6.c.quanuis.de pact.in.6.c.ſignificãte. extra. de pignori. ſecundùm noſtrum intellectum. Quæ concluſio primò intelligitur, vt procedat de iure canonico, & ita cautè loquitur Bar. Sed an etiam valeret de iure ciuili talis ſtipulatio? Mouet quæſtionem, quia etiam de iure ciuili iuramentum facit,vt actus valeat in omnem euentum, & in omnem caſum,quo meliùs, & pleniùs valere poteſt.d.§.filius matrem. vbi Bar.& omnes. Bar.& omnes in.d.l.ſi qs pro eo.in.6.caſu.Bar.col.4.vbi omnes in l.non dubium. C.de legib. Cogita, nam cùm infinitis legibus ſuprà oſtẽderimus legem ciuilem huic ſtipulationi reſiſtere, eiq́; actionem denegaſſe, ſupereſt, vt cùm ceſſet poteſtas contrahẽtium, nihil operetur iuram. vt in.d.l.nõ dubium. & l.ſi quis inquilinos.§.fi.ff.de lega.1. Ad.l. cùm pater.§.filius matrẽ.reſpon.ꝙ ibi nõ defuit poteſtas agentis:teſtator enim poteſt legare, & fideicõmittere non ſolùm ab hæredibus ſcriptis, ſed etiam à legitimis.l.cõficiuntur. ff.de iur.codi.l.1.§.pe. ff.de leg.3.l.ſi fundum per fideicommiſſum.aliàs incipit, ſi Titio pecunia.§.ſicuti.ff.de leg.1.

Vnde infertur,ꝙ cùm contract⁹ ſtipulationis ſit excellentior, & efficacior reli-





quis omnibus contractibus, hæc ſtipulatio non valebit in vim ſtipulationis, ſed in vim conuentionis validæ de iure gentium:ſicque licèt per interuentum iuramenti mandabitur de iure canonico executioni, tamen carebit priuilegijs, quæ lex ciuilis contractui ſtipulationis ſupra reliquos contractus accommodauit. lex enim ciuilis habuit poteſtatem adimendi huic contractui, quod ei dederat.c.omnis res.de regulis iuris.l. nihil tam naturale.ff.de regul.iur. nam cuius eſt dare,eius eſt adimere.l. quidam referũt.ff.de iure codicill.l.1.§.pe.ff. de leg. 3.per totum.ff.de adim.lega. & Inſtit. de adempt.leg.Et reuera iſta fuit mens Bar. dum in.d.l.ſi quis pro eo.in.6.caſu.ait cõuentionem de iure canonico valere.licèt communiter doct. ſuprà.relati ſimpliciter teneant ſtipulationem valere.Qui ita intelligendi ſunt, neſcio an ita ſenſerint: ſed ſi eorum ſenſus diuerſus eſſet, verus non eſſet.

38 Item ex noſtra principali opinione infertur veram non eſſe opinio.Bar.vbi ſuprà.in.d.6.caſu, dicentis, quòd ſtipulationi alteri factæ lex non reſiſtit ſecundùm quoſdam, licèt eam ſequantur communiter docto.vbi ſuprà.adeò, vt Couarru. in dict.cap.quanuis.2. parte.§.4.in princ. dicat nullam eſſe hac de re controuerſiam.

*Stipulationi de alteri dando lex reſiſtit contra communem.*

Pro qua cõmuni opinione facit, quia ſic videmus legem ciuilem non punire huiuſmodi contractum facientes, ſed ſolùm denegat actionem, ſuamq́ue opem, ſuumq́; auxilium.Simile in eo, qui vxorem adulterantem interfecit,qui non lege iubente, ſed tantùm lege tacẽte feciſſe videtur,quæ quidem lex licèt homicidia regulariter ſoleat punire, tamen hoc caſu tale homicidium punire negligat. Sed adhuc magis eſt,vt lex ciuilis reſiſtere videatur. Nam olim omnes conuentiones, quæ improbatæ non erant iure gentium, & manu regia exequebantur. l.2.circa princip.ff.de origine iuris,& loco illius manus regiæ ſucceſſerunt actiones,vt ibidem, receſsitq́ue illa executio, quæ per manũ regiam fiebat:vnde quando lex ciuilis actionem denegat, conceditq́; ſolutorum repetitionem , non dubito,quin ſatis videatur reſiſtere, quãdo quidem conuentionum eas tantùm deſinit exequi lex ciuilis, quæ ſunt improbatæ. Cogita tamen. Pro nobis, quia omnis conuentio eſt permiſſa, quæ non reperitur ꝓhibita.l.nec non. §. quòd eis. ff.ex quib.ca.mai.

39 Ex noſtra principali opinione ſimiliter infertur veram non eſſe illam communem opinionem,quam tenuit Barto. in.d.l.ſi quis pro eo. colum. penult. & in l.cùm lex.ff.de fideiuſſo. & in. l. non dubium. colum. 4. C. de leg. & Fortunius in.l. veluti. colum. 7. ff. de iuſtitia & iure. & Didacus de Couarruuias in dict.§. quanuis. 2. part. §. 4. num.6.aiunt enim, quòd quando lex reſiſtit alicui contractui, impeditur ortus naturalis obligationis.Nam ſi lex (inquiunt) iuſta eſt,ergo non aduerſatur rectæ rationi, & principijs iuris naturalis, & conſequenter poteſt effectus, qui à lege naturali deſcendunt, remouere. Quæ opinio dubia eſt, & vix eſt, vt vlla ex parte defendi poſsit, vixq́; vllus caſus, in quo defendatur, reperiri poteſt, cùm in quampluribus indubitanter vera non ſit.In primis ergo ſi lex ciuilis vetat homicidium, furtum, rapinam, adulterium , & ſimilia, vetatq́ue conuentionem de huiuſmodi facinoribus perpetrandis initam valere, tunc indubitanter hoc caſu ceſſat obligatio naturalis, vt qui conuenerunt de facinore perpetrando, inter ſe nec ciuiliter obligentur, nec etiam naturaliter. Cæterùm hîc obligatio naturalis non per legis ciuilis prohibitionem oriri deſinit, ſed magis propter prohibitionem iuris naturæ, diuini, & gentium. Licèt enim huiuſmodi facinora lege etiam

*Oblig.nat. oritur ex conuentione cui.l. reſiſtit: ea tamen eſt vtilis in foro tantùm animæ. contra communẽ.*

ciuili & poſitiua vetita ſint, tamen lõgè antea per ius diuinum, naturale, & gentium vetita fuerunt: vnde hanc prohibitionem iuri naturali, & gentium acceptam ferre debemus, non iuri poſitiuo, & ex iure naturali, diuino, & gentium, non ex iure ciuili deſcendere id præceptum videtur. Nam in ſimili licèt facultas abſtinendi mille legibus ciuilibus liberis concedatur, qui ſuitatem habent. vt in.l.neceſſarijs.ff. de acquirenda hæreditate.§.ſui. Inſti.de hær.qual.§.ſui. Inſti. de hære. ab. l. Cornelius.l. iam dubitari. ff.de hæredibus inſtituendis.l. verba.l.fi. ff.de condi.inſti.l.fina. C.de rep. hæredi. tamen quia hæc facultas per prius inuenta fuit à lege prætoria, dicitur eſſe de iure prætorio, non de iure ciuili. vt eſt vera & communis opinio, quam tenent omnes doctores, vt diximus ſuprà.§.1.numero.5.

Ergo aut conuentio & contractus iure tantùm naturali & gentium improbatur, & tunc ſine dubio deſinit oriri obligatio naturalis: quia quicquid iuri naturæ & gentium aduerſum, pugnans, contrariumq́; eſt, id impoſsibile reputatur, & conſequenter inde nulla etiam naturalis oritur obligatio. vt in.l. nepos Proculo. ff. de verborum ſignificatione. & in.l.filius.ff.de conditio. inſtitutio. & in l.impoſsibilium. ff. de regulis iuris. in. l. in illa ſtipulatione ſi calendis. ff. de verborum obligatio. facit. l. inter ſtipulantem.§.ſacram. ff. de verborum obligationi.§.1. Inſtit. de inutil. ſtipu.l. apud Iulianum. §. conſtat.ff. de leg.1.l. obtinuit. ff. de conditio. & demonſtratio. l. non ſolùm.ff.de actio. & obligatio. l.1. vbi latè Bar.ff.de conditio.inſtitutio. ſed hoc caſu ortus naturalis obligationis impeditur iure naturali, vel gentium, non autem iure ciuili: vel non tam iure ciuili impediri videtur, quàm iure naturali, vel gentium. Et ita etiam eſt intelligendus text.in.l.conuenire.ff. de pact. dot. & in l. iuris gentium. §. ſi vt maleficium. vbi per omnes. ff. de pactis. & in. l. ſi plagij. ff.de verborum obligationibus. & in.l.ſi vnus.§.illud.&.§. pacta quæ. ff. de pactis. Licèt enim mille legibus ciuilibus, & poſitiuis vetita ſit conuentio, quæ à re priuata remota eſt, & lęſionem tertij, vel reipublicæ, vel delictum ſapit, vel inducit, tamen cùm id per prius antequàm leges poſitiuæ fierent, ſimiliter iure naturæ, vel gentium vetitum eſſet, id non tam à lege poſitiua, quàm naturali, vel gentium dicitur inductum. vt in. l. veluti.in fine.cum materia. ff. de iuſtitia & iure.

Aut & ſecundò conuentio ſolo iure ciuili improbatur, non autem iure naturæ, vel gentium explicitè, nec implicitè vetitum reperitur, & tunc vtcunque lex reſiſtat, non deſinit oriri naturalis obligatio ex tali conuentione, idq́ue ex defectu poteſtatis legis vetantis, quæ voluntatem, liberum arbitrium, conſenſumq́; paciſcentium non potuit impedire. conſenſus enim & voluntas res facti eſt, quod non ſubiacet legibus poſitiuis. Vnde Ouidius lib.3.eleg.ſiue amo.ſic cecinit.

*Dure uir impoſito teneræ cuſtode puellæ*
*Nil agis, ingenio quæq; tuenda ſuo eſt.*
*Si qua metu dempto caſta eſt, ea deniq; caſta eſt,*
*Quæ quia non liceat, non facit, illa facit.*
*Vt iam ſeruaris bene corpus adultera mens eſt,*
*Nec cuſtodiri, ni uelit, ulla poteſt.*
*Nec mentem ſeruare potes, licèt omnia claudas.*
*Omnibus excluſis intus adulter erit.*

Id quod ad ſaturitatem vſque in fundamentis noſtræ principalis opinionis probatum habuimus. Ergo lex ciuilis vtcunque contractui reſiſtat, impedire non potuit, quin ex tali contractu oriatur naturalis obligatio: niſi & is contractus lege naturæ, vel gentium prohibitus explicitè, vel implicitè eſſet, quo



quo caſu non legis ciuilis, ſed legis naturæ, vel gentium prohibitione ortus obligationis naturalis videtur impeditus. Eſt tamen verum, ꝙ (vt non ſemel admonuimus) licèt ea obligatio naturalis cõtra legis ciuilis prohibitionem oriatur, tamẽ ea orta, carebit effectibus, quos obligationi naturali lex ciuilis accommodauit, & conſequenter tali obligationi naturali non poterit accedere fideiuſſor. iuxta l.cùm lex.ff.de fideiuſſo. Nec poterit accedere, vel fieri nouatio, licèt regulariter contrà. vt in.l.1.ff.de nouati. Nec poterit fieri conſtitutum ſuper tali naturali obligatione. vt.ff.de conſt.pec.l.1.

Nec ex ea orietur exceptio, licèt regulariter contrà. vt.l.iuris gẽtium.§. igitur nuda.cum ſeq.ff.de pact.§.præterea.Inſt. de excepti. Nec ex vi huius naturalis oblig. impedietur repetitio, licèt regulariter cõtrà. vt.d.§.præterea.cum ibi notatis. Hos enim & ſimiles effectus, quos lex ciuilis regulariter obligatiõi naturali accõmodauit, hæc obligatio naturalis, quæ contra legis expreſſam prohibitionem, & reſiſtentiam oritur, non habebit, vtilis tamen erit in foro animæ, habebitq́; alios effectus, quos poſtea enumerabimus.

Nec ad rẽ pertinet, ꝙ ſi opinio noſtra vera eſſet, tunc ſublata, impeditaq́; videretur facultas reipublicæ competens legum condendarum, quæ ſummoperè neceſſariæ ſunt ad bonum reipublicę ſtatum, & incolumitatem. Nam imò nihilominus lex poſitiua poterit ſimiles leges condere, quæ effectum ſuum habebunt in foro contentioſo. Nec quòd careãt effectu ĩ foro animæ, id obeſt reipublicæ, qnimò ſanctiſsimũ, vtiliſsimúmq; ei eſt. Nam cùm lex licèt in communi & poſsit & debeat eſſe ſalutaris reipublicæ, & conducibilis. c. erit autem lex.4.diſtinct. tamen de indiuiduo in omnibus caſibus ꝓficua, fructuoſaq́; eſſe nequeat, hinc euenit, vt fideiuſsionem mulieris vetauerit, propter imbecillitatem intellectus ipſius, & facilitatem, & tamen in aliquo caſu reperiri poteſt mulier fideiubens longè maturiore conſilio, q̃ aliquis vir. Similiter idẽ in minore.25.annis contrahente, vel alienante idem poſſet reperiri, & ſæpiſsimè reperitur. Quibus caſibus, ſiue dicas, quòd omnes iſti prohibiti contrahere obligantur ſaltem naturaliter, id ꝑnicioſum erit regulariter, quia à communiter accidentibus ipſi læderẽtur, & qui cum eis contraherent, animarum ſuarum detrimentum paterentur. Siue etiam dicas, quòd nunquam obligantur, tunc ſimiliter abſurdum, & incommodum eſſet, quia aliquando plenum conſilium in ſimilibus perſonis reꝑiretur: vnde ne vel illi circũuueniantur, vel iſti deſinant naturali debito, & fidei ſatisfacere, tutior, conſultiorq́ue eſt media via, vt ipſi in foro contentioſo nunquam obligati videantur, in foro autem animæ tũc obligati ſint, cùm integrum cõſenſum præſtiterunt, vt ſic ſaltem metu diuini numinis promiſsis acquieſcãt, & à fidei, conuentioniſq́; violatione deſiſtant. vt in ſimili ait text.in.l. quæ ſub conditione.in prin.ff.de condi.inſtit.

40 Infertur etiam, quòd res, quæ vendi non poſſunt, ſi de facto vendantur, licèt ſecundùm Bart. & communiter doctores in dict.l.cùm lex. colum.2.ff.de fideiuſſor. non oriatur obligatio ciuilis, nec etiam naturalis, tamen verius eſt, ciuilem non oriri, naturalem verò vtique: hæc tamen naturalis carebit effectibus, quos lex ciuilis obligationi naturali accommodauit. Et ita intelligo.l.1.&.2. C. quæ res vendi non poſſunt. *Ob.nat.oritur ex alienatione rerũ, quæ uendi uetãtur. cõtra cõm.*

41 Infertur etiam, quòd cùm eccleſiaſtica res venditur, tunc licèt ſecundùm Barto. & communiter doctores in dict.l. cùm lex. columna.2. naturalis obligatio non oriatur, tamen verius eſt naturalem obligationem oriri, quæ tamen carebit effectibus, quos lex ciuilis obligationi naturali accõmodauit, licèt quo ad forum *Ob.nat.oritur ex emptione rerũ eccleſiaſticarũ. cõtra cõmunem.*

 animæ

animæ vtilis erit.Ita intelligo tex. in.l. iubemus.& in authen.hoc ius porrectum. & in corpore vnde ſumitur.C. de ſacroſ. eccleſijs.

42 *Ob.nat.oritur ex uenditione marmorũ ædibus fixorũ. cõtra cõm.*

Infertur ſimiliter,quòd ſi quis emerit marmora alicuius domus, tunc licèt ſecundùm Bar.& communiter doct. in.d. l.cùm lex.non oriatur inde naturalis obligatio, tamen verius eſt eam oriri : & licèt carebit effectibus, quos lex ciuilis ei accommodauit, tamen habebit effectũ in foro animæ,ſaltem quo ad iuſtam ęſtimationem.argumẽ.l. non dubium.ff.de lega.3.Ita intelligo text.in.l.ſenatus.ff.de contrah.empt.&.l.cętera.in pr.ff.de leg. 1.&.l.2.C.de ædif.pri.&.l.13.tit.9.part.6.

*Intell. l. 13. ti.9.par.6.*

43 *Ob.nat.oritur ex uenditione prædij retentis colonis.cõtra cõem.*

Infertur etiam,quòd ſi quis emerit colonos, vel inquilinos prædiorum, tunc licèt ſecundùm Bart.& cõmuniter doct. vbi ſuprà.col.2.naturalis obligatio non oriatur, tamen verius eſt eam oriri: quæ tamen carebit effectibus,quos lex ciuilis ei accommodauit regulariter, licèt quo ad forum animæ vtilis erit. Ita intelligo l.quemadmodum. C. de agrico. & cenſ. lib.11.l.ſi quis inquilinos.ff. de leg.1. &.l. 1.non licere habit. metrop. libr.11.& decupreſ.ex luco dand.l.1.lib.11.

44 *Ob.nat.oritur ex ſtipulatiõe ultra legitimum modũ uſurarũ.cõtra cõmunẽ.*

Infertur etiam, quòd ſi quis vſuras vltra legitimum modum ſtipulatus ſit, tunc licèt ſecundùm Bart. & communiter doct.vbi ſuprà.non naſcatur inde naturalis obligatio, tamen verius eſt naturalem obligationem oriri,inutilem quidem quo ad forum cõtentioſum,vtilem tamen quo ad forum animæ. Ita intelligo tex.in.l.eos.§.1.C.de vſuris.Quod intellige in quibus caſibus tales vſuræ poſſunt recipi abſq; peccato,aliâs ſecùs.

45 *Ob.nat.oritur ex contractu pdigi cui bonis interdictũ eſt. contra cõmunem.*

Infertur etiam, quòd cùm obligatur prodigus, cui bonis interdictum eſt, tũc ex tali contractu etiam naturalis obligatio non oritur ſecundùm Bar.vbi ſuprà. num. 5.quem reliqui ſequuntur. ſed tamen verius eſt obligationem nat. oriri, quæ licèt inutilis erit quo ad forum contentioſum, vtilis tamen erit quo ad forũ animæ. Ita intelligo. l.is cui bonis. ff.de verbo.obligatio.

46 *Ob.nat.oritur ex contractu inito ſine cõſenſu cõſãguineorũ, qui ex forma ſtatuti interueni re debebãt. cõtra cõm.*

Infertur etiam,quòd ſi ſtatuto caueatur,ne minor, aut mulier poſsint contrahere ſine conſenſu duorum conſanguineorum, tunc licèt ſecundùm Bar. & cõmuniter. docto. vbi ſuprà ex contractu citra conſanguineorum conſenſum à minore, vel fœmina facto non oriatur naturalis obligatio,tamen verius eſt naturalem obligationem oriri,quę quo ad effectus iuris ciuilis, forumq; contentioſum inutilis erit, vtilis tamen erit quo ad forum animæ. Ita intelligo hunc articulum.De quo etiam per Iaſ.in.l.ſi non ſortem.in pr.ff.de cond.indebi.

47 *Diff.nõ eſſe utrùm.l. dicat, talis contractus fieri nõ põt, an fieri nõ poßit. contra cõem.*

Infertur etiam,quòd dum Bar. & cõmuniter alij vbi ſuprà, faciunt differentiam, vtrùm lex dicat, talis contractus fieri non poteſt.an verò dicat, talis contractus fieri nõ poſsit. vt primo caſu valeat contractus, ſaltem quo ad producẽdam obligationem naturalem, ſecundo verò caſu minimè valeat, nec etiam quo ad producẽdam obligationem naturalem, tamen verius eſt vtroque caſu obligationem naturalem oriri: quæ licèt inutilis erit quo ad effectus iuris ciuilis, & quo ad forum contentioſum, vtilis tamẽ erit quo ad forum animæ. Et de hoc etiam per Iaſ.in.l. Gallus. in princip.num.21.ff. de liber. & poſthumis. Et prætere a quòd hæc differentia Bart. eſt verbalis, & proceſsit ab intellectu dict.§.alteri. malè percepto, tamen ſi quæ differentia facienda eſſet, potiùs econtrà dicere deberemus, vt prohibitio temporis præſentis longè fortior ſit, quàm illa, quę confertur in futurum.argu.l.cùm ad præſens. ff. ſi cert. pet.cum ibi latè traditis per moder.

48 *Ob.nat.oritur ex fideiußiõe mulieris.cõtra cõmunem.*

Infertur ſimiliter, ꝙ ſi mulier fideiuſsit citra ſolennitatem legis antiquæ. §. fi. C. ad Velleia. tunc licèt ſecundùm Bart. & cõmuniter doct.vbi ſuprà.etiam naturalis obligatio non oriatur, tamen verius





eſt obligationem nat.oriri : quæ licèt inutilis ſit quo ad effectus iuris ciuilis, & quo ad forum contentioſum, vtilis tamen erit quo ad forum animæ. Ita intelligo dict. §. fina. per fundamenta noſtræ principalis op.

49 *Ob.nat.oritur ex contractu ueti to etiã cum clauſula annullante.cõtra cõmunem.*

Infertur.12.quòd ſi lex dixit,talis contractus non valeat. tunc licèt ſecundùm Bar.& communiter doct.vbi ſuprà.non oriatur ex illo etiã naturalis obligatio, tamen verius eſt eam oriri : quæ licèt inefficax ſit quo ad effectus iuris ciuilis, & quo ad forum contentioſum, vtilis tamen erit quo ad forum animæ.Ita intelligo.l.5.§.ſi vxor viri. iuncta.l.1. ff. de donatio.inter virum & vxorem. Vnde ſub infertur, quòd licèt ex donatione inter virum & vxorem nulla etiam naturalis obligatio oriatur.ſecundùm Bart. & docto.communiter vbi ſuprà. tamẽ verius eſt naturalem obligationem oriri: quæ licèt inefficax ſit quo ad effectus iuris ciuilis, & quo ad forum contentioſum, vtilis tamen erit quo ad forum animæ.

50 *Ob.nat.oritur ex alienatione facta à minore non ritè.cõtra cõmunem.*

Infertur. 13. quòd ſi pupillus alienet immobilia citra tutoris authoritatem, tunc nullius momenti eſt talis alienatio, vt inde etiam naturalis obligatio non oriatur ſecundùm Bar.vbi ſuprà.colũ.fi. in fi.quem omnes ſequuntur.Sed verius eſt, vt ſecundùm noſtram ſententiam obligatio naturalis oriatur,quæ licèt inefficax ſit quo ad forum contentioſum, effectusque iuris ciuilis, tamen vtilis erit quo ad forum animæ. Et ita intelligo totum titulum.ff.de rebus eorum. &.C.de prædi.minorum. Nec ad rẽ pertinet,ꝙ cùm lex dicit aliquem non poſſe obligari,tunc non impediatur ortus naturalis obligationis.Patet,quia lex ait pupillum non poſſe citra tutoris authoritatem obligari. vt in. l. pupillus.in pr.& in l.obligari.in prin.ff.de authori.tutorum & in.§.pupillus. Inſtit.de inutil.ſtip.& in l. ſi curatorem habens. C. de in integr. reſt.& tamen is pupillus contrahens citra tutoris interuentum,obligatur, ſaltẽ naturaliter.vt in.l.1. in fine.ff. de nouati. Solue.Nos loquimur in caſu dubio,cùm lex dixit aliquem non obligari ex aliquo contractu,nec vltrà proceſsit, tunc enim contractus contrà factus non producit vllam obligationem,etiam naturalẽ, quæ ſit efficax quo ad effectum,& forum contentioſum iuris ciuilis, licèt naturalis obligatio oriatur efficax quo ad forum animę.Cæterùm ſi poſtquàm lex dixit aliquem ex aliquo contractu non obligari,proceſsit vlteriùs limitando, & declarando, vt illud intelligatur quo ad ciuilem tantùm obligationem, nõ quo ad naturalẽ,tunc ſtabimus declarationi, & interpretationi legis, cùm iam non ſimus in caſu dubio. Ita procedit.d.l. pupillus.&.d.l.obligari.ff.de auth.tut. iuncta.d.l.1.ff.de nouati.

51 *Inſinuatio requiſita cũ clauſula irritãte impedit actionem oriri. contra cõmunem.*

Infero.14.quòd ſi lex,vel ſtatutum dixit, quòd inſtrumenta donationum debeant inſinuari, aliàs non valeant, tunc licèt ſecundùm Bart.& communiter docto.in dict.l.cùm lex.colum.fina. donatio valeat ipſo iure, & producat actionẽ, licèt competat exceptio deficientis inſinuationis, tamen verius eſt, quòd inde nec obligatio ciuilis, nec actio oritur, nec etiam obligatio naturalis,quæ vtilis ſit quo ad forum contentioſum, licèt oriatur obligatio nat. vtilis quo ad forũ animæ. Moueor per tex expreſſum in. l. antiquæ.§.fina. C. ad Velleianum.& per rationem Bart.& docto.communiter in dict.l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſ.colum. penulti.dum in.8.caſu tenet,quòd quando deficit ſolennitas probatoria, tunc actus deſinit omnino valere. quia ex nõ exiſtentibus,& non apparentibus, idem eſt iudicium.l.duo ſunt Titij.ff.de teſta. tute.l.ea lege.ff.de contrah.empt.& licèt non deficiat ius, deficit tamen probatio. vt in dict. l. duo ſunt Titij.Ergo licèt donatio re vera interfuerit,cùm tñ ſecun

dùm formam ſtatuti probata non exiſtat effectualiter, nihil valet, non magis, quàm ſi re vera in rerum natura non interfuiſſet: ſed tamẽ quia licèt deficiat probatio, non propterea deficit veritas, & iuſtitia iuris naturæ, diuini, & gentium. argum. l. fi. ff. de rebus eorum. ideo in foro animæ donator tenebitur.

Et in omnibus his caſibus, in quibus diximus, quòd licèt oriatur naturalis obligatio, inutilis tamen eſt quo ad effectum, forumq́; iuris ciuilis, licèt vtilis ſit quo ad forum animæ: intelligo, quòd ſi interfuerit iuramen. aliquando actus valet, aliquando non valet. vt diximus in d. l. ſi quis pro eo.

*Ob. nat. oritur ex contractu alienatiõis fundi dotalis. cõtra communem.*

52 Infertur. 15. quòd licèt per legem. 1. ff. de fundo dotali. alienatio fundi dotalis ſit expreſsim vetita, tamen ſi fundus dotalis de facto cõtra legis præceptum alienetur, tunc licèt ex mente & ſententia Bart. in. d. l. cùm lex. obligatio naturalis non oriatur. quod & ſequitur Couarru. in. d. c. quanuis. in. 2. parte. §. 4. num. 7. tamẽ verius eſt naturalem obligationem oriri: quę inefficax erit quo ad effectum iuris, forumq́; contentioſum, efficax tamen erit in foro animæ. nec enim lex potuit noſtrũ conſenſum adimere, ex quo quo ad Deum obligamur. Neq; verum eſt, quod Couarruuias ait. oritur naturalis obligatio, ergo dabitur exceptio, & ſimilia. Hi enim eſſent effectus iuris poſitiui, quos ipſum ius poſitiuũ potuit impedire, non ita eos effectus, quibus obligamur quo ad Deum. Sic & per Bar. in. l. Centurio. in princi. quem omnes ſequũtur (vt diſſerimus in materia pupillaris ſubſti. infrà lib. 5.) ff. de vulga. vbi tradũt quòd quando mater eſt in medio, tunc licèt ſub vulgari expreſſa contineatur tacita pupillaris, tamen eſt ſine effectu, licèt matre moriente illa tacita pupillaris quaſi liberata ab impedimẽto videatur, ſuosq́; incipiat effectus operari. Sic ergo & obligatio naturalis etiam cõtra legis humanæ prohibitionem oritur, licèt dũ viget lex humana quaſi colligata, & impedita ſit, ſed quo ad Deum non vtiq;.

*Iuramentũ non firmat actum ex quo obligatio nulla oritur cõtra Couarru.*

53 Infertur. 16. ſuſpectum eſſe, quod Couarru. vir apprimè doctus vbi ſuprà ait, dum contendit non eſſe neceſſarium, vt per interuentum iuramenti actus à lege poſitiua vetitus firmetur, quòd ex tali actu oriatur obligatio naturalis. nam in terminis (inquit) dict. cap. cùm cõtingat. & dict. cap. quanuis pactum. & cap. licèt mulieres. de iureiuran. in. 6. nulla oritur naturalis obligatio, & tamen actus illi firmantur iuramento. Sed errat. Nam re vera in terminis illorum iurium naturalem cõſtat obligationem oriri, cuius ortus lege poſitiua impediri nõ potuit, vt ſuprà fuſiùs ꝓbauimus. Licèt nõ abnegem, obligationem illam quo ad Deũ tantùm, non etiam quo ad forum cõtentioſum vtilem fuiſſe: quinimò quo ad Deum an vtilis fuerit, nec ne, id Deo, & ipſi alienanti duntaxat notum eſſe, nobis autẽ, & noſtris legibus poſitiuis notum minimè eſſe potuit, cùm pendeat ab hac notitia, vtrùm ille plenè conſenſerit, nec ne, pleneq́; intellexerit quod agebat, nec ne: etenim contrahentes aliquando non tam ſerium, & vtile quicquam agere, q̃ iocari, & nugari à lege præſumuntur. vt ait lex non ſolùm. ff. de act. & obl. Vnde qui contractum à lege prohibitũ iniuit, incertum eſt apud nos, & apud legem poſitiuam, an conſenſum præbuerit, cùm potuerit animum iocandi, & nugandi habere. vt in ſimili aduertunt moderni in. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verborum obligatio.

*Stipulatio de alteri dãdo non ualet iure regio. contra Couarru.*

54 Infertur. 17. ſuſpectum eſſe, quod inſignis Didacus de Couarru. vbi ſuprà ait. Iure (inquit) canonico, & regio valet ſtipulatio de alteri dando. Nam ſi pactum nudum iure canonico producit actionẽ. vt in cap. 1. extra. de pact. vbi per omnes. ergo & hîc actio ꝓducitur, quia inuenimus virtualiter hac ĩ ſpecie ineſſe pactũ: quia





quia cùm primùm ille tertius, cui ſtipulabamur, agnouerit ſtipulationem, & ratã habuerit, iam incœpit cõſentire, vnde ſi conſenſum illius cũ conſenſu iſtius iungas, habebis duorum conſenſum, qui pactum inducit. l. 1. ff. de pact. l. 3. titu. de las excepciones. lib. 3. ordi.

Sed certè hac ratione attẽta, idẽ quoq́; in pollicitatione admittendũ eſſet, quod omnino eſt contra communem opinionem. vt per Iaſ. Ripam, & alios in rubrica ff. de verb. oblig.

Vnde vtroq; caſu, tam in pollicitatione, quàm in ſtipulatione de alteri dando ſubtilius, veróq; proximius eſſe videtur, vt etiam ſi poſtea illius abſentis ratihabitio ſuperueniat, nihil actum eſſe intelligatur. Nam qui contra legis pręceptum aliquid promittit, & agit, is non tã quicq̃ ſerium agere, quàm iocari, & nugari & poteſt, & præſumitur. arg. d. l. nõ ſolùm. ff. de actio. & oblig. & eorum, quæ aiunt moderni in. d. §. ſi quis ita. vnde licèt ſuperueniat poſtea illius abſentis conſenſus, non habemus duorũ, ſed vnius tantùm conſenſum. Nec quicquam oberit d. l. 3. titu. de las excepciones. quæ ſi rectè inſpiciatur, nihil adijcit circa voluntatem, ſed tantùm circa poteſtatem contrahentium: nos autem contendimus huiuſmodi cõtractus magis ex defectu voluntatis, quàm ex defectu poteſtatis euanuiſſe.

*Stipulationi de alteri dãdo lex reſiſtit. cõtra Couar.*

55 Infertur decimooctauò ſimiliter ſuſpectum eſſe, quod inſignis Didacus de Couarru. vbi ſuprà ait, dum cõtendit, quòd lex ciuilis non tam aduerſari, aut reſiſtere videtur ſtipulationi de alteri dando, q̃ non aſsiſtere: vnde (inquit) inde oritur obligatio naturalis, quæ habebit omnes illos effectus, quos lex ciuilis obligationi naturali accommodauit. Nam ſecundùm eum lex ciuilis vetat, & reſiſtit obligationi tantùm ciuili, de qua agebat, nõ etiam naturali, de qua non agebat: nam & obligationi pupilli ſine tutoris authoritate factæ peræquè reſiſtit. l. pupillus. l. obligari. in prin. ff. de auth. tut. & tamen inde oritur naturalis obligatio. l. 1. ff. de nouati.

Sed verius, & ſubtilius eſt tenere, quòd vtriq; obligationi reſiſtat, ne fiat violentia, & reſtrictio legibus, quas ſuperiùs adduximus. Nec ad rẽ pertinet. d. l. 1. de nouationibus. quæ loquitur nõ in caſu dubio, ſed in caſu claro, quando lex ipſa vlteriùs proceſsit, ſeſe declarando, & limitando. vt diximus ſuprà illatione. 13.

*Pollicitatio nullam producit actionem etiã de iure canonico. cũ cõi. contra Panormit. & Fortun.*

56 Infertur decimononò, veram eſſe illã communem opinionẽ, quæ habet, ꝙ ex pollicitatione nec iure ciuili, nec canonico datur vlla actio, nec vlla oritur obligatio. quam latè defendũt Alciatus, Iaſ. Ripa. Lancelotus Galiaula in rubr. ff. de verb. oblig. licèt Ripa ibi quandam moderationem aſsignet, quæ nõ ex toto placet. Defendit latè Couarru. vbi ſuprà. Licèt contrarium tenuerit Abbas in. c. qualiter. extra. de pact. & Fortunius in. l. 1. ff. de pact. col. 2. & 3.

Cuius rei illa efficax ratio eſt, quia nullus videtur ſeſe obligatum voluiſſe quo vſq; obligatio alteri acquireretur. arg. l. ſi me in vacuam. ff. de acquir. poſſeſs. ſed abſenti obligatio per actus inter viuos non quæritur. l. abſenti. ff. de donati. niſi per nuntium, vel epiſtolam certior fiat. in prin. Inſtit. de oblig. ex conſenſu. ergo interim nulla obligatio eſt, nec volũtas etiam obligãdi, cùm ei, qui promiſit, pœnitere liceat. l. naturalis. §. 1. ff. de pręſcrip. verbis. quinimò cùm promittat abſenti, magis eſt, vt animum ab initio ſeſe obligandi habere nõ videatur. Solent enim in abſentes verba volitare velut vmbræ. argu. l. diuus. ff. de teſtam. milit. §. planè. Inſti. eod. tit.

*Declaratiõ l. 54. Tauri.*

Infertur vigeſimò neceſſaria declaratio ad. l. 54. Tauri. quę iuſsit, prohibuitq́; ne mulierum vlla ſine viri ſui licẽtia poſſet vllam hæreditatem repudiare: nam ſi aduerſus ea fecerit, talis repudiatio nul-

lius erit momenti,quaſi lege reſiſtẽte feciſſe videatur. Vnde hæreditatem ſic repudiatam rurſus adire poterit, nó ſecùs, quàm ſi nũquam repudiaſſet. vt in.l.qui ſuperſtitis. ff.de acquir.hære.l. is qui hæres.§.fi. ff.de acquir.hære. non aliter atq; poſſet pupillus,qui citra interuẽtum tutoris repudiaſſet.vt in.§.ſed neque. Inſti. de auth.tutorum.Nec dubium eſt,quin ex mente,& ſentẽtia illius legis,licèt eius verba deficiant,ſimiliter nequeat legatũ repudiare: quia eius emolumentum longè expeditius eſt, quàm emolumentum hæreditatis.l.quia autem.§.1.&.2. ff.quæ in fraud.cred.l.hæreditaté.ff.mand. plenè per Iaſ.poſt alios in.l.1. C.qui admitti. Vnde tale legatum, quaſi merum lucrũ cótineat,quæritur ipſo iure ſine facto legatarij : non ſic in hæreditate, quæ ſine aditione regulariter nó acquiritur.l.vn. §.in nouiſsimo.C.de cadu.toll.l.cùm pater.§.ſurdo.ff.de leg.2.l.à Titio. ff.de fur.

*Declaratio altera. d.l. 54. Tauri.* Vnde ſimiliter per dict.l.54. non poterit talis mulier agnoſcere fideicom.vni. quia in fideicommiſ.tranſeunt onera hæreditatis, non ſecùs, quàm in hæredem vniuerſalem.l.1.§.ſublata.l.quia poterat. ff.ad Trebel. etiam ſi ſit opulenta hæreditas.argum.§.ſed neque. Inſti.de autho. tut.iuncta.d.l.quia poterat.Quod intellige vt ibid.niſi faciat inuentarium.vt.d. l.54.

*Declaratio altera. d.l. 54. Tauri.* Vnde ſi ea mulier à patre ſuo fuiſſet nó rectè exhæredata, ritè tamen, vt ſic querelæ inofficioſi teſtamenti locus eſſe poſſet.vt in.l.pe. & fi.ff.de inoffi.teſtam.l.parentibus. C.eod.tit. non poſſet legatum eo teſtam.relictum agnoſcere ſine licentia viri,ne aliàs querelã inofficioſi teſtamenti amitteret.arg.dict.l.54.Eſtque nouiſsima declaratio.

*Declaratio altera. d.l. 54.* Qua ratione nullum legatum, aut fideicommiſ. ſiue illud eſſet ſingulare, ſiue vniuerſale, agnoſcere poſſet, ſi onus haberet annexum, & iniunctum. Quia cùm agnoſcens legatum onus ibi iniunctum ſubire teneatur.l.proinde.ff.ſi certum peta. per hoc ea mulier periclitaretur, & obligaretur, quod ſine mariti licentia facere nequit.

*Declaratio altera. d.l. 54.* Deniq; in his caſibus ꝓhibitorijs cùm intelligamus legem reſiſtere, infertur, ꝙ mulier, quæ contra illam legem faceret, non obligaretur etiam naturaliter, vel ſi naturaliter velis eam obligari, ea obligatio carebit omnibus effectibus, quos lex poſitiua obligationibus naturalibus accommodauit, vt ſic in foro contentioſo ex toto inefficax ſit, licèt in foro animæ vtilis eſſe poſſet. Quod tamen intellige, ſi ipſa mulier, quæ hæreditatem, aut legatum, quod onus habebat iniunctum, quodque ſine licentia viri, & ſine inuentario agnouit, poſsidet: nam ſi non poſsideat,ſed res ſtetit in meris,& ſolis terminis agnitionis,tunc etiam in foro animæ nó tenebitur,quia ſub hac códitione quiſq; agnoſcens ad onera ſe obligatum voluit,ſi ea hęreditate,aut legato potiatur. Cæterùm ſi per legis, & mariti prohibitionem ea gaudere, & potiri nequeat,nó eſt cur ad onera, etiam in foro animæ,obligata videatur.

*Declaratio l.54. Tauri.* Illud autem dubium eſt, an legatum, quod onus habebat iniũctum, poſsit cũ beneficio inuentarij agnoſcere, non ſecùs,quàm hæreditatem? Et puto,ꝙ non poſsit,quia nuſquam reperitur per interuentum, aut confectionem inuentarij quenquam liberari ab oneribus legatorum: vnde cùm talis mulier poſsit periclitari, ſupereſt, vt ibi interuentum, aut confectio inuentarij nó ſufficiat ſine viri licentia. Eſtq; nouiſsima conſideratio.

*Declaratio dictæ.l.54. Tauri.* In ſumma in his omnibus caſibus, in quibus abnegamus mulierem citra viri ſui licentiam poſſe obligari, ſimiliter intelligimus etiam iure canonico obligatam non videri. argum.c.1.&.2. de noui ope.nunt.c.cùm expediat.de electi.in.6. Neque ad rem pertinet.c.1.de pact. cum ibi traditis per nouiſs.nam procedunt re gulariter



gulariter,ſecùs quando in ſpecie obligatio vetita eſſet per legem, quæ iuſta præſumitur.c. erit auté lex.4. diſt. vnde omnes ei obedire tenentur.l.1.&.2. ff. de legib.l. veluti.ff.de iuſti.& iure.c.2.de maiorit.& obedi.& in ſimili dicemus infrà.nu.59.

*Declaratio dictæ.l.54. Tauri.* Poſtremò tenendum eſſe videtur,vt neque per interuentum iuraméti obligatio vxoris his caſibus firmetur,quod ab vxore citra mariti licentiã factum fuerit.Quia cùm iuramentum non firmet quod alteri præter iurantem nocet.c.2.de pact.in.6. c.cùm contingat.de iureiur.eaque prohibitio etiam mariti vtilitatem reſpiciat, ſupereſt, vt iuramentum vxoris in præiudicium mariti obſeruari non debeat,ſaltem conſtante matrimonio.Eo autem ſoluto, an ab vxore obſeruandũ eſſet,cogitabitis.

*Declaratio l.55.Tauri. & l.13. tit. fi.lib.3.for.* Infertur vigeſimoprimò neceſſaria declaratio ad.l.55.Tauri.&.l.13.tit.fi.lib.3.fori. dum ſanciunt vxorem conſtante matrimonio non poſſe facere contractum, aut quaſi cótractum, aut diſtractum, nec poſſe eſſe in iudicio ſine licentia mariti.vt ſi mulier contractum fecerit ſine licentia mariti,quo ſe ipſa obliget, obligatio in foro contentioſo tam canonico, quàm ciuili nullius momenti ſit,quaſi lege reſiſtente factus videatur. Vnde illinc etiam obligatio naturalis non orietur, vel(vt rectiùs loquamur)orietur obligatio naturalis ex conſenſu à muliere præſtito, ea tamen carebit omnibus omnino effectibus, quos lex poſitiua obligationibus naturalibus condonauit quo ad forum contentioſum tam canonicum, quàm ciuile : ipſa tamen mulier ſoluto matrimonio tenebitur in foro animæ, propter cóſenſum ſemel præſtitum. Quod ſanè intelligo, dummodò ipſa conſequuta fuerit per prius, quod ab aduerſario dandum erat, vel per eum non ſteterit, quominùs id conſequeretur. Cæterùm ſi per aduerſarium etiam ſteterit, etiam in foro animæ ipſa quoque libera erit. Quia etiam in quibus caſibus contrahentes ciuiliter, & naturaliter quo ad forum tam contentioſum, quàm animæ obligantur, in neutro foro quiſquam tenetur, ſi aduerſarius ex parte ſua implere nó vult. vt in.l.Iulianus.§.offerri. ff.de actio. empti.& vendi.l.cùm proponas.C.de pactis.l.naturalis.§.1.ff.de præſcrip.verb.

*Declaratio altera. d.l. 55. & dict. l.13.* Vnde etiam per interuentum iuramenti mulier, quæ ex contractu ſe obligare voluit, non tenebitur in terminis dict.l.55.& d.l.13.ne eius iuramentum marito noceat. contra dict.c.quanuis. &.d.c.cùm contingat. quod obtinet conſtãte matrimonio, ſoluto autem matrimonio, ſimiliter non tenebitur in foro contentioſo, ſaltem ciuili,in foro autem animę diſtingue, vt ex ſuperioribus colligitur.

*Declaratio altera. d.l. 55. Tauri.* Cùm autem dict. mulier facit diſtractũ, putà pactum de non petendo, vel liberationem, tunc ea res conſtante matrimonio, nullius momenti erit in foro contentioſo, tam ciuili, vt ibi, quàm canonico. argum.c.cùm expediat. de electione. lib.6. c.1.&.2. de noui ope. nunti. nec per interuentum iuraméti ea res firmabitur, ne iuramentum vxoris marito noceat. contra d.c.quanuis.d.c.cùm contingat.&.c.licèt mulieres.de iureiur.in.6. Quod intelligo, conſtante matrimonio, nam eo ſoluto, licèt in foro contentioſo adhuc idem ſit, tamen in foro animæ diſtingui poteſt, vt ex ſuperioribus colligitur. Et cùm ex remiſſione, vel pacto de non petendo oriatur exceptio pacti, & elidatur obligatio ciuilis,& oriatur obligatio naturalis ad nó petendum. vt tradunt glo. & alij in.§.præterea. Inſti.de excep.& illi naturali obligationi, qua tenetur, qui tale pactum fecit, poſſit accedere fideiuſſor. vt in.§.1.Inſtit.de fideiuſ.& ſuper ea poſsit fieri nouatio. vt in §.præterea.Inſti.quib.mod.tollitur oblig. l.1. ff.de nouatio. & poſsit fieri delegatio. vt. d.§.præterea. tamen in terminis.d.l.55. &.d.l.13.adeò nullius momenti erit remiſſio, pactúmue de non petendo, quod mulier vxorata citra mariti licentiam fecerit, vt exinde in primis obligatio ciuilis, quá aduerſa-

aduerſarius tenebatur,nõ elidatur.Dein
de illinc non orietur obligatio naturalis
ad non petendum. Tertiò, nulla orie-
tur exceptio pacti conuenti ad excludẽ-
dam mulierem. Quartò,illi cõuentioni
nõ poterit accedere fideiuſſor. Quintò,
ſuper illa conuentione nouatio fieri nõ
poterit.Poſtremò, non quoq; fieri pote-
rit delegatio.Quia omnes effectus,quos
lex poſitiua obligationibus, & conuen-
tionibus accommodauit (quales ſunt,
quos modò retulimus)eadem lex poſiti
ua & potuit adimere huic conuentioni.
§.ſed naturalia. Inſtit.de iur.nat.l.omnes
populi.ff.de iuſt.& iur.l.nihil.ff.de regu.
iur.c.omnis res.de regu.iur.extra.& adi-
mere voluit.vt patet in.d.l.55.

*Declaratio l.56.Taur.*

Illud autem notãdum eſt, quòd ſi ma-
ritus dederit mandatũ,ſeu licentiam ge-
neralem vxori vt faciat ea omnia ſine li-
centia ſua ſpeciali,quæ fieri non poſſunt
citra eius licentiã, talis licentia generalis
valet,non ſecùs,quàm ſi eſſet ſpecialis.vt
in.l.56.Tauri.Verùm ſi dixit,Do tibi mã
datum ad omnia negotia mea,niſi quòd
in iudicio eſſe non poſsis ſine ſpeciali li-
centia mea. an per hoc,contractum, di-
ſtractum,& quaſi cõtractum facere poſ
ſit,& reliqua omnia,quæ mariti licentiã
requirunt,quale eſt etiam adire hæredi-
tatem ſine inuentario, vel eam repudia-
re?vt in.l.54.&.55.Tauri.Mouet quæſtio
nem,quòd illa verba, Do tibi mãdatum
ad omnia negotia mea.non videntur cõ
prehendere ea negotia,quæ mariti ſpecia
lem licentiam requirunt. argu.c.qui ad
agendum.de procur. Adhuc tamen pu-
to,quòd hoc caſu etiam comprehendan
tur ea omnia,quæ mariti licẽtiam requi-
runt(qualia ſunt, hæreditatem repudia-
re,vel eam ſine inuentario adire,contra-
here,quaſi contrahere,diſtrahere, libera
re, acceptilatione, vel pactione recedere
ab omni contractu,& ſimilia.)Moueor,
quia hoc caſu illa exceptio(ita tamen, vt
nequeas eſſe in iudicio ſine ſpeciali licẽ-
tia mea) augent ipſum mandatum, vt re
liqua omnia, quæ ſpecialem licẽtiam re-
quirunt,comprehendiſſe videantur,ex-
cepta duntaxat ſtandi in iudicio licẽtia.
vt in ſimili diximus in.§.9.nu.8. quod in
vſu forenſi dabit honorem.

*Declaratio l.57.Taur.*

Illud autem nõ eſt prætermittendum,
quòd licèt ad volendum,aut nolendum
nullus regulariter cõpellatur, neq; hui[9]
rei ſit vlla compulſio.l.3. C.de hære.inſt.
l.quia poterat.ff.ad Trebelli.Vnde illud

*Velle ſuum cuiq; eſt,nec uoto uiuitur uno.*

Et alibi ſuprà libr.1. pleniſsimè diximus
de animorum noſtrorum omnimoda li
bertate,tamen maritus per iudicẽ ex cau
ſa compellitur licẽtiam vxori dare ad ea
omnia,quæ citra eius licentiam fieri nõ
poſſunt.vt in.l.57.Tauri.ea autem com-
pulſio præciſa non eſt, ſed cauſatiua, vt
ſi maritus vxori licentiam præſtare iuſ-
ſus,aut admonitus noluerit,tunc liberũ
ſit iudici eam præſtare,vt ibidem.neque
enim regulariter homo liber in ijs, quæ
in facto conſiſtunt,compellitur præciſè.
vt in.l.ſtipulationes non diuiduntur.§.
Celſus.vbi pleniſsimè per Bar.& alios.ff.
de verb.oblig.Simile in.l.fi.§.neceſsitatẽ.
C.de bo.quæ lib. Cæterùm ſi etiam iudi-
cis copia non eſſet, tunc actus citra licen
tiam mariti,aut iudicis,ſi modò vtilis eſ-
ſet,valeret.arg.§.pupillus.Inſtit.de inuti.
ſtipu.l.non ideò minùs.C.de procur.iun
ctis his,quæ diximus ſuprà.§.24.nu.5.

*L.13. tit fi. lib.3.fori.l.58.Tauri.*

Deniq; licèt iuſſus ſui natura præcede-
re debeat.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.
de acquir.hæred.tamen non ſic eſt in di-
cta licentia,quæ ſubſequi poteſt.argu.d.
l.13.tit.fi.lib.3.fori.&.l.58.Tauri.l.8.tit.11.
lib.1.fori. Sed licèt quidam ita intelligãt
ea iura,tamen magis eſt, vt licentia ſubſe
quens poſt contractum celebratum nõ
ſufficiat ad contractum inualidum, qui
præceſsit,confirmandum.argum.d.l.42.
Tauri.vbi de natura licẽtiæ eſſe videtur,
vt præcedat actum. ait enim lex illa ma-
ioratum de licentia principis fieri non
poſſe,



poſſe,niſi licentia præceſſerit: vt licentia
principis maioratum antea factum non
confirmet, niſi expreſsim in tali licentia
diceretur principem approbare maiora-
tum antea factum. Sic ergo & in propo-
ſito,ſi maritus,dũ licentiam præſtat vxo
ri, poſt contractum celebratum expreſ-
ſerit ſe approbare contractum antea fa-
ctum,bene erit.Quòd ſi ſimpliciter præ-
ſtet vxori licentiam ad fundum venden
dum,donandum,permutandum, hære-
ditatémue repudiandam, aut ſine inuen
tario adeundam,liberandúmue debito-
rem,eaq; ante talẽ licentiam facta erant,
non confirmabuntur per interuentum
talis licentiæ , niſi nominatim adiecerit
maritus ſe antea geſta ratificare.

Redeundo ad ſtipulationem de alteri
dando,& iuxta ſuperiora videndum eſt.
Primùm,an ſtipulatio alteri facta ſit con
tra legis reſiſtentiam, quod & ſuperiùs
obiter attigimus. Deinde an ex ea oria-
tur obligatio naturalis. Tertiò,an firme
tur per appoſitionem pœnæ. Vltimò,an
ſit valida de iure canonico.

*Stipulationi de alteri dãdo lex reſiſtit. cum multis contra coẽm.*

57 Quo ad primum,communem ſenten-
tiam eſſe diximus,quòd ſtipulationi alte
ri facta lex non videatur reſiſtere, ſed tã-
tùm non aſsiſtere. ita tenent Bar.in.d.l.ſi
quis pro eo.in.6.caſu principali.col.pen.
idem Bar.in.l.cùm lex.col.2.ff.de fideiuſ.
glo.conueniat.in.§.d.alteri.quę commu
nis eſt. vt patet ex relatione Alexã. & Iaſ.
& modernorum ibid.glo.ob id.in.l.non
dubium.C.de legib.quã ſequuntur Bar.
col.4.& communiter doct.ibid.vt patet
ex relatione Iaſonis ibid. ſuper dict. glo.
glo.in.l.cùm principalis.vbi per moder-
nos.ff.de regu.iur. Didacus de Couar.in
c.quanuis.de pact. in.6.2.par.§.4. nu.3.

*Pœnæ adiectione non firmatur actus,cui.l. reſiſtit. cũ communi.*

58 Mouẽtur,quia talis ſtipulatio firmatur
per pœnæ adiectionem.vt in.d.l.ſtipula-
tio eſt.§.ſi quis inſulam.ff.de verb.oblig.
ergo huic ſtipulationi lex non reſiſtit:
quia quãdo lex reſiſtit contractui, tunc
is contractus, vel conuentio non firma-
tur per pœnæ adiectionem. vt in.l.ſtipu
latio hoc modo concepta.ff.de verb.ob.
& in.l.Seius & Augeri[9]. &.l.quod de bo
nis.ff.ad leg.falcid.l.fi.ff.de conſti.pecu.
l. non dubium. C.de legib. glo.& Felin.
col.fi.in.c.ſignificãtibus.de offici.deleg.
per text.in.c.pen. & fi.eod.tit.l.ita ſtipu-
latus.magna. ff.de verb.oblig. vbi Ripa
nu.35.cum ſeq. &.l.ſi homo mortuus.ff.
de verb.oblig. Bal.Abbas,& Barba.in.d.
c.ſignificantibus. Felinus in.c.nobis. de
ſimo. idem Felin.in.c.tua.extra. de iure-
iur.Alex.conſi.32.lib.2. Iaſ.in.l.impoſsi-
bilis.ff.de verb.oblig.col.fi.glo.in.l.ſi pa
tronus.§. patronum. ff.ſi quid in fraudẽ
patr. Sequitur,& dicit communem opi.
Didacus de Couar.vbi ſuprà.qui allegat
glo.idem tenentem, vt ſtipulationi de al
teri dãdo lex non videatur reſiſtere. in.l.
pacta quæ contra.C.de pact. & glo.in.c.
acceſſorium.de reg.iur.in.6. & Innocen.
in.c.pe.de pact. & Henric.in.c.fi.eod.tit.

Sed hoc vnicum fund.communis opi.
parũ vrget, quia vt ſuperiùs attigimus,
& dicemus in limit.huius materiæ,nega
ri non poteſt, quin hîc ipſa ſtipulatio de
alteri dando nõ firmetur per pœnæ adie
ctionẽ,licèt pœna debeatur quaſi ex no
ua,diſtincta, & ſeparata alia ſtipulatione
quæ per ſe principaliter ſubſiſtit, & con-
cipitur in fauorem ipſius ſtipulãtis,licèt
prior ſtipulatio de alteri dando concipe
retur in fauorẽ alterius nõ ipſius ſtipulã-
tis.Et hæc eſt longè melior reſpõſio,q̃ ea,
quæ tradunt Bart.in.d.l.ita ſtipulatus.in
magna.in.12.oppoſitione.ff.de verb.ob-
lig. & Curti.iunior in.d.l.pacta quæ con
tra. & Didac.de Couar. vbi ſuprà. nu.4.
& Bal.in.d.l.non dubium.14.oppoſitio-
ne.vbi Iaſ.col.pen.licèt non abnegarim,
quin & eorum reſponſio in noſtram re-
ſponſionem inclinet.

Sicq; cùm cõmunis opinio vnico ſuo
deſtituatur auxilio, tenenda eſt opinio
noſtra,quæ communi pugnãs,& aduer-
ſa eſt, vt tali ſtipulationi lex reſiſtere vi-
deatur,

deatur,quam in ſpecie tenuerũt Couar.
vbi ſuprà.& Iaſ.in.l.non dubium.col.pe.
C.de legib.idem Iaſ.in.d.§.alteri.num.15.
cum ſequen. poſt alios, quos ſuprà enu-
merauimus.

Vnde ſecundùm eoſdẽ infertur, quòd
ex ea etiam naturalis obligatio non ori-
tur.quod & tenent Rainerius, Paul.Cu-
ma. & Alex. in.d.§.alteri. à quorum ſen-
tentia nos diſceſsimus,non ſecùs, quàm
à communi,vt iam vidiſtis.

Infertur & ſecundò, ꝙ per pœnæ adie-
ctionem hæc ſtipulatio de alteri dando
non firmatur,vt iam monſtrauimus.

*Stipulatio de alteri dãdo nõ ualet etiam de iure canonico.cum cõmuni. contra alterã communẽ.*

59 Et conſequenter infertur, ꝙ talis ſtipu-
latio iuramento non interueniente,non
valebit de iure canonico,nõ magis, q̃ de
iure ciuili.Quã partem videtur ſequi Di
dacus de Couarru.vbi ſuprà.Ioan.Faber
in.§.ſi quis alij.& in.§.alteri.Inſt.de inutil.
ſtip.Abbas in.c.ſi cautio.col.3.de fide in-
ſtrum.Sentit Alciatus in.d.c.cùm cõtin-
gat.num.228. Antonius,Abb.& Felinus
in procem.Gregoriano.Abb.in.c.conſti
tutus.de procur.idem Abb.in.c.fi.de cõ-
feſsis.col.7. Imol.Roman.Alex.& Iaſ.in
dict.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.Romanus in
authen.ſimiliter.in.5.ſpeci.piæ cauſæ. C.
ad leg.falcid. & hæc opinio magis com-
munis eſt ſecundùm Didac.de Couarru.
vbi ſuprà.

Contrariam partem,vt de iure canoni-
co ex tali ſtipulatione detur actio, tenẽt
glo. in.c.quoties cordis.1.q.7. Antonius
in.c.ſi cautio.de fide inſtr. Bal.in.l.illud.
C.de ſacroſ.eccleſi. Fortunius in.l.1. nu.
23.ff.de pact.

Sed prior opinio verior eſt, vt hæc ſti-
pulatio de iure canonico non valeat, nõ
magis, quàm de iure ciuili. Primò, quia
non debet induci diſcordia inter ius ca-
nonicũ,& ciuile,vbi expreſsim nõ repe-
ritur inducta. vt in.c.1.&.2. de noui ope.
nunti.c.cùm expediat.de elect.in.6.Dein
de quia tantũ abeſt, vt iure canonico cõ-
trarium diſpoſitum videatur, quòd po-
tiùs iure canonico idem expreſsim diſpo
ſitum inuenimus. vt eſt tex.in.c.quanq̃.
extra.de vſuris.vbi ſtipulatio de alteri dã
do non valet,niſi agnita, & acceptata ſit
per publicam perſonam,qualis eſt tabel
lio, & ſimiles, quo caſu etiam iure ciuili
talis ſtipulatio valeret.vt diſſerimus in li
mitationib. huius materiæ. Tertiò,quia
ex tali ſtipulatione non oritur naturalis
obligatio, quæ efficax ſit,quo ad forum
contentioſum , tam canonicum , quàm
ciuile, licèt oriatur quo ad forũ animæ.
vt iam latè diſſeruimus : ſicq; ceſſat vni-
cum fundamẽtum cõmunis opinionis.
Poſtremò, quia qui alteri ſtipulatur,nec
ſibi acquirit,qa id noluit:nec alteri,quia
id nõ potuit. vt in ſimili dicit.l.multum
intereſt.C.ſi quis alteri, vel ſibi.Sicq; nul
lus eſt,qui poſsit videri promiſſorem ob
ligatum habere.

*Confeſsio facta in abſentia partis non producit plenã probationẽ etiam de iure canonico. contra communẽ.*

60 Ex ſuperioribus infertur,ſuſpectam eſ-
ſe illam communẽ opinionem, quæ ha-
bet, iure canonico ex confeſsione facta,
parte abſente produci plenam probatio
nem, quæ ſufficiat ad dãdam actionem.
quam tenuerũt Alciatus, nu.228. in.d.c.
cùm contingat. Sequitur, & dicit com-
munem opin.Didacus de Couarru.in.d.
c.quãuis.in.2.par.§.4. in prin. Antonius,
Imol.& Felinus nu.27.in.d.c.ſi cautio.ex
tra.de fid.inſtru. qui firmat à pleriſq; no
ſtrorũ hanc opinionem receptam. Hip-
polytus nu.92.in rub.C.de probati.poſt
glo.in.d.c.quoties cordis.1.q.7. quæ licèt
ad hoc allegetur,id non apertè dixit.

Mouentur tenentes hanc partem,quia
iure canonico etiam abſenti ius quæri-
tur,vnde vt ſi præſenti fieret confeſsio in
iudicio,ei ius acquireretur de iure ciuili,
ita & ſi fiat abſenti , acquiritur ei ius de
iure canonico. Quod apud me vehemẽ-
ter ſuſpectũ eſt: nam cùm confeſsio non
habeat vim obligationis inducendæ,ſed
tãtùm probationis. vt in.l.Publia.vbi no
tat Paulus.ff.depoſiti. & licèt circa obli-
gationẽ producendam ſint qui inter ius
cano-



canonicum,& ius ciuile conſtituant dif
ferentiam (vt iam diximus) tamen quo
ad modum,& vim probationis nullo co
lore talis differentia,& diſcordia cõſtitui
poteſt,nec vllibi vſq̃ ſcriptũ reperies. Et-
enim probationes legitimæ in rebus agẽ
dis ad eruendam veritatis fidem, falſita-
temq; vitandã deſiderantur.l.fi. C.de fi-
deicom.§.fi.Inſt.de fideicõ.hæred.l.iube
mus. C. de teſtam. cuius falſitatis remo-
tio iuri canonico curę eſſe debet non ſe-
cùs,quàm iuri ciuili: ſicq; iure canonico
pro probato non debet haberi,quod nõ
ſatis legitimè probatum eſt. Etenim ioci
cauſa ſæpe verba tam in iniuriam, quàm
in fauorem abſentium proferuntur. ar-
gu.l.diuus.ff.de milit.teſtam.§.planè.In-
ſtit.eod.tit. nec expedit illud per leges ra
tum haberi . Ideò lege ciuili conſultiſsi-
mè inductum fuit, tales confeſsiones ra-
tas non eſſe , ſi abſente parte, extra iudi-
cium emittantur, & circumuolitent. vt
in.l. certum.§.ſi quis abſente. ff. de con-
feſsis. id quod iure canonico immuta-
tum nõ reperitur,nec immutari abſq; le-
uitate poſſet. Poſtq̃ enim de obligatione
conſtat,tunc lex canonica efficacior eſt,
quàm ciuilis in eius executione,vt homi
nũ perfidiæ occurratur. Cæterùm in mo
do legitimæ probationis à lege ciuili nõ
differt.

*Pollicitatio an iure canonico firmetur iuramento.*

61 Iuxta ſuperiora tamẽ videndum eſt,an
ſaltem ex pollicitatione per interuẽtum
iuramenti oriatur actio?Et ꝙ oriatur,fir-
mat inſignis Couarru.vbi ſuprà.quod ſa
tis dubium eſt:nam quòd ex pollicitatio
ne ius abſenti non quæratur,id non tam
deſcendit ex defectu voluntatis promiſ-
ſoris, q̃ ex defectu poteſtatis . Lex enim
cùm nõ ignoraret quàm facilè verba in
abſentium fauorẽ proferantur, quamq;
temerè, atq; indiſcretè,noluit vllum fo-
mentum his pollicitationibus accõmo-
dare. Et licèt voluntas agentium exten-
dat ſeſe,quatenus ſe extendit eorum po-
teſtas, cùm interfuit iuramentum.l.cùm
pater.§.filius matrem.vbi Bar.& omnes.
ff.de leg.2. tamen cùm hîc deficiat pote-
ſtas,id non videtur ſufficere:niſi dicas id
procedere de iure ciuili.Cæterùm de iu-
re canonico , cùm promiſſor poſsit hoc
iuramẽtũ ſeruare ſine læſione tertij, nec
interitu ſalutis æternæ, non video vt poſ
ſit exceptionem vllam contra agentem
opponere. arg.c.cùm contingat.de iure-
iur.&.d.c.quanuis pactum.de pact.&.d.
c.licèt mulieres.de iureiur.lib.6.

Ex ſuperioribus conſtat plures eſſe ca-
ſus,in quibus oritur obligatio naturalis,
licèt ciuilis non oriatur.An autẽ per con
trarium poſsit aliquando oriri obligatio
ciuilis ſine naturali, pulchrum eſt vide-
re.Et facio talem concluſionem.

*Sola ciuilis obliga.ſine cõcurſu oblig.nat.nũquam reperitur.*

71 Solam ciuilem obligationem abſq; cõ
curſu obligationis naturalis nullo vn-
quam caſu reperiri.

In primis animaduertendum eſt, in tri
bus principaliter ſpeciebus reperiri obli
gationem ciuilem abſq; concurſu natu-
ralis obligationis iuxta cõmunes tradi-
tiones noſtrorũ.Primus eſt,in confeſsio-
ne mutui recepti ante bienniũ. Alter in
ſententia cõdemnatoria lata in actione
perſonali.Vltimus eſt,cùm debitori ciui
liter, & naturaliter obligato, fit pactum
à creditore de nõ petendo.Ita Bar.in.l.Iu
lianus verum debitorem. ff.de cõdict.in
debi.Alex.nu.11.&.12. in.l.1.ff.eod.& Iaſ.
num.23.&.24.glo.in.§.præterea. Inſti.de
except.glo.in.§.1.Inſtit.de fideiuſſ.glo.in
prin. Inſtit.de literarum oblig.in verbo,
obliga.glo.in prin.Inſti.de obligatio.tit.
generali.glo.in.l.1. C.eod.glo.in.l.1. ff.de
condi.indeb.glo.in.l.fideiuſſor obligari.
§.fideiuſſor.ff.de fideiuſſo.glo.in.l.quod
enim.de fideiuſſo.glo.in.l.1.in verbo,ci-
uilem.ff.de nouatio. glo.ciuilis.in dict.l.
1.glo.conſenſum.in.l.1.ff.de pact.glo no
tabilis in.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret. in
verbo,ipſo iure.ff.de pact. glo.omnis.in
prin.Inſti.quib.mod.tollitur oblig.Bart.
in.l.cùm quis.C.de iur.& facti ignorã.&

 in.l.

in.l.1.de condictio.indebi.glo.in.c.ſi.ex-
tra.de ſolutio.Omnes ergo vno ore con
ueniũt,quòd reperitur ſola obligatio ci-
uilis,& id potiſsimùm in tribus ſuperio-
ribus exemplis.Et licèt nonnulli docto-
rum à quibuſdam ex ſuperioribus exem
plis deſciuerint,tamen nullum vnquam
declinatum inuenias ab illa cõmuni opi
nione,quæ habet ſaltẽ in aliquibus caſi-
bus ſolam ciuilem obligationẽ reperiri.
Nos ergo ſumus in propoſita opinione,
vt exiſtimemus ſolã ciuilem obligatio-
nem nullo vnquam caſu reperiri.

Pro qua in primis mouemur per ratio
nem apud nos perẽptoriam. Nã omnis
obligatio cõtrahitur re,verbis,literis,aut
cõſenſu.vt in.§.fi.Inſt.de oblig.facit prin.
Inſti.de obligatio. ex conſenſu.l.obliga-
mur.ff.de acti.& oblig. ſed in his omni-
bus obligationum ſpeciebus oportet in
teruenire conſenſum,vt de obligatione,
quæ re cõtrahitur, eſt tex.in.l.ſi ego. ff.ſi
cert.pe.in.l.obligationũ ſubſtantia.§.1.ff.
de act.& oblig.Et de verb.obliga.eſt tex.
in.d.l.obligationũ ſubſtãtia.§.fi. & in.l.1.
§.adeò ff.de pact.In literarũ obligatione
eſt tex.in.l.3.C.de poſtul.Et in obligatio-
nibus ex conſenſu, eſt tex.in.l.conſenſu.
ff.de actio.& oblig. & in prin.Inſt.de ob
liga.ex conſenſu.

Cùm ergo in omni obligationis ſpecie
conſenſum adeſſe oporteat,poſitoq́; cõ-
ſenſu,neceſſariò interfuiſſe obligatio na
turalis videatur, euincitur nullã eſſe ob-
ligationis ſpeciem,quæ ſola ciuilis videa
tur,ſed ſemp ineſt & naturalis obligatio.

Deinde moueor. Nã omnis obligatio
naturaliter oriatur ex facto,id eſt,ex ani-
mo,conſenſuq́; noſtro, licèt approbatio
ne à iure deſcendere videatur. tex. eſt in
§.1.Inſti.de oblig.ibi, comprobatæ.iũcta
l.bonæ fidei.ff.de acq.rerum domi.&.d.
l.conſenſu.cũ ſimilib.proximè allegatis.
tunc ſic.Ius poſitiuũ,quod ad obligatio-
nẽ habet ſe non inductiuè,ſed tãtùm ap-
probatiuè, non potuit approbare quod
erat nullum,ſed per prius eſſe oportebat
naturalem obligationẽ,quæ à lege ciuili
approbaretur,veſtimentoq́; indueretur.

Deniq; ſententia pertinet,non ad quid
denuò inducendũ,ſed ad illud,quod eſt
declarãdum.l.eos.in prin.C.de appella.
qui autem declarat, is nihil agit, nihilq́;
inducit.l.hæredes palàm.§.ſed ſi notam.
§.ſi quis poſt. ff. de teſtam.l.adeò.§. quiſ-
quis.ff.de acq.rerum domi.ergo ſentẽtia
iudicis me condemnãtis nihil denuò in-
ducit,ſed obligationẽ, qua ego priùs te-
nebar,eam detexit:quo fit, vt ſi aduerſa-
rius meus me ex cauſa emptionis obliga
tum dicebat, tunc poſt condemnationẽ
ex empto videar obligatus, nõ ex ſenten
tia.Neq; me mouet,ꝙ ex ſentẽtia oriatur
actio in factũ: nam illa eſt generalis,eſtq́;
nõ natiua, ſed datiua, datur enim à lege,
vt cum alijs ſpecialibus actionibus con-
currat,ſiue aliæ ſpeciales actiones ex ve-
ra obligatione,ſiue tantùm ex præſum-
pta naſcerentur.not.in ſimil. in.l.1.§.1.ff.
de præſcrip.reis.

Enimuerò eod.ſpectat.§.præterea.Inſt.
de except. vbi qui vero debitori facit pa-
ctum de nõ petendo, is non conſumpſit
obligationem naturalẽ, qua ille teneba-
tur,non magis,quàm ciuilẽ, ſed ille effi-
caciter remanet obligatus,vt ſi non exci
piat,condemnetur: cùm verò exceperit,
tunc ea obligatio,quæ integra,& cũ vtra
q; radice tam naturali,q̃ ciuili manebat,
eneruetur, vt neque illo caſu ſola ciuilis
obligatio reperiatur. Neq; ad rem perti-
net.l.Stichum.§.naturalis.ff.de ſolut.per
quã contrarium docuit glo.in.l. ſi vnus.
§.pactus.in glo.magna.ff.de pactis.Nam
illa loquitur,quãdo ſola naturali obliga
tione tenebatur is,cui fit pactũ de nõ pe-
tendo, tũc per tale pactũ ipſo iure conſu
mitur.Secùs,ſi ciuiliter,& naturaliter ob
ligatus erat, tũc enim nõ liberaretur etiã
à naturali regulariter,& quo caſu à natu
rali liberaretur, tũc & à ciuili liberaretur,
licèt maneret. vt in terminis.d.§. pactus.





quia vt ſola naturalis nudo conſenſu cõ
trahitur,ita & diſſoluitur: ſed poſtq̃ na-
turalis iungitur cum ciuili,iam ita iũctæ
eſſe cœperant,vt vna ab altera abſcedere
nequeat. Simile in.l.ſed ſi plures.§.ſi filio
impuberi.ff.de vulga. Simile in.l.fi. ff.de
acceptil.§.fi.Inſt.quib.mo.tollitur oblig.
Simile in.l.ius autem.ff.de iuſt.& iure.

72 At hæc literarum obligatio abſq; con-
*Literarum* ſenſu non ſubſiſtit: nam neq; ante bien-
*oblig. requi* nium in eſſe producitur,& poſt bienniũ
*rit conſen-* interfuiſſe conſenſus videtur, ex quo &
*ſum.* naturalis oritur obligatio,& ciuilis ex le
gis approbatione:itaq; ante biẽnium ne-
q; ciuilis propter deficiẽtem legis appro-
bationem, neq; naturalis propter defe-
ctum animi,conſenſusq́; præſumptum.
Poſt biennium autẽ adeſt naturalis pro-
pter præſumptum conſenſum, & ciuilis
propter.l.approbationẽ.l.3. C.de poſtul.
iuncto.§.ſic fit.Inſtit.de literarum oblig.
Idq́ue latiùs docuimus in quæſtione ſu-
periore, vt neque iſto caſu ſola ciuilis re-
periatur.

Poſtremò vrget tex.in.l.ſi duo patroni.
§.ſi quis iurauerit.1.ff.de iureiur.vbi ex iu
ramento litis deciſiuo nulla oritur obli-
gatio, ſed probatur ea obligatio, quæ in
iudicio deducta fuit. vt ſi petebas à me
ex cauſa emptionis,& iuraſti me deferen
te,tunc ex cauſa emptionis non,iuſiurã-
di videar obligatus,tunc ſic iuramẽtum
litis deciſiuum, & ſententia æquiparan-
tur.l.2.ff.de iureiur.ergo,&c.

73 Ad.l.obligamur.in fine.dum ait,quòd
*De ead. re.* ex lege oritur obligatio, reſpõdeo,quòd
obligationes, quæ ex legum præceptis,
vel etiam ſuperiorum iudicum, princi-
púmue illæ dicũtur oriri ex iure gentiũ,
eo ꝙ principibus obedire à iure gẽtium
deſcendit. arg.l.veluti.ff.de iuſti.& iure.
c.2.de maiori.& obed. Bar.in.l.Iulianus.
ff.de condi.indebi.obligatio, quæ à iure
gentium deſcendit, dicitur eſſe natura-
lis.vt per omnes in locis ſuperioribus.

74 *De ead. re.* Superior ſententia expeditior eſt in ob
ligatione ciuili,quam aiunt ex ſententia
oriri,& in ea,quam aiunt oriri ex contra
ctu literarum, quorum vtrũq; facile eſt
cõfutare. At in ea obligatione ciuili,quã
aiunt ſolam manere poſt interpoſitum
pactum de non petendo, licèt ſit ſubdif-
ficile eam refutare, tamẽ cõſtat,quòd nõ
eſt ſola ciuilis, ſed tam ciuilis, quàm na-
turalis: quia paciſcentes nec potuerunt,
nec voluerunt tollere naturalem,ſed ef-
ficere,vt vtraq; obligatione manente,ex
ceptio daretur,qua interim impediretur
effectus vtriuſq; obligationis.Quòd na-
turalem tollere non potuerint,patet per
totum titulum.quib.mod. tollitur obli-
gatio.Inſti.vbi enumerantur omnes mo
di, quibus tolluntur obligationes, inter
quos non eſt pactum de non petendo.
ideoq́; dixit.l. obligationum ferè.§. pla-
cet. ff.de actio.& obligatio. quod ſemel
deberi cœpit, certis modis deberi deſi-
nit.quaſi alijs modis non poſsit deſinere
deberi, vel tolli obligatio(ſunt certi deni
q; fines,&c.)Et ꝙ contrahẽtes noluerint
tollere obligationem naturalem, patet:
quia ſciunt modos,quibus tollitur obli-
gatio, & niſi aliquo ex eis vtantur, ergo
noluerunt, quòd tollerentur: nam non
præſumũtur elegiſſe viam,per quam eo-
rum voluntas deſinat ſortiri effectum.l.
3. ff.de teſtam.milit. ergo quando elege-
runt viam, per quam non tollitur obli-
gatio,ſequitur,quòd non habuerunt vo
luntatem, vt obligatio tolleretur. Præ-
terea poſtquàm fecerunt pactum de nõ
petendo,rurſus potuerũt facere pactum
de petendo.l. ſi vnus.§. pactus. ff. de pa-
ctis. quo interpoſito, ait dict.§. pactus.
quòd prior obligatio intacta manet, er-
go nulla fuit ſublata obligatio, nam ſi
eſſet,per tale pactum non renaſceretur.l.
iuris gentium.§.igitur nuda.ff.de pactis.
Præterea ſi volunt contrahentes,ꝙ tolla
tur obligatio, poſſunt eligere viam, per
quã cõtractus reſcindatur, quo reſciſſo,
euaneſcit obligatio, & conſequẽter act.

l.licèt.§.ea obligatio.ff.de procura. Cùm ergo ipſi non dederint operam, vt contractus reſcinderetur, ſequitur, quòd noluerunt obligationem perimi. Vnde in hac ſpecie tenendum eſt per pactum de non petendo non extingui obligationẽ naturalem, quæ ſemel ciuili obligationi iuncta eſſe cœpit, idque ex defectu tam voluntatis contrahentium, quàm etiam poteſtatis.

75 *SVpplemẽtum non impeditur à teſtatore, & eius fauore inductum fuit.cum communi.*
76 *Turpis conditio adiecta in teſtamentis, reijcitur, & in contractibus uitiat contractum.*
77 *Supplementum datur cui legitima deficit.*
78 *L 5.tit.8.part.6.*
79 *Supplementum ſuccedit loco querelæ.*
80 *Supplementum legitimæ olim uigebat in legitima patronorum.*
81 *Supplementum legitimæ per.l. omnimodò.nepotibus ſuis non cœpit competere, ſed longè poſtea.contra communem.*
82 *Nepos ſuus olim impunè poterat præteriri.contra communem.cum nouiß.*
83 *Supplementum procedit in illis caſibus, in quibus olim teſtamentum expugnari poterat.*
84 *Supplementum legitimæ per.l. omnimodò. non cœpit competere filiabus, ſed longè poſtea.cõtra communem.*
85 *Supplementum datur parentibus.cum cõmuni.*
86 *Supplementum datur fratribus. cum communi. contra Areti.*
86 *Supplementum non datur patrono per hanc legem, ſed per alias leges.contra communem.*
87 *Supplementum legitimæ datur liberis in teſtamẽto matris.cum communi.*
88 *Supplementum datur liberis adoptiuis, in quibus caſibus eis legitima debetur.*
89 *Supplementum datur emancipatis.cum Roderi.*
90 *Supplementum non procedit iure. ff. ſed nouo iure.cum communi.*
91 *Supplementum datur eo caſu, quo olim competebat ius dicendi nullum, ſi aliquid fuit filio relictum.cum glo.Paul. & communi.*
92 *Supplementum datur in quibus caſibus competebat bon.poſſeß.contratab.emancipatis. cum glo.& communi.*
93 *Supplementum datur quo caſu olim querela dabatur.cum communi.*
94 *Supplementum datur quibus caſibus competeret bon.poſſ.parentibus.*
95 *Supplementum petitur infra.30. annos. ſecundùm communem.*
96 *Supplementum datur exhæredato, cui aliquid relictum ſit.cum communi.*
97 *Supplementum puto non dari, ſed querela, nõ expreſſa cauſa exhæredationis à teſtatore, neq; ab hærede probata.*
98 *Filius in minore portione, quàm legitima inſtitutus, olim ſolam querelam habebat. contra Bal.Sali.Areti.*
99 *Supplementum non petitur à legatarijs iure regio, nec etiã iure communi.cum Ang. contra communem.*
100 *Supplementum etiam à teſtatore prohibitũ procedit, ſecùs ſi amplius petere uetuit, & ſi filius, qui ſupplementum peteret, eo quod ei reliquerat, priuauit.cum Bal. contra Paul. & Roderi.*
101 *Supplementũ legitimæ in quibus non datur, nec datur ei, cui nil relictum fuit.cum communi.*
102 *ſupplementum non datur ingrato. limit.2.cum communi.*
103 *Supplementũ legitimæ etiam hodie uiget.cũ Iaſ.*
104 *Supplementum legitimæ an ceſſet, quãdo quod datum erat, ademptum fuit.*
105 *Supplementum etiam in codicillis ademptum datur.cum communi.*
106 *Supplementum datur filio paciſcente cũ patre ne amplius peteret.contra communem.*
107 *Supplementũ datur turpi perſona inſtituta. cũ Bal.Paul.& Iaſ.contra eund.Paul.*
108 *Supplementum ad hæredes tranſit. cum Iaſ.Sali.& Bal.contra eund.Bal.*
109 *Teſtamẽtum, in quo filius eſt præteritus, eſt ipſo iure nullum.cum communi.contra Areti.*
109 *Supplementũ apud me ceſſat, ubi filius nihil habuit à patre, licèt acquieuerit teſtamentum. contra Fulg.*
110 *Supplementũ legitimæ datur ad excludendũ ius dicendi nullum, & bo.poſſ.contratab.& querelam.cum Rober.contra Iaſ.*
110 *Intellect.l.omnimodò.ibi, uel alio modo ſubuertendis.*
111 *L.quoniã in prior.an procedat, quando teſtam. poterat ſubuerti querela tãtùm, an etiam per contratab.uel ius dicendi nullum.*
112 *Cond.caſualis, uel mixta non uitiat hodie filij inſtitutionem. cum cõi. contra alterã cõmunẽ.*
113 *Intell.§.cùm autem.*
114 *Condi. etiam caſualis reijciebatur per.l. quoniam in priorib.contra Alex.& Roder.*
115 *Intell.l.ſcimus.§.cùm autem. C.de inofficio.teſtamento.*
116 *Contra Alexand.quòd.l.quoniam. poteſt intelligi, etiam quando teſtamentum ſub poteſtatiua cond.fuit factum.*

Intell.



117 *Intellect.l.quoniam in priorib. per quam nunquam reijcitur cond.poteſtatiua.*
118 *Cond.caſualis, uel mixta ex toto reijcitur, quando filius fuit ex aſſe inſtitutus.*
119 *Condi.poteſtatiua facilis etiam hodie non reijcitur de filij inſtitutione. contra communem.*
120 *Condi. poteſtatiua conſiſtens in dando, ſi legitimæ filij, qui ex aſſe fuit inſtitutus, noceat, reijcitur quatenus nocet, non ultrà.opinio noua.*
121 *Cond.caſualis, uel mixta dato cohærede reijcitur uſq; ad legitimam tantùm.opin.noua.*
122 *Cond.poteſtatiua facilis non reijcitur hodie de inſtitutione filij.contra communem.*
123 *Cond.ſi uoluerit, non reijcitur hodie de inſtitutione filij.contra communem.*
124 *Filius ſubſtitutus non concurrit per leges nouas cum inſtituto.*
125 *Filius cohæredi ſubſtitutus petit legitimæ ſupplementum, & in reſiduo ſpectat conditionem ſubſtitutionis.noua opinio.*
126 *Filius exhæredatus, & hæredi uniuerſali ſubſtitutus, poteſt teſtamentum querelare, nec reijcitur condi.ſubſtitutionis.noua opinio.*
127 *Filius hæredi uniuerſali ſubſtitutus, ſtatim occupat totam hæreditatem: quia primus gradus, à quo filius præteritus fuit, nil ualuit. noua opinio.*
128 *Filius primo gradu præteritus, & hæredi uniuerſali ſubſtitutus, totam hæreditatem occupat ſtatim, quia primus gradus fuit nullus.noua opinio.*
129 *Intellect.l.quoniam in prioribus.*
130 *Intellect.l.ſi non mortis.*
131 *Legitimæ ſupplementum an iure.ff.eſſet inuentum, quòd non contra quamplures.*
132 *Querela impeditur pacto interpoſito de nõ petendo, ſecùs ſi non interponatur.*
133 *Querela in quibus excludatur, uel non.*
134 *Imputatur ſimplex donatio, quæ morte confirmatur filiofam.*
135 *Teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, non rumpitur, ſi aliquid receperat, & datur ſupplementum.*
136 *Parentes præteriti habentur pro exhæredatis. cum communi.*
137 *Patri quando detur querela.contra communem nouæ declarationes.*
138 *Intellect.l.1. &.l. nam & ſi.&.l.pater filium. ff.hoc titu. &.l.iſtius. &.§.non autem. Inſtitu.eod.titu.*
139 *Intellect.2.ad dict.l.pater.improbatur.*
140 *Intellect.3.ad dict.l.pater.improbatur.*
141 *Intellect.4.ad dict.l.pater.improbatur.*
142 *Querela an detur patri contra filij teſtamentum.*
143 *Patri ſiue præterito, ſiue exhæredato datur querela iure regio.*
144 *Bo.poß.quot ſint, & an hodie ſint neceſſariæ.*
145 *Bo.poſſ.quæ non tribuunt ius, ſunt tres.ſecundùm communem opin.*
146 *Bon.poſſeßio gratia litis agnoſcendæ, quæ dicatur.*
147 *Bo.poſſ.gratia litis agnoſcendæ eò pertinet, ut ſi emancipatus in querela obtinuerit, ab hæreditate patris nequeat abſcedere. ſecũdùm cõmunem.contra alteram communem.*
148 *Querela non antè ab emancipato proponitur, quàm certum ſit eum hæredem futurum.*
149 *Querela perlata, filiusfa.ab hæreditate patris abſtinere non poteſt. contra Cinum, Alexã. & Iaſo.*
150 *Bo.poſſ.datur filio emancipato, non autem exhæredato.*
151 *Emancipatus exhæredatus cognitus eſt à iure ciuili.contra glo.communiter approb.*
152 *Bo.poſſ.agnita quid operetur.*
153 *Querela non eſt ſufficiens ad acquiſitionem hæreditatis inducendam.*
154 *Bo.poſſ.agnitio in quibus neceſſaria ſit.*
155 *Bo.poſſ.gratia litis agnoſ.non factum tantùm, ſed etiam ius tribuit ſub cõditione. contra cõmunem.cum altera communi.*
156 *Bo.poſſ.gratia litis agn. neceſſaria eſt emancipato ad hæreditatem tranſmittendam. noua opin.contra mentem Docto.*
157 *Idem in filio à matre præterito. noua opin.contra docto.*
158 *Idem in matre à filio præterita.noua opin. contra docto.*
159 *Idem in fratre.noua opinio. præter mentem doctorum.*
160 *Bo.poſſ.ſecundùm tab. quæ pendente cõditione datur, ius etiam tribuit, ut exiſtente conditione, hæreditas poſtea nequeat omitti. contra communem.*
161 *Querela perlata à filio ſuo, ab eodem declaratur uelle ſe hæredem patris eſſe. Secùs in emancipato. Vel ſic teſtamento per querelam perlatam reſciſſo, ſuus ſtatim iure ſuitatis fit hæres. Secùs in emancipato.*
162 *Bon.poſſeſ.quomodo intelligatur dari exhæredatis.noua opinio.*
163 *Querela quando ceſſat, uel non, per interuentum alterius remedij. noua declaratio.*
164 *Arenarius quis dicatur.*
165 *Legitima ſucceßio quæ propriè dicatur.*
166 *Arenarius eſt infamis ipſo iure.*
167 *Intellectus.l. in arenam. C.de inofficioſo teſtamento.*

 Infamis

168 Infamis licèt ſuccedat ab inteſtato, tamen non ſuccedit contra teſtamentum.cum communi.
169 Infamia potētiùs excludit ab hæreditate, quàm ingratitudo. cùm communi.contra Fulgo.
170 Pœnitentia non purgat uitium ingratitudinis. contra Alexan.& Iaſo.
171 Succeßio ab inteſtato faciliùs cōſeruatur, quàm contra teſtamentum.
172 Mores, quos quis in ſe probat, in alijs non poteſt reprobare.
173 Meretrix meretricem filiam exhæredare non poteſt.cum communi. Aliud in patre.
174 Infamis infamem teſtem repellere poteſt.contra communem.
175 Teſtamentum an uitietur præteritione filij, cuius ingratitudo à patre expreſſa, & ab hærede probata fuit. Et ſi uitiatur teſtamentum, an repellatur à ſucceßione ab inteſtato.
176 Teſtamentum præteritione filijfa. uitiatur, licèt iuſta cauſa expreſſa eſſet.cum communi.
177 Teſtamentum de iure ciuili non conualeſcit, cùm filius ex iuſta cauſa etiam expreſſa præteritur, licèt ab hæredibus ea probetur. contra communem.cum quampluribus.
178 Teſtamentum in caſu præcedenti non conualeſcit etiam de iure prætorio.contra Acoſt.
179 Succeßio ab inteſtato non perditur per ingratitudinem filij etiam exhæredati ſine cauſæ expreßione, licèt poſtea iuſtam cauſam hæredes teſtamentarij, uel legitimi probare uelint. cum communi.contra Ange.& Iaſ.
180 Legitimæ ſupplementum petit etiam exhæredatus, niſi & plus petere expreßim uetitus ſit, & iuſta cauſa exhæredationis pbata fuerit.
181 Ingratitudo non excludit à ſucceßione.
181 Ampliatio.1.
182 Ampliatio.2.
183 Ampliatio.3.
184 Ampliatio.4.
185 Ampliatio.5.
186 Ampliatio.6.
187 Ampliatio.7.
188 Ampliatio.8.
189 Ampliatio.9.
190 Ampliatio.10.
191 Ampliatio.11.
192 Exhæredatio inducitur per hæc uerba, Filium prætereo, quia me uerberauit.cum cōmuni.
193 Exhæredationis cauſa eneruatur per ſimplicē reconciliationem.contra Alcia.ex mente cōmunis opinionis.
194 Exhæredatio eneruatur offenſæ remißione.cū Alciat.& commu.contra Picum.
195 Intellectus l.filio quem.ff.de lib.& poſth.
196 Exhæredatio eneruatur per adoptionē filij poſtea factam.contra communem.
197 Ciuitas bannita ſi in gratiam domini recepta ſit, bannum ceſſat.cum communi.
198 Exhæredatio an eneruetur reconciliatione. noua opinio præter omnes.
199 Teſtamentum licèt in ſui creatione requirat iuſtam cauſam exhæredationis, tamen in ſui cōſeruatione id non requirit.noua opinio.
200 Intell.§.aliud quoq;.in authen.ut cùm de appella.cogn.
201 Exhæredatio utcunq; uelit teſtator, eam reuocare non poteſt. contra Iaſo.niſi fiat aliud teſtamentum.

F ALLIT triceſimoquartò ſolennis teſtamētorum obſeruatio de iure nouo. Nam olim liberis præteritis teſtamentum ipſo iure vitiabatur. per totum Inſtit.de exhær.libe.&.ff.de libe.& poſthu.&.ff.de iniuſt.rupt. &.C.de lib.præt.hodie ſecùs.per.l.omnimodò.C. de inoffi.teſtam. Cuius interpretationem aggredior, & eius verba ita habēt.

Omnimodò teſtatorū volūtatibus proſpicientes, magnā, & innumerabilē occaſionem ſubuertēdæ eorum diſpoſitionis amputare cēſemus, & in certis caſibus, in quibus de inofficioſis defunctorum teſtamētis, vel alio modo ſubuertendis, moueri ſolebat actio, certa, & ſtatuta lege tam mortuis conſulere, quàm liberis eorum, vel alijs perſonis, quibus eadem actio cōpetere poterat, vt ſiue adijciatur in teſtamento de implenda legitima portione, ſiue non, firmum quidem ſit teſtamētum. Liceat verò ijs perſonis, quæ teſtamētum quaſi inofficioſum, vel alio modo ſubuertendum queri poterant, id quod minùs portione legitima ſibi relictum eſt, ad implēdam eam ſine vllo grauamine, vel mora exigere. Si tamen non ingrati legitimis modis arguantur, cùm eos ſcilicet ingratos circa ſe fuiſſe teſtator dixerit: nam ſi nullam eorum quaſi ingratorum fecerit mentionem, nō licebit eius hæredibus ingratos eos nominare, & huiuſmodi quæſtionem



ſtionem introducere. Et hæc quidem de ijs perſonis ſtatuimus, quarum mētionē teſtantes fecerint, & aliquam eis quantitatem in hæreditate, vel legato, vel fideicommiſſo, licèt minorem legitima portione reliquerint. Si verò vel prçterierint aliquam eorum perſonam iam natam, vel ante teſtamētum quidem conceptā, adhuc verò in ventre conſtitutam, vel exhæredatione, vel alia eorum mentione facta nihil eis penitus reliquerint, tūc vetera iura locum habere ſancimus, nullam ex præſente promulgatione nouationem, vel permutationem acceptura.

In hac.l.omnimodò.in princip.ibi, omnimodò teſtatorū voluntatibus proſpicientes.not.ſecundùm Paul. Areti.& Iaſ.hîc, quòd ſupplementū legitimæ non tam fauore liberorum, quàm ipſorum teſtatorum, teſtamentorumq́; gratia inductum fuit, & ſic principaliter fauore teſtatorum, ſecundariò verò fauore eorū, quibus legitima debetur. Et huic concluſioni non inuenio vllum cōtradictorē.

75 Sed in contrarium fortiter facit, quia quod fauore teſtatoris, vel alterius inductum eſt, de eius voluntate prætermitti poteſt. Sed tamen ſupplementum legitimæ teſtator impedire non poteſt, ſecundùm veram & communem ſententiam, quam tenuit Bal.Sali.Paul.Ang.& Iaſ.hîc. Iacob. de Bello.in.§. cæterùm. in authen.vt cùm de app.cog.Decius conſ. 346.Bar.Bal.& Ang. & communiter docto.in.l.ſi quando.§.& generaliter.infrà. hoc tit.& ibi etiam Paul. idem Bart. in.l. Papinianus.§. ſi conditioni. ff. hoc titul. Alexan. conſ.69. Super primo.lib.1.& in conſ.8. Viſis ſubtiliſsimis.col.pe.lib.3.idē Alexan.conſil. 88. Vtrùm emphyteuſis. col.fi.lib.4.Ioā.de Ana.conſ. 99. Viſis & ponderatis.col.fi.Rodericus Suarez in.l. quoniam in prioribus. circa pr. hoc titu. infrà hoc titu. Id quod efficaciter probatur in.d.§.cæterùm. ibi, & ſi certis rebus iuſsi fuerint eſſe contenti.

*Supplementum nō impeditur à teſtatore, & eius fauore inductum fuit. cū cōmuni.*

Quòd autem id quod fauore cuiuſq; receptum fuit, id de voluntate ipſius ſit reijciendum, vel poſsit prætermitti, probatur in.l.pe.C. de pactis.in.l. quoties ab omnibus.C.de fideicom.in.l.2.C. de vſu capi. pro emp. in.l.de fideicommiſſo. C. de tranſact.in.l.1.C.de pact. Quintò in.l. ſtipulatio iſta.§. inter certam. ff. de verb. obliga.Sextò in.l.poſt mortem. C. de fideicom. Septimò in. l. Titio centum. in princip.ff.de conditio. & demonſtratio. Octauò in.l.cū pater.§.mādo.ff. de leg.2. Nonò p.l.filiusfa.§.diui.ibi, nudū præceptū.ff.de leg.1.l.pater filiū.§.Iulius Agrippa.ff.de lega. 3. Poſtremò.l.quod fauore. ff.de leg.l.legata inutiliter.ff.de leg.1.l.legata inutiliter.ff.de adi.legat. Ergo cùm teſtator poſsit prohibere, & prætermittere ea, quæ eius fauore inducta ſunt, neq; poſsit ſupplementum legitimæ impedire, ſupereſt, vt tale ſupplemētum eius fauore inductum non videatur ſaltē principaliter

76 Solue. Nouiſsimè nullus (modò ſanus) prçſumitur elegiſſe viam, per quam eius iudicium, & teſtam.ſubuertatur.l.3.ff.de milit.teſtamento. Hinc eſt, quòd ſi teſtator adijciat turpem, vel impoſsibilē conditionem, ea conditio reijcitur per legē fauore ipſius teſtantis. vt in.l. ſi impoſsibilis.ff.de hære.inſt.l.1. ff.de condi.inſtit. vbi latè Bar.& communiter doct.§. ſi impoſsibilis.vbi p omnes.Inſti.de hær.inſt. l.obtinuit.ff.de conditio.& demonſtratio.& tamen in contractibus talis conditio non reijceretur.vt in.l.non ſolùm. ff. de act.& obli.ſed potiùs ea conditio contractum vitiabit.vt ibi. Ratio differentię, qa teſtator præſumitur turbatus mortis cogitatione, ideoq́; ei ſubuenitur. vt in l.hac cōſultiſsima. §. at cùm humana. C. qui teſtam. fac. poſ.authen. de triente & ſem.§.illud.non ſic in contrahentibus, vt dictum eſt. Et plures alias differentias enumerat Iaſo in. l. quæ de legato.ff. de leg.1.

*Turpis cōditio adiecta in teſtamentis reijcitur, et in contractibus uitiat cōtractum.*

Sic ergo & in propoſito, licèt regulariter vnuſquiſq; poſsit ꝑtermittere, & vetare ea, quę eius fauorem reſpiciunt, fallit tamẽ, ſi per talem prohibitionem eius teſtam. periclitetur, quia tũc quo ad hoc nõ ſatis cautus teſtator intelligitur: quin imò eius voluntati obuiandum eſt, qua ſi is mortis cogitatione turbatus id iuſſerit, non imperaturus, ſi cogitationis morte turbatus non fuiſſet. Simile in falcidia, quę teſtatorũ fauore inducta eſt, & tamẽ per eum vetari iure. ff. non poterat. vt in prin. Inſti. de leg. fal. & l. 1. in fi. prin. ff. ad Treb. iuncta. l. Titia. ff. ad leg. falci.

In tex. ibi, vel alio modo ſubuertẽdis. nota, quòd huius legis prouiſio pertinet non ſolùm ad eos caſus, quibus teſtam. querela infirmari poterat, ſed etiam ad eos, quibus alio quouis modo infirmari poſſunt, putà per contra tabu. bo. po. vel ius dicendi nullum. ſecundùm gloſſ. noſtram, quam cõmuniter ſequũtur doct. vt ex profeſſo inferiùs dicam. Et latiùs quamplures authoritates congeſsi in. l. quoniã in prioribus. infrà eod. cuius interpretationem collocaui ſuprà. §. 10.

*Supplemẽtum datur, cui legitima deficit.*

77 In text. ibi, Liceat verò. not. quòd qui occaſione minoris portionis ſibi relictæ olim poterant teſta. impugnare, hi hodie non poſſunt, ſed tantùm ad ſupplementum legitimæ agere. Ad idẽ tex. in. l. quæ nuper. & in. l. qm̃ in prioribus. & in. l. ſi quãdo. §. illud. & §. & generaliter. & in. l. ſcimus. in prin. & §. repletionẽ. & §. cùm autem. infrà hoc titu. & in. l. maximum vitium. C. de lib. præt. verſ. & ſi ſecundũ. & in authen. vt cùm de appell. cog. §. cęterùm. & in. l. ſi non mortis. ff. hoc titu. Licèt ille tex. additus videatur à noui iuris compoſitoribus ſecundùm gloſſ. & Bar. & alios hîc. de quo infrà videbimus. &

*L. 5. tit. 8. par. 6.*

78 conc. l. 5. tit. 8. part. 6.

Ratio dubitandi ad hunc tex. inde effluxiſſe videtur, quòd olim ſi filius fuerat inſtitutus in minore portione, quàm legitima, vel cùm eſſet exhæredatus, nihil habuerat à patre, vel minus legitima portione, ijs caſibus teſtam. poterat querela expugnari. ſecundùm veras & communes opi. quas tenẽt omnes per tex. ibi in. l. Papinianus. §. quarta autẽ. & §. quoniam autẽ quarta. ff. hoc tit. l. ſi non mortis. vbi omnes. eod. tit. l. cùm quæritur. & l. parentibus. & l. quoniam in prioribus.

*Supplementũ ſuccedit loco querelæ.*

79 hoc tit. §. igitur. Inſtit. eod. Sed illa iura in hoc ſunt hodie correcta per. l. noſtram. cum conc. ſuprà allegatis ſecundùm cõmunem opi. docto. quam tenent hîc Petrus, Cin. Alber. Butrig. Ioã. Fab. Odofre. Bar. Bal. Angel. Salic. Fulgoſ. Paul. Areti. & Iaſo. Et eſt non modò communis, ſed etiam receptiſsima omnium opin. hîc & vbiq;.

*Supplementum legitimæ olim vigebat in legitima patronorum.*

80 Occaſio autem, & exemplum decidẽdi, potuit ſumi ex lege. ſi ex patronis. in princip. l. ſi libertus cùm duos. l. ſi libertus ſub conditione. §. libertus. l. in ſeruitutem. §. fi. l. etiam. §. pe. ff. de bo. libert. §. ſed noſtra. Inſt. eod. vbi patronus, cui à liberto minus legitima portione relictũ fuerat, non poterat ex toto teſtam. expugnare, ſed tantùm ad ſupplementum legitimæ agere. Simile etiam in. l. ſi non mortis. ff. hoc tit. Ratio verò decidẽdi ea fuit, vt per hoc tam liberis, quàm parentibus proſpectum eſſet, cùm & illi debito bonorum ſubſidio non carerent, & iſti ſua vltima elogia in tuto haberent. vt hîc in princip. & l. quoniam in prioribus. in pr. & l. ſcimus. in princip. hoc ti.

*Supplementum legitimæ per. l. omnimodo nepotibus ſuis nõ cœpit competere, ſed lõgè poſtea. contra cõmunem.*

81 Hæc concluſio intelligitur multipliciter. Primò enim indubitanter procedit in filijs. vt hîc. ibi, quàm liberis eorum. expreſsiùs in. l. ſcimus. in princi. ibi, ſi pater minorem debita portione filio ſuo reliquiſſet. & in. l. ſi quãdo. §. illud. infrà eod.

Secundò intelligitur etiam in nepotibus in poteſtate ex filio præmortuo. ſecũdùm gl. hîc. in verb. alijs perſonis. quam quaſi indubitatam omnes hîc ſimpliciter prætereunt. Probatur ex generalitate huius. l. in verb. quàm liberis. quia liberorum



rum appellatione, omnes deſcendentes

*Nepos ſuus olim impunè poterat præteriri. cõtra cõm. cũ nouiſſ.*

82 continentur. Sed hæc communis cõcluſio tempore huius legis vera non erat, quia hoc tẽpore nepos in poteſtate, qui à nemine præcedebatur, impunè teſtamento poterat præteriri, & præteritus, nec habebat ius dicendi nullum, nec cõtra tab. bo. po. nec querelam inoffi. teſta. ſed per ius accreſcendi certã tantùm portionem hæreditatis paternæ conſequebatur. vt dicit tex. in. l. maximum vitium. C. de lib. pręt. & in princip. Inſtit. de exh. lib. verſic. ſed non ita. & in. l. Gallus. §. in omnibus. in verb. filius duntaxat. ff. de liber. & poſthu. docet egregius Emanuel de Acoſta præter omnium ſententias in dict. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. pagin. 92. nume. 24. & Imola in. l. ſuus quoq;. in princip. ff. de hær. inſt. & in. l. fi. ff. de conditio. inſti. diximus latè ſuprà. lib. primo.

*Supplemẽtũ ꝓcedit in illis caſibus, in q̃bus olim teſtam. expugnari poterat.*

83 Sed ego habeo, quòd. l. noſtra nõ procedit niſi in quibus caſibus olim teſtam. poterat expugnari. vt patet hîc. Primò ibi, de inofficioſis eorum teſtamẽtis vel alio modo ſubuertendis. Deinde ibi, vel alio modo ſubuertẽdo. Etiam probatur in alijs quampluribus locis huius legis. & l. quoniam in prioribus. & l. quæ nuper. & l. ſcimus. in princip. infrà hoc titu. vt nos expendimus in. d. l. quoniam in prioribus. Ergo ſupereſt, quòd prouiſio huius legis non pertinet ad hũc caſum, in quo olim teſtamẽt. nec ab initio in ſui primordio & creatione periclitabatur, nec etiam ex poſt facto poterat per querelam, vel contra tab. reſolui, vel ſubuerti. Et licèt hodie hi nepotes ad inſtar filiorum ſint redacti. vt. d. l. maximum. tamẽ illa lex diu poſt hanc legem facta fuit. vt patet ibid. verſic. & ſi ſecundùm. Nec ad rem pertinet, quòd nepotibus detur querela inof. teſtam. Nam illud verum, quãdo tempore teſtamenti præcedebantur à patre. vt in. l. pater filium. ff. hoc titu. & in. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de contra tabu. aliàs ſecùs. Simile in validitate primordiali teſtamẽti. Nam licèt nepos ex filio præmortuo iure. ff. poſſet impunè præteriri, tamen nepos, qui tempore teſtamenti à patre præcedebatur, præteritus, licèt ab initio non redderet nullum teſtamen. tamen ex poſt facto ſimul ac locum filij per obitum patris tenere cœpiſſet, teſtamen. rumpebat. l. poſthumorum. ff. de iniuſt. rupt. §. poſthumorum. Inſtitut. de exhær. lib.

*Supplementum legitimæ per. l. omnimodò non cœpit competere filiabus, ſed longè poſtea. cõtra communẽ.*

84 Tertiò. l. noſtra procedit ex mente omnium hîc etiam in filiaſ. Nos indubitanter contrarium tenemus, quia filiafa. hac in re eod. iure vtebatur, quo nepos, qui tẽmpore teſtamenti à nemine præcedebatur, ſicq; ſuus erat teſtatori. vt probat. d. l. maximum. verſi. ſancimus. & d. princip. Inſt. de exh. lib. verſ. ſed non ita. & l. ſi quis hæredem. ſecundùm noſtrũ intellectum. C. de inſti. & ſubſtitu. Vnde quod in nepote in poteſtate ex filio præmortuo diximus, idem quoq; in filiafa. repetitum intelligemus. Et harum rerũ rationes, & principia diximus latè in primo lib. ſuprà. ideo hîc prætermittuntur. Sed cùm horum omnium conditio hodie exæquata ſit poſt dictam. l. maximũ. quid iuris, dixi in. d. lib. primo.

*Supplemẽtum datur parẽtibus. cum communi.*

85 Quartò intelligitur. l. noſtra etiam in parentibus, quibus à liberis minùs legitima portione relictum eſſet. ſecundùm communem & veram opi. quam tenent hîc gloſ. in verb. alijs perſonis. & Odofr. & Ioan. Fab. & Ang. & Sali. & Iaſ. ſentiũt Paulus. & Fulgoſus. probatur ex generalitate huius legis in verb. alijs perſonis. ad idẽ. l. quoniam in prioribus. & l. quæ nuper. infrà eod.

*Supplemẽtum datur fratribus. cum communi contra Aretin.*

86 Quintò. l. noſtra intelligitur etiam in fratribus, quibus legitima debetur turpi perſona inſtituta. vt probat text. in auth. de hær. & fal. §. non autem excepimus. tenet glo. hæredem. in. §. ſi verò expreſsim. Et iſta eſt vera & communis opi. quam tenent hîc glo. in verb. alijs perſonis. Ioã. Faber. Odofr. Ang. Sali. Fulg. Paul. & Iaſ. & Ro-

&Roderi.Suarez in.l.quoniam in prioribus.in euidentialibus illius legis.

Contrarium tenet ſolus Areti.hîc, motus:quia(inquit) hæc lex procedit in ſolis illis perſonis, quib⁹ debetur legitima, ſed fratri ſecundùm eum etiam turpi perſona inſtituta, nulla debetur legitima, ergo in fratre hæc.l.non procedit. Teneo cõmunem op.quia, vt dixi, fratri etiã debetur legitima turpi perſona inſtituta, non ſecùs, quàm liberis, & parentibus. vt diximus latiùs in.l.quoniam in prioribus.hoc tit.Ergo Aretinus dupliciter errauit. Primò, dum putauit, quòd fratribus turpi perſona inſtituta non debetur legitima.Secundò, dũ inde deduxit, ꝙ in fratribus hæc lex non procedit. Quod præterea ſatis abſurdum eſſet, cùm ſecũdùm eius opinio. fauorabiliores eſſent fratres, quàm liberi, vel parentes: quia fratres poſſent ex toto teſtament.reſcindere, eoq; reſciſſo, vniuerſam hæreditatem præripere, liberi autem & parentes non poſſent.

86 Sextò.l.noſtra intelligitur in patronis ſecundùm gl. noſtrã in.d.verb. alijs perſonis.quam expreſsim ſequitur Ioannes Faber hîc. reliq verò ſimpliciter trãſeũt.

*Supplemẽtum nõ datur patrono per hãc l. ſed per alias leges. contra cõmunem.*

Veritas eſt in contrarium, quia hæc lex non procedit, niſi in quibus caſibus olim teſtam. aliquo modo euerti ex toto poſſet, vt patet in pluribus partibus, tam huius legis, quàm legis.quoniam in prioribus.infrà eod.Sed hoc caſu iure.ff. teſtamen.ex toto euerti non poterat: nõ quoq; iure nouiſsimo, quo vtimur.vt in l.ſi ex patronis.in.l.ſi libertus ſub conditiõe.§.libertus.in.l. ſi libertus cùm duos. & in.l. in ſeruitutem.§.fi.ff.de bo.liber.§. noſtra.Inſtit.de ſucceſ. libert. Cùm ergo hoc caſu iure vetere teſtam. non periclitaretur, &.l.noſtra non procedat, niſi in quibus caſibus olim periclitabatur teſtamen.ſupereſt, vt is caſus ad legem noſtram non pertineat, ſed pertinet ad prouiſionem dictarum legũ.&. d.§. noſtra.

Et plures vtilitates huius inueſtigationis videbimus in.l.fi.hoc tit.

87 Septimò intellige etiam in matre, quę filio minus legitima portione reliquit. ſecundùm Odofred.& Iaſ.hîc. & Anto. de Butri. conſil.12. abſq; allegationibus ſuperfluis. Et hoc probatur in. l. noſtra. iuncta lege.cùm filium.ſuprà eod.

*Supplementum legitimæ datur liberis in teſtamento matris.cum communi.*

88 Octauo intellige in liberis adoptiuis, in qb⁹ caſib⁹ eis d̃betur legitima.vt in terminis.l.cùm in adoptiuis.§.1.C. de adop. &.§.1.Inſt.eod.tit.Et ſimiliter ſi in eorum inſtitutione aliqua conditio, vel dilatio, vel aliud onus eſſet impoſitum, ea onera reijcerentur per.l. quoniam in prioribus.infrà eod.vbi latiùs diſſerimus.

*Supplemẽtum datur liberis adoptiuis in qbus caſibus eis legitima debetur.*

89 Nonò intellige in liberis emancipatis, qui etiam poſſunt impugnare teſtamen.vt in.l. ita tamen.§. ſi quis rogatus. ff.ad Treb.& per totum.ff.&.C.de bon. poſ.contratabu.& in.§. ſunt autem. Inſt. de bo.poſ.tenet Rodericus Suarez in prima ampliatione legis.quoniã. ſuprà alle. Et cõſequẽter ſi in eius inſtitutione onus eſſet appoſitum, reijceretur per.d.l.quoniam in prioribus. vt ibi per nos traditũ eſt. Pro hoc glo.not.in.§.exhæredatos.in verb.noluit.in authent.de hær.& falcid. ibi.dũ ait, idem de emancipato filio. Ad quam glo.vi.latè Angel. de Peri. in repetitione.l.in ſuis.ff.de lib. & poſt. quæſtione fi.n.5.Iaſ.in.l.ſi mater.in pr.ff.de vulg. nu.5.poſt Paul.ibi. Crot.in.l.Gallus.§. & quid ſi tãtùm.ff.de lib.& poſt.nu.52. vbi per Emanuelem pag.160. Iaſ.in authẽ.nõ licet.C. de lib. præt.idem Iaſ. in authẽ.ex cauſa.col.3.eod.tit.vbi Corneus num.18.

*Supplemẽtum datur emancipatis.cum Roderi.*

90 Decimò amplia.vt ꝓcedat etiã iure.ff. arg.tex.in.l.ſi nõ mortis.ff. de inof.teſta. ſcd̃m quoſdã. Sed in cõtrariũ eſt veritas, quia iure.ff.id non ꝓcedebat.Et quod in d.l.ſi nõ mortis.dicitur de ſupplemento, id à noui iuris cõpoſitoribus additũ eſt. ſcd̃m gl.noſtrã, quã ſequuntur Petrus, & Ioannes Faber, & Bar. hîc.& alij tranſeũt ſimpliciter cum gl.præter Salicetũ, Fulg. & Iaſ.

*Supplementum nõ procedit iure ff.ſed nouo iure.cũ cõmuni.*



& Iaſ. qui dicunt illud procedere in eo, quod inter viuos datum fuit, ſecùs verò in eo, quod in teſtamento relictum fuiſſet.vt hîc. quod & ſentit Paulus hîc. Sed quia articulus dubius eſt, pleniùs infrà hac de re docebimur.

Vndecimò amplia.vt lex noſtra procedat, etiã ſi teſtator expreſsim prohibeat ſupplementum legitimæ.vt probatur in authen.vt cùm de appell.cog.§.cęterùm. vt ſuprà diximus.

91 Duodecimò intellige.l.noſtram procedere, etiam eo caſu, quo olim competeret contra teſtam.ius dicendi nullum.veluti ſi filiusfa.neq; inſtitutus eſſet, neque exhæredatus, quo caſu etiam ſi bonam olim hæreditatis partem, vel etiam vniuerſam recipere iure legati, vel fideicõ. vniu.potuiſſet, adhuc competebat ei ius dicendi nullum, quia intelligebatur prę teritus.Ita probatur in.l.ita tamen.§.ſi qs rogatus.ff.ad Treb.& in.l.poſthumo nato.C.de contratab.vbi Iaſ. num.5.& Alexan.in.d.§.ſi quis rogatus.& in.l.quia poterat.ff.ad Trebellia.& in.l. inter cætera. ff.de lib.& poſt.optimus tex.in.§.eadem. Inſt.de hær.ab.Ergo hoc etiam caſu ſuſtinetur teſtamẽ.per.l. hodie noſtram, vt ſi huic filio minus legitima relinquatur, non poſsit teſtam.dicere nullum, ſed ſupplementum tantùm legitimæ petere.Ita tenent Paulus & communiter doct.hîc. quod & ſentit gloſſella noſtra, dum tex. in verb.alio modo. declarat, ſcilicet, per contratabu.bo.poſ.Nam contratabulas datur ſuis non ſecùs, quàm emancipatis. vt in.§.ſunt autem.Inſt.de bo.poſſ.l.maximum vitium.C.de lib.præt.eſt cõmunis op.doct.ibidem.& in.l.poſthumo nato.C.de contratabu.vbi latè per Paul.Iaſ. num.29.cum plu.ſequent.Deci.Curt.iuni.& alios.

*Supplementum datur eo caſu, quo olim cõpetebat ius dicendi nullum, ſi aliquid fuit filio relictũ. cũ gl.Paul. & cõmuni.*

92 Decimotertiò intellige.l.noſtram etiã in quibus caſibus contra teſtam. competebat contratab.bo.po.quæ datur emancipatis.Ita tenent gl. hîc in verb.alio modo.quam ſequuntur Paul.& omnes docto.hîc ſimpliciter tranſeunt.& Rodericus Suarez in.l.quoniam in prioribus.infrà eod.in euidẽtialibus.& in prima ampliatione.probatur hîc in verb.alio modo.Dicam latiùs infrà circa intellectum huius tex.

*Supplementum datur in quibus caſibus cõpetebat bo.poſ.contra tab.emancipatis. cum glo.& cõmuni.*

93 Decimoquartò.l.noſtra procedit, quãdo contra teſtam. competebat querela. Ita tenent omnes hîc indifferẽter. & probatur hîc ibi, de inofficioſis eorum teſtamentis.& in.l.quoniam in prioribus.qđ etiam latiùs docebimur infrà circa huius legis intellectum.

*Supplementum datur quo caſu olim querela dabatur. cum cõmuni.*

Decimoquintò intelligitur ſecũdùm Ioan. Fab. hîc, etiam quando contra teſtam.competebat contratab.bo.po.quę ex toto teſtam. non reſcindit, ſed tãtùm ex parte.qualis eſt illa contratab.bo. po. quæ datur patronis contra libertorum teſtamenta. Sed id ſuperiùs impugnauimus.

94 Decimoſextò intelligitur, etiam ſi contra teſtam.competeret bo.po.quæ parentibus datur contra filios emãcipatos. vt in terminis. l.1. & per totum. ff. ſi quis à par.fueri.man.ſecundùm quoſdam. Teneo contrarium, vt hoc caſu.l. noſtra nõ procedat: tum, quia illo caſu teſtam.non poterat ex toto reſcindi, vt patet per totum illum titulum, & ſic non periclitabatur, & conſequenter ceſſat huius legis prouiſio; tum etiam, quia lex noſtra exorditur ſe nouam medelam inducere, at illo caſu iure vetere ſatis cautum erat, vt per totum illum titulum & ſuprà attigimus.

*Supplementum datur quibus caſibus cõpeteret bo. po. parẽtibus.*

95 Decimoſeptimò intellige noſtram legem, & amplia, vt hoc ſupplementũ non intra quinquennium tãtùm peti poſsit. vt voluit Bart.in.l. ſi quis filiũ.infrà eod. Fulgoſ. conſil. 83. ſed etiam infrà annos. 30.vt tenent communiter docto.Qua in re ſunt quatuor principales opin. Prima eſt opini. Bar.volentis, quòd intra quinquennium tantùm ſupplementum poſſit peti,

*Supplementum petitur infrà.30.annos. ſecundùm cõmunem.*

ſit peti, quaſi ius agendi ad ſupplementum ſuccedat loco querelę.arg.l.ſcimus.§.illud.infrà hoc tit. Secunda fuit opi. tenentium, ꝙ actione ex teſtamento petatur.ita Fulg.hîc. Tertia fuit op. exiſtimãtium, ꝙ petatur petitione hæreditatis. vt referũt doct.hîc. Quarta fuit opi.dicẽtiũ, ꝙ petatur cõdictione ex lege, quæ durat annis.30. Et hanc tenent glo. Odof. Ang. Petrus, Paul.& Iaſ.hîc. Ang. de Aretio in §.tam autem.Inſt.de act. Angelus Peruſ. in.l.Papinianus.§.ſi cõditioni.ff. hoc tit. De cuius rei veritate diſſerimus in.l. quoniam.infrà hoc tit.

*Supplementum datur exhæredato, cui aliquid relictũ ſit.cũ communi contra Grego. & Paul.*

96 Decimooctauò amplia, vt lex noſtra ꝓcedat, etiam ſi filius ſit exhæredatus, ſi tamẽ aliquid à patre ſit ſibi relictũ. Iſta videtur cõis op.doct.hîc, quã expreſsim tenẽt Bal. Petr. Cin. Alberic. Butrig. Odofr. Ioã. Faber. Ang. Paul.& Iaſ.hîc. Vnde omnes firmãt per hũc tex. ꝙ filius exhæredatus, cui aliquid à patre relictũ fuit, præſumitur gratus, niſi expreſsim per hæredes probetur ingratus. Et cõſequenter inquiunt, ꝙ correcta eſt.l.liberi.ſuprà eod. vbi dicebatur, ꝙ in re dubia præſumebãtur ingrati eo ipſo, ꝙ fuerãt exhæredati. Pro cõi facit iſte text.ibi, ſi tamen non ingrati legitimis modis arguãtur, cùm eos circa ſe ingratos teſtator dixerit. Ergo cũ caſus exceptiuus firmet regulam in contrarium.l.nam quod liquidè.§.fi.ff.de penu lega.& vnus tãtùm caſus exceptus ſit à regula permittente agere ad ſupplemẽtũ, ſcilicèt, quãdo filius ingrat⁹ & à teſtatore appellatus eſt, & ab hærede cõprobatus, & cõuictus: ergo in omnibus alijs caſibus ad ſupplementũ agetur, etiam ſi exhæredatus fuerit. Secũdò expendimus literam huius tex.ibi, ſi verò vel præterierint, vel exhæredatione, vel alia eorũ mẽtione facta nihil eis penitus reliquerint. Ergo ſi exhæredatione, vel ſimili eorum mẽtione facta aliquid eis reliquerint, nõ iura vetera, ſed noua locũ habent, vt ad ſupplementũ legitimæ, non autẽ ad querelã procedatur. Et re vera is videtur verus ſenſus huius legis, qui etiã probatur in.l.ſi quis filiũ.hoc tit. Licèt cõtrarium tenuerit Fulgoſus hîc. Hodie autẽ puto, ꝙ niſi cauſa exhæredationis à teſtatore expreſſa, & ab hęrede probata fuiſſet, tũc ad querelã procedere poſsit filius.arg.authẽ.vt cùm de app. cog.§. aliud quoq;. Licèt contrariũ, & malè teneant Paul. in.l. Papi.§.ſed ſi conditioni.ff.hoc tit. & Grego.Lupi in.l.6.tit.8.par.6.

97

*Supplementũ puto non dari, ſed querela nõ expreſſa cauſa exhæredationis à teſtatore, neq; ab hærede probata.*

*Filius in minore portione, quàm legitima inſtitut⁹, olim ſolam querelam habebat cõtra Bal. Salicetũ, Aretin.*

98 Et circa iſtam partẽ aduertendum eſt, Aret. Bal. & Sali.hîc inſigni errore lapſos fuiſſe. Aiũt enim, ꝙ iure.ff. filius in minore portione, q̃ legitima inſtitutus, regulariter non habebat querelã inoffi.teſtam. ſed tãtùm eo caſu, quo & in minore portione, q̃ legitima eſſet inſtitutus, & etiã fuiſſet exhæredatus. Mouentur per hũc tex.ibi, alio modo ſubuertendis.nam (inquiũt) querela non datur quandiu ſupereſt aliud remediũ.vt in.§.tam autẽ.Inſti. de inof. teſtam. ſed quãdo filius eſt inſtitutus in minore portione quàm legitima, tunc ei ſupereſt aliud remedium, quàm querela. vt dicit text. hîc. ibi, alio modo.ergo ceſſat querela.

Sed ipſi loquuntur apertè contra text. in.l.cùm quæritur.& in.l.parentibus.ſuprà eod.in.l.ſi nõ mortis.& in.l.Papinianus.§. ſi quis impubes. &.§. quarta autẽ. &.§. qm̃ aũt quarta.ff.hoc tit.&.§.igitur. Inſti.eod. loquunturq; contra omnẽ rationẽ. Nam filius in minore portione q̃ legitima inſtitutus, nec habet ius dicendi nullum tanq̃ præteritus, quia inſtitutus in minima portione, vel etiam re prę teritus nõ intelligitur.l.1.§.ſi ex fundo.& l.ſi alterius.ff.de hęr.inſt.l.ſi certarũ.eod. tit.§. cæterùm.in auth. vt cùm de appell. cog.& patet, quia præteritus dicitur is ſolus, qui neq; inſtitutus eſt, neq; exhæredatus.vt in.§.eadem.Inſt.de hęr.ab.in pr. Inſt.de exhær.lib.l.poſthumo. vbi Iaſ.n. 5.& omnes.C.de bo.po. contratab. ergo cùm is non habeat tanq̃ pręteritus ius di-





cẽdi nullũ, nec cõtratab. habere poſsit, q̃ ſimiliter nõ datur niſi p̃teritis.vt in.l. maximũ vitiũ.C.de lib.pręt.§.ſunt autẽ.Inſt. de bo.poſ.ꝑ totũ.C.&.ff.de bo.poſ.cõtra tab.neceſſe eſt, vt tali filio in minore portione q̃ legitima inſtituto, ꝑ q̃relã ſubueniatur, qñquidẽ oĩ alio remedio eſt deſtitut⁹. Ideo dicim⁹, ꝙ q̃relã inof.teſta. ꝓducit nõ tã exhęredatio, q̃ inofficioſitas, q̃ ĩ minuſculo relicto cõſiſtit. vt notãter dicit egregius Emanuel in.l. Gallus.d.§. & quid ſi tantùm.pag.1.nu.5. ff.de lib. & poſthu.Bal.in.l. ſi pater.ff. de inofficioſo teſtam. & diximus ſuprà in.l. quoniam. hoc tit.num.1.

Tenẽdo hanc partẽ, quæ veriſsima eſt, tũc ad fundam. Areti. Bal.& Sali. reſpon. ꝙ text.noſter dũ ait, alio modo.intelligitur, qñ filius nõ eſt inſtitutus in minore portione, q̃ legitima, & p̃terea exhæredatus eſt, tũc.n.nullo alio modo, q̃ ꝑ q̃relã ſubuerti poſſet teſtam.ſed ꝓcedit, qñ is filius fuit p̃teritus, & aliq̃d iure legati, vel fideic.accepit, tũc eñ ſi erat emãcipatus, haberet cõtratab.bo.po.vt per totũ.C.& ff.de bo.po.cõtratab. Si verò erat in poteſtate, haberet ius dicendi nullum, & etiã contratabu.vt in.d.l.maximum vitium. & ijs caſibus verificatur is text.in verb. alio modo ſubuertendis.

Decimononò amplia, vt ſupplementũ exigi poſsit non ſolùm ab hęredibus, ſed etiam à legatarijs. Iſta eſt communis opi. quam tenuerunt Bart.col.fi. & cõmuniter doct.in.l. in quartam.ff. ad leg. falci.

*Supplemẽtum non petitur à legatarijs iure regio, nec etiam iure cõi.cũ Angel. contra cõmunem. L.5.titu. 8. par.6.*

99 Tenẽt hîc Bal. Bar.& Sali.ſub quadã diſtinctione.licèt Ang.teneat cõtrariũ, q̃d & nos quoq; tenuim⁹ in.l.ſcimus.§.repletionẽ.infrà hoc tit. Et noſtra opi. ſaltẽ inſpecto iure regio, contra cõmunem opi. tenenda eſt per tex.in.l.5.in fi.tit.8.par.6. quæ dirimit hanc quæſtionem, quæ in terminis iuris cõis dubitatiſsima erat.

Viceſimò amplia, vt ſupplementũ inducatur nõ ſolùm quãdo teſtator expreſſim vetuit.vt diximus per.§. cæterùm.in auth.vt cùm de appell.cog.ſed etiã quando vltra prohibitionem teſtatoris ipſe teſtator vltrà proceſsit, adijciẽdo hęc vel ſimilia verba, Et ſi filius vltrà quicq̃ petierit, vel ad ſupplementũ egerit, exhæres eſto. vel q̃d ei dedi, legaui, id non do, nõ lego. Ita tenet ſolus Paulus hîc ad finem. arg.d.§. cæterùm.tenet Roderi. Suarez in l.quoniã in priorib.hoc tit. limitatiõe.9.

*Supplemẽtum etiam à teſtatore prohibitum ꝓcedit. Secùs ſi amplius petere uetuit. Et ſi filius, qui ſupplementum peteret, eo q̃d ei reliquerat, priuauit.cũ Bal. cõtra Pau. & Roderi.*

100 Teneo cõtrariũ, ꝓut expreſsim tenuit Bal.in.l.1.C.de iure fiſci.lib.10.facit.l.vxorẽ.§.hæres.ff.de leg.3.l. paterf. teſtamẽto. ff.de hær.inſt. Pro nobis cõtra Paul. quia q̃d in vna eadẽq; diſpoſitione, & teſtamẽto adẽptũ eſt, id nec datũ quidẽ intelligitur.ita ait Iuriſcõſultus in.l.q̃bus diebus. §.quidã Titio.ff.d̃ cõd.& dem. ergo ſi paterf.q aliq̃d filio dedit, vetuit ampliùs petere, & adiecit, ſi plùs petierit, tũc exhęres eſto.vel nõ do, nõ lego. negari no põt, q̃n huius præcepti trãſgreſſori adẽptũ videatur, & per hoc nec datũ quidẽ intelligatur. Ad.§.cęterùm.reſpõde, ꝙ ibi teſtator, qui iuſsit filiũ ijs, quæ ſibi dederat, cõtẽtũ eſſe, nõ ꝓceſsit vlteriùs priuãdo, vel adimẽdo ea, quæ ſibi d̃derat, itaq; in poteſtate fuit teſtatoris, tã nihil filio relinquere, q̃ q̃d reliquerat, eidẽ adimere: ſed ſi vult, vt filius aliquid habeat, tũc nõ põt illud ſupplementũ, vel augmentum impedire. Simile in teſtatore, qui hæredem tantùm ex parte inſtituit, nullo dato cohærede, nam non poteſt ius accreſcendi impedirę.l.1.§.ex fundo.& l.ſi alterius.ff.de hære.inſtitu.& eſt communis opinio, vt dixi in tracta.iur.accreſcendi.infrà lib.6. Idemq; etiam ſi cohæredem dediſſet, nã adhuc impedire non poteſt, quin repudiantis portio accreſcat adeunti.l. quoties.§.ſi duo.vbi Bar.& communiter doctores.ff.de hær.inſti. Decius in.l.ius noſtrum.ff.de regul.iur.

*Supplemẽtum legitimæ qui-*

101 Limita noſtrum tex.multipliciter. Primò enim nõ ꝓcedit, qñ filio nihil relictũ erat, tũc.n.nõ agitur ad ſupplemẽtũ ſcd̃m Iaſ. Ioan. Fabr. & alios hîc per hunc text.

*bus nõ datur, nec datur ei, cui nil relictũ fuit, cũ cõi.*

in verſ. ſiue vel præterierint. tunc enim exhæredatus agit querela, & præteritus ſimiliter ſi ſit de perſonis, quarũ præteritio habetur ꝓ exhęredatione: ſin minus, tunc aut eſt emancipatus, & habet cõtra tab. aut ſuus, & habet tã contra tab. q̃ ius dicendi nullũ. ſcd̃m Fabrũ. probatur in d.l. maximũ. C. de lib. præt. & in.l. cùm filium. ſuprà eod. §. pe. & fi. Inſt. de exh. lib.

102 Scd̃ò limita in ingrato, cuius ingratitudo & à teſtatore expreſsim notata eſt, & ab hęrede ꝓbata. vt hîc ſcd̃m Iaſ. & alios. facit. l. ſi quis filium. infrà eod. authen. vt cùm de app. cog. §. cauſas. & §. aliud quoq;. & ita omnes ſequuntur hîc.

*Supplemẽtum nõ datur ingrato. lim. 2. cũ communi.*

103 Tertiò limita ſecundùm quoſdã, vt hodie ſupplemẽtũ legitimæ non procedat. Quia cùm hodie per auth. ex cauſa. conſeruẽtur teſtam. quo ad legata, & cætera relicta, etiã ſi inſtitutiones infirmẽtur, videtur dicendũ, ꝙ teſtam. nũquàm periclitetur, ſicq́; ceſſet hui⁹ legis diſpoſitio: adhuc tamen hodie etiã procedit. l. noſtra ſecundùm Iaſ. hîc. num. 8. nam per illam authen. non conſeruãtur teſtam. quo ad ſui partem principalem, ideſt quo ad inſtitutiones, quæ ſunt partes principales teſtamentorum. l. 1. ff. de hær. inſti. §. ante hæredis. Inſt. de leg.

*Supplemẽtum legitimæ etiã hodie uiget. cum Iaſ.*

104 Quartò limita, niſi id, qđ filiof. teſtamẽto datũ eſſet, fuiſſet poſtea codicillis adẽptum, vel alio quouis modo, tunc enim ceſſaret huius legis diſpoſitio. arg. per tõtũ. ff. de adim. leg. & in pr. Inſtit. de adẽpt. leg. l. ſi iure. ff. de leg. 3. Ratio, quia quod adẽptũ eſt, id nec datũ quidẽ intelligitur l. quibus diebus. §. quidã Titio. ff. de cõd. & dem. vnde vt ſi reuera datũ nihil fuiſſet, tũc ad ſupplementũ legitimæ nõ ageretur, ſed vetera iura illibata manerent, vt hîc, ita quoq; ſi ſemel datũ poſteà adimatur. Cõfirmatur, quia cauſa nulla & finita ęquiparantur. l. inter ſtip. §. ſacrã. vbi omnes. ff. de verb. oblig. l. qui res. §. areã. ff. de ſol. §. 1. Inſt. de inut. ſtip. Intellige pręditcta, quãdo legatũ teſtamento datũ fuiſ-

*Supplemẽtum legitimæ an ceſſet, quando quod datũ erat, ademptum fuit.*

105 ſet. Nã ſi filius in minore portione q̃ legitima eſſet inſtitut⁹, vel etiã in re certa, tunc ſi id ſibi in codicillis adẽptũ fuiſſet, talis adẽptio non valeret: quia inſtitutio etiã in re certa tantùm facta, in codicillis adimi nõ poteſt. arg. §. pe. Inſt. đ codicill. l. 2. C. eod. & cõſequẽter ad legitimę ſupplementũ ageretur nõ ſecùs, q̃ ſi adẽptio facta nõ fuiſſet. Iſta eſt vera, & cõmunis op. quã tenẽt hîc Bal. Sali. Pau. & Iaſ. Bal. ĩ auth. ex cauſa. C. de lib. prę̨t. quęſtio. 6. Roma. cõſ. 178. Ampliſsimè. Iaco. de Bel. in auth. vt cùm de app. §. & hæc quidem.

*Supplemẽtũ etiam in codicillis ademptũ datur. cũ cõi.*

106 Quintò limita, vt nõ procedat in odiũ patris paciſcẽtis cũ filio ne amplius petere poſsit, q̃ id, qđ inter viuos hac lege acceperat, vt ꝓ legitima illud haberet: tũc enim nõ ſolũ is filius ex vi illius pacti nõ læditur, ſed potiùs in eo melior eius cõditio efficitur: ꝙ licèt aliqd recepit, poterit querelã inof. teſta. aduerſus patris teſta. mouere. ſcd̃m Paul. & Iaſ. hîc. gloſ. in. l. ſi qñ. §. illud. j. hoc tit. vbi ita ſequũtur Fulgo. Paul. Iaſ. & Georgi Natã in. c. quãuis pactũ. de pact. in. 6. nu. 6. Sed licèt hæc limitatio videatur cõis, tñ non eſt vera, & alius eſt verus intell. d. §. illud. vt ibi docebimur. Et interim tene cõtrariũ per generalitatẽ huius legis, & etiã per. d. §. illud. ibi, hmõi pacto filiũ minimè pręgrauari. Nõ enim dicit lex, ꝙ ꝑ tale pactũ eius cõditio melior efficitur, ſed ꝙ non efficitur deterior, nec prægrauatur: ergo ad legitimæ tãtùm ſupplemẽtũ agere poterit, nõ autẽ ad querelã pergere. Tertiò per. d. l. ſi quando. §. & generaliter. ſi ſcis inducere.

*Supplemẽtum datur filio paciſcente cum patri ne amplius peteret. contra cõem.*

107 Sextò limita, qñ turpis ꝑſona eſſet inſtituta, tũc. n. fili⁹, cui à patre min⁹ legitima portione relictũ fuit, nõ agit ad legitimę ſupplemẽtũ, q nimò q̃relã mouere põt. ſecũdũ Paul. hîc. idẽ tenet Paul⁹ in. l. fratres. s̃. eod. ꝑ. l. Pãtomius. ff. ſi qs à par. fu. ma. Cõtrarium tenent Iaſ. hîc. & Bal. in. l. fratres. s̃. eod. & idẽ Paulus ſibi cõtrarius in conſi. 61. Quo ad primũ videtur ꝙ dictas ſorores. Et hæc opin. vera eſt ꝑ gñralitatẽ huius

*Supplemẽtum datur turpi ꝑſona inſtituta. cũ Bal. Pau. et Iaſ. cõtra eũdẽ Paul.*



huius legis. Et ad. d. l. Pãtomius. reſpõde, ꝙ loquitur, quando patri à filio, qui turpem perſonam hæredem ſcripſit, nihil fuerat relictum, quo caſu ad ſupplementum legitimæ agi non poteſt. vt hîc.

108 Septimò limita, vt ius agẽdi ad ſupplementũ non tranſeat ad hæredes. vt ſentit Bal. in. l. 2. C. de lib. præt. licèt tranſeat ad poſteros. ſcd̃m eum. Sed ꝙ trãſeat ad oẽs hæredes, etiam extraneos, tenet & bene Iaſ. in. l. emancipata. C. qui admitti. & Salice. in. l. ſcimus. in princ. infrà eod. ſentit Bal. in. l. ſi arrogator. ff. de adopti. 2. oppoſitione. dixi in. l. ſi quis filium. j. hoc titu.

*Supplementũ ad hæredes tranſit. cũ Iaſ. Sali. & Bal. contra eũdem Bal.*

Alias. 8. limi. poſui in materia legis. parentibus. C. de inof. teſtam. ſuper. l. qm̃ in prioribus. hoc tit. quam collocaui. s̃. §. 10.

In tex. ibi, vel alio modo ſubuertendis. not. ſcd̃m Areti. hîc, ꝙ teſtam. in quo filiusf. præteritus fuit, nõ eſt ipſo iure nullũ, nã ſi eſſet, non poſſet ſubuerti. l. nã & ſi. ff. de ini. rup.

109 Sed veritas eſt, ꝙ eſt nullũ ipſo iure, & ſubuertitur quatenus de facto ꝓceſsit. Nam etiã ex tali teſtamẽto nullo, datur poſſeſsio, quia caret omni vitio viſibili. vt per tex. cũ gloſ. communiter app. in. l. 2. C. de edict. diui Adri. toll. & cõtra tale teſtam. datur contra tab. bo. poſ. l. maximũ vitiũ. C. de lib. præt. §. ſunt autẽ. Inſt. de bo. po. licèt id remediũ ſit reſciſſoriũ. l. vt liberis. in verſi. reſciſſo. C. de coll. l. is qui in poteſtate. in prin. ff. de leg. præſt. latè Iaſ. in. l. poſthumo. C. de cõtra tab. vbi Paul. Alex. Corn. Decius, & Curti. iunior. Quod intellige ſecundùm cõmunẽ op. ꝙ tam de iure ciuili, quàm prætorio ſit nullum: nos contrà, vt de iure prætorio valeat, quod alibi docemur.

*Teſtam. in quo filius eſt præteritus, eſt ipſo iure nullũ. cũ cõi contra Areti.*

Circa ſuꝑiora quæro. Quid ſi filius exhæredatus, cui nihil in teſtamento relictũ fuit, acquieuit teſtamẽto patris, quo caſu ſine dubio excluditur à querela, an ſaltem poſsit petere legitimã beneficio huius legis? Fulgoſus conſi. 83. Bonacurſus. num. 2. ſentit ꝙ ſic. Quod ſuſpectum eſt apud me, quia beneficiũ huius legis

109 ceſſat, vbi filius nihil habuit à patre. Et idem puto, etiam ſi filius à querela excluſus fuerit per lapſum quinquennij. vt in terminis. l. ſi quis filium. infrà eod. & eſt not. ampl. ad hanc. l.

*Supplementũ apud me ceſſat. ubi filius nihil habuit à patre, licèt acquieuerit teſtamẽto. cõtra Fulgo.*

110 Et an lex noſtra ꝓcedat in omni remedio, per qđ teſtam. rũpi põt, videndũ eſt. Reuoco ergo ĩ dubiũ intell. hui⁹. l. oĩmodò. ibi, vel alio modo ſubuertẽdis. & ibi, vel alio modo ſubuertẽdũ. Et Iaſ. col. 21. ante med. poſt alios, quos refert in. d. l. ſi pater. intellexit, ꝙ teſtam. mero iure valebat, ſed qa filius emãcipatus cõtra tab. petere poterat, ideo teſtamẽto ſubuenitur. Qđ videtur velle gl. ibi in verbo, vel alio modo. Suarez verò in. l. qm̃. fol. 7. col. 4. intellexit tex. illũ ꝓcedere, etiã ſi filius in po-

*Supplemẽtum legitimæ datur ad excludẽdum ius dicendi nullũ & bo. poſ. cõtra tab. et querelã cũ Roder. contra Iaſ.*

110 teſtate eſſet præteritus, aliquo tñ ſibi relicto. Et ad tex. reſp. intelligẽdũ eſſe de bo. po. cõtra tab. quæ datur filijs etiã in poteſtate ꝑ. l. maximũ vitiũ. C. đ lib. præter. Et puto vtrãq; intelligẽtiã verã eſſe, ſcd̃m ꝙ remediũ. l. omnimodò. ꝓcedit, ſiue cõtra teſtam. cõpeteret querela, ſiue cõtra tab. ſiue etiã ius dicẽdi nullũ. Nã expeditum eſt, ꝙ quo caſu filio in poteſtate cõpetit cõtra tab. eod. & ius dicẽdi nullũ datur. d. l. maximũ vitiũ. §. ſunt aũt. Inſt. de bo. po. declarãt Paul. Corn. Alex. Iaſ. Dec. Curt. iuni. poſt alios in. l. poſthumo nato. C. de bo. po. cõtra tab. ergo lex noſtra dũ ait, de inofficioſis eorũ teſtamẽtis ſubuertẽdis. multipliciter põt verificari. Primò ĩ inſtitutis in minore portione q̃ legitima. l. cũ q̃ritur. l. parẽtibus. s̃. eod. & hîc. & l. ſcim⁹ in pr. & l. ſi qñ. §. illud. & §. & gñraliter. j. eod. l. ſi nõ mortis. l. Papinia. §. ſi qs mortis. & §. qm̃ autẽ. & §. q̃rta. ff. eod. §. igitur. Inſt. eod. tit. Idq́; verũ eſt primò in liberis, ſcd̃ò in parẽtibus, tertiò etiã in trãſuerſis, qbus q̃rela dari põt. vt. d. ll. facit tex. ĩ authẽ. de triẽte & ſemis. §. 1. in fi. & l. ſi qñ. §. & generaliter. verſ. quę oĩs ſanctio. j. eod. Scd̃ò in exhæredatis, q tñ titu. ſingulari minorem portionem, quàm legitimam receperũt, q olim ad querelã vocabãtur,

*Intell. l. omnimodò. ibi, uel alio modo ſubuertendis.*

 non

non ſecùs, quàm ſi nihil omnino recepiſſent.vt.d.ll. Sed certè hoc caſu non procedit noſter tex.ſecũdùm quoſd. quia exhæredatis,qui tit.ſingulari aliq̃d receperunt, datur querela tãtùm,nõ ius agendi ad ſupplementũ,vt hîc.ibi,ſi tamen nõ ingrati legitimis modis arguãtur. Nã olim eo ipſo, ꝙ exhæredabãtur, ingrati præſumebãtur, & indigni ſucceſsione paterna,ſicq́; eis nõ dabatur pręmiũ,beneficiũq́;ſuppletionis, cùm magis pœna digni viderẽtur. vt in.l. 2.3.&. 4.ff. eod.l. liberi.s̃.eod.Qđ dic vt.s̃. Tertiò poteſt intelligi in præteritis. Præteritum autem accipere debemus eum, qui non eſt inſtitutus, vel exhæredatus, licèt iure legati,vel fideicõ. ampla legata acceperit.l. poſthumo nato. vbi Iaſ.nu.5. poſt alios.C.de bo.po.cõtratab.l.ita tamẽ.§.qui rogatus.ff.ad Trebellia.Alex.in.l.inter cętera.ff.de lib.& poſt.Intellige tamẽ primò in filio à matre præterito.vt Inſt. de inoffi. teſta.§.primo.& in.l.filiã.ſuprà hoc tit.Secũdò intellige in parẽtibus à liberis præteritis.vt in.l. cùm filiũ.ſuprà eod. &.l. nã & ſi parẽtibus.ff.eod. Tertiò in fratre præterito in fratris ſui teſtamẽto turpi perſona inſtituta.vt in.l.fratres.&.l. ſi fratris. ſuprà hoc tit.&.§.ſoror.Inſt.eod.in his omnibus caſibus hi præteriti habebũt ius agẽdi ad ſupplemẽtũ, ſi minor portio, q̃ legitima eis tit.ſingulari relicta fuerit,inſpecto hoc iure.d.l.omnimodò. Item præteritũ accipere debem⁹ etiã eũ, q̃ nõ ritè inſtitut⁹ eſt. vt.ff.de cõtratab.l. ſi in adoptionem.§. idẽ puto. Item præteritum ſimiliter accipere debemus eũ,qui exhæredatus eſt,ſed non ritè.vt.ff.de bo.po. cõtratab.l. nõ putauit. §.non quæuis. Quod autẽ diximus exhæredatis, qui tit. legati minorẽ portionem legitima receperũt, legitimæ ſupplemẽtũ denegãdũ,id ſuſpectũ eſt, & alibi dicetur.

In tex.ibi,alio modo ſubuertẽdis. is tex. poteſt intelligi de ſubuerſione,quæ fit iure dicendi nullũ. vt ſi filiusf.aliquo tit. ſingulari dato fuit præteritus, quo caſu ſibi datur ius dicẽdi nullũ đ iure veteri.vt in.l. ĩter cętera.& ferè ꝑ totũ.ff.de lib.& poſth. l.1.ff.đ ini.rup.ĩ pr.Inſt.đ exh.lib.d.l.poſthumo nato.C.de contratab.vbi per Paul. Corn.Alexã.Iaſ. Deci.Curti.iuni.nã is per hãc.l.omnimodò. nõ habebit ius dicendi nullum, ſed ſolùm poterit agere ad ſupplementum legitimæ. vt in.d.l.omnimodò. Idem intellige in filiof. qui nõ ritè inſtitutus fuit.arg.l.ſi in adoptionẽ.§.idẽ puto.ff. de contratab. Idem quoq; intelligendum in filiof.non ritè exhæredato,qui ſimiliter pro præterito habetur.l.non putauit.§. nõ quæuis.ff.eod.tit.

Secũdò poteſt intelligi de ſubuerſione, quæ fit ꝑ cõtratab.bo.po. idq́; multipliciter. Primò in cõtratab.quæ datur ſuis præteritis. vt in.l. maximũ vitiũ.C. de libe.pt. & in.§.ſunt autem. Inſtit.de bono.poſſeſ.

Tertiò in contratab. bo.poſ. quæ datur emancipatis.vt per totum.C.&. ff. de bo. poſ.contratab.

Poteſt.4.loco intelligi in contratab.bo. poſ.quæ datur patri emãcipatori cõtra teſtamẽ. filij emancipati.per titulũ.ff.ſi quis à par.fuer.manu.

In omnibus his enim caſibus hi, quibus olim præteritis cõtratabu.bo.po.dabatur, hodie ſi quid tit. ſingulari accepiſſent, nõ daretur cõtratabu.vel ius dicẽdi nullũ,ſed tãtùm ius agẽdi ad legitimæ ſupplemẽtũ. Qđ intellige, attẽto tẽpore huius.l. omnimodò.Et in omnibus his caſibus verificatur tex.dum ait,alio modo ſubuertendis. Quod vltimũ non procedit, vt infrà dicã.

Et quia is articulus ſummoperè controuerſus eſt, vidẽdæ ſunt quãplures authoritates,quas congeſsi in.l. quoniã in prioribus.hoc tit.quam collocaui ſuprà.§.10.

*L.quoniã in pri.an ꝓcedat, quando teſtamẽ. poterat ſubuerti querela tantùm, an etiã per cõtratabul. uel ius dicẽdi nullum.*

111 Et quæro.d.l.quoniã.vt intelligẽda ſit? Et cùm illa.l.quoniã.referatur ad.l. omnimodò.& ad eius interpretationem, & ampliationẽ facta ſit. vt patet in ead. & tenet Suarez in. d.fol. 7.d.l. q̃m in prioribus. & omnes doct.in.d.l.ſi pater.certè vt.l.omnimodò ꝓcedit ſiue cõtra teſtam. cõpeteret querela,ſiue cõtratab.ſiue etiã ius dicendi nullum,



*Cõd. caſualis,uel mixta nõ uitiat hodie filij inſtitutionẽ.cũ cõmuni cõtra alterã cõem.*

112 nullũ,& ſic ſiue teſtam.valeret,ſiue non (vt ꝓximè dixi)ita &.l.q̃m. debet ꝓcedere,ſiue teſtam.valeret,ſiue nõ.Quia.l.interpretãs,đbet ĩtelligi ſcđm terminos legis interꝑtatæ.vt auth. de filijs ante dot. inſtr.natis.§.fi. Quo arg.vtitur Suarez.d. fol.7.col.3.in fi. vtũtur Alex. Iaſ. & Deci. in.d.l.ſi pater.ſuꝑ vltimã partẽ glo.mag. ibid.Cùm ergo per.d.l.q̃m.omnis cõd.& dilatio reijciatur de inſtitutiõe filij, cũq́; l.illa ſit intelligenda etiã in q̃bus caſibus teſtam.olim erat nullũ(putà,ꝙ filius ſub cõditione caſuali vel mixta, in cuius defectũ exhæredatus nõ fuit,inſtitut⁹ erat) dicendũ eſt ꝓcedere, ſiue filius ſub cõditiõe poteſtatiua,ſiue etiã caſuali, vel mixta eſſet inſtitutus, licèt in eius defectũ exhæredatus nõ eſſet, & cõſequẽter correctã eſſe dictã.l.ſi pater.cũ ſimil. Nec dicatur,ꝙ.l.q̃m. ſolùm loquitur eo caſu,quo olim teſtam.valeret,& cõtra illud cõpeteret querela. vt patet ex ea quadrupliciter põderãdo,vt põderat Suarez ibid.fol. 6.colũ.3.ad fi. Nã fateor,ſed adhuc extra ſuos terminos trahẽda eſt ad terminos.l. interpretatæ.ꝑ.d.authẽ.de filijs ante dot. inſt.natis.§.fi.Sed certè.d. auth.ſi rectè inſpiciatur,loquitur eo caſu, quo lex interpretãs ſimpliciter loq̃retur,tũc ego faterer,ꝙ eſſet intelligẽda & ampliãda ſcđm terminos.l. interꝑtatæ. Secùs autẽ, ſi lex interpretãs loquatur taxatiuè,& ſpecialiter in vno tm̃ caſu.vt.d.l.q̃m.Nã ſi.l.q̃m. ſimpliciter diceret, q̃m in prioribus ſanctionibus. i.in. l. omnimodò. ſtatuimus teſtam.in quo minùs legitima re, relictũ eſſet,nõ infirmari,ſed legitimę ſuppletionẽ refici, nunc quoq; opportunè ſtatuimus,vt ſi q̃d filijs ſub cõditione,ſeu dilatione relinquatur,eo quoq; prætextu teſtam. nõ infirmetur,ſed legitimæ ſuppletio per cõd.ſeu dilationis detractionem fiat.(tũc,inq̃)ſi ita ſimpliciter.l.q̃m.loq̃retur, ego faterer intelligendã eſſe ſcđm terminos.l. ĩterpretatæ in.l. omnimodò. vt.l.q̃m.ꝓcederet,nõ modò quando teſtam.valeret,& ſubiaceret q̃relæ,ſed etiã q̃n foret ipſo iure nullum. At ſecùs certè videtur in.d.l.q̃m. cũ loquatur ſpecificè, q̃n teſtam. erat ipſo iure validum,ſubiacẽs tñ q̃relæ: maximè cũ ſi talẽ facerem⁹ extẽſionẽ cõtra mẽtẽ.d.l.fieret legũ correctio,q̃ maximè vitãda eſt.Sed certè licèt d.l.q̃m. fateamur ſuppleri nõ debere per d.l.omnimodò.tñ negari non põt,quin ſuppleatur ꝑ.l.ſcim⁹.§.cũ aũt.nã ille.§.refert ſe ad.l.q̃m. & tamẽ ibi pro cõſtãti habetur teſtam.valere, licèt filio ſub cõditione caſuali relictũ fuerit fideicõmiſſũ. Ergo patet,ꝙ intẽtio.l.q̃m(ad quã interpretãdã factus eſt.d.§.cùm autẽ.) fuit, vt nõ ſolùm teſtam. qđ mero iure valebat, ſubiacebat tñ querelæ, ſuſtineretur, ſed etiã ſuſtineretur teſtam.illud, qđ ipſo iure erat olim nullũ,ex eo,ꝙ ſub cõd.caſuali hæreditas filio iure inſtitutionis, vel reſtitutionis deberetur.Ita licèt per.s̃.dicta dubiũ eſſet,an.l.q̃m. recipet interꝑtationẽ.l.oĩmodò.tñ dubiũ nõ eſt,q̃n recipiat interꝑtationẽ.d.§.cũ autẽ.in quo ꝓ cõſtãti nulla alia rõne poni potuit teſtam. valere,niſi ꝙ ita fuit de mente.l.q̃m.ad quã refertur.Qđ etiã patet ex ratione ſui. Innuit em̃ teſtam.valere ꝓpter deciſionẽ.l. q̃m.ait em̃(q̃a noſtra cõſtitutio, quæ antè cõpoſita eſt, oẽm dilationẽ oẽmq́; morã cenſuit ſubtrahẽdã.&c.) Quaſi dicat, quia tale teſtament. hodie ſuſtinetur per d.l.quoniam. ideo nũc dubitatur, nõ an teſtam.valeat,ſed poſito pro conſtanti ꝙ valeret, an conditio in totum, an verò pro parte reijcienda ſit, dubitatur.

113 Infero cõtra Deci.in.d.l.ſi pater.col.pe. *Intell.§. cũ autem.* poſt Ange. & Fulg.quos refert(inq̃unt. n.)ꝙ cũ teſtam. valere ponatur ꝓ cõſtãti ĩ.§.cũ aũt.id ex alio eſſe nõ potuit,niſi ꝙ filiꝰ fuit exhæredat⁹. Tñ meliꝰ dic id verũ nõ eſſe,cũ đ exhæredatiõe ibi verb.nullũ, q̃ cũ ſit facti,nõ põt p̃ſumi,maximè cùm per eã fiat filio iniuria.l.cũ q̃dã.C.đ lega. l.Papinianus.in princ.de inof.teſtamẽto. authen.vt cùm de app.cog.§. hæc autem

diſpoſuimus. Prætereà eſt cótra rationem
decidédi, quæ redditur in.d.§.cùm aũt.ibi
(qa noſtra cõſtitutio &c.) Itaq; validitas,
teſtam.fundatur, nó in exhæredatione, ſed
in iã lata cõſtitutione, & ſolùm dubitaba-
tur, vt dixi, quouſq; cõd. ſeu dilatio reijcié
da eſſet: & đciditur nó in totũ reijciẽdã, ſed
tãtùm quatenus tãgit legitimã. Ratio du-
bitandi ponitur in text.ibi (quia noſtra cõ
ſtitutio, quæ antè cõpoſita fuit, omnem
morã, omnemq́; dilationẽ cẽſuit eſſe ſub-
trahendã.) Sic & in propoſito videbatur
nõ proparte tãtùm, ſed in totũ cõd.ſeu dil.
ſubtrahendã. Et hæc ratio dubitandi pro
babilis fuit. Quia in.l.quoniã.non decide
batur, an vſq; ad legitimã tantùm reijcere
tur cõd.ſed ſimpliciter cond.reijciendã eſ
ſe. Ratio autẽ decidendi fuit, quia intentio
Iuſtiniani fuit non legitimã augere, ſed in
tactã, illibatámque ſeruare, vt poſt mor-
tẽ patris ſtatim filio repreſentaretur. Hoc
ꝓbatur in.d.§.cùm autẽ.ibi (vt quarta pars
pura mox filio reſtituatur.) Et licèt tex.ille
innuat, ꝙ per.l.quoniã.erat declaratum, ꝙ
cond.reijceretur, vt quarta pars pura mox
filio reſtitueretur, caue tamẽ, quod innuit
d.l.quoniã.ibi (eorũ iura ideſt legitima) ta
mẽ non erat declaratũ, ꝙ vſq; ad legitimã
tãtùm reijceretur. Ideo vtilis fuit.d.§.cùm
autẽ.ad hoc declarandũ, & etiã ad declarã
dũ, ꝙ diſpoſitio.l. qm̃. haberet locũ etiam
in cõd.caſuali, vel mixta. Potuit enim du-
bitari, an ĩ poteſtatiua tm̃ loq̃retur. Sed ve
ritas eſt, ꝙ.l.quoniã.poteſt, & debet intel-
ligi in omni cõditione caſuali, vel mixta.

114 Vnde inferò contra Alex.in.d.l.ſi pater.
col.7.in prin. & Suarez.in.l.qm̃.fol.7.col.
3.in pr.(inquiunt enim) ꝙ.d.l.quoniã.ſolũ
procedit in cõditione poteſtatiua. Mouen
tur, quia aliàs ſi etiã in caſuali eam intelli-
geremus, tũc.d.§.cùm aũt. nil noui attuliſ-
ſet. Sed errãt, nã aliã adhuc vtilitatẽ affert,
vt proximè dixi, ſcilicèt, ꝙ antea ſatis expe
ditũ nó erat, an in totũ, an verò vſq; ad legi
timã tantùm cõd.reijceretur: ibi autẽ deci
ditur clarè, ꝙ vſq; ad legitimã tãtùm. Et ꝙ
ad iſtud decidendũ factus ſit principaliter
ille.§.patet primò, dũ ait (in huiuſmodi ſpe
cie quid faciendũ ſit, dubitabatur.) Non
enĩ dicit dubitabatur, an teſtam. valeret,
ſed poſito ꝙ valeret, quid de cõd.reijciẽda
faciẽdũ eſſet. Probatur & ſecũdò, quia ibi
non decidit eo caſu teſtam. valere debere
per illius.§.deciſionẽ, ſed dicitur teſtam. ſi
ne dubio valere per alias.ll.ſ.per.l.quoniã.
quod ꝓbatur ibi (quia noſtra.&c.) Per ſu-
periora ergo patet tenẽdam eſſe commu-
nem op.cui in re dubia adhærendum.

*Conditio etiã caſualis reijciebatur per. l. quoniam in prio. cõtra Alex. et Roderi.*

115 Sed opp.adhuc, ꝙ.d.§.cùm autem.non
loquitur, quãdo filius eſſet inſtitutus ſub
caſuali, ſed quãdo fideicõ. ſub caſuali reli-
ctũ fuit. Sol. ꝙ in.d.§. nó dicitur fideicom.
ſub caſuali relictũ filio efficere vt valeat te
ſtam.ſed in.d.§. ſolùm infertur ex deciſio-
ne.l.quoniã. quæ cùm generaliter, & ſim-
pliciter loquatur, in omni relicto eſt intel
ligẽda. Vnde infertur, ſi fideicõ. vniu. ſub
caſuali filio relinquatur, valet teſtam.vt.§.
cùm autẽ. Et ſimiliter infertur, ꝙ ſi hæredi
tatis portio ſub caſuali filio relinqueretur,
ſimiliter teſtam. valeret: nã nó eſt, cur ma-
gis ex generalitate.l.quoniã.arguamus ad
fideicõmiſſũ ſub cõd. caſuali filio relictũ,
q̃ ad portionẽ hæreditatis ſub cond. caſua
li relictã. Et ꝙ.l.quoniã. generaliter loqua-
tur, patet in verb. de relictũ ſit. quod ad in
ſtitutiones pariter vt ad ſingularia relicta
trahi poteſt. vt latè Iaſ.in auth. nouiſsima.
C.de inof.teſtam.nume.33. Hæc eſt longè
melior inductio, vel illa, quam poſui ſu-
prà, quàm inductio communis.

*Intell. l. ſcimus. §. cùm autẽ. C. de inof. teſta.*

116 Et ad Alexã.in.d.l.ſi pater.col.7.in me-
dio. dum tenet, ꝙ.l. quoniã. loquitur etiã
eo caſu, quo teſtam.valebat, & conſequen
ter non poterat querelari. Nam (inquit)
aut cond.erat caſualis, vel mixta, & tũc te-
ſtam.querelari non poſſet, cùm per.l. ſi pa
ter.nó valeret filio in defectũ cõd. nó exhæ
redato. Aut cõd.erat poteſtatiua, & ſimili
ter q̃relari nó poterat, qa & mero iure vale
bat, & nulla cauſa erat q̃relandi, cùm filio
ſit imputandum, ꝙ condi.poteſt. implere
noluit.

*Contra Alex. quòd.l. quoniã. põt intelligi etiam quando teſtamẽtum ſub poteſtatiua cõdi. fuit factum.*



noluit. Supereſt ergo (inquit) vt.l. quo-
niam. procedat etiam eo caſu, quo teſta-
mentum ipſo iure erat nullum. Sed certè
imò ſi vera eſſent eius fundamenta, ſuper
eſſet, quòd illa lex nó procederet, niſi ſo-
lùm quando teſtamentum erat ipſo iure
nullum, quod eſſet contra illum text. ſe-
cundùm quòd quadrupliciter inducit
Suarez ibi col.3.in fi.fol.6. Tamen dic ad
argum. Alexan. quòd imò quando con-
ditio eſſet poteſtatiua, tunc adhuc pote-
rat teſtamentum querelari, ſi per imple-
mentum cond. minueretur legitima re,
vel tempore. argum.l.cùm quæritur. C.
de inoffi.teſtam.cum.§.plus. Inſti.de act.
& quando minuebatur re, prouidetur
per.l.omnimodò. ne teſtamentum infir
metur, ſed legitima ſuppleatur. & quan-
do minuebatur tẽpore, prouidetur per.l.
quoniam.&.§.cùm autem. Ego tamen te
neo cum Alexan. quòd.l.quoniam.pro-
cedat etiam, quando teſtamentum erat
ipſo iure nullum. Sed reprobo rationem
Alexan. Item reprobo, quod ex ea ſeque
retur, ſcilicet, quòd.l.quoniam.non ha-
beret locum, niſi quando teſtamentum
eſſet ipſo iure nullum.

117 Ergo veritas eſt, quòd dict.l.quoniam
in prioribus. procedit in omni conditio-
ne, ſiue illa caſualis ſit, ſiue mixta, ſiue
etiam poteſtatiua, nó tamen in omnibus
his conditionibus inducit vniformẽ effe
ctũ. Nã ſi ſit conditio caſualis, vel mixta,
quorum appoſitio olim vitiabat filiorũ
inſtitutiones, tunc illæ reijciuntur vſque
ad legitimam, nó vltrà. Sed & de inſtitu-
tione parentum, vel fratrum turpi perſo
na inſtituta reijciuntur vſq; ad legitimã
tantùm, non eò quòd harum conditio-
num appoſitio eorũ inſtitutiones vitia-
ret ipſo iure, ſed quòd querelam inoffic.
teſtam.produceret. vt in.l.filijs matrem.
hoc titu. In conditione autem poteſtati-
ua ſimiliter loquuntur leges nouæ: quia
ſi filij legitima erat.12.& in.12.tãtùm fuit
inſtitutus ſub conditione, ſi.4.mihi da-
ret, certè tunc impleta conditione, legiti
ma maneret diminuta, & per hoc, inſpe-
cto iure veteri, competeret querela, ergo
leges nouæ pertinẽt etiam ad caſum me-
dendum.

*Intell. l. quoniã in priorib. per quã nunquã reijcitur cõd. poteſtatiua*

Et in eo tantùm quæſtio erit, Vtrùm
huic morbo applicare debeamus medi-
cinam inuentam per dict.l. omnimodò.
an illam medicinã, quæ inuenta fuit per
dict.l.quoniam in prioribus. Et quidem
ſi vtaris remedio.d.l.quoniam in priori-
bus. eueniet abſurdum, vt ego, qui ſecun
dùm voluntatẽ teſtatoris pecuniam con
ditionis implendæ cauſa dandam habi-
turus eram, caream hoc cõmodo, & ho-
nore, quod eſt longè alienum ab inten-
tione nouarum legum. quod patet in.d.
l.omnimodò.ibi, mortuorum volunta-
tibus proſpicientes. quæ verba poſita in
procœmio illius legis denotant eius cau-
ſam finalem. Ergo melius eſt intelligere
hũc caſum pertinere ad dict.l. omnimo-
dò.&.l.ſcimus.in prin.hoc titu. vt quod
per implementum conditionis de legiti
ma minuitur, id ex alijs bonis teſtatoris
per illas leges repleatur, vt tamen illa cõ
ditio omnino per prius impleatur. quod
not. quia à nemine vnquam declaratum
inuenies. Confirma per dict.l.omnimo
dò.in verb.grauamine. quæ nominatim
hunc caſum videtur proſpexiſſe, vt legi-
tima repleatur nõn ſolùm vſq; ad veram
legitimæ menſurã, ſed etiam vſq; ad eam
menſuram, quæ neceſſaria eſt, deductis
oneribus, quæ impoſita fuerunt filio in
eo, quod ſibi relictum fuerat, quale eſt
onus conditionis implendæ, & ſimilia.
Itaq; ſi legitima erat.12. & decẽ mihi re-
licta fuerunt ſub hac conditione, ſi.2.Ti
tio darem, tunc nó duo tantùm, quæ ad
implementum legitimæ ſuper decem vi
dentur ſufficere, mihi addendà, ſupplen
daq́; ſunt, ſed etiam quatuor ſunt ſupplẽ
da, vt ſic etiã exolutis oneribus integra
maneat mihi legitima. Idq́; euidentiſsi-
mè cautum fuit per.d.l.omnimodò. &

 poſtea

poſtea euidentiùs per.d.l.ſcimus.in prin. vt ſic is caſus non ad.l. quoniam in prioribus.pertineat, ſed magis ad reliquas leges:quia medela dict.l.quoniam.huic caſui non tam pharmaci loco,quàm veneficij loco eſſet.

*Cōd. caſualis,uel mixta ex toto, reijcitur, quādo filius fuit ex aſſe inſtitutus.*

118 Et cōſidera, quòd aut filius ex aſſe ſub cōditione tamē inſtitutus eſt,aut ex parte. Primo caſu, quando fuit ex aſſe inſtitutus, tunc ſi quidem ſub hac conditione caſuali,ſi nauis ex Aſia venerit,ſtatim reijcitur conditio ab vniuerſa hæreditate,non à legitima tātùm.Ratio,quia etiā ſi à legitima tantùm reijceretur,tunc reliquum hæreditatis huic portioni legitimæ neceſſariò debet accreſcere.l.1.§.ex fundo.&.l.ſi alterius.ff.de hære.inſti.l.ſi duo.l.ſi tu ex parte. ff. de acq.hær.l.vn.§.his ita.C.de cadu.tollen.l.vn.C.qui ante aper.tab.l.ſi ex pluribus. ff.de ſuis & legiti.ergo fruſtrà ſpectaretur cōditio, cuius nihil operaretur euentus.vt.ff.de hær.inſtit.l.ſi quis ita ſcripſerit. idem in conditione mixta.

*Condi.poteſtatiua facilis etiam hodie nō reijcitur de filij inſtitutione. contra cōmunem.*

119 At in conditione poteſtatiua,aut eſt illa conditio, Si in Capitolium aſcēderit, vel ſi voluerit.& nullo modo reijcitur,quia per talem conditionem iure.ff.nec teſtamentum ab initio valere deſinebat, non ſecùs,quàm ſi purè is filius inſtitutus foret.l.Cornelius.l.iam dubitari.l.ſu[9] quoque.in prin. &.§.puto.ff.de hære.inſtit.l.verba.l.fi.ff.de condi.inſti.l. conditionibus pupillus.ff.de cond.& demonſt.l.1.§. qui ſub conditione. ff.ſi quis omiſſ.cauſ. teſtam. Nec ex pòſt facto per defectum illius cōditionis dabatur filio querela ad impugnandum teſtamentū, ſed ſibi imputabatur cur cōditionem illam noluit implere.vt.d.legib. niſi in caſu, quo ipſe filius iuſtè impeditus eſſet illam conditionē implere, quo caſu habebatur perinde ac ſi illam impleſſet.per regulam.l. iure ciuili. ff.de condi.& demonſt.l.iure ciuili.ff.de reg.iur. Ergo cùm illa conditio nullo caſu iure veteri vitiaret teſtamētum,ſupereſt,vt per.l.quoniam in prioribus.non reijciatur, quandoquidem per eam ſolùm reijciuntur illæ conditiones, quæ poterant vitiare teſtamentū.vt multifariàm colligitur ex.d.l.quoniam.& ex d.l.omnimodò. & ex.l.quæ nuper. & ex l.ſi quando.§.& generaliter.&.§.illud. & ex.l.ſcimus.in prin. &.§.cùm aūt.hoc tit.

*Condi.poteſtatiua conſiſtēs in dādo, ſi legitimæ filij,qui ex aſſe fuit inſtitutus, noceat,reijcitur,quatenus nocet, non ultrà. opi.noua.*

120 Quòd ſi ſit conditio poteſtatiua,quæ conſiſtat in dando,tunc ſi per implemētum cōditionis minueretur legitima,reijcitur per.d.l.quoniam.non ex toto,ſed quatenus lædit legitimam: quia.d.l.quoniam.pertinet ad omnes cōditiones,quę poſſunt vel ab initio, vel ex pòſt facto infirmare teſtamentum.Sed hæc conditio poteſt ex pòſt facto infirmare teſtamentum : quia ſimul ac legitima reperiretur diminuta,ſtatim competeret querela.vt l.ſcimus.in prin. infrà eod.l. cùm quæritur.l. parētibus. ſuprà eod.l. Papinianus. §.quarta autem.&.§.quoniam autē quarta.&.l.ſi non mortis.ff.eod. Ergo dicendùm eſt, quòd talis conditio, quatenus poſt implementū læderet legitimam,reijciatur:vnde ſi in bonis erant.12. & inſtitutus ſum ex aſſe,ſub conditione,ſi decē darem,non decem, ſed octo tantùm dāda ſunt,vt ſic maneat mihi integer triens totius hæreditatis pro mea legitima,iuxta authē.nouiſsima. ſuprà eod.Quod intellige,quando filius nullum habuit cohæredem, à quo quod cōditionis implēdæ cauſa dedit,repetere poſſet.

*Cōd. caſualis, uel mixta,dato cohærede,reijcitur uſque ad legitimā tātùm.opi. noua.*

121 Secundo caſu principali, quando ſub conditione ex parte tantùm fui inſtitutus dato cohærede, tunc ſi conditio fuit caſualis, vel mixta,licèt in eius defectum non fuerim exhæredatus, tamen ſecundùm cōmunes opiniones talis conditio reijcitur per. d.l. quoniam in prioribus. cuius conditionis abiectio, vel ſeparatio licèt à tota portione mihi data facienda eſſet.per.d.l.quoniam.tamen id moderatum fuit per.d.§.cùm autē. vt vſq; ad legitimā tantùm reijciatur, vnde ſi poſtea defece-



defecerit conditio, tunc reliquum illius portionis, quæ initio mihi relicta fuit, mihi,& cohæredibus meis pro portionibus hæreditarijs accreſcit.l.ſi quis ita hæredes.l.itē quod Sabinus.ff.de hære.inſti. l.Mæuio.in prin.ff.de leg.2.l.vn.§.his ita. C.de cadu.tollen.

*Cond. poteſtatiua facilis nō reijcitur hodie de inſtitutione filij. contra cōmunem.*

122 Quòd ſi eſſet conditio poteſtatiua, tūc ſiue ſit conditio facillima, qualis eſt conditio,Si voluerit.ſiue non ita facilis,qualis eſt conditio, Si in Capitolium aſcenderit. vel alia, quæ conſiſtat in faciendo abſq; vlla erogatione pecuniaria implere debentis,& tunc adhuc reijcitur ſecūdùm communes opin.per.d.l.quoniam.

*Cond. ſi uoluerit. non reijcitur hodie de inſtitutiōe filij. contra cōmunem.*

123 Sed longè verius eſt nō reijci, quia olim nec ab initio per illius conditionis appoſitionem vitiabatur teſtamētum, nec ex pòſt facto per defectum ipſius teſtamenti, quod iam valere cœperat, reſoluebatur,ſed ſiue filius impeditus nō eſſet quo minùs eam impleret,ſibi imputabatur,ſiue iuſtè impeditus eſſet,pro impleta habebatur, ſicq; nullo caſu nocebat teſtamento.vt ſuprà dixi.Quòd ſi eſſet conditio poteſtatiua,quæ conſiſteret in dādo. iuxta.l.2.ff. de condi.& dem.tunc ſi poſt implementū conditionis nō manet legitima diminuta,non reijcitur per.l.quoniam in prioribus.ſecūdùm nos, licèt cōmunis opi.videatur velle,quòd indiſtinctè reijciatur.Quòd ſi per eius implemētum legitima læderetur, tunc bene reijceretur ſecundùm cōmunes opi. ſaltem quatenus minueret legitimā:nos contra vt nullo modo reijciatur, ſed impleatur ſecundùm voluntatē teſtatoris, & ꝙ per eius implementum legitima filij decreuerit,id repleatur ex reliquis bonis hæreditarijs.per.d.l.omnimodò. &.d.l.ſcim[9]. in prin. Sicq; conditio poteſtatiua, quæ conſiſtit in dando, nunquam reijcitur per leges nouas, ſiue per eius implementum legitima minuatur,ſiue nō minuatur.Sicq; licèt olim hoc caſu,quo per implementum cōditionis poteſtatiuæ legitima minueretur, poſſet infirmari teſtamentum querela inoffic.teſtam.quaſi legitima minùs integra maneret, hodie tamen non poterit,cùm quod decreuit, id repleatur.Ergo conditio poteſtatiua per leges nouas nunquā reijcitur ſecundùm nos contra communem opin.Quod intelligitur primò,quando erat cōditio facillima,qualis eſt conditio,ſi velit. Secūdò,quando alia quæuis,quę conſiſtat in faciendo, eo quòd abſq; vlla erogatione expediri poteſt. Tertiò,quando conſiſtebat in dando, non tamen per eius implementum minuebatur legitima.Quartò, etiam ſi conſiſteret in dando, & per eius implementū minueretur legitima. Quæ omnia ſuperiùs probauimus. præſertim in glo.l.ſi pater puellę.C.de inof.teſtam. Vel cōditio poteſtatiua dic, quòd reijciatur quatenus lædit legitimam,vt tamen neceſsitas dandi transferatur in cohæredes huius filij.arg.§.noſtra.in fi. Inſtit.de ſucceſs.lib.& ſic omnia concordabūtur.

*Flius ſubſtitutus nō cōcurrit per leges nouas cum inſtituto.*

124 Quid ſi extraneum inſtituit, & filium vulgariter ſubſtituit? Et Suarez in dict.l. quoniam.limitatione.15.ait, ꝙ tunc non procedit.d.l.quoniā in prioribus.Et quia ipſe non bene fixit pedes,& alij non tan-

*Filius cohæredi ſubſtitut[9] petit legitimæ ſupplemētum, & in reſiduo ſpectat cōditionem ſubſtitutionis. noua opi.*

125 gunt,cōſidera,quòd is filius aut fuit inſtitutus aliqua ex parte in primo gradu, & in reſiduo hæreditatis ſubſtitutus: aut in primo gradu fuit exhæredatus,aut omnino præteritus,aut præteritus quo ad inſtitutiones tātùm, & exhæredationes, legati tamen nomine, vel fideicom. aliquid recepit. Primo caſu, inſpecto iure nouiſsimo, quo redacti ſumus ad ius.ff. teſtamentum per filij talem inſtitutionē & ab initio valeret, & ſi portio illa fuit minor,quàm legitima,replebitur.vt.d.l. omnimodò.olim teſtamentum quidem ſimiliter valeret, ſed ipſe non impediretur querelā proponere. vt in.l.cùm quæritur. &.l.parētibus.hoc tit.l.ſi non mortis.l. Papinianus.§.quoniam autem quarta.&.§.quarta autem.ff.eodem tit.

Secun

126 Secũdo caſu, cùm fuit exhæredatus ritè, tunc ab initio valet teſtamentum. l. inter cætera. ff. de lib. & poſthum. §. 1. Inſtit. de exhæ. lib. Sed ſi ipſe velit, poteſt teſtamentum querela expugnare, quia ſi ex primo gradu adita ſit hæreditas, ſecundus gradus euaneſcit. vt in prin. Inſti. de vulga. per totum. ff. eod. in prin. C. de cadu. tollẽ. nec video, vt tex. in. d. §. cùm autem. qui loquitur in ſubſtitutione fideicom. poſsit trahi ad ſubſtitutionem vulgarem ad correctionem bonæ partis totius iuris ciuilis. Ergo cùm primùm is filius per aditionem hæreditatis factã ab hærede ſcripto in primo gradu excluſus fuerit, defectusq́; conditione, ſtatim ſibi naſcitur querela. vt in. l. ſcimus. §. illud. infrà eod. ipſeq́; filius patri ab inteſtato hæres erit, non etiam ex teſtamento, ex gradu ſubſtitutionis, quia cùm vterq; grad⁹ ab initio valuerit, primus gradus cenſetur principalis, & ſecundus acceſſorius: vnde primo gradu per querelam reſciſſo, ſecũdus quoq; gradus euaneſcit, ſicq́; ab inteſtato hæreditas defertur. l. 3. §. fin. ff. de libe. & poſth. Pro nobis. l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. iuncta. l. poſt aditam. C. de impuberum.

*Filius exhæredatus, & hæredi uniuerſali ſubſtitutus poteſt teſtamẽtũ querelare, nec reijcitur cond. ſubſtitutionis. noua opinio.*

127 Tertio caſu, cùm fuit omnino præteritus, hodie primus gradus eſt nullus ipſo iure, nõ ſecùs, quàm iure. ff. vt in auth. vt cùm de appella. cogno. §. aliud quoq; capit. & conſequenter teſtamentum incipit verſari, & vigere in ſecundo gradu, in quo filius eſt inſtitutus. vt in. l. 3. §. fi. l. Gallus. per totam. ff. de libe. & poſthum. l. ex facto. §. Lucius. ff. de vulga. Sicq́; is filius, nec habebit ius dicendi nullum, nec contratab. bo. poſſ. nec querelam.

*Filius hæredi uniuerſali ſubſtitut⁹, ſtatim occupat totã hæreditatẽ, q̃a primus gradus, à quo filius præteritus fuit, nil ualuit. noua opinio.*

128 Quarto caſu, cùm nec fuit inſtitutus, nec exhęredatus, licèt habuerit in primo gradu legatum, vel fideicom. inſpecto iure nouiſsimo, quo iure redacti ſumus ad priſcum ius. ff. teſtamentum eſt ipſo iure nullum, quo ad illum primum gradum. Quia præteritus dicitur, qui inſtitutus non eſt, nec exhæredatus, licèt ampla legata acceperit. l. poſthumo nato. vbi Iaſ. nu. 5. C. de contratab. l. ita tamen. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebellia. ita procedit. d. §. aliud quoq; capit. Sicq́; teſtamẽtum verſabitur in ſecundo gradu, filiusq́; totum habebit, vt dixi in mẽbro ſuperiore. Quę not. quia nullibi ita declaratũ inuenies, nec fortè tactum, niſi per Suarez vbi ſuprà. qui vix auſus fuit ſententiam dicere: vel ſi dixit, ita inuolutã protulit, vt nullus eam comprehendere poſsit.

*Filius primo gradu præteritus, & hæredi uniuerſali ſubſtitutus, totã hæreditatem occupat ſtatim, quia primus gradus fuit nullus. noua opinio.*

129 Poſtremò, dum ſuprà tenuimus, quòd dict. l. quoniam in prioribus. non loquebatur eo caſu, quo eſſet conditio poteſtatiua, ſed tantùm in cõditione caſuali, vel mixta, id ſanè videtur contra illũ tex. qui in ſui parte prima multipliciter ait ſe loqui in caſibus, quibus olim dabatur querela per appoſitionẽ cond. vt in illis non detur, ſed cõditio illa, quę querelã pariebat, reijciatur. Vnde cùm ſola cõditio poteſtatiua poſſet olim producere querelã, non etiam conditio caſualis, vel mixta, quæ ſaltem in ſuis hęredibus ius dicendi nullum potiùs, quàm querelam producebat, vt ſuprà docuimus, certè videtur per hoc, quod dict. l. quoniam in prioribus. pertineat ad conditiones poteſtatiuas reijciendas, non ſecùs, quàm ad reijciendas conditiones caſuales, quinimò longè faciliùs, & euidentiùs. Solue. Per illam legem nunquam reijcitur cõditio poteſtatiua, vt ſuperiùs ſatis latè docuimus, tam in hac lege, quàm in. l. ſi pater puellæ. ſuprà eod. ſed tantùm ad reijciendas cõditiones caſuales pertinet, vel etiã mixtas. Nã licèt ſi filiusf. ſub conditione caſuali, vel mixta inſtituebatur, in cuius condi. defectum nõ fuerat exhæredatus, tunc teſtamẽtum erat ipſo iure nullum. & l. quoniam in prioribus. licèt hoc caſu etiam procedat, id tamen, vt ſuprà diximus, magis ex ipſius mente, & ſententia eſt, quàm ex verbis ipſius. Tamen quando ſub conditione caſuali, vel mixta inſtituebãtur reliqui, qui ad querelam vocari ſolent, tunc propter talis cõditionis appoſitionem olim dabatur querela inoffici. teſtam. vt in. l. filijs matrem. & l. ſi pater puellæ. ſuprà eod. tit. & in. d. l. quoniam. quod intelligitur tripliciter. Primò, in omnibus liberis ſub tali conditione inſtitutis, præter eos, qui primum locum ſuitatis tenebant. Secundò, in parẽtibus. Tertiò, in fratribus, turpi perſona inſtituta. vt dict. legib. & quæ diximus vtrobiq;. Ergo text. ille, dum ait, ſe velle tollere illas conditiones, per quarum appoſitionem dabatur olim querela, intelligitur in conditione caſuali, vel mixta, quæ conditiones in teſtamento appoſitę olim producebãt querelam in omnibus perſonis, quæ ad actionem de inoffic. teſtam. inuitantur, ſiue illi ſint de liberis, ſiue de parentibus, ſiue etiam de tranſuerſalibus, præterquàm in ſuis hæredibus. Quinimò ſi rectè aduertis, ille tex. vt patet in verſi. hoc in præſenti. non hunc habet ſenſum, vt deciſio ipſius. l. quoniam in prioribus. procedat in quibus caſibus olim dabatur querela, ſed potiùs hũc habet ſenſum, vt exordiatur ſic, Licèt nuꝑ in. l. omnimodò. loquuti fuerimus, in q̃bus minoris portionis occaſione dabatur querela, vt ea excluſa iam detur legitimæ tantùm ſupplemẽtum, tamen modò in hac lege addimus alios caſus, in q̃bus onus legitimæ impoſitum iubemus reijci. An autẽ tale onus, quod per. l. quoniã in prioribus. abijci iubetur, olim produceret querelam, id ibi non declaratur. Tutius tamen eſt tenere, quòd per dict. l. quoniam in prioribus. etiam cond. poteſtatiua, quæ cõſiſtit in dando, reijciatur, quatenus tangit legitimã, vt tamen onus illius cõditionis implendæ transferatur in cohæredes filij, vt ſic & voluntas teſtãtis impleatur, & legitima filij non grauetur, & circuitus vitetur. arg. §. noſtra. Inſtit. de ſucceſs. liber.

*Intell. l. quoniã in prioribus.*



130 Et quia in ſuperioribus diximus, quòd ſupplementũ legitimæ ſecundùm quoſdam non ſolùm iure. C. ſed etiam iure. ff. inuentũ fuerat. l. ſi non mortis. ff. hoc tit.

*Intellect. l. ſi nõ mortis.*

131 Ego oppono, quòd ea ſuppletio legitimæ, non per ius iſtud. ff. ſed iure. C. inuenta fuit. per noſtram. l. omnimodò. C. eod. tit. Sol. hoc fuit additum à compoſitoribus noui iuris. ita dicunt glo. Bar. & Oldrald. ibid. glo. alijs perſonis. & Bart. Petrus, & Salice. nu. 1. in. d. l. omnimodò. idem vult Imola in. l. ita tamen. §. qui rogatus. ad Trebel. & in. l. inter cætera. de libe. & poſthum. vbi Alexan. col. 1. in fine. Vnde infertur cõcluſio. Iure. ff. non erat inuentum ſupplementũ legitimæ, ſed filius, qui minus legitima recepit, indiſtinctè poterat querelare. Secundus fuit intellectus, quòd ibidem ſuppletio fiebat ex volũtate tam filij, quàm hæredis: vnde cùm talis conſenſus acceſſerit poſt mortem patris, &c. vt. l. ſi quãdo. §. & generaliter. C. eod. ita tenet Alberi. ibid. & Salice. nu. 1. in. d. l. omnimodò. Tertius fuit intellect. Iaſ. num. 9. & Paul. col. 2. in prin. in. d. l. omnimodò. quòd ibi filius in vita patris fecit cum ipſo patre pactum expreſſum de amplius non petendo, per quod excluditur à querela, ſed nõ à iure agẽdi ad ſupplementũ. Et vtrunq; probatur in. l. ſi quãdo. §. illud. C. eod. licèt ipſi non allegent. Quartus fuit intellect. Fulgo. ibid. col. fin. & Suarez fol. 11. colum. 3. exiſtimantium ideò eſſe, quòd inter viuos filius accepit illam quantitatem ſub hoc pacto, quòd eam in legitimam imputaret, per quod pactum licèt non excludatur ius agendi ad ſupplementum, excluditur tamen querela. Ratio, quia cùm pater expreſſerit, quòd id imputaretur in legitimam, ſatis monſtrauit ſe velle filium legitimam habere, & ideò minus legitima tradidit, quòd id pro legitima integra eſſe putauit. Pro quo intellect. licèt ipſi non allegent, eſt text. in. l. omnimodò. ibi, vt ſiue adijciatur. vbi ſi expreſsit teſtator, quòd ſi id, quod filio relin

*Legitimæ ſupplemẽtũ an iure. ff. eſſet inuentum, q̃ non. contra quã plures.*

relinquebat pro integra legitima, nõ ſuf
ficeret, quod deeſſet, ſuppleretur, tũc iu-
re etiam.ff.non erat querela.ergo idem ſi
id non expreſsit, ſi conſtat tamen id taci
tè egiſſe.l.cùm quid. ff.ſi certũ petatur.
Sextus intellect.fuit Fulg. ibid. dicentis,
quòd ibi expreſſum fuit, vt quod deeſ-
ſet, ſuppleretur: qui intellectus probatur
apertè in dict.verſ.vt ſiue adijciatur.licèt
Fulg.nil alleget. Septimus intellect. fuit
Aretini in.l.inter cętera.ff.de lib.& poſt.
exiſtimantis ideò eſſe, quòd ibi donatio
ſimplex non potuit valere ante accepta-
tionem donatarij. vt.l.abſenti. ff. de do-
natio. ergo filius donatarius excluditur
à querela per ſuum conſenſum in agno-
ſcenda patris diſpoſitione pręſtitum. Pri
mus intellectus minimè placet, ex quo
colligitur concluſio. Iure.ff.filius, qui in
ter viuos minus legitima accipiebat, hoc
acto, vt acceptum in legitimam imputa
ret, poterat querelare. Quę concluſio ve
ra non eſt, ſed contra dict.l.ſi non mor-
tis.& contra.l.Papinianus.§. ſi quis mor-
tis.eod.tit.& contra.§.fi.Inſti.eod. & con
tra.l.ſi quando.§.& generaliter. C.de in-
offi.teſtam. Secundus intellect.non pla
cet, quia diuinat, ſed verus eſt in ſe.per.d.
§.& generaliter.ex quo fac cõcluſionem.
Filius, qui cùm minus legitima à patre in
ter viuos recepiſſet, pepigit cũ patris hæ
rede, ne amplius peteret, etiã iure.ff.non
querelabat. facit.l.filio præterito. de in-
iuſt.rup.ff. Tertius intellectus non pla
cet, quia diuinat, ſed ex eo deducitur ve-
ra cõcluſio. Filius, qui inter viuos minus
legitima à patre recepit cũ pacto expreſ-
ſo de amplius non petendo, etiam iure
ff.non habebat querelam, ſed ius agen-
di ad ſupplementũ. Itaq; ſecundùm hũc
intellectũ.2.& tertium pulchrè infertur,
quòd pactum de amplius non petendo,
& ſic de nõ ſuccedendo initum inter pa
trem & filium, iure.ff.non valebat ad ex
cludẽdam querelam inofficioſi teſtam.
eo caſu, quo filius tempore mortis patris
videretur legitima fraudatus, habita ra-
tione facultatum, quas paterf.mortis tẽ-
132 pore habebat. Sed licèt id pactum impe
*Querela impeditur pacto interpoſito de non petendo, ſecùs, ſi nõ interponatur.*
diret querelam, non tamen impediebat,
quin filius poſſet legitimæ implementũ
petere. Si autem id pactum interpoſitum
non eſſet, tunc filius non ad legitimæ tã
tùm ſupplementum petendum admitte
retur, ſed etiam ad querelam inoffi.teſta.
per quã non ſolam legitimã, quæ minu-
ſcula pars eſt virilis portionis.l.ſi quis in
ſuo.hoc tit.ſed etiam integram virilẽ ca-
pit. Sed puto, ꝙ etiã iure.ff.licèt nullum
pactum interueniſſet, non poſſet quere-
lam proponere. Quartus intellectus eſt
verus, ſed eget declaratione. Nam fateor,
ꝙ tunc ceſſat querela, quia teſtatori non
fuit voluntas fraudandi filium. Sed quid
prodeſt cum conſilio non fraudaſſe, ſi re
fraudatus exiſtat? Ex quo colligitur con
cluſio. Datum inter viuos, vt in legitimã
imputetur, excludit querelam. Sextus in
tellectus veriſsimus ſimiliter eſt in ſe. &
probatur expreſsim in.l.omnimodò.ſed
ad.d.l. ſi non mortis. euidenter diuinat:
nam ibi non apparet, quòd vllum pactũ
fuerit interpoſitum inter patrem, qui ali
quid inter viuos filio dabat, & ipſum fi-
liũ, qui illud accipiebat, & illa verba, bo-
ni viri arbitratu repleatur. quæ ſunt in.d.
l.ſi non mortis. conſtat, ꝙ ſunt verba Iu-
riſconſulti, non autem patris, vel filij.
133 Ergo ex his intellectibus colligitur cõ
*Querela in qbus excludatur, uel non.*
cluſio vera, ꝙ datum inter viuos à patre
filio hac lege, vt id in legitimam imputa
ret, excludit querelã, ſi præterea expreſ-
ſum fuerit, vt quod deeſſet, repleretur:
ſed & ſi id expreſſum nõ eſſet, ſecũdùm
nos, querela excluderetur, & repletio per
legem fieret. Vltimus intellectus ſim-
pliciter non placet, quia ex eo colligitur
concluſio falſa, ſcilicet, ꝙ ſimplex dona-
tio propter ſuã accept. excludat querelã,
licèt filius nil amplius acceperit. qđ eſt
euidenter falſum, cùm ſimplex donatio
non imputetur in legitimã, per quod fi-
lius



lius videretur omnino præteritus. ergo,
&c. vt.l.omnimodò.in fi.per Bar. in.l.in
quartam.nu.10.ad leg.falci. Et quòd ſim
plex donatio nõ imputetur in quartam
filioſa. quando id non fuit expreſsim, vel
tacitè cautum à patre, eſt text. expreſſus
in.l.ſi quando.§.illud.infrà hoc tit. & lõ-
gè expreſsior tex.in ead.lege.§. & genera
liter.in prin.& dixi latè in dict.§.illud.in
textualibus. vbi hæc videtur communis
opinio doctorũ. Licèt alibi, ſcilicet in.d.
l.in quartam.ſit magis communis opin.
doctorum cum Bart. ibi. quòd ſimplex
134 donatio à patref.facta, quæ confirmatur
*Imputatur ſimplex donatio, quæ morte confirmatur filiofam.*
morte, imputetur filiof.in quartam, non
ſecùs, quàm ſi filiusfa.illud accepiſſet in
vltima voluntate. argum.tex.in.l. illud.
C.de colla. iuncta.l.donationes quas pa
rentes. C.de donati.inter vir.& vxorem.
Septimò ergo nouiſsi. dic hoc ideò eſ-
ſe, quòd cùm legitima debeatur, inſpe-
cta quantitate bonorum, quæ erat tem-
pore mortis.l. cùm quæritur.l. parenti-
bus.iſto tit.l.Papinianus.§.quoniam au-
tem.ff.eod.eaq́; quantitas certò ſciri non
poſsit ante mortem, quia bona quotidiè
poſſunt augeri, vel diminui.l.defunctus.
C. arbitr. tut. ſequitur teſtatorem inter
viuos tradentem certum eſſe non poſſe,
quanta futura ſit filij accipientis legiti-
ma, & conſequenter patri ſubueniendũ
eſt, qui ad impoſsibile obligari non po-
tuit.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria. ff.qui ſa
tiſdare cogan. Sed oppono, quòd & qui
teſtatur, non poteſt eſſe certus, cùm poſt
teſtamentum poſsit diu viuere, interím-
que eius patrimonium augeri, vel dimi-
nui. Solue. Fateor, ſed ipſe poteſt dicere,
Relinquo filio legitimam, quantacun-
que ſit, non curo. tuncq́ue filio tradetur
legitima ſecũdùm verum eius valorem
ſubſtantiæ, quæ fuerit tempore mortis.
Sed ſi pater vult tradere inter vinos, non
poteſt dicere, Trado tibi legitimam. ſic
ſub incerto, & in confuſo. itaque refert,
incipiat ab executione, ſeu traditione,
quæ ſub incerto fieri non poteſt, an ve-
rò ab diſpoſitione, quæ ſub incerto, &
genericè relinqui poteſt abſque vlla pa-
trisfa. læſione. Sed oppono, quòd data
paritate terminorum, non refert, vtrùm
filius accipiat in teſtamento, an inter vi-
uos: quia ſi videtur imputandum teſta-
tori, quia cùm certum quid reliquit fi-
liofam. non adiecit, vt ſi quid deeſſet, id
in legitimam imputaretur, quare ſimili-
ter non imputabitur patrifam. qui cùm
inter viuos tradebat, non adiecit, vt ſi id
ad legitimam tempore mortis non ſuf-
feciſſet, tunc quod deeſſet, id ſupplere-
tur? Adſtringe, quia teſtator præſumitur
turbatus mortis cogitatione.l. hac con-
ſultiſsima.§.at cùm humana. C.qui teſta
ment.facere poſſunt. ideoq́ue ei ſubue-
niendum potiùs, quàm contrahenti, vel
inter viuos tradenti. Solue. Vltima vo-
luntas ex legis cenſura, vel interpretatio
ne licèt fiat diu ante mortem, tamen vi-
detur fieri in ipſo vltimo vitæ ſpiritu. ar-
gum.l.1. ff.de regu.Cat. vnde ſi in ea te-
ſtator certum quid filio reliquit, vide-
tur velle, vt cum eo tantùm ſit filius ta-
citus, & contentus: aliud, quando tradi-
tur inter viuos, quo caſu à reliquis bo-
nis non exhæredatur filius, quinimò be-
neficij loco habetur, quòd id accipiat in
ter viuos.argum.§.plus. Inſtitu.de actio.
Quinimò iure. ff. cùm certũ quid filius
in vltima voluntate accipiebat titulo le
gati, vel fideicommiſsi, à reliquis omni-
bus bonis teſtatoris neceſſe erat ꝙ ex-
hæredaretur, vt teſtamentum valeret. vt
l.inter cætera. ff.de libe.& poſthu. per to
tumq́; illum tit.l.1. & ferè per totum. ff.
de iniuſt.rup.in prin. Inſtit.de exhær.lib.
l.ita tamen.§.ſi quis rogatus. vbi tex.me-
lior de iure. ff.ad Trebel.l.poſthumo ira
to. vbi Iaſ.nu.5. C.de contratab. Iaſ. in.d.
l.inter cætera. Ergo ſi teſtator filium à re
liquis bonis ſuis exhæredatione ſubmo-
uit, quomodo poteſt videri voluiſſe, vt
quod deeſſet legitimæ, id repleretur?

*Teſtamẽtũ, in quo filius eſt præteritus, non rũpitur, ſi aliquid receperat, & datur ſupplementum.*

135 Vnde collige nouiſsimè neceſſarium eſſe intelligere, quòd in terminis huius l.&.l.omnimodò.&.l.ſcimus. tã in prin. quàm in.§. cùm autem. &.l. ſi quando.§. illud.&.§.& generaliter.iſto tit.teſtamentum, in quo filius eſſet præteritus, id eſt, neq; hæres inſtitutus, neq; exhæredatus, ſi aliquid tamen vel in teſtamento receperat, vel etiam inter viuos, hac tamen lege, & contemplatione, vt id vel in legitimam imputaret, vel pro legitima haberet, tunc id teſtamentum valuiſſet, etiam ſi exhæredatus is filius non eſſet. & per hoc corrigitur ferè totus titulus.ff.de libe.& poſth. &.ff.de iniuſt.rup. & de lib. præt.C.& Inſti.de exhę.lib.& hunc intellectũ ad noſtras leges nouas eſſe neceſſarium. Nam aliàs ſi poneremus eum filiũ, qui aliquid receperat à reliquis bonis expreſsim fuiſſe exhæredatum, tunc cõtra patris voluntatem non poſſet, nec deberet fieri legitimę repletio. quod in dict.l. omnimodò. ſatis in ſpecie expreſſum videtur: licèt olim ipſemet quoſdam modernos ſequutus, tenuerim contrarium. Sed ſi eos defendere vis, potes dicere, ꝙ legitimæ ſupplementum datur etiam cõtra expreſſam voluntatem teſtatoris. vt diximus ſuprà in ampliationibus per.§. cæterùm. in auth. vt cùm de appella.cognoſ. quod verius eſt.

*Parentes præteriti habentur ꝓ exhæredatis. cum cõmuni.*

Deniq; ſuprà incidẽter dixi legẽ noſtrã procedere etiã in parentibus, cuius rei veritas pendet ex intellectu.l. cùm filium. hoc tit. Et præmitte quòd in illa.l.cùm filium. notatur, quòd mater à filio prætete-
136 rita habetur pro exhæredata. Licèt enim plures habeamus leges dicentes, quòd filius à matre pręteritus habetur pro exhæredato. vt in.§. mater. Inſti.de exhæ.lib.& in.l.3.cum ſimili. ſuprà eod. tamen econtrà, quòd mater à filio præterita, pro exhæredata habeatur, id probat.d.l.cùm filium. quod probant perpauca iura, ſecũdùm Bar.ibid. Et hanc concluſionem, ꝙ mater à filio præterita habeatur pro exhæredata, tenent Bar.Paul.Sali.Fulg.Iaſ. Butriga.Odofred.Bal.& Ange.ibi.idem glo.& doct.in authen.ex cauſa. C.de lib. præt.& glo.in.§.fi.Inſt.de exhær.lib. Bar. in.l.pater filiũ.ff.hoc tit.tam in lectura, q̃ in repetitione. vbi Paul.nu.14.& Iacobi. nu.19.& etiam Alberi.& alij. Eſtq́; receptiſsima omnium ſententia per.d.l.cùm filium. quę ſimiliter probat notanter, ꝙ matri à filio præteritæ datur querela inoffi.teſtam.ad idem tex.Inſtit.eod.§.non autem.&.ff.eod.l.1. &.l.nam & ſi parentibus. &.l.pater filiũ.eod.tit. Ratio, quia exhęredatis datur querela inoffi.teſtam. vt in.l.1.2.3.&.4.ff.hoc tit. Præteritio autẽ filij erga matrem habetur pro exhęredatione, vt modò diximus, ſicq́; tali matri pręteritæ querela competit. Idem quoq; iuris eſt in patre, nam ſi in teſtamẽto filij ſit præteritus, tunc habet querelam inoffici.teſtam. vt in.d.l.pater filium.cũ concor.ſuprà alleg. Cõtra quod fortiter opponitur. Nam quandiu aliud remedium ſupereſt, ceſſat querela inoff.teſtam. quaſi remediũ odioſum, & ſubſidiarium. vt in.§.tam autem.Inſti.de inof.teſtam.in.l. qui de inofficioſo.ff.hoc ti. in.l.maximũ vitium.C.de lib.præt. Sed cùm pater à filio præteritur, tunc cõpetit ei contratab. bo.poſ. vt per totum. ff.ſi à parẽ.quis fue. manu. Quod remedium inductũ fuit ad exemplum, & ſimilitudinem illius bon. poſſ. quæ patrono datur contra teſtamẽtum liberti. vt in.l.1.in prin.ff.ſi quis à paren.fue.manu.iuncto tit.ff.&.C.de bon. liber. Vt enim patronis propter liberalitatem, quam in libertos exercuerunt, datur bon.poſſ.contratab. vt per totum.ff. de bon.liber. ita quoq; parentibus manumiſſoribus ſimilis bon.poſſeſ. datur propter beneficium emancipationis, quod in liberos emancipatos cõferunt. vt per dict.titu.ſi à paren.quis fuerit manumiſ. Eſt enim patria poteſtas, qua tunc parentes nudantur, res inæſtimabilis. vt in.l.filiusf.§.cùm quis.ff.de leg.1. Cùm ergo pa-

tri à



*Intel.l.1.& l.nam & ſi. & l. pater filiũ.ff. hoc titulo.& l. iſtius.&.§. non aũt. Inſtit.eõd.tit.*

138 tri à filio emancipato præterito detur, & competat contratab.po.poſſ. ſequitur ꝙ ceſſare debeat querela inofficio. teſtam. cuius contrarium modò diximus.

Hanc difficultatẽ format glo.in.d.l.pater filium.& Paul.in.d.l.filium. ait hanc materiam eſſe profundã, ſummeq́; difficilem, & timore huius contrarij intellectus huius tex.& contrariorum variatur multipliciter. Primus enim intellectus eſt, quòd dum in.d.l.pater filium.cũ concord.ſuprà alleg. dicitur, quòd patri præterito competit querela cõtra teſtamentum filij, intelligatur, & capiatur querela pro contratab. bon.poſſ. Et is intellectus, & expoſitio eſt communis ſecundùm Bart.num.9.in.l.in ſuis.ff.de libe.& poſthum.& ſecundùm Alciatum. lib.4. parado.c.16. Sed hæc expoſitio reprobatur per Bar.in.d.l.ſi pater. tam in lectura, quàm in repeti.& per Alberi.ibi & Paul. nu.14.& Iacobi.nu.19.tum quia deſtruit literã. d.l.pater filium. tum ꝙ à proprietate verborum non eſt recedendũ.l. non aliter.ff.de leg.3.

*Intellect. ſecũdus ad.d.l.pater. improbatur.*

139 Secundus intellectus fuit glo.in.d.l.pater filium. poſt Alber. ibi relatũ, vt patri præterito, cõtra filium detur querela, & etiam contratab.bo.poſ. vt in.d.l.pater filiũ. filio verò præterito à patre, detur querela tantùm. & ita procedat.d.§. tam aũt. cũ concor. Sed is intellectus reprobatur cõmuniter per Bar.& alios in.d.l.pater filiũ. quia cùm liberis magis debita ſit hæreditas parentũ, quàm parentibus liberorũ. vt in.l.ſcripto.ff.vnde liberi.& in.l.nã & ſi parentibus.ff.hoc tit. videtur abſurdum, ꝙ plura remedia dentur parẽtibus contra teſtamẽtum liberorum, quàm liberis contra teſtamentum parentum.

*Intellect. 3. ad.d.l. pater. improbatur.*

140 Tertius intellectus eſt Pauli, qui poſt Raphaëlem, quem ipſe allegat, tenet, ꝙ patri contra filium emancipatum nunquam detur querela, ſed tantùm contratab.bon.poſſ. quando eum ſpontanea liberalitate emancipauit. Sed ſi coactus emancipauit, tunc quia non habet beneficiũ contratab.bo.poſ. vt in.l.diuus. ff.ſi à paren.quis fue.ma. ſequitur, quòd poſſit habere querelam. Et ita procedãt iura dicentia, ꝙ patri cõtra filium datur querela. Vnde infert, ꝙ ſi pater filium emancipauit, isq́; emãcipatus ſuſcepit liberos, tunc contra teſtamentum horum nepotum huic auo præterito dabitur querela, quia illa contratab.bo.poſſ. de qua in illo titu. ſi à paren. quis fuer.manu. cùm detur in præmium, & remunerationem emãcipationis, ceſſat hoc caſu, quo auus nullum beneficium in nepotes contulit. De hoc intellectu nullus, quem viderim, facit mentionem, qui tamen tenendus non eſt, quia multùm reſtringit iura hæc.

141 Quartus intellectus eſt, ꝙ quando pater præteritus à nemine pręceditur, tunc detur ei contratab.bo.poſſ.& non querela, ita procedant contraria, & ille titul. ſi à paren.quis fuerit manu. Sed ſi pater præcedatur à nepotibus ſuis, tunc is pater habeatur pro exhæredato: & conſequenter ei detur querela, & ceſſet contratab.bo.poſſ. veluti ſi habebam filium emancipatum, & ex eo nepotes in poteſtate non mea, ſed ipſius, isq́ue emancipatus deceſsit, me præterito, & filijs ſuis nepotibus meis exhæredatis: tunc enim cùm in ſucceſsione ab inteſtato illi nepotes præcedant, & excludant me, nulla mihi legitima debetur, & conſequenter illam contratab.bon.poſſ. non habebo, ſed tantùm querelam. ita tenetur cõmuniter per Barto.in dict.l. pater filium. tam in lectura, quàm in repetiti. ſequuntur Paulus num.14.& Iacobinus de ſancto Georgio nu.19. Tenet etiam Alberi. ibi, qui hunc intellectum dicit communem. idem Bart.in.l.in ſuis.nu.9. ff.de libe.& poſthum. de quo etiam per Bar.in l.ſi quis poſthumos.§.ſi filium. ff.de libe.& poſthu. & per Viglium in prin. nu.3. Inſti.hoc tit.de inoffic.teſtam.

*Intellect.4. ad.d.l. pater. improbatur.*

Sed is intellectus communis, qui à nemine eorum, quos mihi legere contigit, reprobatur, eſt peior cæteris. In primis enim eſt cõtra tex. in. l. filio. §. contratab. ff. hoc titu. vbi licèt emancipatus filius, qui patrem præterijt, liberos haberet, patri tamen emancipatori contratab. bon. poſſ. non denegatur, quinimò ei conceditur contratab. bo. po. non ſecùs, quàm ſi is emancipatus liberos non haberet. & ſic in proprijs terminis. d. l. pater filium. loquitur. d. §. contratab. & tamen in. l. pater filium. conceditur patri querela. & in d. §. contratab. conceditur ei contratab. bo. poſſ. Præterea hæc Bar. diſtinctio eſt cõtra omnem rationẽ, nam per querelã plus quàm per illam bo. poſſ. contratab. pater conſequeretur, cùm per querelam totum teſtamentũ reſcindatur. l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. hoc titu. & tamen per illam bon. poſſ. ſolam legitimam pater conſequeretur, reſciſſo vſq; ad legitimam tantùm teſtamento. vt in. d. l. 1. per totam. ff. ſi à paren. quis fuer. manu. Modò ſic ſecundùm intellectum Bar. quãdo pater à nepotibus præcederetur, poſſet habere querelam, per quam totũ filij teſtamentum reſcinderet, totamq́; eius hę reditatem conſequeretur. Quando verò pater à nepotibus non præcederetur, per illam bo. poſſ. vſq; ad legitimam tantùm teſtamentum reſcinderet, ſolamq́; legitimam conſequeretur, ſicq́; minùs conſequeretur, quando à nemine præcedebatur, quàm quando à nepotibus præcedebatur. Quod abſurdiſsimũ, cùm nõ tam peccauerit filius, qui patrẽ præterijt, cùm liberos reliquiſſet, quàm ſi nullos reliquiſſet liberos.

Quintus fuit intellect. vt patri exhæredato detur querela, præterito aũt ſola cõtratab. bo. poſ. ita Ioan. Fab. in auth. non licet. C. de lib. præt. Sed hæc diſtinctio eſt cõtra. d. l. pater filium. vbi pater fuit præteritus, & tamen datur ei querela. Præterea abſurdum eſt, ꝙ exhęredatus melioris ſit conditionis, quàm pręteritus. ita dicit l. maximum vitium. C. de libe. præt. l. 1. in prin. l. non putauit. in prin. ff. de bo. poſſ. cõtratab. l. 1. in prin. ff. de coniung. cum eman. at ſecũdùm hoc, pater exhæredatus melioris eſſet cõditionis, quàm ſi pręteritus foret, quia exhæredatus per querelam totã hæreditatem conſequeretur: pręteritus aũt ſolam legitimam, mediãte illa bo. poſ. contrab. Quid dicendum?

Sum in ſexta, & nouiſsima opinione, ad cuius demõſtrationem (quia profunda materia eſt) altiùs principia repetẽda ſunt. Præmitte ergo, quòd emãcipatio à communiter accidentibus ſolet fieri, cõtracta fiducia, id eſt, hac lege, vt legitima ſucceſsio patri reſeruetur quo ad bona filij emancipati. ita ait tex. in. §. fi. Inſtit. de leg. agn. ſucceſsione. quod hodie ſemper fieri intelligitur. vt ibi.

Præmitte ſecundò, ꝙ ſi contracta fiducia non fieret, tũc per eam ſolueretur, & extingueretur, nõ ſolùm patria poteſtas, ſed etiam ius agnationis. vt in. d. §. fin. & in. §. præterea. Inſt. quib. mod. ius patriæ poteſta. ſoluitur.

Tertiò præmitte, quòd poſt filij emancipationem erat magna inæqualitas inter patrem & filium, quia is filius beneficio prætoris gradum filij retinebat, vnde ſi à patre eſſet præteritus per bon. poſſeſ. contratab. integram hæreditatem conſequebatur, teſtamento reſciſſo. vt in. §. minus. Inſti. de hære. ab inteſt. per totũ. C. & ff. vnde lib. per totum. C. & ff. de bo. poſ. contratab. l. maximum vitium. C. de lib. præte. §. ſunt autem. Inſtit. de bon. poſſeſ. At patri ſi ab hoc emancipato filio eſſet præterit[9], per prætorẽ ſuccurrebatur per bo. poſſ. contratab. exemplo patroni. vt in. d. §. præterea. & in. l. 1. & per totum. ff. ſi à paren. quis fuer. manu. vt præmium, quod dabatur patrono manumiſſori, idem quoque beneficium daretur patri emancipatori: vnde vt patronus per talem bon. poſſ. non poterat teſtamentum



liberti ex toto reſcindere, ſed tãtùm vſq; ad legitimam. l. ſi ex patronis. in prin. l. in fraudem. §. fin. l. ſi libertus cùm duos. l. ſi libertus ſub conditione. §. libertus. ff. de bo. lib. ita quoq; pater non filij emancipati teſtamentum ex toto poſſet reſcindere, ſed tantùm ex parte legitima. vt. d. l. 1. §. 1. & 2. ff. ſi quis à par. fue. manu.

Quartò præmitte, quòd qui non poteſt ſuccedere ab inteſtato, is longè minùs poteſt contra teſtamentum agere. text. eſt in. §. eadem. Inſtit. de hære. ab. l. in arenam. infrà hoc tit. vbi diximus.

Quintò præmitte, quòd de iure ciuili in ſucceſsionibus ab inteſtato duo tantùm erãt capita. Primum caput erat ſuorum, alterũ verò agnatorum. vt in prin. Inſti. de hær. ab inteſt. iuncto tit. de legitima agnat. ſucceſsi. & de ſenatuſconſul. Tertulli. & de ſenatuſconſulto Orficiano. & per totum. ff. de ſuis & legiti. & ad ſenatuſconſul. Tertulli. & C. de ſuis & legiti. & ad Tertullia. & ad Orficia.

*Querela an detur patri contra filij teſtam.*

142 Tunc ſic, pater, qui filium contracta fiducia non emancipauit, is filio emancipato ab inteſtato ſuccedere non poterat: quia neque ſuus ei erat, neque agnatus, cùm agnationis iura per emancipationẽ ſublata fuiſſent, & ſic longè minùs contra teſtamentum agere poſſet. Quia & ſi perperàm ad teſtamentum filij emancipati impugnandum is pater admitteretur, adhuc eo reſciſſo, ab inteſtato ei ſuccedere non poſſet. Ergo ridiculum eſſet, ſi ad impugnandum admitteretur, cùm nullus ad agẽdum admittatur, niſi eius interſit. l. 1. C. ſine cenſ. vel reliq. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. obliga. l. diuus. §. hæc ſtipulatio. ff. vt leg. nomine cau. Ergo iura dicentia, quòd patri à filio emancipato præterito datur querela, non poſſunt hoc caſu intelligi, cùm hoc caſu neque ab inteſtato, nec contra teſtamentum pater filio ſuccedere poſſet, licèt beneficio prætoris is bon. poſſ. ad legitimã tantùm conſequendam haberet. Cùm autem contracta fiducia fieret emancipatio, tunc vt pater ab inteſtato filio tanquam legitimus poſſet ſuccedere. vt. d. §. fi. de legiti. agnat. ſucceſs. Inſtit. ita quoq; & contra teſtamentum ei ſuccedere poſſet per querelam, cùm hoc caſu eſſet pater capax remediorum ciuilium, illo autem caſu non eſſet, vt diximus. Sic & in l. 2. ſuprà eod. glo. & communiter doct. aiunt, quòd filius emancipatus non poteſt querelam inofficioſi teſtamẽ. agnoſcere regulariter, quia eſt incapax remediorum ciuilium, licèt ibi id aliter docuerimus. Ergo cùm hodie omnis emancipatio intelligatur fieri, contracta fiducia d. §. fi. Inſti. de leg. agnat. ſucceſs. ſupereſt, vt indiſtinctè pater à filio emancipato præteritus poſsit habere querelam. Et in eo tãtùm quæſtio manebit, an etiam tũc habeat remedium. de quo in tit. ff. ſi quis à paren. fuerit manu.

Stat ergo concluſio. Querela inofficioſi teſtamẽti datur patri à filio præterito. hoc primò. vt in dict. l. pater filium. cum concord. ſuprà allegatis. quod & probat generalitas tex. in princi. Inſtit. hoc titu. & l. 1. ff. eod. cum alijs. Intellige dupliciter. Primò, quando filius fuit emancipatus, contracta fiducia. vt dict. §. fi. Inſtitu. de legit. agnat. ſucceſs. Secundò, etiam ſi non expreſsim cõtracta fiducia, ſed ſimpliciter hodie, vt ibid. Tertiò, longè faciliùs intellige, quando eſſet exhæredatus. vt dict. legib. Limita, quando emancipatio expreſsim facta fuit, ita, vt ius agnationis extingueretur. argum. d. §. fi. cum his, quæ ſuprà dixi. Limita ſecundò, inſpecto iure vetere, etiam ſi ſimpliciter facta fuiſſet emancipatio.

143 Deniq; noſtra opinio, quæ in terminis iuris communis veriſsima eſt, hodie indubitanter approbatur per. l. 1. in fi. tit. 8. par. 6. vbi nihil refert vtrùm pater à filio emancipato exhæredatus ſit, an verò præteritus. Et cùm leges Partitarum conſtet nihil ferè denuò inducere, ſed ius tã-

*Patri, ſiuẽ præterito, ſiue exhæredato datur querela iure regio.*

tùm commune traducere apparet. d.l.1. id ſic eſſe de iure cõmuni. Nec dubium eſt, quin authoritas, ſenſusq́; legis noſtrę Partitarum vincat authoritatem omniũ docto. quos retulimus.

Modò autem quæro, an dict.l.noſtra, dum legitimæ ſupplementum inducit, quæ procedit etiam in filijs emancipatis præteritis quo ad inſtitutionem, non tñ præteritis quo ad legatum, vel fideicom. vel aliud ſingulare relictũ, vt ſuprà oſtẽdimus, an ſimiliter procedat quo ad eos, quando aliqua ex parte fuerant hæredes ſcripti? Mouet quæſtionem, quòd lex noſtra, & .d.l. quoniam in prioribus. hoc tit. non procedunt, niſi quando olim teſtamẽtum periclitabatur, aliquoq́; iuris remedio poterat ſubuerti: ſed iure vetere, quando emancipatus erat aliqua ex parte inſtitutus, neq; habebat cõtratab. quæ nõ dabatur niſi præteritis. vt per totum C.&.ff. de bo.poſſ. contratab.§. ſunt autem. Inſti. de bo.poſſ. nec habebat ius dicendi nullum, quod ſolis ſuis, non etiam emancipatis dabatur. l.fi. C. de lib. præte. nec habebat querelam, quia hæc emancipatis ideò denegabatur, quia erat remedium iuris ciuilis, qđ ius emãcipatos pro extraneis habebat. vt docẽt glo. & cõmuniter doct. per tex. ibi in.l.2. C. iſto tit.

144 Ergo vt hac de re, quæ ſatis dubia eſt, certi ſimus, præmitte, quòd ſunt bo.poſ. ſeptem, quę tribuunt ius, quę ponuntur Inſtit. de bo.poſſ. in.§. ſunt autem. vſq; ad §. cùm igitur. Quæ omnes ſunt hodie neceſſariæ, non ſecùs, quàm olim. ſecũdùm glo. mag. in.l.fi. C. vnde leg. & ibi Bal. nu. 23. Corne. col.1. cum plurib. ſeq. Ange. in prin. Inſti. de exhær. lib.

*Bo.po. quot ſint, & an hodie ſint neceſſariæ.*

145 Secũdò præmitte, ꝙ præter has ſeptem ſunt & aliæ tres bo.poſſ. quæ nõ tribuũt ius, hoc eſt, non faciunt hęredem, vel dominum illius ſucceſsionis, de qua agitur, eum, qui agnouit tales bo.poſ. glo. mag. in.d.l.fi. verſi. præter has. quam ſequuntur Bart. & communiter doct. ibi. ſecundùm Alex. ibi nu.8. Corne. col.4. Deciũ nu.12. Iaſo. colum.4. in fine.

*Bo.po. quæ nõ tribuũt ius, ſunt tres ſecũdùm cõmunẽ opin.*

146 Tertiò præmitte, quòd bo.poſſ. gratia litis agnoſ. cuius ſit naturæ, declarat.l. Papinianus.§.1. vbi glo. quæ eſt cõmuniter approb. ſecundùm modernos ſuprà allegatos. & glo. in verb. quãuis. in.l.2. C. de inoffic. teſtam. quæ ſimiliter magis communiter approbatur ibid. Vult enim Accurſius vtrobiq;, quem communiter ſequuntur doct. ꝙ quia emãcipatus eſt incognitus de iure ciuili, nõ ſit capax remediorum iuris ciuilis, qualis eſt querela, & conſequenter quòd hac querela vti non poſsit, niſi per prius ſit cognitus, & habilitatus à iure ciuili, quod contingit per agnitionem huius bon.poſſ. gratia litis agnoſcendæ. Nam, vt inquit glo. in.d.§.1. d.l. Papinianus. emãcipatus impetrabat à prætore quẽdam annulum, vel ſignũ, per quam impetrationem fiebat capax remediorum ciuilium, & incipiebat videri à iure ciuili cognitus, iſque erat modus bo.poſſ. gratia litis inſtaurãdæ, agnoſcendæq́;, id qđ fabulis ſimillimũ videtur, nec vlla lege, aut authoritate ſuffultum, & magis ridiculum, quàm lõga cõfutatione egeat, licẽt vt diximus, cũ his gloſsis communiter tranſeant doctores, ſecundùm Fulgoſum, & Paul. & Albericum in.d.l.2. eſtq́; communis opinio ſecundùm Iaſ. col.4. in.l.fi. C. vnde legit. & ſecundùm Decium ibid. nu.12. & ſecundùm Alexan. nu.8. ſentit Salic. & tranſit ſimpliciter Aretin. & Iaſ. in.d.l.2

*Bon.poſſeſ. gratia litis agnoſcẽdæ, quæ dicatur.*

147 Cæterùm hac in re aliter à quibuſdam traditum eſt. Nam Iacob. de Are. Petrus de Bell. & Cinus, & Bar. in.d.l.2. qui ſubdit id per docto. teneri, intelligunt, quòd emancipato non datur querela, ibid. niſi priùs certum ſit, quòd ipſe, expugnato teſtamento, hæres fiet ab inteſtato: id autem certum eſſe nõ poteſt, niſi ipſe priuſquàm querelam proponat, bon.poſſ. ab inteſtato agnoſcat ſub conditione hac, Si obtinuerit in querela. Licẽt enim ſub

*Bon.poſſe. gratia litis agnoſcẽdæ eò pertinet, ut ſi emancipatus in querela obtinuerit, ab hæreditate patris nequeat abſcedere. ſecundùm coẽm. contra alteram cõmunem.*

condi-



condi-tione hæreditas adiri non poſsit. l. actus legitimi. ff. de regul. iur. tamen bo. poſſ. poteſt. Sed quæro, quare iſta cautio non exigitur à filio in poteſtate? Reſpon. quia expugnato teſtamento, filius efficitur neceſſarius, etiam irreuocabiliter. C. de rep. hær. l. ſuus. Sed & Paul. in princip. d.l.2. dicit hunc intelle. veriorem eſſe, & ſubtiliorem. & idem Iaſ. num.8. & Salic. & Decius num.12. in.l.fi. C. vnde legi. idẽ Cinus, Petrus, & Iacob. de Rau. in.l.fi. C. vnde legi. Ergo ſecundùm hunc intellectum querela inoffi. teſtamẽ. non ſolùm datur ijs, qui poſt teſtamẽ. querela reſciſſum hæredes neceſſarij futuri ſunt, ſed etiam ijs, qui non hæredes neceſſarij futuri ſunt: qualis eſt emancipatus filius quo ad teſtamẽt. patris: & qualis eſt filius quo ad teſtam. matris: nepos, pronepos, & deinceps quo ad teſtamẽ. aui vel ꝓaui materni: pater & mater quo ad teſtamẽ. liberorum: frater quo ad teſtamẽ. fratris turpi perſona inſtituta. vt.l.1. & .l. parentibus. ff. de inof. teſtam. l. fratres. l.1. l. cùm filium. C. eod. in princip. & .§. ſoror. Inſti. eod. tit. Et pro hoc intellectu habes bonũ tex. in.l. Papinianus.§.1. ff. eod. ti. de inof. teſtamen. Sed an hoc caſu dicemus hanc bo.poſ. gratia litis agnoſcendæ eſſe ciuilem, an prætoriam? Et fortè verius eſt ciuilem eſſe, non prætoriam: nam reperitur etiam bo.poſſ. quæ non prætoria ſit, ſed ciuilis. vt in.§. ſeptima. Inſti. de bo.po. Ita in ſpecie tenet Iaſ. in rubri. C. qui admitti. num.9. Corne. in.l.fi. col.3. C. vnde legit. idem Corn. in rubri. C. qui admitti. num.4.

148 Sed quare emancipatus non antè admittitur ad querelãdum, quàm certum ſit eum hæredem futurũ ſi vicerit in querela? Reſpon. ideo inductum, quia cùm is, contra quem querela proponitur, habeat teſtatoris voluntatem, vt pote qui ab eo fuit hæres ſcriptus, cõſequens erat, ne ipſe hæreditate priuaretur, niſi dumtaxat ad commodum & vtilitatem eorum, qui iniuria exhæredationis, vel prçteritionis à teſtatore affecti fuerint. Ergo proſpiciendum erat, ne ipſi querelantes poſtquàm teſtam. querela reſcinderent, ab hæreditate abſtinerẽt, ſicq́; teſtamento reſciſſo, hæreditas deferretur alijs venientibus ab inteſtato, vel fortè creditoribus hæreditarijs. lex enim nũquàm admiſit aliquem ad expugnãdum teſtam. ad vtilitatem alterius, ſed ſuam dũtaxat. vt.d.l.2. Simile in.l. filio præterito. ff. de iniuſto rupt. Simile in.l. ſi ex conuentione. C. de pact. Licẽt in contrarium faciat.l. ſi poſt mortem.§.fi. ff. de contratab.

*Querela nõ antè ab emãcipato ꝓponitur, quã certũ ſit eum hæredẽ futurũ.*

Confirmatur per.l.1. ff. de condictio. cauſ. data. vbi qui implet conditionẽ poteſtatiuam, ſub qua hęres inſtitutus fuit, non per hoc videtur adijſſe hæreditatẽ, ſed videtur aditum præparaſſe ad hæreditatem acquirendam, vt impedimentũ tantùm conditionis remotum voluiſſe, non autem hęreditatem acquiſitam ſibi eſſe videatur velle. Sic & in propoſito is, qui cùm emancipatus eſſet, & exhæredatus in teſtamento patris ſi ad querelam inſtituendam admittatur abſq; vlla cautione, tunc per expugnationem teſtamẽti paterni non tam videtur ſe hæredem ſtatim fieri, quàm aditum ſibi aperire ad ſuccedendum patri ab inteſtato, remoto impedimento, quod id teſtam. faciebat: nam per querelam per latam teſtam. reſcinditur, & ab inteſtato hæreditas defertur. l. poſthumus.§. ſi quis ex his. ff. iſto titul. l. vt liberis. in principi. in verb. reſciſſo. C. de collati.

149 Et Cinus in.d.l.2. tenet, ꝙ filius in poteſtate poſtquàm querelauit teſtam. poteſt, ſi vult, abſtinere. Sed loquitur cõtra tex. expreſſum in.l. ſuus hæres. C. de rep. hær. Sic & in.l. iã dubitari. in fi. ff. de hær. inſtit. & in.l. ſi ſeruum.§. prætor ait. ff. de acq. hær. Et idẽ quod Cinus vult Iaſ. nu. 8. in.d.l.2. & Alexã. in.l.fi. num.8. C. vnde legiti. & ibi Iaſ. col.4. in fi. Quorum opin. abſq; dubio vera non eſt. Quod proba-

*Querela ꝓlata, filiusf. ab hæreditate patris abſtinere non poteſt. cõtra Cin. Alex. & Iaſonem.*



tur

tur ratione euidẽti, & pluribus legibus. Ratione, nam teſtamento per querelam reſciſſo, hæreditas ſtatim defertur venientibus ab inteſtato. text. eſt in. l. poſthumus. §. ſi quis ex ijs. ff. de inof. teſtamẽto. vbi eſt communis op. ergo is filius abſq; dubio fiet hæres ex legis diſpoſitione, iure ſuitatis, ſeu patriæ poteſtatis. l. neceſſarijs. ff. de acq. hær. §. ſui. Inſt. de hær. qual. §. ſui. Inſtit. de hære. quæ ab i. deferuntur.

Cùm ergo indubitatum ſit, ꝙ ſtatim reſciſſo teſtamento hæres ſit ipſo iure ex ſola legis diſpoſitione, ſupereſt, vt videamus, an abſtinere poſsit. Et licèt regulariter filiusf. qui hæres ſit iure ſuitatis ex legis diſpoſitione poſsit abſtinere, tamẽ is filiusfa. qui ſpontanea voluntate ſua teſtam. patris reſcidit, eoq; reſciſſo, abinteſtato patri hæres extitit iure ſuitatis, non poterit amplius abſtinere. Nam licèt hæredibus neceſſarijs detur beneficium abſtinendi. d. l. neceſſarijs. ff. de acq. hære. §. ſed his permittit prętor. Inſt. de hęr. qual. tamen fallit, quando ipſi facto ſpontaneo ſuo in illã neceſsitatẽ inciderunt, nã tunc facultatem abſtinendi ampliùs nõ habebunt. Ita probat text. in. l. iam dubitari. ad fi. ff. de hære. inſtit. vbi ſi filiuſf. ſub conditione poteſtatiua inſtituatur hæres à patre, iſq; filius conditionem ſponte impleuerit, licèt hęres fiat iure ſuitatis. vt ibi. & l. conditionibus pupillus. ibi, iure poteſtatis. ff. de condi. & demõ. tamen ius abſtinendi aſſequi non debet. vt ibi. Quod ſecundo loco probat. d. l. iam dubitari. dum reddit hanc rationem. Nam ſub hac (inquit) conditione hæredes inſtituti iam non vt neceſſarij, ſed ſua ſponte hæredes extiterunt. Qui enim ſponte conditionem poteſtatiuam, ſub qua inſtitutus fuit, impleuit, qua impleta, ſcit ſe hæredem futurum ex legis diſpoſitione iure poteſtatis, certè is ſatis ſponte hæres extitiſſe videtur. Idem tertio loco probat text. de indiuiduo in. d. l. ſi quis ſuus hæres. C. de rep. hæredi. vbi ſuus hæres, qui præteritus, vel exhæredatus impugnabat teſtam. per ſolam litis motionẽ amittit beneficium abſtinendi: vnde etiam ſi ipſe poſtea à lite velit diſcedere, tunc nõ iure abſtenſionis, ſed iure pactionis repelletur. Quartò per. l. ſi ſeruum. §. prætor ait. ff. de acq. hær. Quintò per rõnem tex. in. l. ſi filius qui patri. ff. de vulga. ibi, etenim ius dicentis propoſitum eſt liberos oneribus hæreditarijs non ſponte ſuſceptis liberare, non inuitos ab hæreditate remouere. Vt enim prætoris beneficio locus ſit, oportet quòd non ſponte, ſed inuiti liberi implicentur oneribus hęreditarijs: ſed is, qui non ſolùm ſponte, ſed etiam contra vol. patriſf. qui eum exhęredauit, ſeſe implicuit eius hæreditati, teſtam. querela perlata reſcindendo, nõ poteſt dicere ſe oneribus hæreditarijs inuitus implicitum reperiſſe, ſed magis ſua ſponte hæreditatem captaſſe, & conſequenter in eo ceſſat beneficium prætoris. Sextò per rationem. §. ſi neceſſaria. l. fideiuſſor. ff. qui ſatiſda. cogã. vbi habetur, quòd ei, qui inuitus incidit in neceſsitatem, ſubueniendum eſt, non ei, qui ſponte, quale eſt in ſpecie noſtra. Ergo tenendum eſt contra Iaſ. Alexan. & Cinum, ꝙ filius, qui teſtam. querelauit, amplius abſtinere non poſsit. Et vi. Soci. in. l. conditionibus pupillus. ff. de cond. & demon. Et id not. quia à nemine ita declaratur.

*Bonorum poſſeſsio datur filio emancipato non autem exhæredato.*

150 Deniq; emancipatus prętcritus habet contratab. bo. po. per totum. ff. C. & Inſt. de bo. poſ. contratab. ſin autem exhæredatus ſit, contratab. bo. poſ. non habet. l. non putauit. in princip. ff. de bo. po. contratab. Sed tunc puto quòd habebit querelam inoffi. teſtam. quia quando cognitus eſt à patre, & tractatus tanquàm filius, tũc vt à patre tanquàm filius cognitus eſt, ita & à lege ciuili tanquàm filius cognoſcitur. l. quidam cùm filium. ff. de verb. oblig. §. cæteri. Inſt. de hær. qual. tãquàm filius autem à patre tractari videtur, cùm inſtituitur, vel exhæredatur. d. l. qui



quidam cùm filium. & d. §. cæteri. Prætẽ ea quòd exhæredatus, etiam ſi ſit emãcipatus, cognoſcatur à lege ciuili, ꝓbat. l. non putauit. in princip. & l. 3. § ſi emancipatus. ff. de contratabu. Ad idem. l. filio quem pater. ff. de lib. & poſt. & l. non putauit. §. ſi quis emancipatum. ff. de bono. poſ. contratab. vbi ſi emancipatus filius exhæredatus fuerit, licèt is tempore mortis patriſf. in eius poteſtate reperiatur, tamen ea exhæredatio ei nocet, non ſecùs, quàm ſi is in patriſfa. poteſtate fuiſſet eo tempore, quo exhæredatus fuit. Vnde quo ad vim, & poteſtatem exhæredationis non refert, vtrùm fiat in perſona filij emancipati, an verò fiat in perſona filijf. nam vtrobiq; parem vim, ac poteſtatem habet: & conſequenter vt filiusf. per ſui ipſius exhæredationem tractatus videtur vt filius. vt patet in princi. & ferè per totum Inſt. de exhę. lib. & ferè per totum ff. de libe. & poſt. ita quoq; emancipatus per ſui ipſius exhæredationem tractatus videtur tanquàm filius, quæ exhæredatio licèt res inepta ſit in extraneo. l. quidã cùm filium. ff. de verb. oblig. tamen in filio emancipato non videtur res inepta, ſed apta potiùs, & accommoda, nõ ſecùs, quàm in filioſ. vt. d. l. filio quem pater. & d. l. non putauit. §. ſi quis emancipatum.

*Emancipatus exhæredatus cognitus eſt à iure ciuili. cõtra gloſ. cõmuniter appro.*

151 Hinc infertur veram non eſſe glo. app. in. l. 2. C. de inoffi. teſtamento. dicentem emancipatum exhæredatum cognitum non eſſe. Infero nouiſsi. intell. ad. d. l. 2. vt ibi is emancipatus exhæredatus non habuerit neceſſe accipere annulum à iudice, vt per hoc capax fieret remediorũ iuris ciuilis, ſed ſimpliciter poſsit querelare. per exhæredationem enim, non per illas nugas cognoſcitur à lege ciuili.

*Bonorum poſſeſsio agnita quid operetur.*

152 Infero, quòd bo. po. de qua in. l. 2. ſuprà all. & in. l. Papinianus. §. 1. & l. quemad. & l. poſthumus. §. fi. ff. eod. non eſt neceſſaria ad litem ordinãdam, ideſt, vt filius efficiatur capax litis, & querelæ exercendę (vt docto. falsò opinantur, moti per. d. §. 1. cum ſua glo.) quinimò ipſa lis neceſſaria eſt, vt bonorum poſſeſsionẽ exhæredatus accipere poſsit. Vt enim is emancipatus exhæredatus bonorum poſſeſ. accipere poſſet, niſi propter ſpem conſequẽdæ hæreditatis, quam habet propter litem, ſeu querelam, vtilitas autem illius bono. poſ. agnitæ ea eſt, quòd ſi emancipatus interim decedat, tranſmittat illam bono. poſ. ſeu hæreditatem, non trãſmiſſurus, niſi eam agnouiſſet. l. ſi emancipata. C. qui admitti. ideo opportunè dixit gloſ. in. d. l. quemad. hanc bono. poſ. propter ſolos emancipatos inuentam. Et ꝙ in emancipatis ad tranſmiſsionem eſſet

*Querela non eſt ſufficiẽs ad acquiſitionẽ hæreditatis inducendã.*

153 neceſſaria, patet. nam per querelam non inducitur acquiſitio hæreditatis: quia cùm querelare ſit actus, qui citra ius & nomen hæredis fieri poteſt, ſequitur per querelationem, etiam ſi obtineat actor, non induci acquiſitionem hęreditatis, niſi poſt victoriam ſequatur agnitio. Vt ergo ſi filius ante mortem obtinuiſſet, adhuc hæres non eſſet, ſi ante agnitionem ſequutam moreretur: ita & ſi non obtinuiſſet, ſed lite pendente mortuus eſſet, licèt hæres actionem propter præparationem tranſmiſſam peregiſſet, & obtinuiſſet, nil ſibi proficeret, quia facultatẽ adeundi hæreditatem alteri delatam nõ haberet. Itaq; præparatio non hæreditatem, ſed ſolam actionem, ſeu litem tranſmittebat, quæ tranſmiſsio vana foret, ni-

*Bonorum po. agnitio, in quibus neceſſaria ſit.*

154 ſi eam ſequeretur agnitio bo. po. Ideo rectè dicitur in. d. l. quemadmodum. & in l. poſthumus. §. fi. ff. de inof. teſtamento. neceſſariam eſſe bonorum poſſeſ. agnitionem.

Sed quæro, quare in. d. l. quemadmo. dicitur talem agnitionem neceſſariam nõ eſſe in ſuo, aditionemq; fore ſuperuacuã? Reſpon. Quandocunque ſententia fertur, trahitur retro ad tempus litis cõt. ſeu inchoatæ: vnde ſicut ſi filius in poteſtate ſimul ac litem propoſuit, viciſſet, ſtatim fieret hæres iure ſuitatis. l. ſuus hæres. de rep.

rep. hær.C. & ita aditio ad meram hære-
ditatis acquiſitionem neceſſaria non eſ-
ſet.ita.&c.

Itaque licèt ſententia lata pro hærede
emancipati tranſmittentis retro traha-
tur ad tempus lit. cont.tamen id non fa-
ceret ipſum emancipatum hæredem,ſed
capacem tantùm acquirendæ hære.vt in
terim moriens nil tranſmitteret: tamen
ſentētia lata in fauorem ſui, ad tempusq́;
lit. cont.tranſmiſſa,iure ſuitatis eum hę-
redem faceret,& ita tranſmitteret. Quo
fit,vt ad effectum tranſmittendæ hæredi
tatis agnitio illius bo.poſ.in ſuo neceſſa-
ria non ſit,ſed tantùm in emācipato, vel
in filio reſpectu matris, vel in fratre re-
ſpectu fratris, vel in aſcendentibus reſpe
ctu deſcendentium. Quæ nota,quia o-
mnia noua.

155 Infero veriſſ.intell.ad.d.l.2.C.de inoffi.
teſtamento. Nam cùm ibi loquatur de
agnitione bono.poſ.facienda ab eo, qui
de inof. teſtamēto acturus erat, intelligi
debet de bono.poſ.quæ tribuit ius nō re,
ſed ſpe: cuius ratione alia aditione poſt
partam victoriam opus non erit, licèt o-
mnes ibi perperam intelligant poſt glo.
ibi quòd factum tātùm tribuit, id eſt ha
bilitatem litigandi. Infero etiam, quòd li
cèt omnes communiter illum text.intel
ligant ſolùm procedere in filio emanci-
pato,tamē poteſt intelligi. Primò in ſuo,
cui neceſſaria non eſt agnitio.vt ibi.&.d.

*Bo.po.gratia litis agnoſ. nō factum tātùm ſed etiā ius tribuit ſub conditione. contra communem cū altera communi.*

156 l.quemadmodum. Item in emancipato,
in quo neceſſaria eſt ea bo.poſ.ad effectū
tranſmittendæ hæred. Licèt gloſ. 2. d.l.
quemadmodum.& glo.in.l.Papinianus
§.1.quam ſequuntur Bar.& omnes.& gl.
& omnes in. d.l.2. intelligunt neceſſariā
eſſe ad effectum habilitatis tantùm con-
ſequendæ.hoc ſecundò. Tertiò poteſt in
telligi in filio præterito à matre ad eund.
effectum tranſmittendæ hæred. Quartò

*Bo.po.gratia litis agno. neceſſaria eſt emancipato ad hæreditatem tranſmittēdam. noua op.cōtra mentē doct.*

157 in matre pręterita à filio, vel in patre præ
terito à filio,& in cæteris aſcend.l. cùm fi
liū.l.filiam. C.de inof.teſtam. Quintò in
fratre præterito, vel exhæredato à fratre
turpi perſona inſtituta.vt.l.ſi fratris. &.l.
158 fratres. C. eod. Reddidi ergo tibi illam.
l.2.vtiliſsimam,circa cuius interpretatio
nem ſcribentes ſummoperè inſudarunt,
varieq́; contendunt,ſed parum feliciter.

*Idē in filio à matre præterito noua opi. contra doct.*

*Idē in matre à filio præterita. noua op.cōtra doct.*

159 Hinc etiam infero intell.ad.l.2.§.ſi ſub
condi.ff.de ſecundùm tab.vt agni.bono
poſſeſsio. quæ pendente cond.ibi fiebat,
non ſolùm factum (id eſt adminiſtratio-
160 nem bo.vt pleriq; ſcribētium falſò opi-
natur) ſed etiam ius tribuere dicatur, vt
ex vi illius agnitionis, & interim ſub cō-
di. bonor. poſſeſsio.delata trāſmittatur,
& exiſtente poſtea condi. noua agnitio
neceſſaria non ſit. Licèt aliter intellexiſ-
ſe videantur doct.in.l.ſi.C.vnde leg. præ
ſertim Alex.Iaſ.Corn.& Decius ibid.

*Idē in fratre. noua opi.præter mētē doct.*

*Bo poſ. ſecūdùm tab. quæ pēdente cōditiōe datur, ius etiā tribuit ut exiſtēte conditione, hæreditas poſtea nequeat omitti contra cōmunem.*

Pro conſiſtorum adde quod Bar.in ſi
mi.cum quo eſt communis opinio in. l.
1.col.2. de pact.C. ait hæreditatem non-
dum delatam poſſe non purè repudiari,
ſed ſub condi. hac, ſi quando delata fue-
rit. Vnde infero, ꝙ ſimiliter eand.poſſet
adire.per regulā.l.is poteſt.ff.de acq.hęr.
& exemplificat ipſe in hæred.ſub cōd.de
lata. Sic & in ſpecie noſtra is filius non-
dum delatam bono.poſſeſsio.agnoſcere
poſſet, cùm agnitio conferatur in tem-
pus,quo ipſe victor euaſerit,adireq́; poſ-
ſit.Sed certè illud Bart. aliàs impugnaui,
& hoc ex cauſa neceſsitatis iure quodā
ſingulari receptum eſſe videtur. Sed an
in terminis tex.d.l.2.vt agnoſci bo. poſſ.
(quæ agnitio vt dixi ita rata eſt,vt ſecuta
poſtea victoria,noua agnitione opus nō
ſit) poteſt anteq̄ hæreditas deferatur, ita
& repudiari poſſet? Et puto non poſſe ex
regula.ff.de acq.hæred.l. is qui hæres. in
pr.Non obſt.d.l.2.nam vtilitas,quæ ſeq-
tur ex tali agnitione,nō ſequeretur ex re
pudiatione. Itaque licèt propter iuſtam
vtilitatis cauſam (quæ iuſta oritur ex im
pedimēto, dilatione,& ambagibus litis)
permittatur cōtra regulas nōdū bo.poſ.
delatā agnoſcere: tñ cùm ea iuſta cauſa
ad



ad repudiationem allegari non poſſet,
nulla eſt neceſsitas, quæ nos ad regulas
violandas cogere poſsit, præſertim cùm
ſi hæreditatem nolim,poſsim querelam
non proponere, propoſitámue repudia
re.vt.l.ſi quis filium.in ſi.C. de inof.teſta
men.Et dum dixi,quòd qui poteſt agno
ſcere, non poſſet repudiare, hinc cōſ. qđ
doct.communiter ſecundùm Iaſ.in.l. le-
gatum.1.de leg.1.& in.l.is qui hæres.§.ſi.
ff.de acq.hær.tenent,ſcilicèt, quòd licèt
bono.poſ.ſeruo delatam ſolus dominus
agnoſcere non poſsit, poſſet tamen eam
repudiare.per.l.1.§.per ſeruum. ff. de ſuc.
edict.Et ad.l.is poteſt.ff.de acq.hær. reſp.
vt per eos,ſcilicet,non ſemper id arg. va-
lere, quod hinc ſatis confirmatur.Sed il-
lud falſum eſſe,aliàs probaui.

161 Deniq; ſimul ac filius ſuꝰ declarat velle
ſe querelare, in neceſſariā conſequentiā
declarat velle ſe hæredē patris eſſe, cùm
ſi in querela vicerit,abſtinere non poſsit
ab hæreditate per illam victoriam ipſo
iure quæſitam.l.ſuus.C.de rep. hær. iun-
cta.l.Papinianus.gloſſi ex cauſa. in verb.
ſuus.ff.de inof.teſtamento.Sed licèt emā
cipatus declaret velle ſe querelare, non
ideo declarat velle ſe poſt victoriam hæ-
res effici, neque ipſo iure fit per legē.Ideo
oportet, quòd non aliàs ad querelam ad
mittatur, quàm ſi indubitatū fuerit poſt
victoriam hæredem futurum, quod cer
tum eſſe non poſſet, niſi agnoſceret bo.
poſ.gratia litis ag.Verùm quia in ſuo cer
tum erat poſt victoriā hęredem futurum
ex ſuitate abſq; vlla noua aditione, ideo
in eo neceſſaria non fuit illa bono.poſ.

*Querela perlata à filio ſuo, ab eodē declaratur uelle ſe hæredem patris eſſe. Secùs in emācipato. vel ſic, teſtamētoper querelā perlatam reſciſſo, ſuus ſtatim iure ſuitatis fit hæres. Secùs in emācipato.*

Ergo ex omnibus ſuperioribus habes
tria ſatis notanda. Primum, quòd hęc bo
no. poſſeſ.gratia litis agnoſcendæ nō eſt
neceſſaria, nec inuenta ad hunc effectū,
vt per eam filius emancipatus cognoſca
tur à lege ciuili: quinimò per ſolam exhę
redationem is emancipatus ſatis cogni-
tus fuit tam à patre, quàm à lege ciuili.
Secundum, quòd per talem bono.poſ.is
emancipatus ſi moriatur pēdēte lite, ſeu
querela inof.teſtam.tranſmittet hæredi-
tatem ad ſuos hæredes, vt ſi vicerint in li
te querelæ, illam hæreditatem acquirere
poſsint, quam quęrere aliàs nullo modo
poterant.vt in.l.emancipata. vbi docto-
res communiter.C. qui admitti. Tertiū,
quòd is emancipatus, qui querelabat, li-
cèt poſt victoriam non efficeretur hæres
neceſſarius ex vi ſolius querelæ propoſi-
tæ.argu.l.1.ff.de cond.ob.cauſ.tamen ſe-
cùs eſt poſt agnitionem huius bono.po.
gratia litis agn. quæ hunc habet effectū,
vt ſi is emancipatus vicerit, non poſsit ab
hac hęreditate abſtinere, quam per agni
tionem huius bo.po.videtur iam quęſijſ
ſe,& adiuiſſe ſub hac conditione, ſi vice-
rit in querela. Quartò habes hanc.l.2.vti
liſsimè extenſam, vt vtilis ſit, non tātùm
in emācipato,ſed etiam in omnibus per-
ſonis, quę ad querelam admitti poſſunt,
pręter eos, qui habent iura ſuitatis. Et ſic
ſeruatur generalitas huius.l.quę aliàs mi
ſerè ad ſolum emancipatum reſtringere
tur, cùm de emācipatione ibid. verbum
nullum.

162 Sed opponitur, quòd bo. poſ.non da-
tur exhęredatis.l.1.in princip.&.l. nō pu
tauit.in princip.ff.de bo.poſ.contra tabu.
ibid. autem dicitur exhæredatis, vel ijs,
qui pro exhęredatis habētur dari bono.
poſ.Reſpondeo, quòd hęc bo.po.confer
tur in tempus, quo talis exhęredatio ſit
per querelam inof.teſtamēt.eneruata, &
infirmata.vt ibid.expreſſum eſt, dum ait,
quòd per hanc bono.poſ. non ſtatim au
fertur poſſeſsio bonorum hęreditario-
rum ſcriptis hęredibus, ſed demum poſt
quàm vicerit is, qui querelā propoſuit:
ſicq́; hęc bo.poſſe.confertur in tempus,
quo illa exhęredatio ad non cauſam, vel
ad nihilum redacta fuerit, quo caſu ha-
betur perinde, ac ſi re vera talis exhęreda
tio facta non fuiſſet.argum.l.1.&.l.quod
ſponſę.C.de donat.ante nup. Etenim ea
exhęredatio, quę vel primordialiter in-
utili

*Bonorum poſ. quo modo intelligatur dari exhæredatis. noua opin.*

utiliter facta fuit, vel ex poſt facto euanuit, pro præteritione habenda eſt, nec impediet bono.poſſeſ.non magis,quàm ipſamet preteritio.argum.l.non putauit. §.non quæuis. cum ibi notatis.ff.de bon. poſſeſsio.contratab.

*Querela quãdo ceſſat, uel non perinteruẽtũ alterius remedij.noua declaratio.*

163 Item opponitur, quòd quandiu ſuper
eſt aliud remedium, ceſſat querela inoffi.teſtamẽ.§. tam autem.Inſt.de inoffi.teſtamẽ.l. maximum.C.de lib.præt.Solue. Illud verum, quandiu eſt remediũ aliud ad reſcindendum.Secùs ſi ad impugnandum,vel reſcindendum teſtam. nullum aliud remedium ſit:nam tunc licèt competat aliud remedium ad alium effectũ, tunc non eſt cur denegemus remedium querelæ ad teſtam.illud reſcindendum, quod nullo alio remedio reſcindi poterat. quale eſt in terminis. d.l. 2. vbi teſtament.nullo alio remedio,quàm querela reſcindi poterat:& bo.poſſ. de qua ibid. non pertinebat ad teſtam.reſcindẽdum, ſed ad hoc, vt ſi pendente lite querelæ is, qui querelabat, decederet, hæreditatem, qua de agebatur,trãſmitteret: vel ad hoc, vt ſi viciſſet in querela,tunc hæres etiam inuitus futurus eſſet.

Item oppono,quòd effectus bono.po. eſt,quòd auferatur poſſeſsio bonorũ hæreditariorum ſcriptis hæredibus, & applicetur ei,qui querelam propoſuit,poſt quàm vicerit.cuius contrarium dicitur ibid.Solue.Nego contrarium : nam poſt quàm vicerit, bene habebit poſſeſsionẽ bonorum hæreditariorum,licèt pendente lite non ita : quia commodum poſſeſsionis eſt, quòd lite pendente poſſeſsio reo non auferatur.l.2.C.de edict. diui Adri.cum gloſ.§.commodum. Inſti.de interdict.

Quæro, quid ſi filius eſſet arenarius, ſicq; infamis, an ſi in minore portione quàm legitima eſſet inſtitutus, de ipſius inſtitutione reijceretur conditio per. l. quoniam in prioribus.hoc tit.& ſuppleretur legitima per hanc legem, vt ſic nec querelam mouere poſsit prætextu minoris portionis,vt hîc,nec etiam eo prætextu,quòd ſub conditione hæc portio ſibi relicta eſſet? Quæ quidem controuerſia illinc pendere videtur, vtrùm hæ leges nouæ ijs duntaxat caſibus proſpectum velle videantur, quibus olim occaſione minoris portionis teſtamentum illud, quo de agitur,euerti poſſet.Qua de re fuſiùs docemur in.§.10. ſuper interpretatione.l.quoniam in prioribus.hoc tit. Pendet etiam illinc, vtrùm inſucceſsibilis ſit nec ne: nam ſi eſſet inſucceſsibilis cõtra teſtamentum, vel ab inteſtato, tunc ad eum.l. noſtra non pertineret : verùm ſi vtroque modo poſſet ſuccedere,tunc ad eum pertineret id,quod traditur per.l.in arenam.hoc tit.

Ex quo tex.ibi,arenam.dic,quòd arena ibid.ſumitur pro amphitheatro, quo in loco beſtiæ conficiebantur, ſic appellatus, quòd arena eo ĩ loco ſpargebatur, quæ ſanguinem ſiue hominum, ſiue ferarũ effuſum ebiberet. bibula enim arena eſt.vt patet.Ita Vlpianus in.l.qui iudicio.ff.de accuſat.qui cum beſtijs(inquit) depugnandi cauſa in arenam intromiſsi ſunt.&c.

Illi ergo accuſare vt infames prohibentur.vt ibi per tex. & per gloſ.& alios. quaſi infamis intelligatur ipſe.Et dum il le text.d.l.in arenam. loquitur de arena-

*Arenarius quis dicatur.*

164 rio,ibi arenarius ille dicitur,qui cum be
ſtijs pugnandi cauſa in amphitheatrum prodibat, ſiue is in hoc operas ſuas locaret, ſiue virtutis exercendæ cauſa ſui ſpectaculũ præberet.Licèt vilior, abiectiorq; videretur,qui in hoc operas ſuas locaſſet, ſicq; turpis is videretur.vt in.l. hæ demum.ff.de oper.lib.ibi, turpitudine. facit tex.in.l.2.in fi.cum duabus legibus ſequentibus.ff.de ijs qui not.infamia.

*Legitima ſucceſsio quæ ꝓpriè dicatur.*

165 Et dum in.d.l.in arenam. dicitur, legi
timæ ſucceſsiones. ibi, legitimas ſucceſsiones.intellige propriè de illis,quæ deferuntur ab inteſtato. Sed & illæ quæ ex teſtamento



ſtamẽto deferũtur, largo ſumpto vocabulo dicuntur legitimæ.ſecũdùm Alciatum in.l.lege obuenire.de verbo. ſig.per text.ibi. &.l.verbis legis.eod.& per prin. Inſt.de leg.falci.Vnde ſi emphyteuſis ex cauſa contractus debetur mihi & hæredibus meis legitimis, deceſſeroq; inſtitutis extraneis, etiam illi ſuccedent in emphyteuſim ſecundùm Alciat.vbi ſuprà. Quia licèt hi ex teſtamẽto ſint hæredes, tamen etiam hæredes teſtamentarij continebuntur appellatione legitimorũ hęredum.Cuius contrarium tenent Alexã. conſil.56.vol.2. & Iaſ.in.l.vn.C. quando non peten.par.num.4.cum ſeq. Tamen nouiſsimè conc. vt ſi aliàs ab inteſtato ſucceſſuri ſint ſcripti, tunc hæredes illi licèt teſtamentarij ſint, ſuccedant in emphyte. quia non minùs legitimi ſunt, eò quòd inſtituti, quàm ſi ab inteſtato ſuccederent,imò plus,cùm legis diſpoſitioni accedat hominis diſpoſitio. Quòd ſi extranei ſint inſtituti, tunc ſecùs,quia in contractibus fit ſtricta interpretatio.l. quidquid aſtringendæ. ff. de verborum obligatio. Vnde appellatione ſucceſsionis legitimæ, in quibus caſibus fit ſtricta interpretatio ſicut in contractibus, non continetur teſtamentaria ſucceſsio. Infero, quòd ſi actum eſt inter ſocios, quòd legitima hæreditas communicetur, tũc ſi vnus ex ſocijs ab extraneo ſit ſcriptus, nil cõmunicabit,ſed ſibi habebit : quòd ſi ab eo,cui aliàs ab inteſtato ſucceſſurus erat,tunc communicare tenebitur.Licèt aliter, & malè velit cõmunis, de qua per Bar.in.l.3.num.7.cum ſequentib. de leg. 1.vbi Iaſ. colum. fina. contra quam tenet ipſe Iaſ. poſt Vexu.& Areti.Quæ opiniones ſunt cõcordãdæ ſcd̃m ſuꝑiùs relata.

Ergo ex ſuperioribus habes illũ tex.dupliciter intelligere. Primò in ſucceſsionibꝰ ab inteſtato.Secũdò etiã in ſucceſsionibus ex teſtamẽto. Qd̃ vltimũ in ſpecie tenuit ibid.Paul.& Sali.& benè.Et Paulus, dũ tex.loquitur de arenario,ita exponit.

*Arenarius eſt infamis ipſo iure.*

166 Ibi, arenario. qui ipſo iure eſt infamis.
ita Paul.Caſtr. & Pet.de Bellapert.& alij vbi ſuprà. quia ſpectaculum ſui præbet populo.vt in.l.1.poſt prin.ff.de his q̃ not. infa.Et ſimiliter intellige in text. ibi. bo. po.ſcilicet,gratia litis agnoſcendæ.ſcd̃m

*Intell.l.in arenam.C. de inof.teſtam.*

167 Iaſ.ibid.qui contendit tex.illum neceſſa
riò intelligendum non in bo.po. contra tab.ſed in bo.poſ. gratia litis agnoſcẽdæ. de qua ſuprà eod.l.2.quæ ad querelam præparandam neceſſaria eſt emancipato. ſecundùm primum intellectum glo. d.l.2.qui intellectus communis eſt ſecũ-

*Infamis licèt ſuccedat ab inteſtato, tamẽ non ſuccedit contra teſtamentũ cũ cõmuni.*

168 dùm Iaſ. vbi ſuprà. & ibi dixi.Mouetur
Iaſ.quia (inquit) in hoc titul. Imperator tractat de querela, non de cõtratab. bo. po.Vnde illud verbum,bo.po.magis eſt vt referatur ad bo.po.gratia litis agnoſcẽdæ,q̃ ad bo.po.cõtratab.quia illa exhęredatis, vel ijs, qui pro exhæredatis habẽtur,datur.vt in.d.l.2.vbi diximus.hęc autẽ nõ datur niſi pręteritis.l.nõ putauit.in pr.&.l.1.in pr.ff.de bo.po.cõtratab. Sicq; ſi intelligamus tex.illũ in bo.po.gratia litis agn.tunc cõueniet huic legi,& totius huius tituli materiæ, ſecùs ſi intelligeretur de bonorum poſ.contratab.

Vnde ſcd̃m Iaſ.infertur, ꝙ ſi filius arenarius eſſet præteritus, haberet & ius dicẽdi nullũ,& contratab.bo.po.nõ ſecùs, q̃ ſi arenarius non fuiſſet.ita Iaſ.in.d.l.in arenã.Fulgoſus autẽ ibi fuit in alia opinione, vt loquatur in bo.po.contratabu. quæ datur emancipatis. vt per totum C.&.ff.de bono.poſſeſ. contratab. non aũt in cõtratab.bo.po. quæ datur ſuis. vt in.l.maximũ vitiũ.C.de libe.præt.§. ſunt autẽ.Inſt.de bo.po.Nam ſi filius(inquit) in poteſtate fuiſſet præteritus, tunc teſtamẽt. diceret nullũ :ſecùs in emancipato, cuius præteritio nõ reddit teſtam.nullũ, ſaltem inſpecto tẽpore huius legis: vnde præteritus non ita poſſet teſtamẽ. expugnare, ſicut is,qui eſt in poteſtate.

Eſt etiam tertius verus & cõis intell.ad d.l.in arenam. exiſtimantium, ꝙ iſte tex.

loquatur generaliter, & intelligatur de bonorum poſſeſsione contratab. idq́; tã in ſuo, quàm emancipato, vt ſiue ſuus, ſiue emancipatus ſit præteritus, cùm eſſet arenarius, contratabu. bo. po. denegetur emancipato: ſuo verò, & contratab. denegetur, & etiam ius dicendi nullum. Ita vult gloſ. ibid. in verb. bono. po. quam ſequuntur Odofredus, & Alberi. & Paul. & Aretinus, & Iaſ. ibid. & alij cum gloſ. ſimpliciter tranſeunt. Et is intellectus apertè probatur per illum tex. ſi non violetur.

*Infamia potentiùs excludit ab hæreditate q̃ ingratitudo. cum cõmuni contra Fulgo.*

169 Ex quo text. ſecũdùm hunc cõmunem & verũ intell. not. ꝙ ad filiũ repellẽdum à ſucceſsione paterna longè potẽtior eſt infamia ipſius, q̃ ipſius ingratitudo erga patrem cõmiſſa. Quia ingratitudo ſola non excludit eum à ſucceſsione cõtra teſtam. vt in. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de contratab. & per totum. C. & . ff. de bo. po. cõtratabu. niſi præterea fuerit expreſsim à patre exhæredatus nominatim, ſicq́; ab eius hæreditate exp̃ſsim, & nominatim remotus, & certo iudicio. vt in pr. Inſt. de exh. liberorũ. l. 1. 2. & . 3. in. §. purè. ff. d̃ lib. & poſth. Et tamen ſola infamia excludit eum filium à ſucceſsione patris teſtantis, etiam ſi expreſsim, & nominatim nõ fuerit à patre remotus ab hæreditate per exhæredationẽ, vt dixi, ſed tacitè tantùm per præteritionem. nam præteritio, eſt tacita exhæredatio ſcd̃m Pau. vbi ſuprà. & Bar. in. l. filio præterito. ff. de ini. rupt. Pro quo bonus tex. quẽ ipſi non allegant in l. ſi cùm vel in vtero. in fine. C. de teſtam. milit.

Hinc apparet incautus error Fulgoſi hìc, dicentis in. d. l. in arenam. quòd ibid. probatur, quòd licèt ingratitudo regulariter non impediat bonorum poſſeſsio. argu. d. l. 3. §. ſi emancipatus. 1. ff. de contratab. bonorum poſ. tamen illinc ſecundùm eum probatur contrarium in verb. bono. poſ. Sed grauiter errat, nam (vt dixi) ibi non loquimur in ingratitudine filij arenarij, ſed in eius ignominia, quæ longè potentior eſt, quàm ingratitudo. Et poteſt eſſe ratio, quia ingratitudo filij per diſsimulationem patris aboletur. argum. §. pe. Inſt. de iniu. & in. l. filio quem. ff. de libe. & poſt. filij autem infamia per patris remiſsionem non poteſt cooperiri, vel deleri.

*Pœnitẽtia nõ purgat uitium ingratitudinis cõtra Alex. & Iaſ.*

170 Vnde colligo ſupinum fuiſſe errorẽ Iaſ. in. d. l. in arenam. & Alex. in. l. 1. ff. ſol. matrimonio. aiũt enim ꝙ ſi filius cõmiſit cauſam ingratitudinis aduerſus patrẽ, ſi quidem pœnitentiã egerit, nõ poterit exhæredari. arg. eius, quod ait Bal. in. l. filiã. hoc tit. vbi tenuit, quòd filia, quæ propter flagitioſam, turpemq́; vitam potuit exhæredari, ſi emendata fuit, iam exhæredari non poterit. Sed errant, quia longè refert, vtrùm propter ſui infamiam, & turpitudinem poſsit exhæredari, vt tunc acta pœnitentia, exhæredationis pœnam poſsit effugere, an verò propter delictum, ingratitudinemq́ue aduerſus parentem commiſſam, vt tunc pœnitentia nihil proſit ad tollendũ ius patri quæſitum. argum. d. §. fi. Inſt. de iniur. namq́; in delictis conſummatis non eſt locus pœnitentiæ.

*Succeſsio ab inteſtato faciliùs conſeruatur, quàm contra teſtamẽtum.*

171 Item nota ſecundùm Iaſ. in. d. l. in arenam. ꝙ longè faciliùs remouetur quis à ſucceſsione contra teſtam. q̃ à ſucceſsione ab inteſtato. Nam ibi filius arenarius, qui à ſucceſsione ab inteſtato nõ remouetur, remouetur tamẽ à ſucceſsione cõtra teſtam. Ad idẽ tex. melior de iure, quẽ Iaſ. nõ allegat in. §. eadẽ hæc. Inſti. de hære. ab. ibi, vt ab inteſtato, ita longè minùs contratabu. &c. de quo text. per Fortunium in. l. Gallus. §. quidam rectè. nume. 47. ff. de lib. & poſt.

Hinc infertur ſecundùm Iaſ. vbi ſuprà. ꝙ ſi filius ingratus præteritus ſit in patris teſtamento, tunc nihil proderit hæredibus probare eius ingratitudinem, quaſi tunc deferatur hæreditas ab inteſtato, cuius ſucceſsionis ab inteſtato filius propter



propter ſui ingratitudinem capax nõ deſinit eſſe. vt ibid. quod & vult Angel. in l. 1. in fi. ff. hoc tit. contra gloſ. in. §. ingratitudinem. in auth. de nupti. quam Angelus ſibi contrarius ſequutus fuit in. d. §. ingratitudinem. Sed certè Iaſ. æquiuocauit. Nam text. d. l. in arenam. non loquitur in ingratitudine, ſed in infamia, & turpitudine. Sed an concluſio Angeli & gloſſæ vera ſit, pendet ab intellectu. l. filio præterito. ff. de iniuſt. rupt. de quo infrà ſubijciam. Eſt tamen verum, quòd Bald. & Bart. in. l. fratres. ſuprà eod. & Iaſ. vbi ſuprà. tenent, quòd cauſæ ingratitudinis, quæ repellunt fratrem à ſucceſsione fratris turpi perſona inſtituta, proſunt ad repellẽdum eum à querela inoffi. teſtam. non à ſucceſsione ab inteſtato.

Item ex fine tex. d. l. in arenam. notatur quòd nihil Iudęus Iudęo, nihil Catilina Cethego. Vnde Salluſtius ait, Qui in alterum dicere paratus eſt, vitio carere debet. Et vt aiunt,

*Mores quosquis in ſe probat, in alijs nõ poteſt reprobare.*

172 *Tollere feſtucam ſi uis de fratris ocello,*
*Quæ tua conturbat lumina tolle trabem.*

Nam vt Horatius Satyra. 3. lib. 1. ait.

*Vitijs nemo ſine naſcitur optimus ille,*
*Qui minimis urgetur*

Rurſus Propertius ait lib. 2. Eleg. ad Herennium.

*Vnicuiq; dedit uitium natura creato.*

Qua de re multa per Alberi. in dict. in pr. Et Horatius

*Cùm tua peruideas oculis mala lippus inunctis,*
*Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum?*

Hinc etiam inferunt doct. cõmuniter in. d. l. in arenã. quales ſunt Bar. Bal. Ang. Petrus de Bell. Fulg. & Iaſ. ꝙ mater meretrix filiam meretricẽ nõ per hanc ſimilẽ cauſam poterit exhæredare. Idem Curt. iuni. in authenti. non licet. C. de lib. præt.

*Meretrix meretricẽ filiã exhæredare non poteſt. cum cõi. aliud in patre.*

173 Limita in patre meretricatore, qui nihilominus poteſt filiam meretricem exhæredare. ſecundùm Iaſ. vbi ſuprà in fine. & Fulg. in auth. ſed ſi poſt. ſuprà eod. Cinus in. l. filiam. ſuprà eod. Ratio, quia ſecundùm mores hominũ maior caſtitas deſideratur in fœminis, q̃ in maſculis. gl. in. l. palàm. §. quę in adulterio. ff. d̃ ritu. nupti.

*Infamis infamẽ teſtẽ repellere põt. contra cõmunem.*

174 Hinc etiam inferunt doct. ꝙ infamis non poteſt repellere teſtem infamem à teſtimonio in cauſa dicendo. Iſta eſt cõmunis opinio, quam tenent glo. in. l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtibus. Guilielm. ibi & Bart. Bal. Paul. Fulgoſ. Areti. Iaſo, & Sali. & Ang. per illum text. d. l. in arenam. Limita. ſecũdùm eoſdem communiter, vt de officio poſsit iudex talem teſtẽ repellere. per tex. in. l. quos prohibet. ff. de poſtul. Sed teneo quòd non ſolùm iudex talem teſtẽ repellere de ſuo officio poſsit, ſed quòd ad id teneatur etiam ad petitionem partis. nam in pari cauſa potior eſt conditio poſsidentis. c. in pari. de regul. iur. lib. 6. l. mercalem. C. de cond. ob. turpem cau. ſed is, contra quem infamis teſtis ꝓducitur, in ſua domo quietus ſtat, poteſtq́; repellere teſtem infamẽ, qui eũ aggreditur. Pręterea certat de vero dãno vitãdo. ergo. & c. l. fi. C. de codicill. Pręterea calũnias, mẽdacia, piuria ſimiliũ teſtiũ vitari intereſt reipublicæ etiã principaliter ad petitionẽ cuiuſlibet d̃ populo. arg. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capti. l. fi. C. de fideicõm. l. 2. C. de indi. vid. l. properandum. per totam. C. de iudi. Deniq; hæc res ſummã habet æq̃tatẽ. facit l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iuram. calũ.

Confirmatur, quia teſti poſſum opponere inimicitiã, cui inimicitiæ cauſam dedi. vt eſt cõis opi. quã tenent Iaſ. & alij in auth. ſed ſi poſt viginti. C. de inoffi. teſta. ergo ſimiliter poterote teſtẽ infamẽ repellere, cũ ei nullã ego infamiã irrogauerim.

*Teſtam. an uitietur preteritione filij, cuius ingratitudo à patre expreſſa & ab hærede ꝓbata fuit: & ſi uitiatur teſtam. an repellatur à ſucceſſione ab inteſtato.*

175 Illud tamẽ multùm notãdũ eſt, quod Bar. in auth. ex cauſa. nu. 12. de lib. pręt. cũ quo eſt cõis op. ſecũdùm Emanu. de Acoſta in. l. Gallus. §. & q̃d ſi tm̃. nu. 165. ff. de lib. & poſt. pag. 128. vult, ꝙ teſtam. in quo fili⁹ in poteſtate p̃teritus eſt, exp̃ſſa ita iuſta cauſa, quæ ſufficeret ad exhęredationẽ, quæ etiã ab hærede probata eſt, valet. Vnde infertur not. lim. ad gl. app. ĩ auth.

de hære. & fal. §. exhæredatos.dum vult
teſtament. filij in poteſtate præteritione
etiam hodie non valere, licèt exprima-
tur iuſta cauſa præteritionis. nam id ve-
rum, niſi cauſa probata ſit per hæredem.
Sed opp. tenent multi per. d. Emanuel. re
lati, quorum opi. ſequor. Primò, quia te-
ſtamẽ. infirmum eſſe conſtat, & per hoc
delatam hæreditatem ab inteſtato, hære
ditatis autem ab inteſtato delatæ capax
eſt filius quantumcunq; ingratus ſecũ-
dùm communem. de qua per eũdẽ ibid.
num.166.cum ſeq. Secundò, quia ad vali
ditatem teſtamenti tria copulatiuè exi-
guntur. Primùm, quòd filius ſi non inſti
tuatur, exhæredetur. Secũdò, ꝙ cauſa ex-
hære. exprimatur. Tertiò, ꝙ per hæredẽ
probetur. §. aliud quoq; capitulũ. in au-
thẽ. vt cùm de app. cog. ergo concurſus
duorum non ſufficit. l. qui hæredi. de cõ
di. inſt. ff. Tenendo hanc partem, nõ obſ.
l. filio præterito. ff. de ini. rup. quia ſolen-
nitas exhæredationis, vel inſtitutionis
non propter vitandam falſitatẽ, ſed pro-
pter filiorum vtilitatem recepta eſt. Aret.
in rub. ff. de lib. & poſt. quò fit, vt filij vo
luntate præſtita legitimo tempore (id eſt
poſt mortem patris) huic ſolennitati poſ
ſit renuntiari, cùm fauori ſuo quiſq; poſ
ſit renuntiare. ita procedit. d. l. filio præte
rito. ſed in ſpecie noſtra filius non appro
bat teſtamẽ. patris. ergo. &c. l. cùm hi. §. ſi
prætor. ff. de tranſact. l. nemo poteſt. de
leg. 1. ff. Nec obſt. l. codicillis. §. Lucius. de
leg. 2. quem nouiſsimè inducebam aliàs
pro cõmuni. quia minùs ſolennis vol. de
qua ibi, ſuſtinetur in vim codicillorũ ab
inteſtato, quando vel teſtator ſciebat in
vim teſtamẽti valere non poſſe, vel ſuſpi
cabatur poſſe fieri, vt in vim teſtamenti
non valeret, deq; ea ſuſpicione liquebat
ex expreſsione verborum. ita procedit. l.
1. ff. de iure codi. d. §. Lucius. & doctrina
Bar. in. l. 1. §. ſi quis ita. de verbo. obliga. ff.
Sed nos loquimur, quando non conſta
bat quòd ſciret nõ valere in vim teſtam.
nec quòd ſuſpicaretur fore, vt in vim te-
ſtam. non valeret, ſed quando ſimplici-
ter teſtam. fecit, ideo tenendum eſt, ꝙ is
caſus tanquàm omiſſus à teſtatore, qui
(vt veriſimile eſt) putauit de iure teſtari,
remanet in diſpoſitione iuris cõmunis,
qđ habet id teſtam. nullum eſſe propter
filij præteritionem. Extat ergo id teſtam.
non valere. hoc primò. Sed valere filio
approbante. hoc ſecundò. Etiam ſi iniu-
ſtè filius præteritus fuiſſet. hoc tertiò. per
d. l. filio præterito. Quartò eã ap̃pbatio-
nem ipſi filio, non cęteris fratribus ſimi-
liter iuſtè p̃teritis nocere: quinimò po-
terunt dicere teſtam. nullum, quia factũ
vnius. &c. vt per totum. C. res inter alios.
l. non debet. ff. de iureiuran. Hęc intelli-
genda de iure ciuili, nam de iure pręto-
rio quid iuris, alibi docemur.

Pręterea pro nobis bonus tex. in. l. 3. §.
ſi emancipatus. ff. de bonorum poſſeſsio
ne contratab. verſ. Nam ſi tam ignomi-
nioſam. vbi probatur, quòd filius teſtato
ris, qui tam ignominioſam duxit vxorẽ,
vt propter hoc poſſet exhęredari, viuo
patre deceſsit, qui reliquit filium teſtato
ris nepotem. & tex. ait, quòd is nepos ab
auo potuit exhęredari odio patris. argu-
men. l. ſi quis in ſuo. §. legis. hoc tit. Si ta-
men exhęredatus non fuit, ſed pręteri-
tus, admittitur per contratabu. ad impu
gnandum aui teſtam. Ecce ergo vt qui
exhęredari potuit odio patris non ſecùs
quàm ſi ingratus exiſteret, is ſi pręteritus
fuerit, impugnat teſtamẽ. Sic ergo & in
propoſito filiusfa. qui per exhęredatio-
nem potuit iuſtè à patris hęreditate re-
moueri, ſi pręteritus fuerit, non impedi-
tur impugnare teſtam.

Ergo vt plenè liqueat materia noſtra,
plura ſunt examinanda. Primum, an ho
die ſi filiusf. præteritus ſit à patre, expreſ-
ſa iuſta cauſa, quę ad exhęredationẽ ſuf-
ficeret, id teſtam. valeat, non ſecùs, quàm
ſi is filius expreſſa iuſta cauſa exhęreda-
tus fuiſſet? Et vera & communis opinio
teſtam.



*Teſtamentum præteritione filij fa. uitiatur licèt iuſta cauſa expreſſa eſſet cum communi.*

176 teſtamen. non valere, non magis, quàm
olim. Ita tenent Bar. num. 12. in authenti.
ex cauſa. C. de lib. præt. vbi per Paul. &
alios. ſequitur, & dicit communem opi.
Alex. num. 9. cum ſeq. in authen. non li-
cet. eod. tit. gloſ. in. §. exhæredatos. in au-
then. de hær. & fal. in verb. noluit. ſequũ-
tur, & dicunt communem op. moderni.
vt per Corn. in. d. auth. ex cauſa. num. 18.
& num. 19. & num. 20. vbi Curti. iunior.
num. 17. Areti. in. l. 3. §. filius. ff. de liber. &
poſt. egregius Emanuel in. l. Gallus. §. &
qd ſi tãtùm. pag. 129. eod. tit. Iaſ. in. l. poſt-
humo nato. num. 18. C. de bo. poſ. contra
tab. Alex. n. 12. in. l. in ſuis. ff. de lib. & poſt
hum. & ibi Iaſ. colũ. fi. in fi. idem Iaſ. in. d.
auth. nõ licet. col. pe. verſ. ſeptimo. idem
Iaſ. in. d. authẽ. ex cauſa. col. 3. idem Iaſ. in
l. ſi mater. in pr. nu. 5. ff. de vulg. vbi etiam
Paulus, qui. d. gl. dicunt communem. &
eſt cõmunis ſecundùm Crottum in. d. §.
& quid ſi tantùm. nu. 52. Ange. de Perigl.
nu. 5. in. l. in ſuis. ſuprà. all. quæſtione. fin.
Probatur hæc cõmunis op. lege, & ratio
ne. Nam eam probat tex. in. §. aliud quo-
q;. & in. §. ſiue igitur. in authẽ. vt cùm de
appel. cog. Et patet ratione peremptoria.
Nam. d. authenti. vt cùm de app. cog. fa-
cta fuit, quo magis, non quo minus libe
ris ſubueniretur. Ergo vt olim per præ-
teritionem filijfam. vitiabatur teſtamen.
ipſo iure, etiam ſi expreſſa iuſta cauſa eſ-
ſet præteritus. vt per totum Inſti. de exh.
lib. per totum. ff. de libe. & poſt. per totũ.
C. de lib. præt. l. 1. tit. 8. part. 6. ita quoq; &
multò magis hodie tale teſtament. vitia-
bitur poſt. d. authenti. quæ ad liberorum
vtilitatem, quo magis contra teſtam. pa
rẽtum admitterentur, facta fuit, nõ quo
minꝰ. Quo argumẽto vtitur in ſimili Iu-
reconſultus in. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de
bo. po. contratab. Hæc intellige quando
dixit teſtator, filius verberauit me. nec
vltrà proceſsit: ꝙ ſi adijceret, ideo eũ præ
tereo. tunc virtualiter exhæredatus vide
retur, & ſufficeret. vt infrà dicemus.

*Teſtamentum de iure ciuili nõ cõualeſcit, cũ filius ex iuſta cauſa etiã expreſſa præteritur, licèt ab hæredibus ea p̃betur contra cõmunem cũ quãpluribus.*

177 Secundus articulus eſt, an dato, ꝙ ta-
le teſtam. ab initio ĩ ſui origine vitioſum
ſit, poſsit ſaltem ex poſt facto cõualeſce-
re, ſi fortè cauſa præteritionis, quæ & iu-
ſta erat, & à teſtatore expreſſa fuit, ab hæ
rede probetur? Qua in re communis op.
eſt, quòd per probationem illius cauſę te
ſtam. valere incipiat. Quam communẽ
op. tenent Bart. in. d. auth. ex cauſa. nu. 12.
vbi Salicetus num. 6. & Pau. col. 2. Iaſ. nu.
1. Curti. iuni. num. 39. egregius Emanuel
in. d. §. & quid ſi tantùm. pag. 128. Ang. in
authẽ. non licet. in fi. Lancelotus Galiau
la nu. 46. in. d. §. & quid ſi tantùm. Iacob.
de ſanct. Georg. & Ang. in. d. authen. nõ
licet. Ripa in. l. fina. C. de reuocandis do-
nationibus. quæſtione. 47. per Guilielm.
Benedict. in. c. Rainutius. §. in eod. tit. re-
linquens. 2. num. 47. de teſtam.

Contrarium tenent Cin. & Alex. col.
pe. in. d. auth. nõ licet. Dinus in. l. Gallus.
in pr. ff. de lib. & poſth. poſt Iacob. đ Are.
quẽ refert Cin. vbi ſuprà. & in cõtrariũ in
clinãt Curt. iuni. in. d. auth. non licet. nu.
15. vbi Corneus idem ſentit. num. 28.

Quid dicendum? In primis indubitan-
ter teneo non valere tale teſtamen. de iu
re ciuili per totum. ff. de liberis & poſth.
per totum. C. de lib. præt. per totum Inſt.
de exhære. lib. quæ iura per auth. vt cùm
de app. cog. nõ reperiũtur in aliquo quò
magis, ſed quò minùs teſtam. valeat, im-
mutata. Quod & nominatim probat. §.
ſiue igitur. in. d. authẽ. vt cùm de appell.
cog. ibi, ſuam habere firmitatem. vbi ſa-
tis ſignificatur, quòd per illam authẽ. te-
ſtamenta, quæ iure vetere valebant, ſub
hac demum conditione confirmãtur, &
approbãtur, ſi forma ab illa authẽtica ad
iecta, & inuenta adhibeatur, non aũt per
illam auth. validitas teſtamentorum in-
ducitur eo caſu, quo olim non valebat te
ſtam. ſed hoc caſu olim ſaltem de iure ci
uili non valeret teſtamẽ. ergo nec hodie.

Sed an de iure ſaltem prætorio hoc ca
ſu ſimul ac illa cauſa præteritionis, quæ

à teſtatore expreſſa fuit, ab hærede probatur, incipiat valere teſtam. Et egregius Acoſta vbi ſuprà. tenet valere. argum. l. filio præterito. ff. de iniuſ. rupt. vbi teſtam. quod per filij præteritionem erat ipſo iure nullum, inſpecto iure ciuili, valet de
178 iure prætorio filio abſtinente, & iuri ſuo renuntiante. Sic & in propoſito, ſi filius in potentia excludatur. argumẽ. l. 3. C. de hær. inſt. ſed certè nullibi efficaciter probatur, quòd filiusfam. qui cauſa expreſſa præteritus fuit, ſit priuatus potentia ſuccedendi patri ſuo, licèt cauſa illa ab hærede probata fuiſſet. Itaq; eius fundament. dupliciter ſuſpectum eſt. Primò, quia legem. filio præterito. quæ ſatis etiam in ſuis terminis peregrina eſt, vult extendere de caſu noluntatis ad caſum impotentiæ. Secũdò (& fortiùs) quia etiam ſi eam extenſionem admitteremus, adhuc filij impotentiam ipſe non probat, quinimò probatur cõtrarium: quia ſecundùm veras & communes opinio. proximè relatas id teſtam. conſtat vitioſum eſſe ex regula generali, nec exceptio probatur, vt dixi: quinimò in indiuiduo pro nobis videtur tex. in. l. 3. §. ſi emancipatus. 1. ff. de bonorum poſſeſsio. contratabu. vbi nepos, qui odio patris ab auo potuit exhæredari. iuxta. l. ſi quis in ſuo. §. legis. infrà eod. is ſi præteritus fuerit, poteſt infirmare teſtamen. per contratabu. & tex. ait, ꝙ imputandum eſt teſtanti, qui cùm poſſet vti iure ſuo, nepotem exhæredando, id omiſit: ſicq́; qui exhæredatus nõ poſſet aduerſus teſtamẽ. quicquam dicere, is quidem præteritus contratabu. habebit. Sic & in ſpecie noſtra, is filius, qui iuſtè potuit exhęredari, licèt exhæredatio cauſa à teſtatore expreſſa, & ab hærede ꝓbata ei noceret, tamen ſi teſtator noluit vti iure ſuo, eum exhæredando, tunc eius præteritio, etiam cauſa expreſſa, ei non nocebit, licèt ab hęrede probata ſit, & imputandum eſt teſtatori, qui cùm poſſet vti iure ſuo, id omiſit. Nec ad rem pertinet, quòd in terminis dict. §. ſi emancipatus. non fuit expreſſa iuſta cauſa præteritionis, prout in noſtro caſu. Nam reſp. quòd illo iure. ff. expreſsio cauſæ nõ erat neceſſaria, vnde illo tempore ſola præteritio, vel ſola exhæredatio non minùs nocebat, quàm hodie præteritio, vel exhæredatio cum cauſa expreſſa. Vnde vt in terminis illius tex. præteritio ſine cauſæ expreſsione non nocebat præterito, etiam ſi ritè odio ſuo, vel alieno potuit præteriri, vt ibi: ita & hodie præteritio etiam cum cauſæ expreſsione præterito non nocebit. Et re vera ille text. decidit hanc quæſtionem, ad quam à nullo vnquàm eorum, quos mihi legere contigit, eum allegatum inuenio. Et denique nullibi vnquàm legitur, quòd cauſæ expreſsio augeat vim, poteſtatem, virtutẽq́ue præteritionis, niſi in quibus caſibus præteritio habetur pro exhæredatione, quod hîc non eſt. Vnde vt ſi abſq; cauſæ expreſsione filius in poteſtate præteritus reperiretur, tunc hæredibus non prodeſſet probare filium ingratum. vt proximè cum communi opinione diximus, & probat. l. omnimodò. verſ. cùm eos. & verſ. nam ſi nullam. & l. ſi quis filium. infrà hoc tit. ita quoq; id probare non prodeſt, etiam ſi filij præteritio facta eſſet cũ cauſæ expreſsione. Præterea pro nobis facit. d. l. omnimodo. & l. ſi cognatis. ff. de rebus dub. & l. fi. C. de ſecund. nupt. & d. l. in arenã. primo reſp. Licèt. 2. reſp. illius legis in cõtrarium fortiter faciat, dũ ait, ꝙ arenarius etiã præteritus nõ habet cõtratab. nec iꝰ dicẽdi nullũ. Sed reſp. aliud eſſe, qñ filiꝰ excluditur ꝓpter ſui infamiã, aliud verò qñ excluditur ꝓpter ſui ingratitudinẽ. vt ſuprà docuimus. Deniq; pro nobis eſt text. expreſſus in. l. filium. §. ſed cũ exhæredatio. ff. de cõtratab. vbi exhæredatio ſi quacunq; cauſa, vel colore teſtam. infirmatur, perẽpta, extincta, d̄letaq́ue ex toto videtur, vt filius perinde habeatur, ac ſi re vera exhæredatus nunq̃ fuiſſet,

*Teſtamentum in caſu præcedẽte non conualeſcit etiã de iure prætorio cõtra Acoſtã.*



fuiſſet, etiam ſi per hoc alter filius teſtatoris parte hæreditatis ab inteſtato priuetur, cui non licuit docere de indignitate huius filij exhæredati.

Rurſus ille tex. fortiſsimè, belliſsimeq́; ſtringitur. Nam ibi dicitur, quòd ille filius ſic exhæredatus habet bonorũ poſſ. contratab. libertorum, ſicq́; habet integras, intactas, illibatasq́; ſucceſsiones legitimas, non ſecùs, quàm ſi reuera exhæredatus non fuiſſet. Nam inter ſucceſsiones legitimas eſt ſucceſsio libertorum. vt in. §. noſtra. & per totum Inſti. de ſucceſs. libertorum. & per totum. ff. & C. de bon. liber. & de iur. patron. & per totum Inſtit. de leg. patronorum tutel. iuncta. l. quo tutela. ff. de reg. iur. Neq; ad rem pertinet, quòd in. d. §. ſed cùm exhæredatio. non fuerit expreſſa cauſa exhæredationis. Nam reſpon. quòd olim in exhęredatione cauſæ expreſsio non deſiderabatur, ſed ſimul ac filius exhæredatus erat, ſtatim præſumebatur ingratus. l. liberi. hoc titu. l. 3. & 4. ff. eod. vnde eo tempore ſola exhæredatio tantum operabatur, quantum hodie exhæredatio cum cauſæ expreſsione: quinimò longè plus operabatur, quia operabatur tantum, quantum hodie exhæredatio cũ & cauſæ expreſsione, & etiam hæredis probatione. Ergo ſi iure. ff. per talem exhæredationẽ non auferebantur filio legitimæ ſucceſsiones tam reſpectu patris, quàm aliorũ, multò minùs hodie auferrẽtur, licèt præteritio fiat cum cauſæ expreſsione, cùm iſta præteritio hodie non tam fortis, efficax, potensq́; ſit, quàm olim illa, quæ fiebat etiam ſine cauſæ expreſsione. Aſtringe, nam ſi illud in exhæredatione, quæ arguit certam, indubitatamq́; voluntatem teſtatoris filium ab eius ſucceſsione remouere volentis, multò magis procedit in propoſito, vbi præteritio non tam indubitatam arguit volũtatem. Pro quo etiam optimè ſtringit ratio expreſſa in. d. §. ſed cùm exhæredatio. Quę procedunt, retenta communi opinione, quæ vult ſi filiofa. præterito, teſtamentum vitiari iure prætorio, non ſecùs, quàm iure ciuili. Cuius contrarium alibi tuemur.

Adde ad Emanuelem in loco ſuprà alleg. quòd omnes conſentire videntur in ſpecie, de qua ipſe loquitur, teſtamẽtum non valere. Iam ergo in eo ſolùm concluſio manet, an ex bono, & æquo prætor tuebitur hæredem ſcriptum. Quod putat noua ipſe ratione. Nam ſi legitimis licet docere de indignitate, & ingratitudine filij, multò magis ſcriptis licebit. Item ſi eo probato, hæreditas filio, vtpotè indigno adempta, legitimis deferretur, multò magis eſt & ſcriptis deferenda. Itaque admiſſa ſuperiore opinione, & iſta recipienda eſt. Sed de vtraq; dubito. Nam in caſum indignitatis fiſco locum eſſe magis, quàm ſequẽtibus in gradu legitimis, vel ſcriptis videretur.

179 Sed cõſidera, quòd licèt Angelus poſt glo. ibi in authen. de nupti. §. ingratitudinem. col. 4. quem ſequitur Iaſ. in authen. non licet. C. de lib. præte. tenuerit, quòd cauſa, quæ inſerta in teſtamento eſt ſufficiens ad repellendum aliquem ab impugnatione teſtamenti, ea cauſa, ſi in teſtamento non fuerit inſerta, ſed tantùm ab hæredibus probata, eſt ſufficiens, vt ipſe excludatur à ſucceſsiõe ab inteſtato. Tamen in contrarium eſt magis communis, & vera concluſio, quam tenent Iaſ. in prin. d. l. in arenam. & idem Iaſ. in. l. fratres. iſto tit. Curti. iuni. in. d. authen. non licet. num. 17. C. de lib. præt. & Ange. in. l. 1. in fi. ff. hoc tit. Bart. Bal. & Ange. in. d. l. fratres. poſt Guiliel. ibi contra Salic. ibid. & Paulus in. l. fratres. Alexan. col. pen. in d. authen. non licet. Aretin. in. l. 3. §. filius. col. 2. ff. de lib. & poſth. Egregius Acoſta in. d. §. & quid ſi tantùm. pag. 129. nu. 168. Ripa in. l. fi. C. de reuo. donat. q. 47. Ioan. de Garro. in repetitione authen. ex teſtamento. nu. 4. C. de ſecund. nup. Pro hac vera, & communi opinione eſt tex. in. l.

*Succeſsio ab inteſtato non perditur per ingratitudinẽ filij etiã exhæredati ſine cauſæ expreſsione, licèt poſtea iuſtam cauſam hæredes teſtamẽtarij, uel legitimi probare uelint. cũ cõmuni. contra Ange. & Iaſ.*

 ſi cogna

ſi cognatis.ff.de reb.dub. & in.l.fin.C.de ſecund.nupti. & in.l.omnimodò.& in.l. ſi quis filium.infrà hoc tit.& etiam in.d. l.in arenam. Quod retenta noſtra ſuperiore opinione,indubitatum eſt.

Ergo aut loquimur in filio exhæredato,aut in præterito.In præterito dicimus teſtamentum non valere, nec filium repellẽdum ab inteſtati patris ſucceſsione legitima per hæredes ſcriptos, nec etiam per legitimos, ſiue cum iuſta cauſa præteritus fuit,quæ & à patre expreſſa,& ab hæredibus probata fuit : ſiue expreſſa tã tùm fuerit,& non probata: ſiue probata tantùm fuerit,& non expreſſa.

Quòd ſi filius fuit exhæredatus, tũc aut iuſta cauſa fuit & à teſtatore expreſſa, & ab hæredibus probata, & indubitanter excluditur filius.d.§.aliud quoq;.Aut expreſſa fuit à teſtatore, ſed ab hæredibus non fuit probata, & omnes ſimiliter tenent, teſtamentum non valere per.d.§. aliud quoq;.Aut expreſſa non fuit,ſed tã tùm ab hæredibus probata, & ſimiliter ſecundùm veriorem, & receptiorem ſententiam teſtamentum non valebit.contra Ange.Iaſ.& ſequaces.

Quid ſi fecit teſtamentum, vel codicillum,in quo minus legitima portione filio ingrato reliquit, reliquumq́ue hæreditatis diſtribuit, an poterit petere ſupplementum ſecundùm ius nouum? vel olim an poſſet querelare, quaſi pater indignationẽ, & iniuriam remiſiſſe videatur, ex quo ei aliquid reliquit,vnde quaſi iniuria per remiſsionẽ ſublata ſit,perinde ac ſi facta nunquã fuiſſet? Reſpon.nõ poterit.per.l.omnimodò.C.de inoffi.teſta.nam nõ ex toto,ſed vſq; ad relictum tantùm iniuria miſſa videtur. Quòd ſi teſtamentum ſit deſtitutum, teneo veniẽtes ab inteſtato nõ aliter poſſe filium excludere,quàm ſi ei dederint, quod teſtamento ſibi relictum fuerat.

Sed certè ſi is filius aliquid à patre recepit in teſtamento, tunc ſiue à patre fuerit

180 inſtitutus,ſiue exhæredatus,ſiue præteritus poteſt agere ad ſupplementum, niſi cauſa ingratitudinis & à patre expreſſa, & ab hærede ꝓbata fuerit. vt eſt vera, & cõmunis opin.per tex.hîc.vbi eſt tex. elegans.Quòd ſi filio quantũcũq; ingrato aliquid,minus tamen legitima portione reliqui, tunc is filius ad ſupplementũ agere poterit.Intellige tripliciter.Primò, quando filius fuit in minore portione,q̃ legitima inſtitutus.vt hîc in verb.in hæreditate. Secundò,etiã ſi ſit pręteritus,id eſt, neq; inſtitutus, neq; nominatim exhæredatus,qui pręteritus dicitur.vt in.§. eadem.Inſti.de hęr.ab inteſt.l.fin.vbi Iaſ. nu.5.C.de contratab.l.ita tamẽ.§.ſi quis. ff.ad Trebel.Ergo etiam ſi ſit præteritus, agitur ad ſupplementum, ſi quid minus tamen legitima iure legati accepit.vt hîc in verb. vel legato,vel fideicom. Tertiò, etiam ſi ſit exhęredatus. vt ibid. in verb. vel exhæredatione, vel alia eorum mentione facta. Quod verum, quando is filius non fuit ingratus à patre appellatus: quòd ſi fuiſſet, ad ſupplementum legitimæ agere non poſſet, ſi tamen legitimã ingratitudinis cauſam hæredes probaſſent.vt ibid. idq́; ſiue inſtitutus eſſet,ſiue præteritus, ſiue exhæredatus. Nam in omnibus his caſibus potuit teſtator dicere, Filium, quia extitit mihi ingratus, in hac paruula portione inſtituo, vel exhæredo,vel prætereo.iubens, vt tali legato ſit contentus, nec tunc aget ad ſupplemẽtum,licèt agere poſſet, ſi nominatim à patre ingratus non eſſet appellatus, licèt reuera ingratus exiſteret.vt ibid. Verùm ſola exhęredatio, cùm aliquid relictum fuit, non impedit ſupplementum legitimę.per tex.in.l.fi.verſic.& ſi ſecundùm.C.de lib.pręt.vt diximus. Quod intelligo,etiam ſi hęredes iuſtam exhęredationis cauſam probaſſent.

*Legitimæ ſupplemẽtũ petit etiã exhæredatus, niſi & plus petere expreſsim uetitus ſit, & iuſta cauſa exhæredationis ꝓbata fuerit.*

181 Ergo cùm quęritur, an ingratitudo filij remoueat eum à ſucceſsione patris, ex ſuperioribus fac regulam negatiuam,ꝙ eum non excludit.

*Ingratitudo nõ excludit à ſucceſſione.*



181 Hæc concluſio intelligitur multipliciter. Primò,quòd non excluditur, quando habet expreſſam voluntatem teſtatoris,quale eſt, cùm ab eo fuit hæres ſcriptus. ita procedit noſtra. l.omnimodò. verſi.cùm eos.& verſi. nam ſi nullam.& d.l.ſi quis filium.hoc tit.& authen. vt cũ de appel.cogn.§. aliud quoq;. expreſsiùs in.l.filio quem. ff.de libe.& poſthu. &.l. non putauit.§. ſi quis emãcipatum. ff.de contratab. Ratio, quia iniuriam,vel offenſam à filio acceptam per hoc pater remiſiſſe videtur, quæ quidem iniuria facilè omitti,& aboleri ſolet.§.fi.Inſti.de iniur.Bar.not.in.l.3.§.fi.ff.de adim.leg.

*Ampliat.1.*

182 Secundò intellige, quando filius non expreſſam,ſed tantùm tacitam voluntatem teſtatoris habet, quale eſt, cùm paterfa. nullum omnino teſtamentum fecit, tũc enim legitimos hæredes ad ſuam ſucceſsionem inuitaſſe videtur, eò quòd hæreditatem ſuam,quam eis adimere potuit,non ademit. arg.l.cõficiuntur. ff.de iure codicil.l.1.§.pen.ff.de leg.3.Ita in ſpecie probat tex.hîc.& tex.in.d.l.ſi cognatis. de rebus dub.ff.l.fi.C.de ſecun.nupt. & ita procedit cõmunis opinio, de qua ſuprà.

*Amplia.2.*

183 Tertiò intellige, etiam ſi is ingratus filius non fuerit inuitatus ad hęreditatem patris expreſsim, vel tacitè, vt in ſuperioribus exemplis,ſed potiùs tacitè per eum fuerit à ſua ſucceſsione remotus, quale eſt, cùm ſimpliciter præteritus fuit in teſtamento, tunc enim tacitè remotus ab eius ſucceſsione videtur. vt in.l.ſi cùm vel in vtero.in fi. C.de teſtam.mil.& nihilominùs is filius,qui eſt in patris poteſtate, ad eius ſucceſsionem admittitur. vt in prin.Inſtit.de exhær.liber.l.inter cętera.ff.de lib.& poſthu.§. aliud quoq;. in authen. vt cùm de appel.cogn.& dict.l. omnimodò. &.d.communis opinio.

*Amplia.3.*

184 Quartò intellige, etiam ſi expreſsim à ſucceſsione patris fuerit remotus per ſui exhæredationem, ſi tamen in tali exhæredatione non fuit cauſa inſerta. vt probatur in.d.§.aliud quoq;. & in.§. ſiue igitur. in authent. vt cùm de appella.cogn. Nec enim hoc caſu ingratitudo ab hæredibus probata, quicquam filio noceret. vt in dict.l.omnimodò.verſi.cùm eos.& verſi.nam ſi nullam. &.d.§.aliud quoq;. &.d.§. ſiue igitur. & tenet in.d.l.ĩ arenã. Iaſ. idem Iaſ.& Bart.Bald.Ange.Paul.& Guilielm.in.l.fratres.hoc tit.Curtius iuni.in authen.non licet.C.de liber.præte. Eſtq́; communis opinio contra Iaſo.ſibi contrarium in.d.authen.non licet.& Ange.& glo.in authen.de nupt.§.ingratitudinem.

*Amplia.4.*

185 Quintò intellige, etiam ſi filius contra ſe haberet & expreſſam patris voluntatẽ,& legitima ingratitudinis cauſa à patre expreſſa in teſtamẽto eſſet,quale eſt, cùm paterfam.dixit ſe filium præterire, quia eum verberauerat. vt probat tex.in l.3.§.ſi emancipatus.ff.de contratab.ſecũdùm quòd eum tex. contra magis communẽ opinionẽ ſuprà induximus. quia pater minùs ritè eum voluit excludere à ſua ſucceſsione.Quod non firmo.

*Amplia.5.*

186 Sextò intellige,etiam ſi filius exhæredatus eſſet, expreſſa iuſta cauſa,ſi tamen exhæredatio fuit conditionalis.vt.ff.de lib. & poſthu.l.3.§.purè.&.l.ſub conditione. ff.de bon.poſſ.contratab.

*Amplia.6.*

187 Septimò intellige,etiam ſi exhęredatio ritè,& rectè facta eſſet, ſi tamen hęres hęreditatẽ repudiauit. text.not.in.l.filium. §.ſed cùm exhęredatio.ff.de bo.poſſ.contratab.

*Amplia.7.*

188 Octauò intellige,vt filius per ſui ingratitudinem, expreſſamq́; exhęredationẽ non remoueatur à ſucceſsione patris per mediam perſonam filij ſui, qui teſtatoris nepos eſt, veluti ſi paterfa. filium exhęredauit ritè,& rectè,nepotemq́; ex eo hęredem ſcripſit,tunc enim is filius non excluditur, nec priuatur à ſucceſsione patris,quam acquirit ex perſona nepotis hęredis

*Declar.8.*

hæredis ſcripti.tex.vni.in.l.qui in aliena.
§.interdum.ff.de acq.hær.

189 Nonò,idem intelligo, quādo filius ex-
*Declar.9.* hæredatus acquireret hæreditatē per me
diam perſonam ſerui ſui, qui à patre hæ-
res ſcriptus eſſet.arg.l.placet.ff.de acqui.
hær.facit.l.3.§.1.ff.de leg.præſt.

190 Decimò intellige,quòd filius ritè,& re
*Declar.10.* ctè exhæredatus nunquam excluditur
à ſupplemento legitimæ, niſi præter ex-
hæredationem expreſsim fuerit ingra-
tus à patre appellatus, & ab hærede pro-
batus.vt in.d.l.omnimodò.vbi dixi latè,
& ſuprà tetigi.

191 Vndecimò intellige,quādo filius ingra
*Declar.11.* tus fuit cum patre reconciliatus. vt tenēt
Iaſ.hîc.Bar.in.l.3.§.fi. ff.de adim.leg.cum
quo eſt communis opinio.vt per Imolā,
Cuma.Aretin.Alexan.& Iaſ.col.2.in.l.fi-
lio quem pater.ff.de lib.& poſthum. per
tex.ibi.Emanuel.in.l.Gallus.§. & quid ſi
tantùm. pagi.132.num.180. ff.de liber.&
poſthu.Ripa.in.l.fi.C.de reuoc.donat.q.
61.Curti.iuni.in.l.fi. C.de pact.nu.32. Iaſ.
num.13.in authen.nō licet. C.de lib.præ
ter.Bal.conſi.112.nu.fi.lib.5.

Hæc quo ad ingratitudinem, cęterùm
de turpitudine,dic vt in ſuperioribus.

192 Hæc,quando filius cauſa expreſſa præ-
teritus fuit,cæterùm videndū eſt,quādo
cauſa expreſſa pręteritus videatur. Nam
ſi teſtator dixit,Filium prætereo,quoniā
me verberauit.tunc non tam pręteritus,
quàm exhæredatus videtur.vt tenēt Are
ti.in.l. Gallus.§.& quid ſi tantùm.nu.20.
ff.de libe.& poſthu.vbi egregius Acoſta
pag.128.nu.165.vbi Crottus nu.52.per.l.3.
C.de libe.præte.Expreſsiùs in.l.qui vole-
bat.ff.de hęre.inſt.per quem text. tenent
ibi glo.Bar.& Imol. quòd ſi pater expreſ
ſit, vt filia cum dote recepta eſſet tacita,
& contenta, nec plus peteret, tunc vir-
tualiter,ritè,& formaliter eā videtur ex-
hęredaſſe. optimus tex.in.l.ſi cùm vel in
vtero.in fi. C.de teſtam.mili.& in.l.ſicut
certi.ibi,adéptam. eod.tit. Optimus tex.
in.l.fi.C.de hęre.inſt.Nam inſtitutio hę-
redis coniecturis fieri non poteſt,ſed per
ſtatutam formam verborum.l.iubemus.
C.de teſtam. & tamen ibi dubia illa inſti
tutio ſuſtinetur.Sic & in propoſito in ex
hęredatione.Ad idem.l.certum.ff.ſi cer-
tum petatur.

*Exhæredatio inducitur per hæc uerba, Filiū prætereo, q̄a me uerberauit. cū communi.*

Quòd ſi dixit teſtator, Filio decem le-
go, quoniam me verberauit. tūc omnes
admittunt,ſecundùm Acoſtā, vbi ſuprà.
filium præteritum tantùm,nō etiam ex-
hæredatū videri. Bar.in.l.1.in fi. ff.ſi quis
à paren. fuerit manu. Alberic. nume.26.
Sali.nu.6.in.d.authen.ex cauſa.Eſt enim
longa differentia inter hūc caſum, & ſu-
periorem: quia ſuperiore caſu, certo iudí
cio excluſus fuit,dum dixit,Filium præ-
tereo,quia me verberauit. nec aliud deſi
derari videtur. vt in.l.ſub conditione.ff.
de cōtratab. Quia in exhæredatione nul
la certa forma, aut conceptio verborum
deſideratur, niſi quòd fiat verbis ſpecifi-
ca mentio filij, vt ſic appareat eum non
fuiſſe ſilentio prætermiſſum à teſtatore,
qui turbatus præſumitur mortis cogita-
tione.l.hac cōſultiſsima.§.at cùm huma-
na.C.qui teſtam.fac.poſ.authen.de trien
te & ſemiſ.§.illud.ita in ſpecie probat.l.3.
C.de lib.præte.l.1. ff.de lib.& poſthu.l.2.
eod.tit.& .§.nominatim.Inſti.de exhære.
libe.At ſi dixi,Filio centū relinquo,quia
me verberauit. hæc verba nō tā ſapiunt
vindictam, q̄ iniuriæ remiſsionem.

193 Adde,quod Alciat.in.l.fi. C.de pact.in
glo.adhuc ſuperſtite.tenet,quòd ex ſim-
plici reconciliatione non videtur remiſ-
ſa iniuria, propter quam filius exhæreda
tus fuit, & conſequenter non ceſſat vir-
tus exhæredationis:quo fit,vt is filius ne
queat ampliùs querelare,ſi iuſtè fuit ex-
hæredatus. Tene cōtrarium. Primò per
§.fi.Inſti.de iniur. Secundò, per.l.3.§.fi.cū
l.ſeq.de adim.leg. Tertiò,per.l.in ipſius.
C.fami.herc. Quartò,quia per ingratitu
dinem etiam ſecuta exhæredatione non
amiſit filius ius ſuccedēdi,cùm poſsit po
ſtea

*Exhæredationis cauſa eneruatur per ſimplicem reconciliationē. contra Alciat. ex mēte cōmunis opin.*



ſtea pater ex pœnitētia mutato teſtamē-
to eum inſtituere. vt.l.his verbis.§.1.ff.de
hęre.inſti. Ergo remiſſa per recōciliatio
nē,(vt probāt dictę leges)ingratitudinis
iniuria, remanet exhæredatio iniuſta, &
ſine cauſa, quia prima cauſa redacta eſt
ad non cauſam, & conſequenter poterit
querelare.Facit.l.ſi poſthumus.§.fi.de li-
be.& poſth. ff.l.1.§. idem ait. de ventre in
poſſ. mit. Nam fateor exhæredationem
ipſo iure non infirmari ex defectu pote-
ſtatis.vt docent Iaſ.col.1. &.2.& Areti.in
l.filio quem.ff.de lib.& poſth.

Deniq; contra Alciat.eſt vera, & com-
munis opinio, quam tenent in.d.l.in are
nam.Iaſ.& Bar.in.l.3.§.fi.de adim.legatis.
ff.cum concordan. quas ſuprà proximè
dedi. Quinimò non ſolùm virtus ipſius
exhæredationis eneruatur, extenuatur,
& debilitatur per talem reconciliationē,
vt dictum eſt, ſed etiam ipſa exhæreda-
tio tollitur ipſo iure, ſecundùm Barto.&
alios, vbi ſuprà. De cuius rei veritate ili-
cò videbimus.

194 Sed quid ſi expreſsim pater filio remi-
ſit ingratitudinem? Et tunc Alciatus be-
ne fatetur exhæredationem eneruatam,
vt licèt initiò iuſta interfuerit cauſa, ea
iam videatur abolita, & redacta ad non
cauſam.quod ex legibus ſuprà alleg. pla
nè probatur. licèt Picus tenuerit contrà
in.d.l.fi.C.de pact.cuius opinio nullo co
lore defendi poteſt. Conſtat enim, quòd
exhæredatio fit, vel fieri permittitur nul
la alia ratione, niſi vt iuſta patrisfa.offen
ſa, iniuriáue accepta debitè puniatur. vt
in.§.aliud quoq;. & in.§.cauſas. in authē.
vt cùm de appell.cogn. & in.l.cùm ratio.
ff.de bon.damnatorum. & in.l.1.&.2. &
3.&.4.ff. iſto tit.in.l.ſi quis in ſuo.§.legis.
infrà iſto titu.in.l.3.§.ſi emancipatus.1.ff.
de bon.poſ.contratab. Hæc autem iniu-
ria, nō dubium eſt, quin facillimè per re-
conciliationem, vel etiam diſsimulatio-
nem tollatur.d.§.fi. Inſt.de iniur.etiam ſi
factum remiſsionis tacitum tantùm in-
teruenisſet.vt.d.l.filio quem. ff.de lib.&
poſthu.Ergo longè magis, ſi expreſſa in-
terfuit recōciliatio.Non obſtat, quòd fa-
ctum legitimè retractari non debeat, li-
cèt caſus poſtea euenerit, à quo incipere
nō potuit.vt in.c.factum legitimè.de re-
gu.iur.in.6.Nam illud, quādo actus erat
iam perfectus,& conſummatus, ſuumq́;
effectum ſortitus: ſecùs, ſi non erat, vt in
exhæredatione, quæ ſecundùm commu
nes opin.vltimam confirmationem non
recipit vſq; ad aditam hæreditatem.l.fi-
lium.§.ſed cùm exhæredatio. ff.de cōtra-
tab.&.ff.ad Sillania.l.ſi exhæredatus.

*Exhæredatio eneruatur offenſæ remiſsione. cum Alcia. & communi. cōtra Picum.*

195 Sed quid ſi pater filium exhæredauit,
deinde emancipauit, & rurſus eū adopta
uit, an per adoptionem videatur iniuriā
exhæredationis remiſiſſe? Et Alci. ibid.
quòd non.per.d.l. filio. & Iaſ.col.1. &.2.
ibid.& Alexan.Areti. Paul.Cuma. Imol.
poſt Bal.& Ange.nec offendi contrà di-
196 centem. Mouentur omnes per.d.l.filio.
quam ita intellectam, vt ipſi intelligūt,
duriſsimam vocitat ibi Iaſ.col.2. in prin.
Teneo cōtrarium per tres leges ſuprà al-
leg.Nec obſtat.d.l.filio quē. nam ibi tra-
ditur exhæredationē filio nocere. Id in-
telligendum quo ad hunc effectum, ne
ipſe propter adoptionem quaſi agnaſcē-
do ipſo iure rumpat teſtamentum. Non
tamen impedit, quin ipſe poſsit querelā
proponere, perq́; eam teſtamentum re-
ſcindere. Et ſi excipiatur de iniuria per in
gratitudinem, replicabitur de remiſsio-
ne tacita. Et quòd ibi de nocumento ex-
hæredationis reuocabili quæreretur tan
tùm, an ſaltem ab initio mero iure noce
ret, patet: quia ibi teſtator videns filium
ingratum, & deperditum; exhæredauit
eum. Et quia fortè domi eum habere ſu-
ſpectum putabat.argum.§.pe.Inſt.quod
cum eo. etiam inuitum propter eandem
ingratitudinis cauſam emancipauit(po-
teſt enim paterfa. filium etiam inuitum
emancipare, propter eas cauſas, quæ præ
bent iuſtam exhęredandi occaſionem.l.
quidam

*Intel.l.filio quem. ff.de lib.& poſt.*

*Exhæredatio eneruatur per adoptionē filij poſtea factam. cōtra communē.*

quidam cùm filium.verſ.quare.vbi Bar. & Iaſ.nu.14.ff.de verb.oblig.)deinde eũdem filium volebat in domum reducere, atq; ſecum conciliare, pœnitens iam eum exhæredaſſe, quòd fortè ille emendatus fuerat, atq; ita eum rurſus adoptauit, dubitabat is filius, an præterita exhæredatio ſibi noceret, an verò per ipſam adoptionem, quaſi agnaſcendo rumperet patris teſtamẽtum. quod videbatur. arg.l.poſthumorũ. ff.de iniu.rup.§.poſthumorum.Inſti.eod. Reſpon.contrariũ per rationem, de qua ibi. non tamen ibi negatur, quin poſtea in querela propoſita victurus ſit, cùm ſibi fuerit iam iniuria remiſſa, nec enim id ibi explanatũ fuit. Primò, q̃a aliud principaliter agebatur. Secundò, quia ea inſpectio non pertinebat ad illũ tit.de lib.& poſth.ſed ad tit.de inof.teſta. nam ad tit.de lib. & poſth.ſolùm ſpectabat tractare, an ipſo iure teſtamentũ quaſi poſthumi agnatione rũperetur.Quo fit, vt cõſultus de exitu querelæ, nil dicendo, diminutus non fuerit. Simil.in.l.ex tribus.C.de inoffic.Simil.in.l. humanitatis.C.de impub.Simi.in.l.ſi nõ mortis.ff.de inof.teſta.Simil.in.l.non putauit.§.ſi quis ſua manu. de bo.poſ. contratab.ff.Et quòd ea fuerit mens illius legis, patet.Primò, per rationem ſuperiorẽ. argu.l.Imperatores.ff.de in diem adiect. Secundò patet ibi, ne imagine, &c. quæ ratio planè ad effectum adoptionis refertur.Tertiò ibi, nõ trãſlatus, ſed redditus. Cuius ſenſus eſt, quòd ſi in extraneũ reuera fuerat trãſlatus, & per hoc non idẽ homo reddit⁹ videretur, ſed alius denuò agnatus, tunc ſtatim rumperet ipſo iure: ſed quia idem homo redditus videtur, non magis rumpit, quàm ſi nec emancipatio, nec adoptio factæ fuiſſent. Hæc ergo ratio ſimpliciter rupturam teſtamenti reſpicit, non exitum querelæ. Idẽ quarto loco probatur ibid. ibi, nec multum, &c. nam & id pertinet ad rupturam teſtamenti. Sed dicet quis, ſecundùm hoc non verificabitur text. dicens nõ nocere filio exhęredationem, cùm leue ſit nocumentum, ex quo non poteſt non vincere in querela. Reſpon.adhuc nocet. Primò, quia ſi moriatur ante aditam hæreditatem, non tranſmittebat, inſpecto illo iure.l.4.vel.5. C.de inoffi.teſtam.nec poterat proponere querelam ante aditam. l.ſcimus.§.illud.de inoffi.teſtam.C.l.Papinianus.§.ſed ſi conditioni.ff.eod.Secũdò, quia etiam ſi ante aditam vellet præparare, non poterat. vt dict. legib. vnde interim moriens nil tranſmittebat.l.ſi q̃s filium.C.de inof.teſtam. Tertiò, quia hæreditas iure ſuitatis non trãſmittebatur. Quartò, quia deniq; non poterat non eſſe lis cum hærede, ergo, &c.l.quia poterat.ff.ad Trebellia.& dubius eſt euentus litis. Et quod ibi aiunt Paul. Areti. & Iaſ. nu.5. ſcilicet, quòd pater non videtur elegiſſe viam, per quam eius teſtamentum euertatur.l.3.de milit.teſtam.reſpond.incertis nõ eſſe locum coniecturis.Pręterea fateor, quòd nõ adoptauit, vt teſtamẽtum ſubuerteret, ſed vt filium iam quaſi perditum recuperaret, tamen illinc incidenter reſultat teſtamenti expugnatio, non ipſo iure, & in actu, ſed in potentia, quod abſurdum non eſt: quinimò benignè credendum, id patrem voluiſſe, qui credendus non eſt, filium quem reſtitutum ſibi volebat, paternaq́; pietate fouebat, velle ſucceſsione ſua alienũ eſſe.l.1. C.qui ante aper.l.cùm acutiſsimi.C.de fideicom. Adde Curti.iuni.nu.8.in authẽ. non licet.C.de lib.præt.qui reliquit cogitandũ ſuper intellectu.d.l.filio quem pater.qui, vt diximus, habet expeditiſsimũ, planum, lucidũ, perſpicuum, adde etiã ęquiſsimũ intellectum, & ſenſum. Nam cùm paterf.qui teſtamentũ fecit, deinde aliquẽ adoptauit, per talem adoptionem quaſi poſthumi agnatione rũpatur teſtamentũ.vt in.l.certũ. ff.ſi cert.pet. non ſecùs, quàm ſi verus poſthumus præteritus naſceretur, vt ibi.videbatur, quod in dict.



dict.l.filio. ſimul ac filius exhæredatus, & emãcipatus iterum poſt factum teſtamentum readoptatus eſt, rumperet teſtamentum, cùm extraneus etiam adoptatus illud rumperet, idq́; ibi negatur per rationem, de qua ibi. Sed licèt teſtamentum non rumpatur ipſo iure, non tamẽ negatur, quin per talem adoptionem inducatur reconciliatio, & per reconciliationem inducatur offenſæ remiſsio, & per offenſæ remiſsionem, exhæredationis eneruatio, quæ iuſtam reddit querelam inofficioſi teſtamenti.

*Ciuitas bannita, ſi in gratiam domini recepta ſit, bannum ceſſat. cũ cõmuni.*

197 Adde, ꝙ opinio noſtra cõfirmatur per doct. Iaſ. qui in.l.filio quem. colũ.2. poſt Alexã. & Areti.ibi.Paul.Cuma. & Imol. ait, ꝙ licèt ciuitas, quæ redijt ad obedientiam, non deſinat eſſe bannita ipſo iure: tamen ſi in gratiam domini recepta eſt, ſine dubio bannita eſſe deſinit, quaſi iniuria remiſſa ſit, &c. Nam & in ſpecie noſtra, ſimul ac filius in gratiam patris redierit (quod accidit, cùm ab eo voluntariè adoptatus eſt) ſtatim deſinit eſſe iniurius, exoſusq́; patri ſuo, non ſecùs, quàm ciuitas bannita, cùm redijt in gratiã domini, deſinit eſſe bannita, & inimica. Et cùm per hoc filius inimicus, & odioſus patri, inſpecta legis cenſura, eſſe deſierit, inde ſequitur remiſsio iniuriæ, & offenſæ: ex qua offenſæ remiſsione ſequitur exhæredationis eneruatio, & iniuſtitia, quaſi iuſta cauſa exhæredationis, quę ab initio interfuit, redacta ſit ad non cauſam. vt in.l.ſi fullo.ff.de condi.ſine cauſ. & proinde non noceat filio, non magis, quàm ſi ab initio nulla iuſta cauſa offenſæ, & exhæredationis interfuiſſet.

*Exhæredatio an eneruetur recõciliatione. noua opin. præter oẽs.*

198 Infero erraſſe Iaſ. qui in.d.l.filio. 2.col. ait veram non eſſe opinionem Bart. qui in.l.3.§.fina. in fi. ff.de adim.lega. tenuit, quòd ſi pater recõciliauit ſe cum filio exhæredato, per talem recõciliationem exhæredatio videtur adempta: nam ex ſuprà dictis ademptam videri patet. quod & ſentit Alciatus expreſsè, vbi ſuprà. & ipſe Bart.in.l.fina.C.de pactis.& eſt communis.vt per Iaſ.in.l.in arenam. C.de inoffici.teſtam. per ſuprà alleg.leges. Licèt Aretinus etiam in.d.l.filio quem pater. ſimiliter reprobet Bar.opinionem.

*Teſtamẽtũ licèt in ſui creatione requirat iuſtã cauſam exhæredationis, tamẽ in ſui cõſeruatione id non reqrit. noua opi.*

199 Sed cùm opinio Bart.in dict.l.3.§.fi.ff. de adim.leg.communis, & receptiſsima ſit, vt ſuprà docuimus, multisq́; probetur legibus, rationibusq́;, & multis ſimilibus iuris ſpeciebus, nec Iaſ.& Aretinus vllum pro ſe habeant fundamentũ præter dict.l.filio quem.quæ vt diximus cõtra Bart.ſententiam vrget, nihil ſupereſt, vt Bar.ſententia tenenda ſit. Licèt, ſi verum amamus, intelligemus harum opinionum neutrã ex toto veram eſſe, vtrãque autem aliqua ex parte ſaluari poſſe, quas ſic ad cõcordiam reducimus, vt opinio Bart.& communis, dum vult, quòd per recõciliationem exhæredatio videatur adempta, non procedat. Quia exhæredatio eſt caput, & fundamentum teſtamenti, nõ ſecùs, quàm inſtitutio: ideóque teſtamentum ab exhæredatione poteſt incipere, non ſecùs, quàm ab inſtitutione, licèt à legatis, & reliquis diſpoſitionibus incipere non poſsit.l.1. ff.de hæred. inſtit. iuncto.§.ante hæredis.Inſtitu. de lega. Ergo, vt inſtitutio hæredis nuda voluntate tolli non poteſt.§.ex eo.Inſtit. quibus mod.teſtam.infirm.ita quoque nuda voluntate exhęredatio tolli nõ poterit, præſertim cùm ea voluntas non ſit expreſſa, certa, & indubitata, ſed præſumpta.ergo per reconciliationem ipſa exhęredatio non tollitur de teſtamẽto. Et ita procedat opinio Iaſ.& Areti.licèt iniuſta reddatur, & ſine cauſa: & ita procedat opinio communis. Eſtq́; nouiſsima, & inaudita concordia.

Cõfirmatur, quia exhęredatio quaſi ſit caput teſtamenti, eiusq́; fundamentum, non ſecùs, quàm hæredis inſtitutio, regulariter codicillis fieri non poteſt, nõ magis, quàm ipſamet hęredis inſtitutio.tex. in.§.pe.Inſt.de codi.& diximus plenè.s̃.

Qua ratione talis exhæredatio teſtamento ſcripta codicillis ſimiliter adimi non poſſet, quia de datione ad adéptionem bonum eſt regulariter argumentum.l.quidam referunt. ff.de adim.lega.l.1.§.pe.ff.de lega.3. Vnde fit, vt etiam per expreſſam teſtatoris voluntatem talis exhæredatio codicillis adimi nō poſsit, nō magis, quàm tolleretur hæredis inſtitutio. Confirmatur per ea, quæ plenè, & ſignanter diſſeruimus ſuprà. Ergo qua ratione exhæredatio ſemel teſtamēto ſcripta adimi expreſsim non poſſet, niſi per aliud teſtamentum: ita & multò minùs ipſo iure adimi non poterit per tacitam voluntatem, licèt eneruari poſsit, & iniuſta reddi.

200 *Intell.§.aliud quoq; in authē.ut cùm de appel.cogn.* Infero nouiſsimum intellectum, & declarationē neceſsariam ad.d.§.aliud quoque.vt licèt ab initio iniuſta cauſa exhæredationis iure nouo vitiet teſtamētum, tamen ſi ab initio fuit iuſta, licèt ex pòſt facto iniuſta eſſe incipiat, teſtamentum non vitiabitur ipſo iure.

201 *Exhæredatio utcunq; uelit teſtator eam reuocare, nō poteſt.contra Iaſ. niſi fiat aliud teſtamētum.* Infero erraſſe eundem Iaſ. in .d.l. filio. dum tenet, quòd ſi pater videretur reuocaſſe exhæredationem, tunc teſtamentū infirmaretur ipſo iure. idq́; tenet num.5. ſed eſt falſum. Nam licèt adſit voluntas, deeſt poteſtas reuocandi ipſo iure. vt per eundem ibid.col.2.poſt Areti. Itaq; ſi rectè intelligis, non inconuenit, quòd paterf. ſimul ac cum filio in gratiam redijt, videatur reuocaſſe exhæredationem, id eſt, reuocare voluiſſe, remiſiſſeq́; iniuriā, & offenſam. Sed licèt huius fuerit voluntatis, ei tamen defuit poteſtas, vt exhæredatio ipſo iure tolleretur. Quinimò exhæredatio etiam per expreſſam voluntatem in codicillis, neq; fieri poſſet, neque adimi. vt in.§.pe.Inſti.de codicil.& in.l.2. C.eod.tit. Itaq; licèt agnoſcamus, quòd per talem reconciliationem pater voluit abolere exhæredationem, tamen cùm id ipſo iure efficere non potuerit, eius tamē voluntas in hoc proderit, vt talis exhæredatio iniuſta reddatur: quia vt iniuſta eſſet, ſi nulla iniuria vnquā reuera interfuiſſet: ita quoq; iniuſta redditur, cùm iniuria, quæ interfuit, ex toto effugit, euanuit, euaſit, abolita eſt. Et vid. Alci.in.l.fi. in glo.adhuc.C.de pact.& Ripam in.l.fi. C.de reuoc.dona.q.61. qui ſunt eiuſdem opinionis, & erroris, cuius fuit Iaſ. Facit pro nobis.l.1. ff.de hære.inſti.l.ſi fullo.ff. de condi.ſine cauſ.& quæ plenè diximus ſuprà.

Ex quibus accipies verā, certam, & nouam declarationem ad illam communē opinionē Bar. qui in.l.3.§.fi. de adim.leg. tenuit per reconciliationē, exhæredationem filij ademptam videri, vt intelligendum ſit, ademptam videri ope exceptionis, nō ademptam reuera, ipſoq́; iure eſſe, quod expreſsiſsimū in.d.l.filio quem. Nec enim ea diſpoſitio, quæ alibi fieri non poteſt, quàm in teſtamento (qualis eſt exhæredatio. vt.§.fi. Inſtit.de codicil. l.non codicillum.C.de teſtam.) alibi adimi ipſo iure poteſt, quàm in teſtamento. arg.d.§.fi.&.l.quidam referunt.ff.de iure codicil.expreſsiùs in.l.3.§.fin.ff.de adim. leg.iuncto.§.præterea. Inſtit.de fidei.hæred. & in hoc conſiſtit virtus dict.l.filio. Nam ſiue quæras, an exhæredatio tollatur ipſo iure ex vi remiſsionis, id negatur ex defectu potentiæ.§.ex eo. Inſtit.quib. mod.teſtam.infir. ſiue quæras, an tollatur ipſo iure ex vi præteritionis, quaſi adoptatus nou⁹ filius intelligatur, qui poſt quàm adoptatus fuit, nec fuit inſtitutus, nec exhęredatus, id ſimiliter abnegatur, quòd non videatur nouus homo ex dictis ſuprà. & vid. Ripam in.l.fi. quæſtione.61. C. de reuoc.donatio. & Emanuelem de Acoſta in.l.Gallus.§.& quid ſi tātùm. ff.de libe.& poſthum.pagi.132. nume.180.

202 *Militia quid dicatur.*
203 *Legitimæ imputatur officium emptum ex pecunia patris, tribus modis. cum communi.*
204 *Legitimæ non imputantur libri à patre filio donati multis modis. Et procedit in ſeptem caſibus, qui omnes ſunt communiter recepti.*





205 *Declaratio.1.*
206 *Declaratio.2.*
207 *Declaratio.3.*
208 *Declaratio. 4.*
209 *Declaratio.5.*
210 *Declaratio. 6.*
211 *Declaratio.7.*
212 *Libri à patre filio donati regulariter in legitimam non imputantur. contra communem.*
213 *Legitimæ nō imputantur libri, ſi ſimpliciter traditi eſſent à patre filio. cum communi.*
214 *Legitimæ non imputantur expenſæ à patre factæ in filij doctoratu. cum communi. contra* Ruinum.
215 *Legitimæ non imputantur equi, & arma. cum communi.*
216 *Legitimæ non imputantur expenſæ factæ in ſacerdotium, neq; in ſalarium aduocandi. cum communi.*
217 *Salarium pecunia patris filio quæſitum non imputatur in eius legitimam. cum communi.*
218 *Legitimæ imputatur ſcriptoria apoſtolica. cum communi. contra* Nicol.
219 *Legitimæ imputatur, quod paterfam. filio erogauit in ſcriptorijs publicis emendis. cum cōmuni.*
220 *Legitimæ an imputetur, quod pater pro filio damnato ex maleficio ſoluit.*
221 *Legitimæ imputatur ſolutū à patre pro filij cōdemnatione. cum communi. contra alteram communem.*
222 *Intellect.l.quæ pater.ff.fami.her.*
222 *Legitimæ imputatur dos, & donatio propter nuptias.*
223 *Legitimæ filij imputatur, quod pro eius condemnatione pater ſoluit, coactus ſtatuto, uel fideiuſsione. cum communi.*
224 *Legitimæ non imputatur ſolutum à patre pro filij maleficio, ſuo conſenſu facto.*
225 *Legitimæ patris imputatur, quod pro eius delicto filius ſoluit. noua opinio.*
226 *Legitimæ fratris imputatur, quod frater pro eius delicto ſoluit. noua opinio.*
227 *Idem in legitima adoptiuorum. noua opinio.*
228 *Idem in quarta, quæ arrogato debetur. noua opinio.*
229 *Idem in legitima patronorum. noua opinio.*
230 *Legitimæ imputari puto, quæ debētur patri emācipatori, & econtrà filio emancipato. noua opinio.*
231 *Legitimæ an imputentur fructus.*
232 *Legitimæ non imputatur, quod, ut eſt æs alienum capitur. cum communi.*
233 *Legitimæ nō imputatur quæſitum ex pactis dotalibus. cum* Ripa, *&* Coraſi.
234 *Legitimæ an, & quando feudum imputetur, quòd regulariter imputetur. cum communi.*
235 *Legitimæ imputatur feudum patri meo pro ſe, & liberis eius conceſſum. cum* Paul. *&* Salice. *contra* Ange. Bal. Cumanum, *&* Paul.
236 *Legitimæ imputatur feudum quali quali patris opera quæſitum. cum* Paul. Salice.
237 *Maioratus quando in legitimam imputatur. noua opinio.*
238 *Legitimæ, an, & quando lucrum factum ex pecunia patris imputetur. cum communi.*
239 *Legitimæ ut imputetur quod datur à patre.*
240 *Legitimæ imputetur dos data iam nuptæ, & donatio propter nup.*
241 *Legitimæ non imputatur, quod capitur extra patrimonium patris. ſecundùm communem.*
242 *Legitimæ filij imputatur legatum rei alienæ. contra communem.* Idem *in inſtitutione facta in re aliena. contra communem.* Idem *in dote facta de re aliena. contra communem.* Idem *in donatione propter nupti. facta de re aliena. contra communem.*
243 *Legitimæ imputatur relictum in ultima uoluntate.*
244 *Legitimæ imputatur legatum cōditionale per remotionem conditionis. noua opinio.*
245 *Limita.l.quoniam.*
246 *Legitimæ filij imputatur, quod datur conditionis implendæ gratia. contra communem.*
247 *Limit.l.quoniam.*
248 *Intellectus.l.ſcimus.§.repletionem.C.de inoffi. teſtamen.*
249 *Legitimæ filij imputatur, quod capitur ab extraneo, conditionis implendæ cauſa. contra communem.*
250 *Legitimæ imputatur, quod inter uiuos ob cauſam datum eſt. cum communi.* Et *ſunt plures nouæ declarationes.*
251 *Legitimæ imputatur, quod dotis contemplatione, & loco datur. cum communi.*
252 *Donatio inter patrem & filiam dotis cauſa, uel earum rerum, quæ loco dotis, uel eius contemplatione fiunt, ualet. cum communi.*
253 *Legitimæ non imputatur ſimplex donatio, quæ ab initio ualuit, & ſic non habuit uim relicti. cum communi.*
254 *Legitimæ non imputatur ſimplex donatio, quæ initiò ualuit, licèt æquiualeat legitimæ. contra communem.*
255 *Legitimæ imputatur, quod ſimpliciter datum eſt, non expreſſo titulo donationis. cum communi.*
256 *Legitimæ an imputetur donatio remuneratoria.*

*ria.quòd non.cum communi.*
257 *Legitima filij non læditur ex confeſsione patris.*
258 *Legitimæ imputatur ſimplex donatio ex iuſſu donantis,cum quibuſdam declarationibus. cũ communi.*
259 *Legitimæ an imputetur donatio,quæ fit ex cauſa emancipationis,quòd non imputetur. cum communi.contra alteram communem.*
260 *Donatio ob cauſam dicitur, quæ fit ob cauſam neceſſariam.cum communi.*
261 *Donatio ſimplex,quæ morte confirmatur,an in legitimam imputetur.quòd non. cum communi.contra alteram magis communem.*
262 *Legitimæ an imputetur, quod in peculium conceditur,quòd ſic.cum communi.*
263 *Legitimæ ut aliquid imputetur, an requiratur filium eſſe inſtitutum.communis quòd ſic.*
264 *Legitimæ quid imputandum . Et inſtitutus ex integra legitima non tenetur imputare dotẽ, uel donati.propter nupt.in legitimam,ſed tenetur conferre.contra Picum.*
265 *Legitimæ imputatur dos.cum communi.*
266 *Legitimæ imputantur iocalia, quæ filiæ dantur cum nubit, ſi ſunt uirginibus non apta. cum communi.*
267 *Legitimæ imputatur donatio propter nuptias. cum communi.*
268 *Legitimæ ut imputetur donatio ob cauſam, & non ſimplex,quæ ſit ratio noua.*
269 *Altera noua ratio.*
270 *Legitimæ an imputetur,quod filio datur,ut inde emat officium unde uiuat. quòd ſic. cum communi.*
271 *Dos à filio matri data, imputatur in eius legitima.cum Pico.*
272 *Idem in dote ſororis.*
273 *Idem in donatione propter nup.data fratri.*
274 *Legitimæ nepotum an imputetur dos , uel donatio propter nupt.eorum parentibus data.*
275 *Legitimæ nepotum ut imputetur, quod filio datum fuit.*
276 *Neceſsitas , onúſue imputandi , an tranſeat ad hæredes.*
277 *Militis in teſtamẽto ceſſat legitimæ ſupplementum.*
278 *Militis teſtamento non oportet teſtes eſſe in cõſpectu teſtantis.*
279 *Nec quòd teſtes eſſent toti teſtamento præſentes.*
280 *Nec quòd teſtis uideat.*
281 *Nec quòd ijdem teſtes perceperint tenorem totius teſtamenti.*
282 *Nec quòd tabellio fuerit rogatus.*
283 *Poteſt ſcribi per notas.*
284 *Nec quòd nomen hæredis miles exprimat ore proprio.*
285 *De ead.re.*
286 *De ead.re.*
287 *De ead.re.*
288 *Militis in teſtamento non diſpenſatur cum ſolẽnitate uoluntatis.*
289 *Militia multiplex.*
290 *Hidalgus datiuè,non natiuè, an Commendatarius eſſe poſsit.quòd ſic.*
291 *AEquantur cùm ſcholares nobilibus,quid iuris quo ad priuilegia præterita, & futura.*
292 *Lex facere poteſt,ut unus homo alter homo uideatur,uel regenerari, aut renaſci uideatur.*
293 *Legitimati etiam in reſciſsione teſtamenti æquãtur legitimis.cum communi.*
294 *Principis uoluntas qualis uideatur in quæſtione propoſita.*
295 *Nobilitas an renuntiatione eneruetur.*
296 *Scholares, ſi pro ciuibus habentur, intelligitur in honoribus tantùm.cum communi.*
297 *Nobilis à Principe factus,etiam nobilis intelligitur ex mente communis opinionis.*
298 *Ciuis denuò factus,ita ut ſuæ ciuitatis ciuis eſſe deſinat,etiam in oneribus ciuis fit.cum communi.*
299 *Nobilis à Principe factus, gaudet priuilegijs poſtea nobilitati conceſsis.ex mente communis opinionis.*
300 *Ordo diui Georgij an exæquetur ordini Calatrauenſi.*
301 *Commendatarij Monteſa, an poſsint nubere ut Calatrauenſes.*
302 *AEquiparatio uniuerſalis trahitur etiã ad onera.cum communi.*
303 *Religionis tria ſubſtãtialia uota, ut poſsint per Papam modificari.*
304 *Papa laicum à iurisdictione Regis quando poſſit eximere.*
305 *Iurisdictionem mutare cuique licet.*
306 *Commẽdatarij à uectigalibus an ſint immunes.*
307 *Legitimæ imputatur, quod occaſione militiæ à patre emptæ filio acquiritur.noua opinio.*
308 *Occaſio quid.*
309 *Occaſionis deſcriptio.*
310 *Legis tranſgrediendæ occaſio.*
311 *Præſulum à Regum familiaritate ſeparandorum occaſio.*
312 *Epiſcopi regendæ Reipublicæ apti.*
313 *Grauis ſententia Cleonis.*
314 *Grauis Philoſophi ſententia.*
315 *Leges Hiſpanorum inconſultæ.*
316 *Leges Hiſpanæ inconſultæ.*
317 *Leges tueri nullius tam intereſt, quàm Regis.*
318 *Ingratitudinis in Reges occaſio.*





319 *Nouorum dogmatum occaſio.*
320 *Frugalitatis commendatio.*
321 *Animi medicandi modus.*
322 *Mediocritatis ſumma laus.*
323 *Peccandi occaſio ex principis prodigalitate.*
324 *Magiſtratus incuriæ occaſio.*
325 *Antiochi hiſtoria.*
326 *Principum hoſtes qui.*
327 *Princeps conſtans.*
328 *Tria hominum genera , qui citò Hiſpaniæ diteſcunt,fugienda.*
329 *Regiarum facultatum fraus turpiſsima.*
330 *Clericorum,& profanorum contraria uota.*
331 *Iudicum ſenatus olim aliter,quàm hodie.*
332 *Tyrannidis exemplum.*
333 *Imprudens Præſidentis conſilium.*
334 *Monachis humana interdicta.*
335 *Vox è cælo audita.*
336 *Rex legum authoritatem adimens , ſibi ipſi iniurius eſt.*
337 *Iudex nullus niſi iure peritus.*
338 *Epiſcopatibus aptiores iurisperiti, quàm Theologi.*
339 *Maieſtas,& otium non coëunt.*
340 *Principum à uitijs pellendorum ſuaſio non inelegans.*
341 *Principis fandi copia quibus.*
342 *Hiſpani imperij declinatio unde.*
343 *Monſtrum intellectuale.*
344 *Similitudo non inepta.*
345 *Regi Hiſpano conſilium non inſalubre.*

GL O.l.omnimodò.§.imputari.cui nil ferè viſum fuit addendum, habes, quid imputetur in legitimam cuiuſlibet,& quibus in rebus legitima aſſignetur per teſtatorem,& per.l.& per iudicem, & per partes. Et huius textus annotatio ſimiliter pertinet ad liberos, parentes,vel tranſuerſos ex minore portione,quàm legitima hæredes inſtitutos. Et eius verba ita habent.

Imputari verò filijs , alijsq́ue perſonis, quæ dudũ ad inofficioſi teſtamenti querelam vocabantur, in legitimam portionem & illa volumus, quæ occaſione militiæ ex pecunijs mortui,ijſdem perſonis acquiſitæ, poſſe lucrari eas, manifeſtum eſt: eò ꝙ talis ſit militia, vt vendatur, vel mortuo militante, certa pecunia ad eius hæredes perueniat, ita tamen, vt ille gradus eiuſdem militię inſpiciatur,quem in morte teſtatoris militãs obtinet, vt tanta ei pecunia in legitimã portionem cõputetur,quantam dari ſtatutum eſt, ſi in eo gradu mortuus eſſet is,qui militiã ex pecunijs teſtatoris adeptus eſt: exceptis ſolis viris ſpectabilibus ſilentiarijs ſacri noſtri Palatij,quibus præſtita iam ſpecialia beneficia,tam de alijs capitulis,quàm de pecunijs ſuper memorata militia à parẽtibus eorum, datíſue in legitimam portionem eis computentur,rata eſſe pręcipimus. In cæteris verò perſonis prædictã obſeruationem tenere volumus. D.Cal. Iun.Conſtantinop.Iuſtiniano.à.2.Con.

202 In hoc.§.imputari.ibi,militia hac in re. Militia dicitur quoddã officium, ſeu miniſterium, vnde reditus percipiuntur: dictum ex eo, ꝙ militet, & exerceat ſe quis in eo, vel ꝙ huiuſmodi officia ad milites præmiandos inuenta fuerunt. ſecũdùm Bal.Sali.& Iaſ.hîc. Ripa in.l.in quartam. nu.163.ff.ad leg.falcid.argu.l.Lucius.1.ff. de leg.2.l.patronus.in prin.l.his verbis.§. alumno.ff.de lega.3.l.fideicommiſſa.§.ſi ſeruo.ff.de leg.3. *Militia quid dicatur.*

203 Et ex iſto tex.nota,quòd filius tenetur in legitimam imputare officium emptũ ex pecunia patris.Iſta eſt vera, & cõmunis opinio,quam tenent hîc Odofre.Alberi.Iacob.Butrig. Guiliel.de Cuno.Ioã. Faber,Petrus de Bellaper.Cinus,Bal.Ange.Salice.Fulgo.Areti.& Iaſ.Bart.in.l.1.§. nec caſtrenſe.vbi omnes.ff.de collat.bonorum. Bar.in.l.in quartam.ff.ad leg.falcid.vbi latè per Ange.Imol. Alexan. Ripam,Paul. Picum, & Carol.Ruinum,& Fernandum Berengarium. *Legitimæ imputatur officiũ emptum ex pecunia patris, tribus modis.cum communi.*

Hæc concluſio ſecundùm eos intelligitur tripliciter,ſecundumq́; communem opinionem ſuprà relatam. Primò,quando tale officium erat vendibile,licèt non eſſet tranſmiſsibile ad hæredes.vt probatur hîc.ibi,eò quòd talis ſit militia,vt vẽ-

datur. Secundò intelligitur ſecũdùm cõmuniter doᷓto. ſuprà relatos, quando talis militia erat ad hæredes tranſmiſsibilis, licèt vendi non poſſet, ſecundùm doᷓto. communiter hîc per hũc tex. ibi, vel certa pecunia ad eius hæredes perueniat. Tertiò intelligitur ſecũdùm omnes doᷓtores ſupra relatos, quando talis militia & vendi poterat, & ad hæredes tranſmitti per hunc tex. Nam ſi harum qualitatũ alterutra ſufficit, vt talis militia in legitimam imputetur, longè faciliùs vtraque ſimul aſtringitur, nam ſub ſimplicibus comprehenditur caſus mixtus. l. 2. §. 1. cũ glo. vbi latè per Iaſ. & Alcia. poſt alios. ff. de verb. oblig. Quarto autem caſu, quando nec vendi, nec tranſmitti talis militia poterat, tunc ſecundùm omnes doᷓt. ſuprà relatos non imputatur in legitimam per hunc tex. à contrario ſenſu. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de colla. bonorũ. Varia exempla horũ quatuor caſuũ tradunt doᷓt. ſuprà relati, præſertim Bar. in. d. §. nec caſtrẽſe. Bal. Sali. & Paul. hîc. & Guili. de Cun.

204 Iuxta hoc quæritur, an libri, quos pater filio dedit, vt literis operam daret, in eius legitimam imputentur? Et communis opinio eſt, quòd non imputantur. ita ſentit Bar. in. l. 1. §. nec caſtrenſe. ff. de coll. bo. dum generaliter ait, quòd ſtudij cauſa data generaliter in legitimã non imputantur. Sentiunt hîc Ange. & Bald. nu. 7. & Salic. nu. 8. & Paul. Alexan. in diᷓt. l. in quartam. nu. 20. & 21. & 22. Decius in. l. ſi donatione. nu. 40. & 41. C. de collatio. Ripa in. d. l. in quartam. nu. 168. Coraſi. in. l. filium quem. nu. 92. C. fami. herciſc. & nu. 110. Ruinus tamen tenet contrariũ nu. 18. in. d. l. in quartam. glo. & doᷓt. in. l. filiæ cuius. C. fami. herc. glo. & doᷓt. in. l. quæ pater. ff. eod. tit. Oldral. Bal. Ang. Salic. & Paul. in. d. l. filiæ cuius. Latè per Iaſ. in. l. filiæ licèt. C. de collati. Latè per Deci. in. l. ſi donatione. vbi etiam Alex. C. eod. tit. & hanc eſſe communem opi. teſtãtur Alexã. in. d. l. ſi donatione. & Iaſ. in. d. l. filiæ licèt. & Ripa vbi ſuprà. cũ diſtinᷓtione tamen, de qua per Bar. vbi ſuprà.

*Legitimæ non imputãtur libri à patre filio donati multis modis. Et procedit in ſeptẽ caſibus, q oẽs ſunt cõmuniter recepti.*

205 Hęc concluſio, quòd libri à patre filio donati in legitimam eius non imputentur, intelligitur multipliciter. Primò, quando donati fuerunt filio emancipato. arg. d. l. quæ pater. ff. fam. her. cum gl. Ratio, quia tunc ab ipſo initio valuit donatio, nec eget mortis confirmatione, & conſequenter in legitimam non imputãtur. ita probat tex. in. l. ſi quando. §. & generaliter. infrà hoc tit. l. illud. C. de colla. & eſt cõmunis opi. vt per doᷓt. vbi ſuprà. *Declara. 1.*

206 Secundò intelligitur, quando pater tales libros donauit filio iam doᷓtori, quia is filius tales libros habet quaſi peculiũ quaſi caſtrenſe. arg. l. 1. §. nec caſtrenſe. ff. de collat. bon. iunᷓta. l. aduocati. C. de aduo. diu. iudi. & l. fi. infrà hoc tit. eſtq́; vera, & communis opinio ſecundùm doᷓto. ſuprà relatos. *Declara. 2.*

207 Tertiò intelligitur, quãdo tales libros pater donauit filio Licentiato, ſecũdùm Iaſ. in. d. l. filiæ licèt. ſentit Bart. in. d. §. nec caſtrenſe. dum loquitur tam de doᷓtore, quàm de aduocato. Sequitur Ripa vbi ſuprà. num. 170. *Declara. 3.*

208 Quartò intelligitur, quãdo donauit filio in ſacris cõſtituto, qui hac in re doᷓtori exęquatur, poteſtq́ue habere quaſi caſtrenſe peculium. argu. l. ſacroſanᷓtæ. authen. presbyteros. l. cum lege leonina. C. de epiſcop. & cleri. ſecundùm Iaſo. & Ripam vbi ſuprà. *Declar. 4.*

209 Quintò intelligitur ſecũdùm Iaſ. ibid. etiam in clerico primæ tonſuræ, qui ſecũdùm eũ poteſt habere peculiũ quaſi caſtrenſe, non ſecùs, quàm ſi eſſet in ſacris initiatus. quod & tenet Albe. in. d. l. ſi donatione. & Beltran. conſi. 201. in fi. quod tamẽ inpugnat Ripa vbi ſuprà. dic vt per eos, & per Dida. Couarru. in. c. quia nos. de teſtam. in prin. *Declara. 5.*

210 Sextò intelligitur, etiam ſi tales libros donaſſet filio laico, id eſt non ſcholari, ſi quidem pater iuramento firmauit donationem, quia tũc ſtatim ex vi iuramenti valet donatio, & conſequenter in legitimam non imputarentur. ſecundùm veram & communem op. de qua infrà. *Declar. 6.*



211 Septimò intelligitur, quando ſine iuramento donauit filio ſcholari nondum doᷓtori, aut licentiato, qui tamen poſtea viuo adhuc patre faᷓtus fuit doᷓtor, aut licentiatus: nam tunc iure quaſi caſtrenſis peculij eos libros habere incipit, & cõſequenter ceſſat imputatio. argumẽt. d. §. nec caſtrenſe. iunᷓta. l. ſiue emãcipatus. C. de donatio. & l. donationes. §. pater. ff. eod. Hæc eſt communis opi. ex mẽte doᷓto. vbi ſuprà. Et expreſsim hanc firmat eſſe communem opin. Ripa vbi ſuprà. & Alex. conſ. 142. Circa primum. colum. penultim. lib. 2. *Declara. 7.*

Hæ ſeptem concluſiones, quæ communiter receptæ ſunt, apud me ſunt indubitatæ: quia (vt inferiùs videbimus) ſimplex donatio inter patrem & filiũ in poteſtate licèt ab initio nõ valuerit, ſed morte tãtùm cõfirmata fuerit. iuxta. l. antep. C. de donat. inter vir. & vxo. non imputatur in legitimam filij, & conſequenter in caſibus ſuperioribus, vbi donatio ab initio valuit, res indubitata eſt.

212 Extra caſus ſuperiores donatio talium librorum, quia nec ab initio valeret, ſed morte tantùm confirmaretur, nec iure quaſi caſtrenſis peculij haberentur, imputarentur in legitimam. ſecundùm cõmunes op. vt per doᷓt. vbi ſuprà. Nos cõtrà, quia ſimplex donatio etiam morte confirmata, non imputatur in quartam.

*Libri à patre filio donati regulariter in legitimã non imputãtur. contra communem.*

213 Quid ſi tales libri non donati, ſed ſimpliciter à patre filio traditi eſſent? Et tũc ſecundùm Bar. & doᷓt. vbi ſuprà. regulariter in peculium conceſsi viderentur, & conſequenter imputarentur in eius legitimam. vt in. l. filium quem habentem. ſecundùm vnum intell. C. fami. herciſc. Fallit ſi filij nomine tales libri eſſent empti. vt in. l. filiæ cuius. C. famil. her. & eſt communis ſententia vbi ſuprà.

*Legitimæ imputãtur libri ſi ſimpliciter traditi eſſent à patre filio. cum cõi.*

214 Expenſæ autem faᷓtę à patre in doᷓtura, ſeu doᷓtoratu filij ſui, an imputentur in eius legitimam? Et doᷓtores communiter tenent quòd non: quia caſtrenſia, & quaſi caſtrenſia in legitimam non imputantur. vt in. l. 1. §. neque caſtrenſe. ff. de coll. bo. iũᷓta. l. fi. infrà hoc tit. & l. aduocati. cũ glo. C. de adu. diuer. iudi. ſed talis doᷓtura pro quaſi caſtrenſi peculio eſt. vt in. d. l. aduocati. cum gloſ. ergo nõ imputabitur in legitimam. Deinde, quia dignitas adepta patris pecunia, quæ nec vẽdi poteſt, nec ad hæredes tranſmitti, non imputatur in legitimam. vt hîc. & l. 1. §. ſed an id. ff. de coll. bo. ſed doᷓtura eſt dignitas huiuſmodi, ergo non imputabitur. Tertiò, quia ſecũdùm nos quælibet donatio ſimplex à patre filiof. faᷓta licèt ab initio non valeat, ſed firmetur morte, adhuc in legitimam nõ imputabitur. vt in. l. ſi quando. §. & generaliter. infrà eod. l. filiæ cuius. C. fam. her. Et quòd talis doᷓtura non imputetur, tenent Cora. in. l. filium quem. num. 110. C. fam. her. Ripa in. d. l. in quartam. nume. 166. & ibi Ruinus. nume. 18. tenet q imputentur. Sed communem op. negatiuam, vt non imputentur, tenet ibid Alexan. num. 21. & 22. Bar. in. d. §. nec caſtrenſe. Bal. Ang. Paul. & Salicet. num. 8. hîc.

*Legitimæ non imputantur expenſæ à patre factæ in filij doᷓtoratu. cum cõmuni cõtrà Rui.*

215 Sed an equi, & arma à patre filio dati, in legitimam imputẽtur? Et communis op. eſt quòd non imputentur. Ita tenent gloſ. & doᷓto. in. l. quæ pater. ff. fam. her. Ripa in. d. l. in quartam. nume. 167. vbi Sali. num. 8. ſentiunt Bald. & Angel. hîc. Quæ concluſio ſecundùm omnes indubitanter procederet, quando filio militi ad bellum pergenti data eſſent: quòd ſi filio pagano, tunc diſtinguendum eſſet vt in ſuperioribus membris.

*Legitimæ non imputãtur equi, et arma. cũ communi.*

116 Deniq; an expenſæ faᷓtæ à patre, vt filius nanciſceretur beneficium eccleſiaſticum, ſeu (vt reᷓtiùs loquar) ſacerdotium, ſint in legitimam imputandæ? Et communis & vera concluſio eſt, q non ſecun

*Legitimæ non imputãtur expenſæ factæ in ſacerdotiũ, neq; in ſalá*

*[...]rium aduocandi. cum communi.* ſecundùm Coraſi.num.92.in.d.l.filium quẽ.C.fam.hær.& Ripam.in.d.l.in quartam.num.166.vbi Alexã.num.22.cũ ſeq. Paulus hîc.Sali.Fulgoſ.Angel.Bal.Ioan. Faber.Cinus,Alberic.in fi. & Odofre. & Bart. etiam in.d.l.1.§. nec caſtrenſe. ff. de coll.bonorum.Beltrandus conſ.201.Cõſideratis.lib.1.

Ratio eſt, quia tale ſacerdotium habetur loco peculij quaſi caſtrenſis.l.ſacroſanctæ.C.de epiſ.& cler.& conſequenter in legitimam non imputatur.l.1.§.nec caſtrenſe.ff. de collatione bo. Secunda ratio, quia habetur loco dignitatis. vt in.l. ſuprà allegata. & cõſequenter ceſſat imputatio. argum.l.1.§.ſed an id.ff.de coll. bon.Tertia ratio, quia ſecundùm nos indiſtinctè donatio ſimplex etiam filiofa. facta à patre,non imputatur in legitimã. vt eſt text. expreſſus in.l. ſi quando.§.& generaliter. &.§.illud.infrà eod.q̃ quo infrà latiùs.& quia id nec vẽditur,nec trãſmittitur,ergo non imputatur,vt hîc.

217 Enimuerò ſi paterf. ſua pecunia, & expenſa filio ſalariun aduocãdi quæſiuit, ceſſat imputatio. ſecundùm communẽ & veram opi. quam tenent hîc Ioan.Faber,Cinus,Odofredus,& Alberic.hîc in fi. & Paulus, & Fulg.& Salicetus,& Angelus. quia tale ſalarium nec vendi poteſt,nec ad hæredes tranſmitti, & conſequenter ceſſat imputatio,vt hîc.Idem ergo ead.ratione in ſimilibus ſalarijs.

*Salarium pecunia patris filio quæſitũ,nõ imputatur in eius legitimam. cũ communi.*

218 Vnde inferri videtur, quòd ſcriptoria apoſtolica non imputetur in legitimam, quia nec tranſmittitur ad hæredes, nec vendi poteſt, niſi id à principe impetretur.quod reputatur impoſsibile.argum. l.apud Iulianum.§.conſtat. ff. de legat.1. & ita tenuit Nico.de Vbaldis. in tractat. de ſucceſ.abi.colũ.17. In contrarium eſt vera & communis opi.quam tenent hîc Paul. & Iaſ. & Ripa num.163.in dict.l.in quartam.

*Legitimæ imputatur ſcriptoria apoſtolica. cũ cõi contra Nicol.*

Ratio huius communis opinionis eſt, quia quæ pendent à ſola principis volũtate,vel alterius ſuperioris, non reputantur impoſsibilia,ſed facilia,& plana,quãdo ſunt concedi aſſueta. vt in. l. 1. §. permittitur.ff.de aqua quot.& æſti.l. quidã relegatus.ff.de reb.dub.l.intercidit.ff.de conditio. & demonſtratio. ſed reſignationes in tali ſcriptoria apoſtolica facillimè ſolent à Papa concedi, ergo perinde haberi debent, acſi vendi poſſent abſq; vlla Papæ conceſsione, quo caſu imputarentur,vt hîc.ergo.&c.

Vnde vtiliſsimè infertur ad rẽ quotidiè in praxi verſantem. Scis enim,quòd in omnibus populis, ciuitatibusq́; Hiſpaniarum eſt deputatus certus numerus tabellionum, quorum officia nec tranſmittũtur ad hæredes, nec vẽdi poſſunt liberè:ſed mos eſt inuiolabiliter obſeruatus, vt reſignationes, quas gratis, vel pretio huiuſmodi tabelliones de his officijs faciunt,ſeu de his militijs, confirmentur ab inuictiſsimo,pijſsimoq́; principe noſtro: an quod pater in tali militia filiof.emenda erogauit, id filio in legiti-
219 mã imputetur?Et teneo imputari: quia cùm huiuſmodi reſignationes facillimè quinimò indifferenter,ſemperq́; à principibus noſtris confirmentur, imputari debent,vt hîc,non ſecùs,quàm ſi liberè, & abſq; vlla principis conceſsione vendi poſſent.ſecundùm Paul.Iaſ.& Ripam vbi ſuprà.

*Legitimæ imputatur, quod pater fam. filio erogauit in ſcriptorijs publicis emendis. cũ communi.*

220 Quid autem, ſi pater ſoluit pro filij maleficio id,in quo filius condemnatus fuit, an id in legitimam filij imputetur? Et regulariter communis opin. eſt quòd non.Quam tenẽt Bart.in.l.Stichus.ff. de pecu.leg.cuius op. communis eſt ſecundùm Alexã.in.d.l.in quartam. ff.ad legẽ falcid.nume.23. de quo per Imolam ibi. qui Bar.opi.ſequi videtur, quia ſe remittit ad dicta per Bar.vbi ſuprà.& ſequitur Bal.hîc col.2.in fi.Bal.in authen.ex teſtamento.verſ.quintumdecimum capit.cũ ſeq.vbi etiam Romanus.C.de colla.Bal. in authen.contrarogatus. C.ad Trebel. & in

*Legitimæ an imputetur, q̃d pater pro filio dãnato ex maleficio ſoluit.*



& in authen.ſi captiui.C.de epiſ. & cleri. idem Bal.in.l.filiæ.col.pe.& in.l. certum. C.fami.her. & in additi.ad tract.Bart. de duobus fratri. & in. l. liber captus. C. de capt.& in. l. 1. in fi. C. ne filius pro patre. Imola in.c.lator.de pign.Romanus in.l. quæ dotis.ff.ſol.matrimonio.

221 Contrariam partem tenent quamplures, quos refert Fabianus in repetitione authen.nouiſsima.ſuprà eod. in.8. quæſtione.9.queſtionis principalis.num.89. qui hanc partem affirmatiuam ait eſſe communiter receptam, vt ſolutum à patre pro filij condemnatione, in eius legitimam ſit imputandum. Quam etiam op.ſequitur & dicit communem Franciſcus de Ripa præceptorum nulli ſecundus.in.d.l.in quartam. nu. 185. ff. ad leg. falci. Quam op.licèt ab ipſis parum viriliter defenſam, auſim tamen veriſsimam dicere.

*Legitimæ imputatur ſolutũ à patre pro filij condẽnatione.cum cõi contra alterã cõem.*

In primis pro hac parte eſt tex.hîc ſatis expreſſus. Nam ſi datum à patre filio ob cauſam militiæ emendæ computatur ei in legitimam, vt hîc,quantò magis computabitur,quod pro eius condemnatione exoluenda datur? Etenim quod à patre filio inter viuos datum eſt, quò magis eius filij vtilitatem reſpicit, eò magis in eius legitimam imputatur.argum.l.ſi non mortis.ff.hoc tit.l.ſcimus. in princi. infrà eod.l.quoniam nouella.ſuprà eod. & infrà dicemus ex profeſſo. ſed nullus ſanus negauit,quin longè magis filij vtilitatem reſpiciat,quod pro eius cõdẽnatione ſoluenda à patre datum eſt, quàm ſi datum foret pro eius militia emenda, ne illo caſu cogeretur luere in corpore, vel perpetuò carceribus detineri, vel à dulci patria profugum, exulemq́; mitti: præſertim cùm inſpecta legis cenſura, quęlibet pœna corporalis ſit omni pecunia maior.argu. l. in ſeruorum. cum ſua gloſ. ff. de pœnis. Deinde facit, quia datum ob cauſam,quò magis ea cauſa neceſſaria,& coacta eſt, eò magis in legitimã imputatur.vt tenent omnes per tex. ibi in.l.quoniam nouella.ſuprà eod.& latiùs infrà dicemus. ſed dubium non eſt, quin ipſe filius longè magis egeat pecunia ad condemnationem exoluendam, corpusq́; ſuum, caputq́; liberandum, q̃ egeat militia,vel donatione propter nuptias: vnde ſi acceptum militiæ, vel donationis propter nupt.nomine in legitimam imputare tenetur,longè magis acceptum corporis ſui liberandi cauſa pro ſalute, pincolumitateq́; ſua in legitimã imputabit.In ſumma q̃d quiſq; pro condẽnatione cuiuſque exoluenda dedit, id ab ipſo condemnato debitum eſſe intelligitur.text. eſt elegans in.d.l.Stichus.ff. de pecu.leg.ſed omne id, quod filius patri debet,tenetur in legitimã imputare.l. filium quem.C.ſamil. her.d.l. quoniam nouella. ergo id in legitimam imputandum eſt. Poſtremò quò magis naturali ratione liberis noſtris ſubuenire cogimur,adducimur,impellimur, eò magis id,quod hac occaſione expenſum eſt,in legitimam imputare tenentur liberino-
222 ſtri, ideoq́; tenẽtur imputare dotem,& donationem propter nupt. licèt ſimplicem donationem non ita:quia dos à parentibus maiore naturæ impulſu,quàm ſimplex donatio proficiſcitur. Ita tenẽt communiter docto.vt per Coraſi.in.l.filium quem.num.128. C.famil.her. Ripa in.l.in quartam.num.148.ff.ad leg. falci. vbi Carolus Ruinus num. 23. & Bal.hîc elegãter.& infrà latiùs dicemus. Sed nullus (modò ſanus) negabit, quin liberis propter condemnationem periclitantibus vehementiore naturæ impulſu ſubuenire cogamur, quàm ad ipſis dotem, vel donati. propter nupt. vel militiam præſtandam: ergo quod illo caſu expenſum eſt, longè magis, quàm quod hoc caſu expenditur,imputari debet.

*Legitimæ imputetur dos & donatio propter nup.*

222 Tenendo hanc partem,ad.l. quæ pater.ff.fam.her. in qua fundantur Bart.& communis opi.reſp.quòd ille caſus lõgè diſtat

*Intel.l.quæ pater. ff. fam. her.*

diſtat à noſtro. Nam ibi ſtudiorum cauſa filio neceſſaria ſubminiſtrare ex libera voluntate mouemur ad ſimilitudiné ſimplicis donationis, cùm filius viuere poſsit, & victum quærere aliunde, quàm ex literis, vel ſtudijs, nec deſunt alij modi viuendi: at in noſtro caſu erat coacta, & ſumma neceſsitas, vt probauimus. Preterea in. d. l. quæ pater. erat filius emancipatus, cui alimenta nó tam debita ſunt, quàm filio in poteſtate manenti. vt in. l. quidam cùm filium. cum ibi notatis per glo. & doct. ff. de verb. oblig. vnde quod tali emancipato ſtudij cauſa pater ſubminiſtrauit, ex pura, & liberrima eius voluntate profectum intelligitur, & conſequenter ſimplici donationi magis aſsimilatur, quàm donationi ob cauſam, ſicq; meritò imputandum id in legitimam non erat.

*Legitimæ filij imputatur, quod pro eius cōdēnatione pater ſoluit coactus ſtatuto, uel fideiuſsione cum cōi.*

223 Deniq; aduertendum eſt, quòd ſecundùm Bart. Bald. & alios omnes vtriuſq; partis fautores, quos ſuprà retulimus. quando pater expendit pro præſtanda filij cōdemnatione compulſus neceſsitate præciſa, tunc ſecundùm omnes id in legitimam filij imputatur: quia in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit, nec donare præſumitur. argum. l. rem legatam. ff. de adim. leg. l. cùm de indebito. ff. de probati. Vnde infertur, quòd ſi pater extiterat filij fideiuſſor, tūc abſq; dubio quod ex vi talis fideiuſsionis præſtiterit, in legitimam filij imputabitur, idq; non modò communiter, ſed etiam indifferenter ab omnibus vtriuſq; partis fautoribus tenetur. Qui omnes ſimiliter tenent eadem ratione, quòd ſi ex forma ſtatuti pater teneretur filij condemnationem vſq; admodum, menſuramq; legitimæ præſtare, tunc quod eo nomine præſtitū eſſet, in filij legitimam imputaretur.

*Legitimæ non imputatur ſolutum à patre pro filij maleficio, ſuo cōſenſu facto.*

224 Limi. ſecundùm Bar. Bal. & oés cōmuniter doct. quos ſuprà retulimus, vt non procedat, quādo pater delicto à filio perpetrato conſenſum prebuit tacitum, vel expreſſum: nam tunc quod pro eius cōdemnatione præſtitiſſet, in eius legitimā non imputaretur. argum. l. qui originé. §. qui filius. ff. de mun. & hon.

*Legitimæ patris reputatur, quod pro eius delicto filius ſoluit noua op.*

225 Deniq; quòd diximus, vt ſolutum à patre pro filij condemnatione in eius legitimam ſit imputandum, extenderem, vt procedat econtrà, etiam ſi à filio pro patris condemnatione ſoluenda expenſum eſſet, vt id in patris legitimā imputaretur. Moueor, quia liberi obnoxij ſunt parentibus longè magis, quàm parentes liberis. Etenim quòd naſcimur, quòd viuimus, quòd deniq; hac luce fruimur, id omne parentibus noſtris acceptum ferre debemus, parentes autem liberis non ita. Ergo liberis de ſalute periclitantibus, parentes non tam vlla obligatione ſubuenire tenentur, quàm impulſu quodā naturæ adducuntur: parentibus autem de ſalute periclitantibus liberi ſubuenire ſumma obligatione antidorali tenentur, idq; officium pretermittere, ſummū nefas exiſtimaretur. argumét. l. veluti. ff. de iuſt. & iur. & cùm id tam debitum ſit. vt in. l. ſi pignore. in princip. ff. de furtis. ſupereſt, vt filius neceſsitate coactus ſoluiſſe videatur, non animo donandi, & conſequenter, quòd in legitimam patris ſit imputandum.

*Legitimæ fratris imputatur, qđ frater pro eius delicto ſoluit. noua opi.*

226 Idq; etiam in legitima, quæ debetur fratribus turpi perſona inſtituta, admitterem. Nam fratribus de ſalute ſua periclitantibus non ſubuenire, turpe cuique honeſto viro reputaretur: ſicq; qui aliàs donaturus non eſſet, ſimili neceſsitate, vel ſaltem ſimili occaſione ceſſante, is tali occaſione oblata, talem erogationem prætermittere non poteſt, vt nullus (modò ſanus) negabit. Præterea onus imputationis inductum fuit in fauorem eius, cuius de ſucceſsione agitur, & in læſionem, & grauamen eius, qui imputare cogitur. argum. l. quoniam nouella. ibi, ad excludendam querelam. ſuprà eod. quod etiam probatur hîc. & in princip. huius



huius legis. & in. l. ſcimus. in princ. infrà eod. & l. ſi non mortis. ff. eod. ergo abſurdum eſſet, vt id onus, quod patitur legitima liberorum, reijceret, & effugeret legitima parentum, vel tranſuerſorum.

*Idē in legitima adoptiuorū noua opi.*

227 Qua ratione idem tenendum eſt in legitima, quæ debetur liberis adoptatis in terminis. l. cùm in adoptiuis. C. de adopti. & §. 1. Inſt. eod.

*Idē in quarta quæ arrogato debetur. noua opi.*

228 Deniq; idem quoq; admittendum céſerem in quarta, quæ debetur filio arrogato. iuxta. l. ſi arrogator. ff. de adopti.

*Idem in legitima patronorum. noua op.*

229 Sextò idem admitterem in legitima, quæ patronis debetur, eadē ratione: præſertim, quia patronus ſummoperè bene meritus de liberto intelligitur. vt per totum. C. & ff. de bo. libert. & per totū. C. & ff. de manumi. & conſequenter huius beneficij debitor eſt libertus. l. ſi pignore. in princip. ff. de furtis. Vnde turpiſsimum liberto eſſet, ſi patrono de ſalute periclitanti opem ferre diſtuliſſet. Vnde qui aliàs donaturus non eſſet. argumé. l. cùm de indebito. ff. de probat. l. cū quo. §. fi. ff. ad leg. falcid. is hoc caſu ob ſui turpitudinem vitandam hanc expenſam effugere non poteſt: præſertim cùm id nó poſſumus effugere, quod honeſtè omittere non poſſumus. l. filius. ff. de condi. inſt. l. nepos Proculo. ff. de verborum ſignifi. Vnde is libertus cùm patrono ſuo honeſtè non poſsit non ſubuenire, ſequitur, quòd neceſsitate coactus feciſſe videatur, & conſequenter animo donandi non tam feciſſe videatur. argum. l. rem legatam. ff. de adim. leg. quàm animo turpitudinis vitandæ, & debiti antidoralis perſoluendi, & conſequenter id in legitimā patroni imputetur, non ſecùs, quàm ſi re vera verum debitum eſſet. Quo caſu negari non poſſet. quin ex neceſsitate, non ex liberalitate is libertus perſoluiſſet, ſicq; talis datio non mere donationi, quæ regulariter non imputatur in legitimam. l. ſi quando. §. & generaliter. infrà eod. ſed donationi ob cauſam, quæ regulariter imputatur in legitimam. vt in. l. quoniam nouella. ſuprà eod. aſsimilari deberet.

*Legitimæ imputari puto, quæ debētur patri emancipatori, & ecōtra filio emācipato noua op.*

230 Qua ratione. 7. loco idem putarem in legitima, quæ à filio emancipato debetur patri emancipatori, quia is exæquatur liberto. argum. l. 1. ff. ſi quis à parent. fuer. manu.

Et idem. 8. loco eadem ratione in legitima, quæ hodie debetur à patre filio emancipato. In his enim omnibus licèt non ſit neceſsitas præciſa, eſt tamé quædam neceſsitas cauſatiua ob turpitudinem vitandam, & aliquando debitum antidorale, vt declarauim⁹. Quæ omnia eſſe videntur ex mente communis opi. quam ſequimur contra métem alterius communis opi. quam impugnauimus.

*Legitimæ an imputētur fructus.*

231 In tex. ibi, ex pecunijs mortui. collige, quòd fructus nō imputabuntur in legitimam liberorum. Moueor, quia fructus, qui poſt mortem teſtatoris percipiuntur, nunquàm fuerunt defuncti, ſicq; ex eius pecunijs (pecuniæ enim appellatione, omnes res continentur. l. 2. cum glo. C. de conſt. pe. l. pecuniæ. ff. de verb. ſigni.) tales fructus non percipiuntur, id quod neceſſum eſt vt in quartam imputentur. vt hîc. & in authét. nouiſsima. vbi latiùs diximus. & in. l. ſcimus. in pr. & §. repletionem. infrà eod. ita Coraſi. n. 91. in. d. l. filium quem. C. fam. her. licèt ſecundùm eum iure. ff. aliud eſſet. argum. l. Papinianus. §. vnde ſi quis. ff. hoc titul. iuncta. l. iubemus. C. ad Trebe. Sed certè hac in re an ſit vlla diff. inter ius. C. & ius. ff. latiùs ſuo loco docebimur.

*Legitimæ non imputatur qđ ut æs alienum capitur. cum cōmuni.*

232 Vnde quod vt æs alenum capitur, id in legitimam non imputatur. ſecundùm Bal. conſ. 57. Quia illud. lib. 1. Ripa. num. 135. in. d. l. in quartam. numer. 93. Vnde ſi quod matri prædefunctæ pater debebat id filio vel inter viuos donationis propter nupti. nomine, vel in teſtamento relictum ſit, id in eius legitimam non imputabitur ſecundùm eoſd. & rectè.

Vnde

233 Vnde quod filius ex pactis dotalibus quæſiuit, id in eius legitimam non imputatur, nec enim id profectitium eſt, nec ex patris ſubſtantia deſcendit. ſecũdùm Coraſ. nume. 94. in. d. l. filium quem. Ripam in. d. l. in quartam. nu. 188.

*Legitimæ non imputatur quæſitum ex pactis dotalibus. cũ Ripa & Coraſi.*

Vnde etiam colligitur, quòd feudũ ab auo procedens, in legitimam, quam pater filio debet, non imputabitur: nec enim à patre profectum intelligitur immediatè, quod deſideratur, vt hîc. & l. quoniam nouella. & authen. nouiſsima. ſuprà eod. & l. ſcimus. §. repletionem. infrà eod. Iſta eſt vera & communis opin. quam præter alios tenent Paulus, & Alex. in. l. ſi patroni. in princip. ff. ad Treb. Coraſ. in. d. l. filium quem. nu. 94. Alexã. in. l. pater filium. ff. ad leg. fal. Salicet. hîc. nu. 9. Alex. nu. 29. in. d. l. in quartã. vbi Ripa. n. 177. licèt Paulus hîc cõtrarium velit.

234 Qua in re conſidera, quòd aut loquimur in feudo hęreditario, id eſt in eo feudo, quod patri meo, ſiue ab auo, ſiue ab alio conceſſum fuit, & indubitanter ſecundùm omnes id feudum imputatur in legitimam. Hæreditarium autem feudum accipere debemus illud, quod pro accipiente, & eius hæredibus cõceſſum eſt. Ratio quare imputatur eſt, quia capitur iure hæreditario, ergo in legitimam imputatur. vt in. l. in quartam. ff. ad leg. falcid. l. quoniam nouella. ſuprà eod. Secunda ratio, quia illud feudum ab auo patri meo oblatum poſſet ipſe, ſi vellet, non agnoſcere, ſicq; hoc emolumento liberi eius carerent. argum. l. quia autẽ. §. 1. ff. quæ in fraud. patr. & §. ſed neq;. Inſt. de aut. tut. l. quia poterat. ff. ad Treb. Ergo ſatis à patre profectum videtur, quando eius opera quæſitum fuit.

*Legitimæ an & quando feudum imputetur. quòd regulariter imputetur. cũ communi.*

235 Sed ſi loquimur in feudo cõceſſo patri meo pro ſe & liberis eius, tunc dubiũ eſt, an id feudum ſit mihi in legitimã imputandum? Et Salicetus, & Paulus hîc tenent adhuc imputari debere, eo quòd poſsit ad liberos tranſmitti. ſequitur Alexan. in. l. ſi patroni. ff. ad Treb. & in dict. l. pater filium.

*Legitimæ imputatur feudum patri meo pro ſe & liberis eius cõceſſum. cũ Paul. & Salic. contra Ang. Bald. Cuman. & Paul.*

Contrarium tenent Angel. Cumanus, & Paulus in. d. l. ſi patroni. & Angel. in. §. optimè. in authent. de nupti. Bald. conſi. 110. Subſtitutio facta. lib. 5. Sed prima opinio affirmatiua, vt imputetur in quartam, verior eſt eo caſu, quo feudum nouum erat: quia pater potuit liberis præiudicare, illud feudum non acceptando. vt in. d. l. quia autem. & dict. §. ſed neque. & dict. l. quia poterat. Vnde cùm liberi illud feudum habere ab auo, vel ab alio non poſſent, niſi mediante facto, & opera patris acceptantis, ſatis ab eo accepiſſe videntur. argu. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & quia per patris acceptationem ſatis videtur id feudum cum reliquis bonis patris confundi, & vnum patrimonium effici. arg. d. l. ſed ſi plures. §. filio impuberi. & conſequẽter ex ipſius patris ſubſtantia, & patrimonio acceptũ videtur, & ideo in legitimã imputandũ.

236 Quòd ſi tale feudũ erat antiquum, & nulla patris opera quæſitum, tunc non à patre, qui fuit vltimus poſſeſſor illius feudi, ſed ab ipſo, qui primus id feudum cõceſsit, profectum videtur, ſicq; in legitimam non imputandum. argu. l. vnum ex famil. §. ſi de falcidia. ff. de leg. 2. Et ita ꝑcedit ſecunda op. ſuprà relata, quæ hoc caſu ſaluari poteſt. Quam op. indiſtinctè veriſs. dixit Coraſi. vbi ſuprà. quæ nõ aliter, quàm ſub hac diſtinctiõe ſaluari po-

*Legitimã imputatur feudũ quali quali patris opera quæſitũ. cũ Paul. Sali.*

237 teſt. Secundùm quam diſtinctionem infertur ad quæſtionem, quæ quotidie in praxi verſatur, vt ſi pater meus habebat maioriam, ſeu primatum, isq; voluit, vt ego illum primatum in legitimam imputarem, & omnia bona ſua præter primatum alijs reliquit, quòd ſi is primatus nõ erat hæreditarius, nec diuiſibilis, ſed ad liberos tantùm tranſitorius, nec quidem ad omnes ſimul, ſed tantùm ad eorum qui eſſent in primo gradu, maiorẽ natu, tunc is primatus, vel Baronia in legitimam meam poſſet imputari, quando talis Baronia erat noua, id eſt in patris mei perſona denuò creata, & conſtituta, ſiue in teſtamento, ſiue in vltima voluntate. argu. dict. l. quia autem. & dict. §. in arrogato. & dict. §. ſed neque. & dict. §. filio impuberi. Pro quo optimus text. in l. ſi ita. §. in fideicommiſſo. ff. de lega. 2. ſi ſcis inducere. Quòd ſi talis Baronia erat antiqua, & ſic nulla patris opera quæſita, tunc ſecùs eſſet, nam mihi non imputaretur in legitimam. Nec ad rem pertinet, quòd tunc poſſet pater eam repudiare, ſicq; me tali Baronia priuare. Nam reſp. non potuiſſe, quinimò ſi eam pater meus repudiaſſet, ſtatim ad me, etiam ipſo viuente, perueniſſet, & pręterea poſt eius mortem in bonis eius legitimam haberem, quod mihi cõſultius eſſet. Quod nota, quia nullibi ita inuenies declaratum. Ad. l. vnum ex familia. §. primo. ff. de legat. 2. reſponde, quòd procedit in caſu ſuo, non tamen negat, quin mediante facto meo id filio meo quæſitũ ſit, licèt ab auo eſſet ꝓfectũ, nec me acceptare nolẽte, certum erat id filio meo datũ iri.

*Maioratus quãdo in legitimã imputetur. noua op.*



238 Lucrum autem factum ex pecunia patris, an in legitimã filij imputetur, ꝗ quidem filius illud lucrum fecit, dum pecunia patris negotiaretur? Et regulariter in eius legitimam imputatur, non ſecùs, quàm peculium profectitium imputaretur. argument. text. in. l. filiũ quem. C. familiæ herciſcundæ. Id quod verum eſt, quãdo nulla ipſius filij vel induſtria interuenit, aliàs pars lucri remanet apud filium, præcipua pars verò imputatur in eius legitimam. argument. Inſtitu. de ſociet. §. 1. & ff. eodem titu. l. ſi non fuerint. Et in dubio dimidia pars præcipua erit, altera verò dimidia in legitimam imputabitur. Et hæc omnia communiter recepta ſunt. vt per Bar. in. l. 1. §. nec caſtrenſe. ff. de collatione bono. Coraſi. in. l. filium quem. C. familiæ herciſcundæ. Ripam in dict. l. in quartam. nume. 157. per gloſ. & docto. in. l. cùm oportet. C. de bo. quæ libe. Decius num. 10. in. l. illud. C. de collati. vbi etiam Bart. & omnes doct. & Bal. hîc. Soci. conſ. 92. Circa primum. lib. 1. Romanus & alij in authen. ex teſtamẽto. C. de collati. Corneus conſil. 24. Conſideratis. lib. 1. idem Corne. conſil. 58. Ad euidentiam lib. 4. Bal. in. d. auth. ex teſtamento. Romanus conſ. 469. Quo ad primum. Ang. conſ. 67. Themate. Beltrandus conſ. 303. lib. 3.

*Legitimæ an & quando lucrũ factũ ex pecunia patris imputetur. cum cõi.*

239 Denique ad caſum in vſu forenſi frequentiſsi. aduertendum eſt, quòd cùm paterfam. filiofam. dedit, vel donauit, an id in legitimam imputandum ſit, conſideram⁹ ſex caſus. Primus, cùm datur ob cauſam, & vtilitatem ipſius dantis. Secũdus, cùm ob vtilit. accipientis. Tertius, cùm ob vtilita. alterius tertij. Quartus, cùm ob mixtam vtilitatem dantis & accipiẽtis. Quintus, cùm ob mixtam vtilitatẽ dantis, & alterius tertij. Sextus, cùm ob mixtam vtilit. accipientis, & alterius tertij. Simi. in pr. Inſt. mandati.

*Legitimæ ut imputetur qđ datur à patre.*

Primo caſu, aut cauſa, ſeu vtilitas erat præterita, putà, quia filiusfamiliâs patrì magna ſeruitia facerat, & non imputatur donatio. Tum, quòd remuneratio beneficij, quæ permutatio, debitiq; beneficij ſolutio videtur magis, quàm gratuita conceſsio, quod & in perſonam extranei pater facturus creditur, vnde vt ſi in extraneo id faceret, id non minueret filiorum legitimam. ita. &c. Quod intelligendum, quando de ſeruitijs non fit mentio, vel fit genericè, non ſpecificè. l. Attilius Regulus. de donat. Tiraquellus in. l. ſi vnquam. C. de reuocand. donat. poſt princip. Facit. l. ſi quando. §. & generaliter. in princip. C. de inofficioſo teſtamento. l. ſi non mortis. ff. de inofficioſo teſtamento. l. etiam. §. ſi debita. ff. de bo. libertorũ. Et hoc eſt qđ Bar. ait in. l. in quartam. num. 10. ff. ad leg. falcidiam.

ſimplicem donationem non imputari in legitimam.facit.l.ſi pignore.poſt prin. ff. de furtis.ibi, beneficij debitorem ſibi acquirere.qui enim beneficium ab aliquo recepit,in id eius debitor eſt. vt ibi. vnde qui donationem remuneratoriam fecit, non tam elargiri, vel perdere,quàm debitum ſoluere videtur. Vnde rectè diximus, quòd is donator non tam ob accipientis vtilitatem dediſſe videtur,quàm ob propriam ipſius dantis vtilitatem,quò magis ab illo debito, ad quod ab antidora tenebatur, liberetur. Vel poteſt intelligi ob mutuam vtriuſq; vtilitatem id profectum.facit.l.ſi ſeruus ea lege.ff.de ſeruis export.

Secundo caſu, ſiue cauſa, ſeu vtilitas eſſet præterita (putà, dedi dotem iam nu-
240 ptæ, quò magis à viro diligeretur, & vt haberet vnde ſumptus faceret : vel dedi donat. propter nuptias iam contractas ad eandem vtilitatem) ſiue etiam vtilitas eſſet futura. (vt ſi dedi dotem, ſeu donationem propter nuptias contrahendas, vel dedi pecuniam, vt inde militiam filiusfamiliàs emeret vnde honeſtè viueret) vtroque caſu datum imputatur, quia id in perſonam extranei facturus non eram.l. cùm de indebito. ff. de probat. Eſt ergo euidens differentiæ ratio inter primum & ſecundum caſum:cùm primo caſu nil gratioſè largiri videor, cùm id extraneo quaſi debitor daturus eſſem:ſecundo autem caſu gratioſè dare videor, extraneo nõ daturus. Cùm ergo quod poſt mortem filio relicturus ſum, in vita non compellendus.vt.l. prima.§. ſi impuberi. de collatione bonorum.ff. ſed volens præuenire poſsim vltim. iudicium.l. cum quo.§.fina. ff. ad legem falcidiam.Xuarez in.l. quoniam.fol.68. columna ſecunda.C. de inofficioſo teſtamento.cùm (inquàm) in vita filio dederim, quod niſi poſt mortem inuitus relinquere non tenebar, idque fecerim in vtilitatẽ filij, & re vera ſibi vtilius videatur eſſe, ſupereſt, vt imputare debeat multò magis, quàm ſi in vltima voluntate titulo fortè legati reliquiſſem. Ita intellige.l. quoniam nouella. &.l. omnimodo.§. imputari. C. de inofficioſo teſtamento. Et hoc eſt, quod Bart. ait, datum ob cauſam imputari. Bart. eſt in.l. in quartam. numero decimo. ad legem falcidiam.ff. Etenim plùs & minùs dicitur, habita ratione temporis, non ſecùs, quàm ratione rei.§.plus.vbi per doctores.Inſtit.de actionibus. Vnde paterfamiliàs, qui ob ſimilem cauſam aliquid filio dedit, quod dare niſi poſt mortem non tenebatur, non dubium eſt, quin pleniùs impleſſe videatur, quàm ſi poſt mortem dediſſet:& conſequenter vt pleniùs dediſſe videtur, ita etiam in legitimam filius id imputare debet, non ſecus, imò fortiùs, quàm ſi vltima voluntate cepiſſet.

*Legitimæ imputetur dos data iã nuptæ, & donatio pter nup.*

Tertio caſu imputandum non eſt. Nam ſiue dedi ob meritum filij, quod iam contigerat erga tertium, tunc nec filius gratioſè, & titulo lucratiuo accepiſſe videtur, ſed oneroſo.l.prima.§.nec caſtrenſe. de collatione bonorum. ff. nec ego dediſſe videor, ſed ille, propter quẽ dedi: ſicut dicimus, quod datum contemplatione patris, ab ipſo patre profectum videtur breui manu.facit.l.ſingularia.ſi certum petatur.ff.ergo vt datum & profectum non à patre, ſed aliunde, non confertur, ita.&c. Siue etiam dedi ob meritum, & beneficium, quod filium meum alteri facere volebam, eſt eadem ratio, ſi cauſa ſequitur, ſin minus, donatio reuocatur ex d̃fectu cauſæ. Itaq; ſi pater quicquam filio dedit inter viuos ob meritum, & ſeruitium, quod in alterum tertium filius impenderat, ſicque dedit filio illius tertij contemplatione, tũc magis illi tertio, q̃ ipſi filio dediſſe videtur.arg.l.ſed ſi plures.§.ĩ arrogato.ff.



to.ff.de vulgar. & conſequenter is filius ab illo tertio id accepiſſe videtur, vnde fit, vt illud in legitimam imputare non teneatur, non magis, quàm ſi re vera id ab illo tertio accepiſſet.& vi.per Paul. de Monte pico in.l.in quartam.nume.59.ff. ad legem falcid.per Paul.Caſtrenſem, Salicetum, & alios in hoc.§.imputari. Sed quia hæc materia pleniùs, & elegantiùs quàm alibi traditur per Bar. vbi latè repetentes. ff. ad legem falcidiam.l.in quartam.ideo ex doctrina Bar. ibid. num.10. fac concluſiones ſequentes.

241 Prima cõcluſio Bar. in.d.l.in quartam. quæ communis eſt ſecundùm Picum ibid.nume.59.quod capitur extra patrimonium defuncti, id in legitimam filio non imputatur, quia legitima debetur de bonis, & ſubſtantia patris.d.l.ſcimus. §.repletionem.d. authenti. nouiſsima.in verb.ex ſubſtantia defuncti.& in corpore vnde ſumitur.l.cùm quæritur.&.l.parentibus.& auth. vnde ſi parens.in verb. ex hæreditate.C.de inoffi.teſtamẽt.ergo quod filius habet extra bona patris, id in legitimam, vel in ſupplementum legiti-
242 mæ imputari non poteſt. Id quod in ſpecie probat tex.quem nec Bart.nec cæteri allegant in.l.quoniam nouella. in fi. verſi.C.de inofficioſo teſtamen. Infertur primò, quòd ſi filius inſtitutus eſſet in re certa aliena, ea res ſibi in legitimam, vel in ſupplementum legitimæ non imputaretur, præſertim quia ſecundùm plures inſtitutio in re aliena fieri non poteſt. Infertur ſecundò, quòd ſi filio relinquatur legatum rei alienæ, id in legitimam imputare non tenebitur. Sed in vtraq; concluſione correlaria teneo contrarium. Moueor, nam legatum rei alienæ filio factum, indiſtinctè valet, dabiturq; ei vel res ipſa empta ex pecunia hæreditaria, vel rei æſtimatio.l.non dubium.de leg.3. ff. Item filius in certa re aliena inſtitutus, loco legatarij eſt.l. quoties. C. de hære. inſtituendis. & per hoc res illa, vel eius æſtimatio filio ab hærede danda eſt, non ſecùs, quàm ſi legata eſſet:ergo ſatis ex ſubſtantia patris ſupplementum legitimæ factum videtur, quandoquidem dabitur filio æſtimatio illius rei alienæ in pecunia hæreditaria, vel in alijs rebus hæreditarijs. Et ſubſtantiæ appellatione quid contineatur, dixit Xuarez in dict.l. quoniam.ampliatione.11.C.de inofficioſo teſtamento. Sed & ſi æſtimatio præſtaretur non in pecunia hæreditaria, nec in corporibus alijs hæreditarijs, ſed in pecunia, vel rebus ipſius hæredis, idem crederem. Primò, quia dos, donatio ſimplex, vel donatio propter nuptias, quæ in quartam imputantur in ſupplementum legitimæ.l. quoniam nouella. l. omnimodo.§.fina.l. ſi quando.in princip. &.§.& generaliter. l.ſi non mortis.C.& ff.de inofficioſo teſtamento.l.etiam.§.ſi debita, de bonis libertorum.ff. iſtæ (inquàm) donationes nulli dubium, quin de re aliena fieri poſsint. ergo. &c. Nec obſtat dict.§.repletionem.cum ſimilibus. Nam illud procedit ex legis diſpoſitione: quia lex diſpoſuit ſingulis in rebus hæreditarijs filium partem habere non ſecùs, quàm cæteri hæredes ex parte inſtituti, vel legatarij partim bonorum. Cæterùm ipſa.l. permittit teſtatori, vt eam communionem, quam facit l. ipſe diuidendo dirimat.l. quoties. C. famili. herciſcundæ.l.parentibus. C. de inofficioſo teſtamento.l.quæ pater.1.l. ſi pater. ff. familię herciſcundæ.l. quid ergo. ſecunda. de legatis primo. Quòd ſi dixeris.l. permittit facere diuiſionem, dummodò rectè fiat, ſed rectè non fieret, ſi vni res alienas, alteri res hæreditarias aſsignaret. Reſp. quòd cõſenſus filij accipientis donationem ſimplicem, vel propter nuptias, vel dotem in rebus alienis, facit, ne ex pœnitentia poſtea poſsit ſe læſum dicere, nõ ſecùs, q̃ ſi talis donatio, ſeu dos d̃ rebus patriſf. factæ fuiſſent, ipſeq; filius allegaret ſe læſum, quaſi pre

*Legitimæ non imputatur, quod capitur extra patrimonium patris. ſecundùm cõem.*

*Legitimæ filij imputatur legatũ rei alienæ contra cõmunem. Idẽ in inſtitutione facta in re aliena cõtra cõmunẽ. Idẽ in dote facta de re aliena cõtra cõem. Idem in donatione propter nupti. facta de re aliena contra cõmunem.*

tioſiores ſint cæteræ res, quæ patri mãſerunt: nam licèt pretioſores (vt filius allegabat) eſſent, id filio non noceret, cùm in faciendo ſupplemento legitimæ, iuſtã omnium rerũ æſtim. iudex facturus ſit. dict.l.omnimodo.§.fi. Nam & ſi res alienæ euictæ fuiſſent, tunc ex ijs vt pote euictis non fieret ſupplementum, & ſi propter timorem euictionis, quæ iuſta, vel iniuſta de cauſa ſperabatur, res illæ communi æſtimatione minoris eſſent valoris, & id, quod minus valerent, deduceretur in imputatione. iuxta formã.l.1.§.ſi hæres percepto.ff. ad Trebellianum. Itaq; ſi in re aliena filius ſit hæres, vel legatarius, quæ res, cuiúſue æſtimatio ad eũ peruenit, id in legitimam imputandum eſt, non ſecùs, quàm ſi patris foret, cùm exinde nullum incommodum filio ſequatur: præſertim cùm talis imputatio, ſeu ſupplementum fiat ad excludẽdam querelam. vt. d.l.quoniam nouella. quæ odioſiſsima eſt.§.tam autem. Inſtitut.de inofficioſo teſtamento. & id fiat ob conſeruandum teſtamentum, cuius fauor ſupremus eſt, & vincit fauorem filiorũ. l.ſi pars.ff.de inofficioſo teſtamento. Vnde ſi pater fecit donationem ſimplicem, vel propter nupti. vel dotem in re aliena, hoc acto vel tacitè, quòd in legitimam imputaretur. iuxta dict.§.ſi debita.&.d.l. ſi non mortis. vel expreſsim. vt.d.§. & generaliter. eiuſq́; donationis, vel dotis pater euictionem filio ex pecunia ipſius patris, vel aliena prȩſtaret, teneo, quòd dos, vel donatio in ſupplementum legitimæ imputaretur. Et ſic ſunt tres concluſiones contra omnes ſecũdùm Picum ibid. num.60. Prima, in legato rei alienæ. Secunda, in inſtitutione rei alienæ. Tertia, in donatione ſimplice, vel propter nup. vel dote rei alienæ. Quas omnes in iudicando & conſulendo tenerem, quia & legibus expreſsis probantur, & ſummã habent æquitatem, iniquitatis autem nihil. Nam licèt lex inducat legitimæ ſupplementum in bonis hæreditarijs, tamen ipſa lex permiſit patri, vt filio inter viuos titulo dotis, vel donationis propter nuptias, vel militiæ emendæ cauſa, vel etiam ſimplicis donationis daret quod vellet hac lege, vt id in legitimam imputaret, & id, quod earum rerum nomine filius à patre acceperit, nulla vnquàm lege cautum fuit, vt proficiſci deberet ex rebus paternis, nec eſt cur non idem in eo, quod ex vltima voluntate capitur, intelligatur. Eſt tamen verum, ꝙ communem op. videntur tenere Bald. in l.cùm alienam.col.3.C.de legat. Rodericus Xuarez in. l. quoniam in prioribus. ampliatione. 11. fol.39. infrà eod. Aretin. in.l.non amplius.§.fi. ff. de leg.1. Ruinus in.d.l.in quartam.nu.17. Ripa.nume.133. Alexan.num.18.poſt Angel. & Imolam ibid. Licèt idem Ripa vbi ſuprà. nu. 139. teneat nobiſcum, quòd ſi pater rem alienam filio legat, id legatum quaſi à patre profectum, ſit in legitimam imputandum. Et has concluſiones contra cómunem inter plura quàm. 700. paradoxa Salmanticæ tuebamur.

*Legitimæ imputatur relictũ in ultima uol.*

243 Secunda concluſio Bar.in.d.l.in quartam, quæ communis eſt ſecundùm Picũ ibid.num.60.ad med. eſt, quòd generaliter relicta in vltima voluntate (dũ enim ait iudicio teſtatoris, idem intelligo ſi iudicio codicillantis) imputantur in legitimam, vel eius ſupplementum. Allegat Bar.d.l. quoniam nouella. quæ nil facit, quia loquitur in relictis inter viuos. allegat.l.etiam.§.pe.de bono.libert. quæ bene probat in legitima patroni, à qua ad legitimam filiorum bonum eſt arg. l. fi. verſi. etenim. C.de inoffici. teſtamento. Et hæc cóclusio plures concluſiones ſub ſe cótinet. Prima, quòd imputetur quod capitur titulo inſtitutionis. Secunda, ꝙ idem in titulo legati. Tertia, quòd idem in titulo fideicommiſsi. Quarta in eo, quod capitur códitionis implendæ cauſa. Sexta, quòd idem in eo, quod capitur modi





modi implendi cauſa. Quæ omnia probantur in.d.l.etiam.§.ſi debita.iuncta.l.1. cum gloſ.C. de his quæ ſub mod. Septima, vt procedat in eo, quod capitur pretij nomine, nam & hoc ex vltima voluntate deſcendit.l.qui fundum. in princi.l. ſi dignum. l. in ratione.2. §.tametſi.ff.ad legem falcidiam.Bart.nume.3. in fine. in dict. l. in quartam. ff. ad legẽ falcidiam. Et hæc omnia vera ſunt in ijs, quæ ſtatim poſt mortem patris filio acquiruntur ex ipſa patrisfamiliâs primordiali diſpoſitione.

*Legitimæ imputatur legatum cõditionale per remotionem cõditionis. noua opinio.*

244 Quòd ſi legatum filio relictum eſſet ſub conditione, quæ tempore mortis pẽderet, tunc id non videretur filio in legitimam imputandum, ſed ꝙ ipſe ſupplementum recipiat in reliquis rebus hȩreditarijs, & præterea exiſtente poſtea conditione legati, illud legatum prȩcipuum habeat. argum.l.ſcimus.§. repletionem. C.de inofficioſo teſtamento. Quod non puto verum, ſed magis eſt, vt reijciatur conditio legati, illudq́ue legatum filius ſtatim capiat, acceptumq́; in legitimam imputet. argum. d.l. quoniam in prioribus. iſto titulo. Quam legem in portione hæreditaria loquentem vtiliſsimè extendo ad legata. Tenendo hanc partem, tunc ad dict.§.repletionem. reſp. quòd procedit duobus demum concurrentibus: quòd & ſtatim poſt mortem teſtatoris capi non poſſet, nec in poſterum capi ſperaretur ex primordiali & expreſſa teſtatoris diſpoſitione, ſed potiùs ex legis diſpoſitione, quale eſt, quod capitur ex iure accreſ. vt.d.§. repletionem. vel ſi ſub conditione capi ſperabatur ex ipſa teſtatoris diſpoſitione, quale eſt, quod ex cauſa ſubſtitutionis ſperabatur, tunc ea conditio talis eſſet, vt non poſſet reijci per legem, vel non ſit per legem diſpoſitum vt reijciatur, quale eſt in conditione ſubſtitutionis. Nam ſi fortè filius dimidiam legitimæ partem purè accepit ex teſtamẽto, & in altera dimidia alter tertius fuit inſtitutus, cui ipſe filius fuit ſubſtitutus, ſicq́; ſub hac conditione vocatus, ſi ille nollet, vel non poſſet hæres exiſtere, tunc ea conditio, ſub qua is filius vocatus fuit, non reijcitur per

*Lim.l. quoniam.*

245 dict.l. quoniam in prioribus. ad excluſionem illius tertij primò nominati, ſed ſtatim poſt mortem teſtatoris huic filio dandum eſt ſuæ legitimæ ſupplementum ex alijs rebus: & ſic ſi poſtea ſubſtiſtutionis conditio extiterit, illud præcipuum vltra ſuam legitimam habebit. Et idem ſi legatario ſubſtitutus eſſet. vt dict.§.repletionem. Et idem ſi collegatarius huius filij in vſufructu partem ſuam vſusfructus amiſerit, quæ huic filio accreuit. vt ibid. Pro nobis expreſsim facit l.ſcimus.§.cùm autem. C. de inoffi.teſtamen. vbi probatur conditionem huiuſmodi legati non ex toto reijciendam, ſed quatenus ſufficit ad legitimæ implementum.

*Legitimæ filij imputatur quod datur conditionis implendæ gratia. contra communẽ.*

246 Præterea limita in eo, quod capitur ab hoc filio conditionis implendæ cauſa, quod ab hoc filio in legitimam ſuam imputandum non eſt. ſecundùm communem opinionem. vt per Picum in. d. l. in quartam. numero ſexageſimoſeptimo. probatur in dicto. §. repletionem.

*Limit. l. quoniam.*

247 Quia cùm teſtator legatum, vel hæreditatem Titio reliquit ſub conditione, ſi filio decem daret, ea conditio non reijcitur per dict.l. quoniam. vnde ſtatim poſt mortem patris huic filio ipſo iure ex legis diſpoſitione contingit legitimæ ſupplementum, & conſequenter ſi Titius poſtea impleat conditionem, illa decem filio dando, ipſe filius ea habebit præcipua, nec in legitimam imputabit. vt dict.§. repletionem. Et hanc communem opinionem ſequitur Alexand. nume. decimonono. in dict.l.in quartam. poſt Angelum, & Imolam ibid. tenent gloſ.Bald.& Salicetus in.l.filium quem. C.fam.herciſc.& eſt communis opinio, ſecundùm Ripam in dict. l.in quartam.

numer.136.ſequitur Coraſ.in dict.l.filium quem.in vltima parte.num.95.licèt contrariam opin. dicat magis communem, quod non puto eſſe verum.

Contrariam partem tenent Bar.in.d.l. in quartam. nume.10.ibi,dum ait, vel in vim modi,vel alio modo capiatur.& Fulgoſus in.l.ſcimus.§.repletioné.infrà eod. & eſt communis opi. ſecundùm Coraſi. vbi ſuprà.Pro qua ſecunda opinione Coraſius allegat tex.in.l.Papinianus.§. ſi cōditione.ff. hoc tit. Sed tamen hanc opin. nec Bart. clarè defendit, nec Fulgoſus eā tenet in lib. meo, licèt eum allegauerit Ripa vbi ſuprà. ſicq; nullum habet hæc pars defenſorem. Quam tamen in puncto iuris auſim verisſimā dicere. Primò per text.in.l.etiam.§. ſi patrono.ff.de bo. libertorum.vbi in legitima patroni expreſſum eſt imputari datum conditionis implendæ cauſa,ergo idem quoq; in legitima liberorum, parentum, vel tranſuerſorum intelligendum eſt,cùm regulariter valeat argumé. de patroni legitima,ad legitimas commemoratas.vt.l.fi. infrà eod.tit.Secundò pro hoc eſt tex. in d.§.ſi conditioni.maximè in fi. ibi, quaſi ex voluntate.& ibi, oblato eo. Et abſurdum eſt agnoſcere cum Coraſio vbi ſuprà.quòd ille tex.eſſet correctus. Itaque habemus,quòd iure. ff. in legitima liberorum hæc pars indubitata erat, & iure tam.ff.quàm hodierno hæc pars in legitima patroni expedita eſt, vnde in legitima liberorum idem fore intelligendum eſt.Licèt & Paulus in dict. §. ſi conditioni.agnoſcat illum.§. iure tantùm.ff. procedere, hodie autem correctum eſſe, qđ ſatis abſurdum eſt.

248
*Intell.l. ſcimus. §. repletionem C. de inof. teſtam.*

Tenendo hanc partem affirmatiuam contra communem, vt datum cond.implendæ cauſa in legitimam filij imputetur, tunc ad dict. §. repletionem.in quo iacet fundam.communis opinio.reſp.ꝙ loquitur in caſu ſatis diuerſo: nam ibi loquitur eo caſu, quo primò nominatus excluditur repudiatione,vel aliter, ſicq; eius portio iure vel ſubſtitutionis, vel accreſcendi defertur filio ſecundo gradu vocato, id quod ſatis caſui adſcribēdum eſt. At in noſtro caſu,quod cauſa conditionis implendæ ab hærede,vel cohærede huic filio dandum erat, id non deſiderat repudiationem, vel aliam excluſionem huius,qui filio daturus erat, ſicq; is filius ad id non ſecundariò, ſed primordialiter inuitatus fuit ex primæua ipſius teſtantis vocatione.Præterea querela, & ſupplementum legitimæ, quod eius loco ſuccesſit,non poſſunt competere,vel intētari ante agnitam hæreditatem.dict. §.ſi conditioni. &.l. ſcimus.§. illud. infrà eod.ſed hęres iuſſus filio conditionis implendæ cauſa dare,illud tenetur implere antequàm adeat hęreditatem.l. is qui hęres.ff.de acquirenda hæreditate.l.cedere diem. ff. de verborum ſignificatio. ſicq; illud implebit antequàm competat querela, vel ius petendi ſupplementum legitimæ,quod ius querelæ loco ſuccesſit: ſicque non eſt poſsibile, quin id, quod cōditionis implendæ cauſa datur, imputetur in legitimam. Quæ ratio expreſſa eſt in dict.§.ſi conditioni.& ceſſat in terminis. d.§.repletionem. vbi portio, quæ iure accreſcendi,vel ſubſtitutionis defertur, poteſt deferri longè poſt aditam hæreditatem.vt in.l.ſi minor.ff.de acquirēda hæreditate.l.cum hæreditate.eod. tit. Confirmatur, quia legitima patroni & olim & hodie debetur abſq; vllo onere. §.noſtra. Inſtit. de ſuccesſione libertorū. in fi.l.cùm patronus.ff.de leg.2. & tamē quod condi.implendæ cauſa datur,id in legitimam patroni imputatur,& pro ſolutione legitimę, vel eius partis habetur, ergo idem in legitima liberorum, licèt ſimiliter abſque vllo onere debeatur. Et hæc concluſio vera eſt, ſaltē in eo, quod condi. implendæ cauſa ab hærede dandum eſt.Confirmatur,quia quod filius extra patris ſubſtantiam patris tamen con-



249
*Legitimæ filij imputatur, quod capitur ab extraneo conditionis implendæ cauſa.contra cōmunem.*

contemplatione à quouis extraneo datum acquiſiuit, id ei in legitimam imputatur.arg.l.ſed ſi plures.§.in arrogato. ff. de vulg.& pupilla. Iſta eſt vera, & communis opinio,quam tenét,& dicit communiter teneri Paulus de Monte in.d.l. in quartam.nu.59.Alex.conſi.179.volu. 5.Paul. conſi.120.Si dicta Cornelia. Areti.Alexan.& Iaſ.in.d.§.in arrogato. Ripa in.d.l.in quartam.nu.139.& Sali.hîc.Coraſi.in.l.filium quem.num.98.in vltima parte.C.fami.herc. Si ergo,quod reuera non fuit ex patris ſubſtantia profectum, adhuc in legitimam imputatur, eò ꝙ ſaltem ex legis interpretatione à patre profectum fictione quadā interpretamur: quātò magis in legitimam imputabitur, quod reuera ex patris ſubſtātia fuit? Quale eſt,cùm quid hæreditarium conditionis implendæ cauſa dandum erat, vel ſi hæreditarium non erat dandū, ſed aliunde, vel aliud quodlibet, tunc ſaltem negari nó poteſt,quin magis ex iudicio defuncti deſcédat, quod de expreſſo ipſius præcepto pręſtatur,quàm quod contemplatione patris ab alio filio relinquitur: præſertim cùm illud,quod datur filio cōditionis implendæ cauſa, neceſſe ſit, vt abſcedat à bonis ipſius patris, vel aliud tantundem eius loco. Nam teſtator per modum conditionis implendæ non poteſt onerare eum,quem non aliquo relicto honorauit.l.ab eo.C.de fideicom.§.1. Inſtit.de ſing.reb.per fideicom.iuncta.l. Seius & Augerius.cum ibi plenè notatis per Bar.Alex.& alios.ff.ad leg.falcid.Ergo ſiue hæres, ſiue etiam legatarius, vel fideicom. conditionis implēdæ cauſa filio dederint, ſatis id, vel tantundem,vel longè plus eius loco ex defuncti ſubſtantia abſceſsiſſe videtur. Et ita olim inter plura, quàm.700.Paradoxa Salmanticæ tuebamur. Quæ res nó vera tantùm,ſed etiam indubitata in puncto iuris ſemper nobis viſa fuit.

Tertia concluſio Bart.in.d.l.in quartā.

250 quæ communis eſt ſecūdùm Picum ibidem nu.60.in fi.eſt,quòd imputatur datū ob cauſam, qualis eſt cauſa dotis, vel donationis propter nuptias,vel cauſa militiæ,ſeu officij emendi. allegat.d.l.quoniam nouella.&.l.omnimodò.§.imputari. Sed hîc ſunt ſex caſus conſiderandi, quos vltra omnes poſui ſuprà.ex quibus colliguntur ampliationes, & limit.ad.d. concluſionem. Ergo datum ob cauſam imputatur. Intellige primò, vt procedat, quando datum eſt ob cauſam præteritā, quæ reſpiciebat filij accipientis vtilitaté. Intellige ſecundò imputari, quando datum reſpiciebat vtilitatem filij futuram. Intellige tertiò, quando vtilitatem alterius tertij præteritam. Quartò, quando vtilitatem tertij futuram. Quintò,quando vtilitatem meam, & accipientis filij, vt pro parte ſua imputet. Sextò,quando vtilitatem filij accipientis, & alterius tertij, vt pro parte filij imputetur. Limit. vt non procedat. Primò, quando reſpiciebat cauſa ſolius dantis vtilitatem præteritam.Secundò idem, ſi futuram. Tertiò idem, ſi vtilitaté tertij præteritam. Quartò idem, ſi futuram. Quintò idem, ſi mixtam vtilitatem dantis, & tertij præteritā. Sextò idem, ſi futuram. Septimò idem, ſi mixtam dātis, & accipientis futuram, vt tunc pro parte tantùm imputetur. Octauò idé, ſi futurā. Nonò idé, ſi accipientis, & alterius tertij vtilitaté præteritam, nā tūc pro parte tātùm imputatur. Decimò idé, ſi futuram. Eſt enim in omnibus his caſibus conſiderandū, intelligendumq; filiū, qui aliqd à patre ob cauſam accepit hoc ordine, vt acceptū conuerteretur in vtilitaté ipſius filij, vel etiam alterius, cui ipſe filius gratum facere volebat, teneri id, quod ſic accepit, computare in legitimam. Quòd ſi acceptum erat hoc ordine, vt conuerteretur in ipſius patris vtilitatem, vel etiam alterius, cui tamen ipſe pater gratum facere volebat, tunc id in legitimam filij non imputabitur. Exem-

*Legitimæ imputatur, qđ inter uiuos ob cauſā datum eſt.cum cōi. Et ſunt plures nouæ declarationes.*

pla ſumentur ex membris ſequentibus. & cõmunem opinionẽ ſequitur Coraſi. nu.106.in.l.filium quẽ habẽtem.C.fami. her.&.nu.115.Sequuntur Bal.Sali.Ange. Paul.& reliqui omnes hîc.eſtq; communis opinio,vt talis donatio ob cauſam in legitimam imputetur.vt per Bar.in.l.1.§. nec caſtrenſe. ff.de colla.bono. Bar. Bal. Ange. Salice. Paul. & alij in.l. quoniam nouella.ſuprà eod. Bar. Alexan. Corne. & Decius in.l.illud.C.de collati. Ripa in d.l. in quartam. ff.ad leg.falcid. nu.148. vbi Carolus Ruinus nu.23.

*Legitimæ imputatur, quod dotis contemplatione, & loco datur. cũ cõmuni.*

251 Vnde ſi filia ingreditur monaſterium, tunc ſi quid à patre pro ingreſſu monaſterij ſuper altare ponatur, id in legitimam imputatur. vt ſecundùm communem opinionem reſoluit Alexand.num. 24.in.d.l.in quartam.vbi Ripa num.155. Bar.in.l.1.§.ſi parẽs. ff.ſi quis à paren.fue. manu. Bal.in.l.quoniam nouella. ſuprà hoc tit. Bal.in.l.fi.col.fi.de ſponſali. Feli. in.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.extra.de conſtitu.col.29.Ratio ſecundùm eoſdẽ,quia illa eleemoſyna loco dotis ſuccedere intelligitur, & conſequẽter in legitimam imputatur,non aliter,atq; dos ipſa imputaretur. iuxta.l.quoniam nouella. ſuprà eod. quod & voluit Bar.& doct.in.l. Titio centum.§.Titio genero.ff.de cond.& demonſt.

Vnde infertur,idem fore in capitali poſito in monte Florentiæ pro dotibus filiarum. ſecundùm Ripam in.d.l.in quartam.num.156.Corne.conſ.1.In.6.dubio. lib.4. Et conſequenter idem dicendum eſt in eo,quod apud nos vſitatum eſt,dũ pro dotibus filiarum apud campſorem filiarum nomine aliquam ſummam pater reponit,quo caſu in legitimam imputatur, nec hoc caſu locum ſibi vendicaret.l.filiæ cuius.C.fami.herc.

*Donatio inter patrem, & filiã dotis cauſa.*

252 Et vt valet donatio ex cauſa dotis inter patrem & filiam in poteſtate. vt in.l.Põponius Philad. ff.fami.her. ita quoq; valet donatio iocalium (quã donationem mundum muliebrem vocamus) à patre facta filiæfa. ita tenet Paulus in.l.cùm pater.§.pater filiæ.ff.de leg.2.arg.l.etiam.C. de iure doti.l. inter ſocerum.§.cùm inter. ff.de pact.dotali. Contrarium tenet Coraſi.in.l.filium quem.ſuprà alleg.nu.116.

*uel earũ rerũ, quæ loco dotis,uel eius cõtẽplatione fiunt, ualet. cũ cõmuni.*

*Legitimæ non imputatur ſimplex donatio, quæ ab initio ualuit, & ſic non habuit uim relicti. cũ cõmuni.*

253 Quarta concluſio Bar. vbi ſuprà. quæ communis eſt ſecundùm Picum ibi nu. 62.qui plura infert,eſt,quòd ſimplex donatio,quæ ab initio valuit,quòd fortè ſit emancipato,non imputatur.per.l.ſi quãdo.§.& generaliter.in prin.C.de inoffi.teſtam. Vltra eum idẽ probat.l.ſi nõ mortis.ff.eod. &.l.etiam.§.ſi debita. ff.de bo. lib.iuncta.l.fi.§.etenim.C.de inof.teſtam. & hanc ſimplicem donationem nos appellamus donationem ob præteritã vtilitatem, donantiſque cauſam. Fit enim donatio propter bene merita, & beneficia,quæ donatarius contulit in donatorem.l.nec adiecit.ff.pro ſoci. cum ſequẽ. Facit.l.cùm de indebito.ff.de probati.Et donatio remuneratoria à ſimplici donatione eò differt, quòd in remuneratoria oportet allegare, & probare bene merita.glo.appro.in.l.ſi donatione.C.de collat.Iaſ. in authen.vnde ſi pars. C.de inof. teſtam. ſed in ſimplici non eſt neceſſe, ꝗ exprimantur ſpecificè à donatore, neq; quòd probentur à donatario, ſed præſumuntur à lege.quod verum eſt regulariter. Sed cùm ſimplex donatio ſit filiofa. tunc nõ tam propter bene merita,quàm propter affectionẽ facta intelligitur, vel non ſolùm propter bene merita, ſed & propter affectionem fieri intelligitur.

Et hanc communem opinionem tenet Coraſi.in.l.filium quem.nu.106.cum ſequen.C.fam.her. Et eſt communis,& vera opinio ſecundùm Ripã in.d.l. in quartam.nu.143.cum plu.ſeq.& nu.160.cum plu.ſeq.& Ruinus ibi nu.18.& nu.23.

*Legitimæ nõ imputatur ſimplex donatio, ꝗ initiò ualuit,licèt æquiualeat legitimæ.cõtra cõmunem.*

254 Limita,niſi talis donatio ſimplex,quæ ab initio valuit, æquiualeat legitimæ, nã tunc in legitimam imputaretur, quaſi tunc habita contẽplatione legitimæ potius,



tiùs,quàm liberalitatis exercendę cauſa. Iſta eſt communis opinio, quam tenet Bar.in.l.1.§.ſi parens.ff.ſi à paren.quis fuerit manu.Coraſi.in.l.filium quẽ. nu.109. hanc opinionem dicit communem Ripa in.d.l.in quartam. nu.146. Imola in.l. cum quo.§.fi.per tex.ibi. ff.ad leg.falcid. Beltrand.conſi.81. & cõſi.82.Viſis. lib.2.

Teneo indubitanter contrarium per tex.in.l.ſi quando.§. & generaliter. infrà hoc tit.&.l.illud. C.de collati. Et per rationem euidentem. Nam cùm pater inter viuos filio aliquid dedit, is nõ potuit intelligere,vel diuinare,quãta futura eſſet huius filij legitima tempore mortis, cùm patrimonium quotidiè creſcere, & decreſcere poſſet.l.defunctus.C.arbit.tute.§.quantitas.Inſti.de leg.falcid. Ergo ſi poſt mortem patris repertũ fuerit illud, quod inter viuos filio datum fuit,eius legitimam impleſſe, id magis caſui adſcribendum eſt,quàm patris ordinationi, & voluntati,ex qua pendet, an id in legitimam ſit imputandum, vel non ſit imputandum. Et quòd caſui adſcribẽdum ſit, ſicq; non ſit conſiderãdum, probat in ſimili.l.ſcimus.§.repletionem. C.de inoff. teſtam.l.6.ff.de leg.1.

Tenendo hanc partem contra cõmunem, quam tenuiſſe videtur Coraſi. vbi ſuprà.& Soci.conſi.18.lib.4.& Corne.in d.l.illud. licèt ipſi nullum fundamẽtum pro ſe adduxerint,tunc ad.d.l.cum quo. §.fi.reſpõ.quòd loquitur in Falcidia, nos in legitima iure naturæ debita. Præterea ibi expreſſum fuerat, quòd in falcidiam imputaretur, hîc non fuit expreſſum, ꝗ in legitimam imputaretur:vel ſaltem ibi ſimpliciter datum fuit,hîc autem expreſſim donatum fuit. Ad.§.ſi parens.dic,vt infrà in limitatione ſequenti.

*Legitimæ imputatur, quod ſimpliciter datũ eſt,non expreſſo titulo donationis. cum cõmuni.*

255 Item limita, vt non procedat, quando inter viuos aliquid ſimpliciter traditum fuiſſet, non autem expreſſim donatum, nam tũc id in legitimam imputaretur, nec procederet.d.l.ſi quando.§.& generaliter.hoc tit.Iſta eſt communis opinio, quam tenent Barto.in.l.1.§.ſi parens.ff.ſi quis à par.fuer.manu. Coraſi.in.l.filium quem.num.109. C.fami.herc. Imol.in.l. cum quo.§.fi.ff.ad leg.falc. Sentiunt Bar. & Imol.in.l.Titio centum.§. Titio genero.ff.de cond.& demonſt.Alexan.& alij in.d.l.illud.Alexan.conſi.142. Circa.lib. 2.col.pe.Beltrandus conſi.82.Viſis.lib.2. Soci.conſi.18.Prȩſentis.lib.4.Mouentur per.d.l.cum quo.§.fi.quę multùm vrget. Item per.d.l.1.§. ſi parens. qui nihil facit. Nam ibi expreſſim datum fuit,vt in legitimam imputaretur.vt patet,dum ait,ne iudicia eius inquietaret.

Tertiò ego adduco pręſtantem,viuámq; rationẽ.Nam ſola traditio,niſi aliquis titulus præcedat,nunquam transfert dominium.l.nunquam nuda. ff.de acquir. rerum dominio.l.2.§. circa. ff.de doli except. Latè Iaſ.Ripa,Paul. & alij in rub.ff. de verb.oblig.Si ergo ſimpliciter datum fuit, huius dati dominium remanſit penes dantem, ſicq; accipiens vel reſtituere tenebitur, vel in legitimam imputare. Licèt Bar.& malè in.d.§.ſi parens.voluerit, quòd licèt ſimpliciter datum fuiſſet, tranſiret dominium.

Ergo in eo, quod inter viuos pater filio dedit, aut expreſsit ſe donare, & tunc ceſſat imputatio.vt.l.ſi quando.§. & generaliter.hoc tit. Aut expreſsit, quòd in legitimam imputaretur, & tunc ſine dubio imputatur, vt ibid. Aut ſimpliciter tradidit, non declarando, quòd donabat, nec declarando, quòd in legitimam imputaretur, & tunc in dubio in legitimam imputandum eſt.vt.d.l.cum quo.§.fi.

*Legitimæ an imputetur donatio remuneratoria.ꝙ nõ. cũ cõmuni.*

256 Quinta concluſio Bart.in.d.l. in quartam.quæ communis eſt ſecundùm Picũ ibid.nu.62. quòd idem in donatione remuneratoria, vt nõ imputetur (quæ etiã ſtatim valet, & ſi filio in poteſtate fiat.gl. & omnes in authen.vnde ſi parens.C.de inof.teſtam. Rationes vid.latiſs. per Tiraquel.in.l.ſi vnquam.C.de reuo.dona.)

Ratio

Ratio, quia cùm ſtatim valeat donatio, nec habeat vim relicti, dicendum eſt in ea, vt in ſimplici donatione diximus. Secunda ratio, quia debiti ſolutio, ſeu compenſatio magis videtur, quàm gratuita conceſsio. vt per Tiraquel. vbi ſuprà. ergo, &c. vt. l. 1. §. ſed an id. ibi, propter onera. ff. de colla. bonorũ. Tertia ratio, quia quæſita opera filij dicuntur aduentitia. l. cùm oportet. C. de bon. quæ lib. ſed aduentitia non conferuntur, nec imputantur. l. ſi. de colla. C. facit. l. ſcimus. §. repletionem. cum ſimi. ſuprà alleg. ergo donatio remuneratoria cùm opera filij magis, quàm patris liberalitate contingere videatur, ſupereſt, vt nõ imputetur, quaſi opera filij, & induſtria quæſita. Quod tamen intellige, dummodò probentur bene merita filij erga patrem. Nec enim in hoc ſolius patris donantis aſſertio ſufficeret, dicentis filium de ſe bene meritũ eſſe: nam aliàs ſi id ſufficeret, aperta eſſet via, & fraus. contra titulum. C. de inoffi. dona. ſicq́; reliqui filij lugerent, inq́; ſuis legitimis poſſent facilè fraudari. ita tenetur communiter, vt per glo. approb. in. l. ſi donatione. C. de colla. Et communem opin. vt remuneratoria donatio non imputetur in legitimam, ſequitur Coraſi. in. l. filium quem. in. 2. parte. nu. 106. cum ſeq. C. fam. herc. Eſtq́; vera, & communis opinio ſecundùm Ripam in. d. l. in quartam. nu. 143. cum plu. ſequen. & nu. 160. cum plu. ſequen. & Carolus Ruinus ibi nu. 23. & nu. 18.

*Legitima filij non læditur ex confeſsione patris.*

257 Et quod diximus, ſimplici patris aſſertioni ſtandum non eſſe, id æquiſsimum eſt. Pater enim & ſi talem confeſsionem bene meritorum filij facere voluerit, & conſtituerit ſe nomine filij poſsidere bona, quę filio donare volebat in damnum aliorum filiorũ, non potuit dictam confeſsionem emittere, nec eis pręiudicauit. vt tenet Bart. & communiter ſcribentes in. l. cùm quis decedens. in. §. codicillis. ff. de lega. 3. Hoc idem ante Bar. dixit ſingulariter Specul. in tit. de confeſs. in. §. nunc videndum. 5. col. verſic. ſed nunquid patris confeſsio. vbi verba iſta formalia dicit, Sed nunquid confeſsio præiudicat hæredi quo ad debitum bonorum ſubſidium, vt ſi confeſſus ſit cum iuramento Titium, &c. poſuiſſe centum libras apud eum, ad hoc, vt filius hæres teneatur illa reſtituere? Et videtur, quòd ſic. per authenti. quod obtinet. Sed certè ſecũdùm hoc poſſet filius in ſua legitima fraudari, quod eſſe nõ debet. vt in. c. Rainutius. & c. Rainaldus. de teſtam. Vnde dic, quòd talis confeſsio non præiudicat ei, cùm ſit quaſi creditor in legitima, & ita nec cõfeſsionem facere, nec donationem illam inualidam approbare, nec ex ea ſe velle poſsidere potuit in præiudiciũ dictorum ſuorum filiorum: & quia cauſam poſſeſsionis, quam habuit ex vero & iuſto titulo diuiſionis ſibi mutare nõ potuit, nullo de nouo ſuperueniente titulo. vt in. l. non ſolùm. §. quod vulgò. ff. de vſucapio. & l. cùm nemo. C. de acqui. poſſeſs. Qua de re plenè per Corne. Iaſ. & Deciũ poſt alios in. d. l. ſi donatione. C. de collati.

*Legitimæ imputatur ſimplex donatio ex iuſſu donãtis. cũ quibuſdã declarationibus. cũ cõmuni.*

258 Sexta cõcluſio Bar. vbi ſuprà. quam vt indubitatam ſequũtur omnes, vt imputetur ſimplex donatio, ſi id expreſsim egerit donator. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffi. teſtam. ampl. vt idem, ſi tacitè id egit. l. ſi nõ mortis. ff. eod. l. etiã. §. ſi debita. de bon. liber. Intellige tamen, vt ibi notaui, in dubio id actum non videri, niſi probetur aliqua cõiectura, at in ſuperiore caſu, quando ex ipſius teſtatoris expreſsione conſtabat, loquebamur.

Intellige tamen procedere, quando teſtator tempore ipſius donationis expreſſit, vt ea donatio in legitimam filij imputaretur. Quòd ſi ſimpliciter tunc donauit, ſed poſtea illud expreſsit, tunc adhuc idem, vt poſsit, ſi quidem donatio ab initio nõ valebat, quia facta filiofa. ſed morte confirmabatur. l. donationes quas parentes



rentes. C. de don. inter virum & vxo. Ratio, quia talis donatio habet vim relicti, vnde poteſt reuocari, declarari, vel modificari vſq; ad vltimum vitæ ſpiritum. Quòd ſi ea donatio fieret emãcipato, tũc ſecùs. vt. l. illud. in fi. C. de collat. Idem, ſi fieret filiofa. In quibus caſibus valet ſtatim, quos enumerat Iaſ. in. l. frater à fratre. ad fi. ff. de condi. indebiti. Eſtq́; vera, & communis opinio ſecundùm Ripam in. d. l. in quartam. nu. 143. cum plur. ſeq. Tenent communiter doct. per tex. ibi in l. ſi quando. §. & generaliter. infrà eod. & per text. ibi. tenent etiam cõmuniter docto. in. l. illud. & in. l. vt liberis. & vtrobiq; per Decium. C. de collat. idem Decius in. l. ſi donatione. C. de collati. Facit tex. vbi cõmuniter per doct. in. l. ſi non mortis. ff. de inoff. teſtam. & Carolus Ruinus in dict. l. in quartam. nu. 18. & nu. 23. ff. ad legem falcid.

*Legitimæ an imputetur donatio, quæ fit ex cauſa emãcipationis, q. nõ imputetur. cũ cõi. contra alterã communem.*

259 Septima concluſio Bar. vbi ſuprà. quæ cõmunis eſt, ſecundùm Picum ibi nu. 62. vt imputetur donatio, quæ fit cauſa emãcipationis. Sed aduerte, vt pater nõ compellitur emancipare, ita & filius inuitus non emancipatur: patris enim & filij voluntas concurrere debent. glo. in. l. filijs matrem. C. de inoffi. teſtam. Item quod quiſq; vult, id ſibi vtile, fructuoſumq́; videtur. §. præterea. Inſti. de act. Ergo pater, qui aliquid filio conceſsit, vt pateretur emancipari ſe, is pater lucrari videtur. Nec me mouet, quòd leges exiſtimẽt beneficio filium affici, qui emancipatur. l. 1. in prin. ff. ſi quis à paren. fuer. man. Nam reſpondeo, quòd variæ ſunt hominũ voluntates. l. quia poterat. ff. ad Trebelli. d. §. præterea. Item varia eſſe poſſunt negotia hominum. l. 4. ff. de nego. geſt. vt licèt emãcipatio plerunq; vtilior filio, quàm patri eſſe credatur, tamen in ijs perſonis ſit econtrà: & cum hac potentia concurrit veri ſimilitudo, quæ coniectatur ex pretio à patre filio dato. Eſt enim veriſimile, qui ex parte ſua pretium conceſsit, vt emancipatio fieret, eum lucratũ fuiſſe plus altero. l. cùm de indebito. ff. de probati. Concludo ergo, datum ob cauſam emancipationis imputandum non eſſe, quia ea cauſa pertinet ad vtilitatem dantis potiùs, quàm accipientis. Sed quid ſi ſtatim poſt emancipationem, vel in ipſo actu emãcipationis dedit (nõ cauſa emãcipationis fiendæ, nam fiebat ex vtriuſq; libera voluntate) ſed vt ipſe emancipatus haberet vnde viueret? Reſpon. nec tunc imputandum, quia ea ſimplex donatio eſt, quæ propter bene merita præterita facta præſumitur.

Sed pro communi opinione fortiter facit, quia patria poteſtas eſt inæſtimabilis res. l. filiusfa. §. ſecundùm vulgarem. ff. de lega. 1. Et donatio cauſa emancipationis tunc demum facta intelligitur, cùm expreſsit pater ſe ideò donare, vt filius, qui per emancipationem è domo ſua pellebatur, haberet vnde ſe aleret. Etenim parentes liberis, quos in poteſtate habent, alimenta regulariter præſtant, non ita emancipatis. argum. l. quidam cùm filiũ. ff. de verb. oblig. Ergo hęc donatio ex neceſsitate ſaltem cauſatiua profecta videtur, vt per hoc multùm ſimilis videatur doti, vel donationi propter nuptias. Deniq; ſi rectè inſpiciatur, Bar. nu. 10. in. d. l. in quartam. tenuit partẽ negatiuam, vt datum à patre filio cauſa emancipationis non imputetur in legitimam nõ magis, quàm ſimplex donatio, quæ ab initio valuit. Et hanc partem dixit communem Picus vbi ſuprà. & Ripa in dict. l. in quartam. num. 183. idem Bar. in. l. peto. in prin. nu. 6. ff. de lega. 2. Alexan. in. l. illud. C. de colla. Tradunt communiter alij, & Ruinus in. d. l. in quartam. nu. 18. & nu. 23. & docto. in. l. ſcimus. §. repletionem. infrà eod. Bald. conſi. 61. & conſi. 402. lib. 1. Alexan. conſi. 103. lib. 3. idem Alex. conſi. 50. lib. 6. Beltrandus conſi. 103. lib. 3. Coraſi. in. l. in quartam. nu. 113. Pro hac parte negatiua, quæ reuera communis eſt, eſt tex.

tex.in.l. ſi quando.§. & generaliter. infrà
hoc tit.& in.l.etiã.§.ſi debita.&.§.pe.ff.de
bon.lib.Facit.l.ſed ſi non mortis.ff.de in
offi.teſtam.Quæ iura,& etiam.l.illud.C.
de collati.generaliter inducũt, vt datum
inter viuos in legitimam nõ imputetur,
nec ab iſta generali regula exceptum re-
peritur id, quod emãcipationis cauſa da
tum fuit. Et cùm id non ex neceſsitate à
patre profectum videatur, ſed magis ex
mera eius voluntate, & liberalitate, ſatis
is pater velle intelligitur, vt illud filius vl
tra legitimã præcipuum haberet, pręſer
tim quia cùm id ante mortẽ abſceſſerit à
bonis patrisf. & integra legitima filio de
beatur de bonis, quæ reperiuntur tempo
re mortis, ſupereſt, vt is filius habere de-
beat & integram legitimam eorum bo-
norum, quæ ſunt tempore mortis in ſub
ſtantia patrisfa. & præterea illud, quod
iam in vita ſibi datum fuerat, quod ad di
minutionem legitimæ non pertinet, nõ
magis, quàm ſi alicui extraneo datum
fuiſſet, & per hoc exiuiſſet de patrisfam.
ſubſtãtia inter viuos. Tenet Carolus Rui
nus in.d.l.in quartam.nu.18.& num.23.

260 Denique hæc donatio, quæ fit ob cau-
ſam, vel vt rectiùs loquar, occaſione emã
cipationis, nõ eſt donatio ob cauſam, ſed
donatio ſimplex, & pura.ſecundùm Bar.
in.l.vt liberis. C.de colla. idem Bart.in.l.
cùm oportet.§. cùm autẽ. per illũ text.C.
de bo.quæ lib. Ad idem.l.fi.vbi Bal.C.de
emãcip.lib.Alex.in.d.l.vt liberis.vbi De-
cius col.fi.idem Alex.cõſi.21.Attiſtis.lib.
3.Abbas cõſi.116.Illud de iure.col.pe.lib.
2.Et vid.per Fulgo.in.d.l.vt liberis.col.fi.
Oldrald.conſi.138.Thema.col.4.Cuma.
conſi.28.De fundo dato.Alex.conſi.162.
Circa primam.lib.2.Poſtremò in hac ma
teria, donatio ob cauſam illa ſola dici-
tur, quę fit ob cauſam neceſſariam, vt do
tis, vel donationis propter nuptias à parẽ
tibus in liberos collatæ.ſecundùm Paul.
Alex.& Deci.col.fi. in.d.l.vt liberis. aliàs
enim in omni donatione ſubintelligitur
cauſa expreſſa, vel tacita.l.nec adiecit.ff.
pro ſocio. Deniq; pater nõ amittit vſum
fructũ, quẽ habet in bonis filij per mortẽ
ciuilẽ, vel naturalem ipſius filij.cõmunis
eſt, & vera opin. vt per nos in.§.33.nu.10.
cum plu.ſeq.& tamẽ per emancipationẽ
filij amittit dimidiam vſusfructus partẽ.
l.cùm oportet.§.cùm autẽ.C.de bon.quæ
libe. Ergo emancipatio ob patris vtilita-
tem facta intelligitur, ideoq; oneratur in
amiſsione partis vſusfructus.Sicq; dona
tio ob cauſam emancipationis intelligi-
tur fieri ob cauſam, quæ reſpicit nõ tam
filij, quàm patris vtilitatem.

*Donatio ob cauſam dicitur, quæ fit ob cauſam neceſſariã. cũ cõi.*

261 Octaua concluſio Bar.in.d.l.in quartã.
quæ cõmunis eſt ſecũdùm Picũ ibid.nu.
66.ꝙ donatio ſimpliciter facta filiof.quę
ab initio nõ valet, ſed firmatur morte, im
putatur: quia vim relicti, cùm morte cõ-
firmetur, habere videtur. Sed non placet
hæc opinio Bar. Moueor, quia talis dona
tio, qua ratione filio emancipato, vel ex-
traneo facta valeret, eadẽ ratione & filio
in poteſtate facta valere deberet. Nam
vt in illis perſonis, ita & in iſto filio credẽ
dum eſt factam fuiſſe propter bene me-
rita filij in patrem. Sed ideò ab initio deſi
nit valere, quia ſi valeret, ſimul ac filiofa.
acquireretur, ſtatim & eius patri iure po
teſtatis re acquireretur. Conſultiùs ergo,
& vtiliùs eſt filiofa. vt ſtatim non valeat,
propter impedimentũ acquiſitionis (effe
ctualiter enim filio acquiri non poteſt)
ſed ꝙ eius acquiſitio differatur in tẽpus,
quo filio proſit, & ſic in tempus mortis
patris. Hinc eſt, ꝙ moriente patre valet,
nõ vt ex tunc, ſed vt ex anteriore tempo
re, vt à tempore, quo facta fuit, valere vi-
deatur quo ad fructus, cæterasq; vtilita-
tes.vt.l.antep. C.de dona.inter virum &
vxor. Cùm ergo impedimẽtum acquiſi-
tionis, ſeu validitatis inductũ ſit ob vti-
litatem filij, non eſt in eius odium retor
quendum.idq;.d.l.antepe.obſeruauit, &
conſiderauit, dum induxit, ꝙ ſecuta per
mortem patris cõfirmatione videtur ab
initio

*Donatio ſimplex, q̃ morte confirmatur, an in legitimã impute tur, q. non. cũ cõi. contra alteram magis communem.*



initio valuiſſe quo ad fructus, cæterasq;
omnes vtilitates. Ergo & quo ad hãc vti-
litatem, ne imputetur ab initio valuiſſe,
intelligendũ eſt. Nõ obſtat.l.filium quẽ
habentem. C.fam her. per quã mouetur
Bart. quia cùm illa lex recipiat varios in-
tellect.in ea nõ poteſt fieri ſufficiens fun
dam.pręſertim cùm is intellect.non reci
piatur communiter. Cõfirmatur noſtra
opi.per id, quod not.tenet Picus ibid.nu.
63.dicens non imputari donationẽ, quæ
cõfirmatur emãcipatione. Et deniq; per
d.l.antep. C.de don.inter vir.& vxo.pro
batur, ꝙ talis donatio, licèt firmetur mor
te, tamen inſpecta legis cenſura, ab initio
valuiſſe videtur, & exiuiſſe patris patri-
moniũ. Adde, ꝙ ea donatio licèt ſub con
ditione fieret, tamẽ tẽpus contractus nõ
exiſtẽtis conditionis, & ſic cõfirmationis
inſpiceretur.l.filiusf. ff.de verb.l.quæ le-
gata.de reg.iur.ff. ſed inſpecto tempore,
quo fiebat, lõgè ante mortẽ exiuit patri-
moniũ patris.ergo non imputatur. Quia
non imputatur, niſi quod vſq; ad mortẽ
perſeuerauit in bonis defuncti. Hęc autẽ
res ex interpretatione legis videtur non
ꝑſeueraſſe. Nam ſi pater reuocaſſet dona
tionẽ, tunc videretur perſeueraſſe: ſin au
tẽ non reuocauit, tunc cenſetur nõ perſe
ueraſſe, ſed à tẽpore donationis eius pa-
trimoniũ effugiſſe. Deniq; contra cõmu
nem eſt tex.expreſſus in.l.ſi quando.§.fi.
in prin.de inof.teſtam.C. vbi donatio.in
ter viuos expreſſum eſt non aliter in legi
timam ipſius filij imputari, quàm ſi id ex
preſsim à patre cautum fuerit. Præterea
cõtra cõmunem opinionẽ eſt tex.expreſ
ſus in.d.l.ſi quando.§.illud. vbi paterf.fi-
liof.dedit certum quid inter viuos, vt fu
turæ ſucceſsioni renuntiaret, isq; filius re
nũtiauit futurę ſucceſsioni patris.& tex.
ait pactum nihil valere de illa futura ſuc
ceſsione omittẽda, & præterea huic filio
renũtianti, illudq; inter viuos accipienti
cõpetere querelã inof.teſtam. Ergo illud,
quod inter viuos accepit, nõ imputatur
ei in legitimã, nam ſi imputaretur, tunc
ceſſaret querela inof.teſtam.& ageret ad
ſupplementũ legitimæ. vt in.l.omnimo
dò.C.iſto tit.de inof.teſtam. Et cõſidera,
quòd in terminis.d.§. illud. ponendũ eſt
filium fuiſſe exhæredatum, nam ſi præ-
teritus foret, tunc teſtamentum & iure
veteri nullum eſſet.l.inter cætera. ff.de li
be.& poſthum.in prin. Inſt.de exhæred.
libe. & idem etiam iure nouo.vt in.l. o-
mnimodò.verſi.ſi verò vel præterierint.
C.de inoffici.teſtam. Præteritum autem
intelligere debemus eũ, qui nec inſtitu-
tus eſt, nec exhæredatus, etiã ſi ampla le-
gata acceperit.l.poſthumo nato.C.de cõ
tratab.ibi, neq; inſtitutus, neq; nomina-
tim exhæredatus.vbi notat Iaſ.nu.5.poſt
alios.§.eadẽ. Inſt.de hær.ab int. Idẽ etiã ſi
vniuerſa hæreditas huic filio per fideicõ.
relicta eſſet.l.ita tamẽ.§.ſi quis rogat⁹.ff.
ad Trebel. Ergo in.d.§.illud.qđ filiusf.in
ter viuos accepit, nõ imputat regulariter
in legitimã, nam ſi imputaret, tũc ageret
ad ſupplementũ legitimæ.per.d.l.omni-
modò. non autem ad querelam.vt ait.d.
§.illud. Et vide hac de re per Butri. Bart.
Bald.Ange.Salice.Paul.Iaſ. & alios in.d.
§.illud.& per Decium conſi.181.col.pen.
ad fin.Iaſ.in.l.pactum dotali.colum.2.in
prin.C.de colla. Natan.in.c.quanuis pa-
ctum.nu.6.in fi.de pact. in.6. Ex quibus
videtur, quòd in dict.§.illud. magis com
muniter teneatur, ꝙ ſimplex donatio fa
cta à patre filiof.non imputetur in legiti
mã.licèt in.d.l.in quartã.opinio cõtraria
communis ſit. Limi.noſtram concluſio
nem, niſi ea inter viuos donatio ſimplex
eſſet inoffi. nam tunc quatenus minue-
ret legitimas aliorũ filiorum, infirmare-
tur per tit.de inoffi.don. Et contra com-
munem tenuit Coraſi.in.l.filium quem.
nu.107.in vltima par. C.fam.herc. Eſt ta-
men verum, ꝙ communem opinionem
ſequitur Ripa in.d.l.in quartam.nu.143.
vbi Carolus Ruinus num.18. & nu.23.&
Alexan.in.l.illud.C.de colla.vbi Decius

nu.8.tenet contra communem.ſed com
munem ſequitur Alexan. conſil.27. Vi-
detur prima cõſideratione.lib.5. Roma-
nus conſil.277. Non eſt dubium. colũ.2.
Cuma.conſi.62.in fi.& cõſi.64.lib.2.Sed
Ang.in.d.l.illud.tenet noſtrã opi.& Bal.
hîc.col.fi.ſimpliciter firmans,ꝙ ſimplex
donatio facta à patre filio,nõ imputatur
in legitimam.Et circa intellect.d.§.illud.
dic,vt ſuprà in.l.omnimodò.in prin.

*Legitimæ an imputetur,quod in peculiũ cõceditur, ꝙ ſic. cũ cõi.*

262 Nona concluſio Bart. in.d.l.in quartã.
quæ communis eſt ſecũdùm Picum ibi.
nu.66.poſt mod.ꝙ conceſſum in peculiũ
à patre filiof.imputetur.per.d.l.filiũ quẽ
habentẽ.ſecundùm cõmunem intellect.
vera eſt.Sequitur Carolus Ruinus in.d.l.
in quartam.nu.24.ff.ad leg.falci.Verùm
quo ad cõmunem opi.ſuprà relatam, dũ
tenuimus donationem ſimplicem factã
filiof.à patre ſuo,quæ initio valet,nõ im-
putari in legitimam, tutius eſt tenere cõ-
munem opinionem,per ea,quæ tradun-
tur per glo.Corn.& Deci.in.l.ſi donatio
ne.C.de collatio.dum aiunt,ꝙ licèt regu
lariter ſimplex donatio præſumatur fie-
ri propter bene merita donatarij in do-
natorem collata.l.neq; adiecit.ff.pro ſo-
cio.tamen fallit in donatione filiof.à pa-
tre facta, quæ magis propter affectionẽ
paternã fieri intelligitur, quàm propter
bene merita præcedentia.

*Legitimæ ut aliqd imputetur, an requiratur filiũ eſſe inſtitutum.cõmunis quòd ſic.*

263 Decima conclu.Bar.in.d.l.in quartã.ꝙ
cùm agitur de imputatione,oportet filiũ
eſſe inſtitutum.allegat.§.aliud quoq; ca-
pit.in authẽ.vt cùm de appel.cog.meliùs
facit.l.omnimodò. in fi.prin.C.de inoff.
teſtam.cõmunis eſt,& vera ſecũdùm Pi-
cum ibid.nu.60.poſt mod.

Hæc cõmunis cõcluſio indubitãter ve-
ra nõ eſt. Nam ſi ponas filium exhæreda
tũ aliquid,quod in legitimã iure imputã
dum eſſet accepiſſe,ſiue id inter viuos,ſi
ue in vltima volũtate caperet,tunc illud
in legitimã imputaret,& reliquũ ſibi ſup
pleretur. per.d.l. omnimodò. vbi id ex-
preſſum eſt in verſi.ſin verò vel præterie
rint. quæ opinio contra cõmunem,quæ
à quibuſdã modernis defenſa fertur, ve-
ra non eſt.Nam filius aut fuit à patre prę
teritus, aut exhæredatus, aut inſtitutus.
Primo caſu,ſi præteritus eſſet,teſtamen-
tum eſſet ipſo iure nullũ.ſecũdùm com-
munes opi.vt in.d.§.aliud quoq;. &.l.in-
ter cætera.ff.de lib.& poſth.Secũdo caſu,
quando fuit exhæredatus,licèt teſtamen
tum valeret, tamen ſi aliquid à patre re-
cepit,non poteſt tractari, an illud impu-
tet in legitimam,cùm exhæredatis legiti
ma nulla debeatur.l.1.in prin.l.non puta
uit.in prin.ff.de bon.poſſ.contra tab. Ex-
preſsiùs in hac noſtra lege.in prin. vbi in
verſi. ſi verò vel præterierint. expreſſum
eſt, ꝙ exhæredatis, qui aliquid à patre in
teſtamento receperunt, non datur bene
ficium ſupplementi legitimæ portionis,
quaſi legitima nulla eis debeatur. Cùm
ergo quæſtio de imputatione legitimæ
ceſſet, quãdo filius eſt præteritus,& quã
do eſt exhæredatus, ſupereſt, vt neceſſa-
riò procedat eo tantùm caſu,quo eſſet in
ſtitutus, vt vult opinio cõmunis, quam
etiam ſequuntur Imol.Ang.Alex.& Ri-
pa nu.143.in.d.l.in quartã.qua de re ple-
nè diſſerimus in.l. quoniam in prioribus.
hoc tit.Caue tamen, quia etiam exhære-
datis,qui legatum, vel fideicom.accepe-
runt, datur ſupplementum legitimæ. vt
dixi in hac.l.in prin.in ampl.Vnde cogi-
ta ſuper iſtis.

*Legitimæ quid imputãdũ. Et inſtitutus ex integra legitima,non tenetur imputare dotẽ,uel donationẽ prop. nupt. in legitimã, ſed tenetur conferre. contra Picum.*

264 Et dũ Picus,vbi ſuprà.poſt plures,quos
allegat nu.61.ad fi.tenet, dotem imputã-
dam etiam ſi ex debita parte filia eſſet in
ſtituta: & idem in filio, qui habuit dona
tionẽ propter nuptias. Vtrũq; ineptum
puto, quia poſtquàm filius integram le-
gitimam ex teſtamento habuit, non de
imputatione,ſeu ſupplemento legitimę
agendum eſt, ſed de collatione. Cùm
enim hodie tam ex teſtamẽto, quàm ab
inteſtato habeat locum collatio.vt in au
then.ex teſtam.cum ibi notatis.C.de col
lati. & diximus latè in lib.2. ſuprà.ſi filia





in integra legitima inſtituta reperiatur,
non aliter ad patris ſucceſsionem per co
hæredes admittetur, quàm ſi cõferat do
tem,quã inter viuos recepit.Præſumptũ
enim eſt, quòd teſtator non ideò deſijt
præcipere, vt dos à filia cõferretur,quòd
vellet dotem à filia quaſi præcipuam ca-
pi,ſed eò ꝙ turbatus mortis cogitatione,
de dote, quã filiæ inter viuos tradiderat,
oblitus fuit.vt in authen.de triente & ſe-
miſ.§.illud quoq;.bene facit.l.hac cõſul-
tiſsima.§. at cùm humana. C.qui teſtam.
facere poſs. Eſt enim longa differentia,
vtrùm agatur de collatione, an verò de
imputatione. Nam ſi teſtator, qui.400.
in bonis habebat,filiumq;,& filiã habe-
bat,filięq; dotis nomine centum inter vi
uos dedit,aliaq;.300. tantùm ſibi mortis
tempore remanſerunt,ſi is filiam ex triẽ-
te hæredem ſcripſit, & filium ex reliquo
beſſe, id eſt.8. vncijs, tunc ſi diceremus,
quòd filia teneretur in legitimam totam
dotem imputare,iam ex teſtamento,prę
terea,quæ inter viuos acceperat, caperet
nihil,cùm triens bonorum eſſet centum
tantùm, & ipſa centum quoq; dotis no-
mine accepiſſet. Quòd ſi dixerimus, ꝙ
dotem in legitimã imputare non tenea-
tur,ſed tantùm conferre, & poſteaquàm
per talẽ collationem patris hæreditas au
cta fuerit de trecentis vſq; ad.400.trien-
tem iure inſtitutionis capere, tunc ipſa fi
lia conſequetur.133.cùm per modum im
putationis centum tantùm conſequere-
tur: ſicq; vides Picum pernicioſiſsimè cõ
tra filiam erraſſe.

*Legitimæ imputatur dos.cũ cõi.*

265 Vndecima cõcluſio Bar. in.d.l.in quar
tam.quòd dos data filiæ venit imputan-
da.l. quoniam nouella. de inoffi.teſtam.
vera eſt, & communis, ſecũdùm Picum
ibid.num.60.in fin. ſed dixi ſuprà in ter-

*Legitimæ imputãtur iocalia,quæ filiæ dãtur, cùm nubit, ſi ſunt uirginibus nõ apta. cũ cõmuni.*

266 tia concluſione. Sed dum Picus loqui-
tur de veſtibus, & iocalibus,quæ ſecum
tulit filia, quæ nubebat, puto, quòd ea
quæ ſeruando ſeruari poterant, qualia
ſunt vaſa aurea, argẽteaq;,& ſimilia ſint
imputanda. Sed veſtes,quæ ſecum tulit,
quæque ad honeſtum vitæ cultum ſibi
erant neceſſariæ etiam ſi in patris domo
eſſet,non ſunt conferendæ,quia pater te
netur filiæ domi manenti dare victum,
& veſtitum. Vnde videtur, ꝙ poſt mor-
tem patris tantum alimentorũ,veſtiũm-
que nomine ab hæredibus patris petere
poſſet, quantum erogaret pater, ſi eam
domi haberet. Sed nego, quia ex fructi-
bus dotis eas expẽſas facere tenetur ma-
ritus, ad quem ratione dotis receptæ per
tinet ſuſtinere onera matrimonij.

Deniq; communis opinio eſſe videtur,
vt iocalia,vaſa aurea,argentea, veſtes pre
tioſæ, quæ pater filiæ dedit, cùm nuptui
traderetur, quæq; veriſimiliter daturus
non eſſet, ſi virgineo habitu,cultuq; do-
mui patris ea filia manſiſſet,imputetur ei
in legitimam. ita tenent Coraſi. in.l.filiũ
quem.nu.115. C.fam.herc.Ripa in.d.l.in
quartam.nu.152.Paulus in.l.ſi cùm dotẽ.
§.ſi pater.ff.ſolu.matrim.Alexã.conſi.31.
col.pe.lib.4.& conſi.7.Pater filiam.lib.5.
idem Alex.conſil.113.Viſo titulo.lib.6.&
conſi.154.eod.lib.Paulus Caſtren.conſi.
120.Bal.hîc poſt Guiliel.de Cuno.Bar.in
l.1.§.nec caſtrenſe.num.9.ff.de collat.bo
norum.argum.l.mortis ſuæ cauſa.§.fina.
ff.de donati.inter virum & vxor. iuncta
.l.id veſtimentum.ff.de pecu.leg.

Fallit ſecundùm Bar.& alios, vbi ſuprà.
quando veſtes nõ eſſent pretioſæ, ſed ad
vſum, & quotidianam culturam neceſ-
ſariæ, nam tunc non imputarentur.l. ex
annuo. in prin. ff.de donati.inter virum
& vxor. Sed fortè in Hiſpania talia do-
na indiſtinctè non imputarentur in legi
timam: quia cùm apud nos per totã Hi-
ſpaniam ſit conſuetudo, ꝙ horum ſimi-
lia cum ipſa dote cõnumerentur, eamq;
augeant, & pro dotis parte, & portione
computentur, certè vbi hæc dotis nomi-
ne data nõ fuerint expreſsim, magis eſſe
videtur, vt ſimpliciter donata videatur:
& conſequenter ſecundùm nos in legiti

mam non imputétur, non magis,quàm reliquæ ſimplices donationes. Cogita, quia eſt quæſtio noua, & occurrit quotidiè,nec eam firmo.

267 Duodecima cõcluſio Bar.vbi ſuprà.eſt, ꝙ donatio propter nupt.ex ſubſtãtia patris profecta,imputetur. vera eſt, & communis ſecundùm Picum ibid.nu.62.dixi ſuprà in.3.cõcl. Sequũtur tanq̃ communem opi.Imola,Ang.& Alex.& Ripa in d.l.in quartam. nu.148. & Coraſi.in.l.filium quẽ.nu.115.C.fam.her. Sequũtur cõmuniter omnes doct.per tex.ibi in.l.qm̃ nouella.ſuprà eod.& omnes doct.hîc.& in.l.illud.C.de collati.

*Legitimæ imputatur donatio ꝓpter nupti. cum cõi.*

268 Sed videndum eſt,quæ ſit ratio differẽtiæ inter dationem ſimplicem, quæ ſecũdùm verã,& communẽ opinionem non imputatur in legitimã, & dationem ob cauſam dotis,vel donationis propter nuptias,quæ imputatur in legitimam.

*Legitimæ ut imputetur donatio ob cauſam, & non ſimplex, quæ ſit ratio noua.*

Et cùm plures varias rationes ꝓdiderint, vera ratio,reliquis omiſsis,eſt,ꝙ donatio ſimplex ideò deſinit in legitimã imputari,quia cùm ꝓficiſcatur ex mera liberalitate donãtis,ipſe voluit,ꝙ præcipuũ eſſet donatarij id,qđ dono dabatur,ſecùs in dote,vel donatione propter nuptias,quę ex neceſsitate proficiſcitur.l.fi. C.de dot. promiſsi. In neceſsitatibus autem nemo liberalis exiſtit, nec donandi animũ habere creditur.l.rem legatam. ff.de adim. lega.Nam & generaliter animus donãdi nunquã præſumitur, quoties alia coniectura capi poteſt.l.cùm de indebito.ff.de probati.Nec ad rem pertinet,ꝙ dos data à matre imputetur in legitimam,quæ filiæ à matre debetur.Et idem in donatione propter nuptias, reſpectu filij.l. quoniam nouella.ſuprà eod. Nam reſpon.ꝙ etiam mater videtur neceſsitate quadã impelli ad dotem filiæ,& donationẽ propter nuptias filio dãdam:etenim iure naturæ omnes mouemur,cogimur,impellimur ad ſobolem procreandam,educãdam,conſeruandam.l.1.ff.de iuſti.& iur. in prin.Inſti.de iure nat.c.ius naturale.4.diſtin. quæ conſeruatio abſq; nuptijs, & matrimonio contingere legitimè nõ poteſt.l.1.ff.ſol.matrim.cum ibi notatis.Sequitur,ꝙ qua ratione mater cupit,geſtit, deſiderat liberorũ conſeruationem.l.iſti quidẽ.ff.quod met.cau.eadẽ quoq; ratione mouetur,cogitur,impellitur ad dotẽ, & donationẽ propter nuptias liberis ſuis dandã,ſimplicem donationẽ non ita datura, ſine qua ſuæ ſobolis propagatio cõtingere poteſt.Licèt alias rationes videre poteris per Bal.& alios hîc.per Ripã in.d.l.in quartã. nu.148. vbi Carolus Rui.nu.23.& Paulus Picus nu.64. & Coraſi.in.l.filium quẽ habentem.nu.128.C.fam.her.

269 Adde aliam nouiſsimã rationem.Nam donatio ſimplex præſumitur facta propter bene merita, ſeruitia, beneficia,quæ donatarius cõtulit in donatorem. arg.l.nec adiecit.ff.pro ſocio.& conſequenter non tam donatio eſt,quàm beneficij accepti remuneratio, debitiq́; beneficij retrò accepti ſolutio. vt in.l. ſi pignore. in prin.ff.de furt.ibi,beneficij debitorẽ.vbi tex.ait,ꝙ qui ab alio beneficium accepit, is quodãmodò debitor eſt illius, qui eũ beneficio affecit.Ergo ſi in cõſequentiã, & quandã reſpõſionem huius beneficij accepti, huiusq́; debiti donationem ſimplicem,& ſic ſolutionem quãdam interpretatiuam facit,non poteſt videri voluiſſe,vt talis donatio,quæ ex legis interpretatione quaſi debiti beneficij ſolutio eſſe intellligitur,in legitimam filij imputetur,non magis,quàm ſi ipſi filio æs alienum,quod ab eo accepiſſet,perſoluiſſet. In quibus caſibus inter patrem & filium obligationes & contrahi,& diſſolui poſſunt. Quæ ratio ceſſat in dote, & donatione propter nuptias, quæ non in remunerationem accepti beneficij fieri intelliguntur, ſed magis ex neceſsitate præciſa legis.vt in.l.fi.C.de dotis promiſsi.vel ex neceſsitate cauſatiua ſobolis conſeruandæ.vt ſuprà probauimus. Et hanc rationem

*Altera noua ratio.*



nem nullus neq; expreſsit, neq; etiã proximè acceſsit.

270 Decimatertia concluſio Bart. in.d.l.in quartam.& communis ſecũdùm Picum nu.64.ad med.quòd datum filio,vt inde emat militiam vnde viuat,imputetur.d.l.omnimodò.§. imputari. quẽ modò interpretamur.Ratio,quia ea cauſa filij vtilitatem(vt ſuprà diximus)reſpicit.

*Legitimæ an imputetur,quod filio datur,ut inde emat officiũ unde uiuat. ꝗ ſic.cũ cõi.*

Et dum Picus nu.66.tenet,quòd ſi filius

271 matrem dotauit,dos imputatur.idem teneo, ſed alia ratione,ſcilicet, quia ea cauſa reſpicit vtilitatem matris.

*Dos à filio matri data imputatur in eius legitimã. cum Pico.*

Item quia negari nõ poteſt, quin imputatio fuerit inducta ad excludendam impugnationem voluntatis defuncti, quæ per querelam inofficioſi teſtam.fiebat.vt in.l.quoniam nouella.ſuprà eod.l.ſi non mortis.ff.hoc tit. Querelæ autẽ loco ſucceſsit ſupplementum legitimæ. vt ſuprà hâc lege. in pr. qđ ſupplemẽtũ legitimæ etiam contra expreſſam voluntatẽ teſtatoris inducitur.vt in auth.vt cùm de appel.cog.§.cæterùm.& eſt cõmunis opi.vt diximus in.l.quoniam in prioribus.infrà hoc tit. Optimè facit,quia etiam lex falcidia hodie, & olim præſumitur induci contra voluntatẽ teſtatoris.l.Titia.ff.ad leg.falci.c.Rainaldus.de teſtam. Cùm ergo ſupplementũ legitimæ contra voluntatem teſtantis induci præſumatur, non ſecùs,quàm ipſa querela,ſupereſt, vt dos à filio matri data debeat imputari ad excludendã ſupplementi petitionem, non ſecùs,quàm imputaretur ad excludendã querelam inofficioſi teſtam.Præterea vt quo ad querelam exæquantur liberi, & parentes. vt in.l.nam & ſi parentibus.ff. hoc tit.in prin.Inſt.eod.l.pater filium.ff. eod.l.cùm filium.ſuprà eo.& quo ad ſupplementũ legitimæ exæquantur. vt in.l. noſtra.in prin.& quo ad remotionẽ grauaminis exæquãtur. vt in.l. quoniam in prioribus.infrà eod.& in.l.ſi quãdo.§. & generaliter.in fin. infrà eod.ita quoq; & quo ad ea,quæ in legitimam imputanda ſunt,ad excludendã olim querelã,& hodie ad excludẽdum legitimæ ſupplemẽtum exæquati intelligẽdi ſunt.Quia qui vult conſequens,videtur velle antecedẽs neceſſariũ ad illud.l.illud. ff.de acq.hær. l.2.ff.de iuriſd.omni.iudi. Sed ad hoc,vt liberi,& parentes quo ad denegationem querelæ,vel petitionis ſupplemẽti legitimæ exæquẽtur, neceſſariò præcedere debet, vt ſimiliter exæquentur quo ad ea, quæ in legitimã imputãda ſunt,ne aliter ex defectu imputationis parentibus concederetur liberorũ teſtamentũ impugnare per querelam,vel per petitionẽ ſupplementi legitimæ,eo caſu,quo liberis parẽtum teſtamentũ ijſdem modis impugnare non concederetur propter interuentũ imputationis.Itaq; tenẽdũ eſt,ꝙ in omnibus his caſibus,in quibus liberis propter interuentũ imputationis denegatur parẽtũ teſtamenta,petito legitimæ ſupplemẽto, vel querela propoſita, inquietare :in ijſdem caſibus ſimiliter parentibus cõcedendũ non eſt,petito legitimę ſupplemẽto, vel querela propoſita liberorũ teſtamenta inquietare,ne ſi aliud diceremus, plus iuris hac in re parẽtibus aduerſus liberorũ teſtamenta cõcederemus, quàm liberis aduerſus teſtamẽta parentũ.quod ſatis abſurdum eſt,& contra omnium legũ diſpoſitiones.vt in.l.ſcripto.ff.vnde liberi.& in.d.l.nã & ſi parentibus.Confirmatur arg.l.etiam.§.pe. & fi. ff.de bo.lib. Et ita tenendũ eſt cum Paulo Pico,vbi ſuprà. licèt ipſemet fateatur contrarium ſe tenuiſſe die præcedẽte,id eſt,heſterna lectione.Et hæc noſtra opinio longè efficaciùs probatur hîc,licèt de hoc tex. Picus vbi ſuprà.nõ meminerit.Nã ſi militia pecunia patris empta imputatur,eò ꝙ vẽdi poſsit, vel trãſmitti, lõgè magis talis dos à filio matri data,debet in eius legitimã imputari, cùm hæc dos & vendi poſsit, & ad hæredes tranſmitti.

272 Et per eadem fundamenta idem tenendum eſt in dote à fratre data ſorori, ſi fra- *Idem in dote ſororis.*

 ter

273 ter turpem hæredem inſtituiſſet. Idem
*Idẽ in donatione prop. nuptias data fratri.*
tertio loco intelligendum eſt in donatio
ne propter nuptias, quam ſoror fratri ſuo
dediſſet, vt ea donatio fratri in legitimã
imputaretur, ſi fortè ea ſoror turpem hæ
redem inſtituiſſet. vt in terminis. §. ſoror.
Inſti. de inoff. teſtam. l. fratres. & l. ſi fra-
tris. ſuprà eodem.

274 Et ad Bar. in dict. l. in quartam. num. 10.
*Legitimæ nepotũ an imputetur dos, uel donatio prop. nupti. corũ parentibus data.*
dum tangit, an ſi filio emancipationis
gratia donaui hoc acto, quòd in legiti-
mam imputaret (emancipationis gratia
ideò dictũ eſſe à Bart. intelligo, ꝙ ſentiat
in poteſtate manenti factum, donationẽ
abſq; dubio imputandam, cùm firmetur
morte) iſq; me viuo, moriatur filijs reli-
ctis meis nepotibus, an in legitimã hi ne
potes imputare debeant, non ſecùs, q̃ eo
rum pater, ſi viueret? Et de voluntate pri
mò videndum, deinde de potentia. Vo-
lũtas eius, quoad intelligi poteſt, ex ipſis
verbis, ſeu ex ipſa diſpoſitione fuit, vt ne
potibus non imputaretur. Id enim tale
fuit, ac ſi dicerem, Dono tibi centum, &
volo, quòd ſi caſus euenerit, quo tibi le-
gitima debeatur, ea centum imputes. Er
go donatio fuit modalis modus, aut cõ-
ditionalis, quæ conditio caſualis erat. l.
hæres meus. de cond. & demon. ff. & de-
fecit. ergo, &c. Nec hîc agendum eſt, ꝙ ſi
modus defecit per caſum, tunc nõ ſit im
putãdum implere debenti, cùm hic mo
dus defecerit ordinatione, factoq; ipſius
donantis, qui nec modum appoſuiſſe vi
detur in cauſam conditionis defectæ. l.
commodiſsimè. de libe. & poſth. ff. Ad-
de Ripam num. 209. in. d. l. in quartam.
vbi Ruinus num. 20. & Picus num. 82. &
Alexã. nu. 26. Decius in. l. illam. nu. 16. C.
de collati. Coraſi. in. l. filium quem. C. fa-
mi. her. nu. 131. & nu. 136.

Quid ergo de poteſtate? Et puto auum
& ſi expreſsim voluiſſet, ꝙ nepotibus im
putaretur, id efficere non potuiſſe. Nam
cùm nepotibus ex filio præmortuo legi-
timam ab auo deberi lex præcipiat, non
ſecùs, q̃ eorum patri ſi viueret, quónam
modo poteſt auus eis præiudicare cõtra
l. arrogator. ff. de adop. l. cohęredi. §. cùm
filiæ. ff. de vulg. ibi, nec fideicõmiſſo, &c.
Et cõtractus inter alios factus, ſcilicet (in
ter auũ & filium) nepotibus præiudica-
re nõ debet. per totũ. res inter alios acta.
quod & æquitas ſuadet. Quid enim ſi fi-
lius is emãcipatus donatum perdidit, qđ
per delictũ fortè fuit confiſcatũ, ludóue
amiſſum, vel meretricibus datum, nõne
iniquiſsimum, nepotes, quibus legitima
debetur (l. 3. §. ſi emãcipatus. de cõtratab.
ff. l. pater filium. ff. de inof. teſtam.) frau-
datos eſſe legitima? Itaq; cùm nepotes ex
perſona ſua petant legitimã, non ſecùs, q̃
ſi pater viueret, peteret, non video, vt vo
lũtas aui, & filij eis nocere poſsit, & ſi ex-
preſſa eſſet. Vnde intelligo noſtrã cõclu
ſionem primò procedere in dubio. Secũ-
dò, etiam ſi expreſsim inter auũ, & filiũ
actum eſſet, quod & nepotibus imputa-
retur. Tertiò, etiam ſi nepotes eſſent hæ-
redes filij. Denique ſi pater auo ſuperſtes
eſſet, ſtatimq; moreretur, tũc imputãdũ
eſſet, quia eo caſu nepotibus ex propria
ꝑſona nulla legitima debebatur, ſed eo-
rũ patri, qui eam habuit. Nec ꝙ eam pro
digaliter amiſerit, in conſideratione eſſe
debet, nõ ſecùs, q̃ ſi legitimam, hæredita
témue à patre relictã repudiaſſet tacitè,
vel expreſsim poſt mortẽ aui: quo caſu ſi
ne dubio ſibi noceret, ſuæq; poſteritati.
l. ſi quãdo. §. & generaliter. de inof. teſta.
C. l. ſi quis filium. §. fi. eod. titu. Quo caſu
quęro, an nepotes poſsint dicere factum
patris legitimã repudiantis fuiſſe inoffi-
cioſum, ſi fortè nil, aut parũ præter repu
diatum is habebat in bonis? Reſpon. nõ
poſſe. Nec enim pater inofficioſus fuit,
qui quod ſibi inutile eſſe putauit, id ne-
potibus non reſeruauit. Optimè facit. ff.
quæ in fraud. cred. l. qui autẽ. dum loqui
tur de hæreditate repudiata. & lõgè for-
tiùs, dum loquitur de legato. Stringe ſe-
cũdò. Nam ſi in repudiatione nõ præſu-





mitur fraus aduerſus creditores, multò
minùs aduerſus ſuã poſteritatẽ. Quòd ſi
fraus ꝓbaretur, tũc. &c. vt in ſimili dicit
tex. in. l. totius. in prin. de lib. & poſt. ff.

275 Concludo, quòd factum aui volunta-
*Legitimæ nepotũ ut imputetur quod filio datũ fuit.*
rium (vt eſt donatio ſimplex) nõ poteſt
nocere nepotibus, quò fit, vt talis nepo-
tibus donatio imputari non poſsit vltra
quàm ad eos peruenerit. hoc primò. Sed
an quatenus ad eos peruenerit titulo hę
reditario, vel alio ſit imputanda? Et puto
quòd ſic. Primò, quia nepotes non ha-
buiſſent, niſi auus filio donaſſet, à quo
habuerũt nepotes, per qđ ab ipſo auo ha
bere videntur. l. fi. C. de hære. inſt. l. dedit
dotem. de colla. bo. Secundò, quia ſucce-
dunt quo ad legitimam in locum, gra-
dumq; patris, & in ſtirpes, vnde onus im
putandi donationi impoſitũ magis gra-
dui eorum, quibus deberi põt legitima,
quàm perſonę filij accõmodari videtur.
ergo. &c. Tertiò fauore teſtamenti, odio
q; querelæ. l. quoniã nouella. C. de inof.
teſtamẽt. l. ſi pars. ff. eod. Non obſt. quòd
verba defecerint. Nam reſp. ſupplẽdum
ex mente. argumẽt. l. hæredes mei. §. cùm
ita. ff. ad Treb. vbi ferè ĩ terminis dicitur
non ſufficere cond. deficere quo ad ver-
ba, ſi quo ad mentem non defecit, per
quod excluditur fundamẽt. contrarium
exiſtimantium. Eſt ergo perinde, ac ſi di
cerem, Dono tibi, & volo quòd impute
tur in legitimam tuam, vel alterius, ſi do
natũ ad eum peruenerit. quod poſſum.
vt. l. cum filio. de legat. 1. ff. licèt videatur
contrà. per. l. 6. eod. Vnde ſi ad alterum,
cui legitima debeatur, donatum perue-
nerit, ſatis à me ad illum profectum vi-
detur. ff. de vulg. l. ſed ſi plures. §. in arro-
gato. Facit, nam licèt hæres ex delicto de
functi non teneatur ante litem conteſta
tam, tamen ſemper tenetur quatenus ad
eum peruenit. l. vn. cum ibi not. C. ex de
lict. defunct. Sic & in propoſito, licèt iſti
nepotes, quibus ex perſona ſua debetur
legitima, non teneantur imputare quod
eorum pater ea lege recepit, vt in legiti-
mam imputaret, tamen quatenus ad eos
peruenit, debent imputare, ne diteſcant
cum iactura aliena. contra. l. nam hoc na
tura. ff. de condi. inde. l. iure naturæ. ff. de
regulis iur. præſertim ſi ſint hæredes pa-
tris recipientis. argum. l. cùm à matre. cũ
ibi notatis. C. de rei vendi.

276 Infero ad. 2. quæſt. Bart. in. d. l. in quar-
*Neceßitas onúſue imputandi an tranſeat ad hæredes.*
tam. num. 10. dum quærit, an ſtante ſta-
tuto, ꝙ dos à patre filiæ data ſoluto ma-
trimonio ad patrẽ non reuertatur, ſed li-
beris ipſius filiæ reſeruetur, ſi viuo patre
filia moriatur, an dos imputabitur in le-
gitimam nepotum non ſecùs, quàm im-
putaretur in legitimã ipſius filiæ, ſi patri
ſuperſtes foret? Et quid in donatione
propter nuptias? Et inter hunc caſum &
ſuperiorem diuerſam eſſe rationem con
ſtat dupliciter, cùm dos, donatioq; pro-
pter nupt. ex neceſsitate præſtantur, ſed
donatio ſimplex ex libera patris volun-
tate. Item, quia dos, donatióque propter
nup. ſoluto matrimonio reuertuntur ad
patrem de iure cõmuni, ſecùs in ſimplici
donatione. ergo in his patri magis ſub-
ueniendum, quàm in ſimplici donatio-
ne. l. rem legatam. ff. de adim. leg. l. ſi fide
iuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatisd. cogan.
Vnde cùm in ſuperiore quæſtione te-
nuerim imputandum nepotibus, quate
nus ad eos peruenit ex donatione: ita &
multò magis caſu iſto tenendum vt im-
putetur, quatenus ad eos peruenerit. Sed
ſi pars donationis ſit diminuta, an adhuc
ſit imputanda integra dos, ſeu donatio
propter nuptias nepotibus, non ſecùs,
quàm integra imputaretur ipſi filiæ ſi pa
tari ſuperuixiſſet? Et licèt in ſuꝑiore quæ
ſtione tenuerim quòd nõ, tamen in iſta
magis eſt quòd ſic. argum. l. cum quo. §.
fi. ad. l. fal. Nec obſt. quòd factum patris
legitimam ante tempus aſsignãtis filio,
non debeat nepotibus nocere, vt in pri
mo articulo dicebã. Nam illud, quãdo fa
ctum fuit voluntarium, ſecùs ſi neceſſa-

rium vt hîc. Nec obſt. quod doct. aiunt
profectitium non videri,quando ex for
ma ſtatuti dos impeditur ad patrem re-
uerti,& applicatur filijs filię prę mortuę.
Nam reſp. ſtatutum reuerſionem impe-
dire, ſeu regreſſum, non autem mutare
qualitatem dotis,quæ erat profectitia.fa
cit.l.3.§.qui fideicommiſſam.ff. de hære.
inſt.vbi qualitas fideicommiſsi ſub cõd.
dati, quæ futura erat, ſi pendente cond.
ſeruus ab hærede directam libert.nõ ac-
cepiſſet, non mutatur, propterea quòd
interim directã ab hærede accipiat, quin
imò exiſtente cond. fideicom. libertatis
teſtatoris, nõ hæredis libertus erit.Sic &
in propoſito,qualitas dotis, quæ futura
eſſet,ſi filia patri ſuperuixiſſet, non mu-
tatur,eo quòd dos per ſtatutũ nepotibus
deferatur:quinimò vt in perſona filię,ita
& in perſona nepotum profectitia ma-
nebit.Infero ſimiliter in ſuperiore quæ-
ſtione de emãcipati filijs, quòd donatio
ſibi facta,quę ad eius filios peruenit,pro
fectitia apud eos reputabitur, non ſecùs,
quàm apud ipſum. Stat ergo, quòd da-
tio ſimplex,quæ ad emãcipati filios per-
uenit,ab ipſis imputanda eſt.hoc primò.
Dos,quæ ad nepotes ex filia peruenit,ab
ipſis imputanda eſt. hoc ſecundò. Dona
tio propter nupt.quæ ad nepotes ex filio
peruenit,ab ipſis imputanda eſt.hoc ter-
tiò. Donatio ſimplex quatenus ad nepo
tes ex filio emancipato non peruenit, ea-
tenus nõ imputabitur, licèt donator ex-
preſſerit filio eam imputari. hoc quartò.
Dos nepotibus ex filia non eſt imputan-
da ex toto,ſi diminutè pueneri, vel nul-
latenus.hoc.5. Idẽ in donatione propter
nupt.hoc.6. De duabus vltimis conclu-
ſionibus ſubdubito. Sed pro eis facit,qa
de mente omnium doctorum eſt nõ im
putari quod non extat. Facit. 2.l. omni-
modò.§.imputari.C.de inof.teſtam. Ter
tiò facit,quia onus imputandi non tran
ſit ad hæredes ſecundùm communem.
de qua per Picum nu.80. in. d.l. in quar-
tam.Præterea & fortiùs,pater, qui dota-
uit filiam, quiq; ſcit ſe,mortua in matri-
monio filia,totam dotem recuperaturũ,
potuit ſibi cautionibus conſulere tẽpo-
re,quo dotẽ genero tradidit,quòd ſi præ
termiſit,ſibi imputandũ, nec poteſt cau-
ſari ſibi neceſſum fuiſſe prætermittere.Et
pro tribus primis concluſionibus, quæ
ſunt magis dubiæ, adde nouũ fundam.
Nam actiones,quæ non tranſeunt ad hę
redes, quales ſunt furti, vi bonorum ra-
ptorum,& ſimiles, ſemper tranſeũt qua-
tenus ad hæredes peruenit.l.1. cum gloſ.
C.ex delict. defunct. Sic & in ſpecie no-
ſtra,licèt fateamur onus imputandi non
tranſire ad hæredes ſecundùm commu-
nem, attamẽ debet tranſire quatenus ad
eos peruenerit.Intellige tamen, quòd vt
filius,qui rem à patre habuit,poteſt eam
eligere in partem legitimæ, ita & iſti ne-
potes talem dotem poterunt in par-
tem ſuæ legitimæ optare, inuito aui hæ
rede.

Qua de re vi. per Coraſi. poſt alios in
l.filium quẽ.nu.131.& nu.136.C.fam. her.
per Ripam in.d.l. in quartam.num. 189.
& num.209.per Ruinum num.20.& nu
mer.27.per Alexan.ibid.num.26.per De
cium in.l.illam.num.16.C.de collati.

277 In textu ibi, occaſione militiæ ex pe-
cunijs.&c.& iuxta ſuperiora eſt ſciendũ,
quòd ſupplementum legitimæ ceſſat in
teſtamento militis,quod nullã legis ſup-
pletionem recipit, ſed ſeruatur prout ia-
cet. vt diximus in.§.24. nu.41. Nam &
ſimiliter teſtamentum militis eſt infor-
me, in quo nulla ſolennitas deſideratur,
non magis,quàm in actibus inter viuos,
in quibus ſola legitima probatio ſat eſt.
Quod ſic probatur. Nam ratio expreſſa
in lege, habetur pro ipſa lege, & deciſio
particularis loco exempli eſt.vt ex com-
muni opinione reſoluunt Tiraq. de cau
ſa ceſſante. par.1.nu.152. Bal. in repet.l. de
quibus.col.12.ff.de legib. verſ. item nota
quòd nõ videtur. Iaſ.in.l.à Titio. in prin.
col.fi.

*Militis in teſtamento ceſſat legitimæ ſupplementum.*



col.fi.ff.de verb.oblig.Alex.conſ.75. Vi-
detur in præſenti.col.1.lib.5. Idem Tira-
quel. in. l. ſi vnquam.C. de reuo. donat.
verbo, libertatis.num.45. Quod adeò ve
rum eſt, vt quãdo ratio in. l. expreſſa eſt,
tunc extenſio fieri poſsit tam in exorbi
tantibus,quàm etiã in pœnalibus. quod
ſimiliter in correctorijs admittẽdum eſ-
ſe obtinuit. Iſta eſt vera & cõmunis opi.
quam tenent gloſ. in authen. de hæred.
ab.§.fi. verbo, ordine. quam dicit vnicam
Bal.in.l.fi.ff.de hær.inſti.idem Bal.in.l.fi.
C.de lib.præt.Alex.in.l.cùm mulier.col.
5.ff.ſol.matrimonio.gloſ.in clementina.
1. verbo, eligatur. de electione.plenè per
Iaſ.in.l.re coniuncti. num.181.ff.de leg.3.
Iaſ. in authen. quas actiones. num.22.C.
de ſacroſ.eccleſ.Bald. ibi col.2. Paul.in.l.
quanuis.C.de fideicõ.Cuma.in.d.l. cùm
mulier.§.1.per tex.ibi.ff.ſol.matrimonio.
Georgi. Natan.in.c.quanuis. de pact.in
6.nume.32. Curti.iuni.in.l. humanitatis.
per tex.ibi num.15.C. de impube. vbi Iaſ.
num.6.Alex.num.5.Corn.nume.15.Pur-
pu.in.l.ſtipulatio hoc modo. ff. de verb.
oblig.col.5.ad fi.num.12.Deci.conſ.372.
num.7.Fortu.in.l.Gallus.§.& quid ſi tan
tùm.col.87.ff.de lib.& poſth.Crottus in
l.ſi conſtante.ff.ſolut.matrimonio. lect.
2.ſuper.7.quæſtione Bar.Iaſ.in.l.tranſige
re.num.15.C.de tranſact.Ripa in.l.nemo
poteſt.num.50.ff.de leg.1. vbi Hannibal
num.349.Iaſ.in.l. Marcellus.in princ. ad
Trebel.Couar.in.c.Rainal.§.3.num.6.de
teſtam. Deci. in auth.ex teſtamento.col.
4.C.de coll.Iaſ. in.l. de quibus. num.14.
ff.de legib.Tiraq.de cauſa ceſſ. par.1.nu.
135.cum ſeq. per. l.his ſolis. C.de reu.dò-
nat.l.ſi fratres.§.idem Papi.ff.pro ſocio.l.
2.§.idem quoq;.&.§.ſi duo.ff.de coll. bo.
l.fi.ff.de hær.inſti. Quinimò quando ra
tio in.l.expreſſa eſt, non tam lex extendi
videtur, quàm ex vi etiam comprehenſi
ua omnes caſus amplecti. Vt enim gen⁹
ex vi comprehẽſiua omnes ſpecies com-
plectitur, ita ratio generalis in lege ex
preſſa ex vi etiam comprehenſiua oẽs
caſus amplectitur. vt ex communi opi-
nione reſoluunt Tiraq. de cauſa ceſſan-
te.par.1.num.137.Petrus & Cinus in.l.iu
ra non in ſingulas.ff.de legib.vnde ratio
legis inducit,& eſt ipſa lex.vt reſoluit ple
nè Tiraq. vbi ſuprà. nu.135. cum ſeq. qui
quamplures citat huius ſententiæ autho
res.Sed ſic eſt,quòd in.§.planè.Inſtitu.de
mil.teſt.dicitur, & exprimitur illa ratio,
ne vera militum iudicia ſubuertantur.
Item exprimitur illa ſecunda ratio, ipſo-
rum militum intereſſe eorum volunta-
tem legitimè probari,quaſi ſi qua ſolen-
nitas in eorum teſtamentis à lege aſsi-
gnetur, id nõ ad formam depingẽdam,
ſed tantùm ad legitimam rei geſtæ pro-
bationem habendã requiratur:ipſi enim
quomodo velint, & quomodo poſsint
poſſunt teſtari. vt ibi expreſſum eſt. &
etiam in.l.diuus.ff.eod.Eſt & tertia ratio
expreſſa in lege,ſcilicet,propter nimiam
eorum imperitiam.vt in princip.Inſt.de
mil.teſt.l.quanquàm.C. eod.Facit.l.1.ff.
eod. ibi, pleniſsimam indulgentiam.&
ibi,nuda voluntas.& in prin. Inſtit.eod.
ibi,nam quanuis ij neque legitimum te-
ſtium numerum adhibuerint, neq; aliã
teſtamentorum ſolennitatem obſerua-
uerint ritè.&c. ergo nulla omnino ſolen
nitas deſideratur, tã ex deciſione, quàm
ex ratione in dictis legibus expreſſa. Id
quod variè intelligitur. Primùm quidẽ
in numero teſtium. vt dictis iuribus ex-
preſſum eſt.

278 Deinde procedit etiam & quo ad illã
ſolennitatem,vt teſtes teſtamentarij ſint
in conſpectu teſtatoris, quæ quidem ſo-
lennitas in reliquis teſtamentis deſidera-
tur. vt eſt communis op.quam tenent &
reſoluunt Deci.conſ.354. In caſu propo-
ſito.num.1.Corn.conſi.18.In nomine do
mini.lib.2.nu.4.Pariſ.conſ.33.col.1.lib.2.
Bar.Sali.Fulg.Paul.& Bened.de Plumbi.
in.d.l.ſi nõ ſpeciali. Bal.in.l. ſi nõ ſpeciali
C.de teſta.vbi Iaſ.in pr.&rurſus in tertio
notab.

*Militis teſtamẽto nõ oportet teſtes eſſe in cõſpectu teſtantis.*

notab.Cin.& Alexã.in.d.l.ſi non ſpeciali.
vbi etiã Albe.per tex. ibi in verbo.in con-
ſpectu teſtatoris. & in.l. ſi vnus. in verbo,
corã teſtatore. C. de teſtam.facit.l. qui te-
ſtaměto.§.veteres.ff.eod.tit.Imol.& Abb.
in.c.2.de conſuet.eſtq; cõmunis ſecũdùm
Corn.vbi ſuprà.num.6. Non tamen hæc
ſolennitas (vt nouè interpretamur) in te-
ſtamento militis neceſſaria erit non ma-
gis, quàm in actibus inter viuos, in qui-
bus conſtat hanc ſolennitatem ad formã,
aut probationem non requiri. ſecundùm
veram & communem ſententiam, quam
tenet gloſ.in.l.2.§.idem Labeo. ff. de aqua
pluui. arcen. quam communiter app. di-
cunt Alex. num.6. &.Iaſ.num.9.in.d.l. ſi
non ſpeciali.Abb.in.c.cùm cauſam. de te
ſtib.Bar.Imol.& Paul.in.d.§.idem Labeo.
per Canoniſtas in.c.præterea. de teſtib. &
in.c. ex literis. de conſuetu. Inno. & Ioan.
An.in.d.c.præterea. Bal.in.l. conuenticu-
lam.col.7.de epiſco.& cle.

*Nec quòd teſtes eſſent toti teſtamẽto præſentes.*

279 Tertiò vt in teſtamento militis omnis
forma remiſſa ſit, ĩtelligitur ſic: qa licèt de
iure ciuili teſtes teſtaměto adhibitos opor
teat vt toti teſtamento fuerint præſentes.
vt in.l. cùm antiquitas. & in.l.caſus.C. de
teſtam.& in.l.qui teſtamento.§.veteres.ff.
eod.tit.& eſt communis op.vt per Pariſi.
conſil.33.Et ſi prima facie.nu.28.cum ſeq.
lib.2.per docto.in.l. furioſum. per tex.ibi.
C.qui teſta.fa.poſ. vnde vna pars teſtamẽ
ti nõ poteſt probari per ſeptẽ teſtes, dicen-
tes ſe ſcire partem tantùm eorum, quæ te-
ſtamento ordinata fuerunt, & per alios ſe
ptem teſtes dicentes ſe ſcire aliam tantùm
partem eorum, quæ in eod.teſtaměto or-
dinata fuerunt. vt eſt communis op.Bald.
Paul.Alexã.Iaſ.num.9.vbi alij in.d.l.cùm
antiquitas.Corn. conſ.238. Reperio.nu.3.
libr.4.Alexã.Corn.& Iaſ.nu.8.& nu.12.in
d.l.cùm antiquitas.de teſtamẽt.C.vbi Ci-
nus, Bal.Sali.Pau.& alij. Alex.conſ.177.Vi
ſo themate.lib.2.per Cinum & Bal. in.l. ſi
præſidi.C.de donat.ante nup. quã doctri
nam vehementer commendat Iaſ. vbi ſu-
prà.Alex.& alij in.d.l.cùm antiquitas.Ro
ma.conſil.80. Viſis tamen in teſtamento
militis non requiritur hæc ſolennitas, ſed
ſufficeret, ſi eius voluntas probaretur par
tim per certos teſtes, partim verò per alios
teſtes diuerſos.Id quod ſimiliter in actib⁹
inter viuos vetitum non reperitur, quin-
imò in actibus inter viuos etiam de iure
ciuili admittitur, vt membratim fiat pro-
batio, vt ſic vna pars cõtractus poſsit pro-
bari per duos teſtes, alia verò pars per alios
duos teſtes.arg.tex.in.l.Gallus.§.ille caſus.
ibi, duobus quaſi capitibus legis commix
tis.ff.đ lib.& poſt.vbi in ſimili per omnes.
& in.c.licèt ex quadã.per tex.ibi de teſtib.
docet Iaſ.nume.11. in.d.l.cùm antiquitas.
Bal.in ſimili in.l.teſtium. C. de teſtib. col.
5.idem Bal.in ſimili in.l.1.8.quæſtione. C.
de teſtam.

*Nec quòd teſtis uideat*

280 Quartò nouè intelligo procedere etiã
in teſte cæco, qui regulariter quanuis te-
ſtamento adhiberi non poſsit. ſecundùm
veriorem & receptiorem ſententiam. vt re
ſoluit Corn.conſ.18.nu.5.lib.2.Deci.conſ.
354.In caſu propoſito.col.1.Cinus, Alberi.
Butriga.Bar.Bald.Sali.Fulgo.Paul.Corne.
Alexã.& Iaſ.in.d.l.ſi non ſpeciali.per text.
ibi in verb.in conſpectu teſtatoris. & in.l.
ſi vnus.eod.tit.de teſtamẽ.C.in verb. corã
teſtatore. tamen in teſtamento militis ma
gis eſt vt etiam cæcus poſsit eſſe teſtis: nã
& in actibus inter viuos receptius eſt cęcũ
poſſe in teſtem adhiberi, ſi fortè notã ha-
bet vocem contrahentium. Vera eſt & cõ
munis op. vt per Alex.in.d.l. ſi non ſpecia
li.vbi Corn.num.6.& Iaſ.nu.7. per docto.
in.c. præterea. de teſtib.Panor. & alij in.c.
cùm cauſam.eod.tit.Pariſi.conſil.33.col.1.
lib.2.glo.in.d.l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua
pluui.arcen.vbi Bar.Paul.& Imol. per do-
cto.in.l.teſtiũ.C. de teſtib.per text.ibi. vbi
teſtis poteſt deponere de his, quę percepit
per quẽlibet ſenſum corporeũ: nec dubiũ
eſt, qn cæcus licèt careat ſenſu vidẽdi, non
tamen careat ſenſu audiendi, & olfaciẽdi,
& guſtandi. Qđ nota, qa alij nõ aduertũt.

Quintò



*Nec quòd ijdem teſtes pceperint tenorem totius teſtamẽti.*

281 Quintò & nouè declaro, quòd licèt
iure ciuili oporteat, ꝙ omnes teſtes intel
ligant omnia in teſtamento cõtenta, ita
vt nullam particulam etiam minimam
deſinant intelligere ſinguli teſtes. nec
enim ſatis eſt, quòd fuerint præſentes, vt
ꝓximè dicebamus, niſi præterea omnia,
quæ ibi agebantur, plenè intellexerint.
vt ex communi op.reſoluunt Corn.cõſi.
304.Circa hanc conſulta.num.20.libr.1.
in ſimili per Bald. & Paul.in dict. l.cùm
antiquitas.& Guiliel.Bened.in cap. Rai-
nu.de teſtamẽ.par.1. in verb. in extremis
poſitus.num.40.Corne.conſi.226.Licèt
in hac.lib.3.num.5.& conſi.77.num.3.&
nume.2.lib.4. Bart.in.l.fideicom.§.quo-
ties.ff.de leg.3.Corne.conſi.307.Videtur
prima facie. nume.1.libr.3. vt ſic de iure
ciuili licèt teſtes ſint præſentes toti teſta-
mento, id non ſufficiat, niſi totum intel-
lexerint, & ſenſu perciperint: nec per cõ-
trarium ſufficiat, quòd totum intellexe-
rint, niſi præſentes fuerint. potuerunt
enim ante, vel poſt actum teſtandi ab
ipſo teſtatore de contentis in teſtaměto
certiores fieri, id quod minimè ſuffice-
ret, tamen id in reliquorum teſtamentis
formalibus admitti poteſt, non ſic in te-
ſtamento militis, quod formæ nulli ſub
iectum eſt: quinimò quò ad hanc rem
pertinet magis eſſe videtur vt valeat, li-
cèt tempore, quo milites teſtantur, teſtes
non intelligant quod agebatur, ſi tamẽ
antea, vel poſtea id ꝑfectè intellexerint.
Neq; ad rem pertinet.l. diuus. ff.de mili.
teſtamento.&.§.planè.Inſtitu.eod. Nam
reſponde, quòd deciſio illa reſtringitur
per rationem ibidem expreſſam, vt ſuprà
probauimus.

*Nec quòd tabellio fuerit rogatus.*

282 Sextò nouè declaro, quòd licèt in te-
ſtamento in ſcriptis oporteat tabellionẽ,
qui illud conficit, fuiſſe rogatum. vt ex
vera & communi opin. reſoluit Alexã.
conſi.153.lib.2.colum.2.per text. in auth.
de tabel.§.nos autem.vbi Accurſi.& alij.
glo.& alij in cap.cùm.p.tabellio. de fide
inſtrum.nec tabellionis rogitus præſu-
mitur, niſi vel ꝓbetur, vel ipſe id in ipſo
inſtrumento atteſtetur.Inno.& alij in ca
pit.1.de fide inſtrum.Speculat. & Ioann.
Andr.de inſtrum.edi.§.breuiter. Bart. &
alij in.l.ſciendum. ff.de verb.oblig.& eſt
communis opinio ſecundùm Alexand.
vbi ſuprà num.9.idem in dict.l. ſciendũ.
num.42.vbi Imol.Ange.in.l.quæcunq;.
§.fi.ff.de publi. tamen miles licèt in ſcri-
ptis faceret teſtamentum, nõ oporteret
tabellionem illud conſcribentem fuiſſe
rogatum, quaſi & hæc ſolennitas militi-
bus remiſſa quoq; ſit. Id quod intellige,
quando teſtator miles tabellionem ad
teſtam. conſcribendum accerſiri iuſsit.
Conſtat enim quòd teſtamentum in ſcri
ptis volente teſtatore citra tabellionem
conſcribi poteſt manu propria teſtato-
ris, vel alterius. vt ex receptiore ſententia
reſoluit Corn.conſi.226.Licèt in hac.nu
me.2.lib.3.per.§.ſed cùm paula. Inſtit. de
teſtam.l.hac conſultiſsi.C.eod. tit.vbi in
ter reliqua teſtamentorum requiſita nõ
adijcitur tabellionis interuentus.

*Poteſt ſcribi per notas.*

283 Deinde &.7.quòd teſtamentum mili
tis nulli formæ ſubiaceat, nouè declara-
tur, quòd licèt de iure ciuili vitietur teſta
mẽtum ſi ſcribatur per notas, ſeu abbre-
uiaturas inſolitas. vt communi opinio-
ne differunt Alex.conſi.153. Videtur pri-
ma conſideratione.num. 6.lib.2.Bart. &
omnes in authen.quod ſine.per text. ibi
C.de teſtamen.tex.in.l.ſed cum patrono
§.fi.ff.de bon.poſſ.& in.l.vnica.ff. ſi tabu
læ teſtamenti ſtabunt.ibi, quia ex conie-
ctura non propriè ſcriptus videtur. Bar.
in dict.l.ſed cum patrono.§.fi.& in.l.2.C.
de vetere iure enucle.Specula. de inſtru-
mentorum editione.§.inſtrumentũ.ver-
ſicu. item opponitur quòd inſtrumentũ
eſt factum per notas. Guiliel. Benedi. in
cap.Rainuti.de teſtamen. par.1.num. 61.
verb.teſtamentum.1.In ſimili per Specu
latorem de inſtru.edi.§.oſtẽſo.verſi.quid
ſi abbreuiatura. Tamen non ſic erit in te

ſtamento

ſtamento militis, in quo & in hac parte ſolennitatem remiſſam eſſe non inelegãter defendi poteſt per ſuperiora.

284 Octauò declaro, quòd licèt de iure ciuili in teſtamento nuncupatiuo requiratur, quòd teſtator proprio ore nuncupauerit nomen hæredis, vel illud propria manu ſcripſerit. vt in. l. iubemus. C. de teſtam. adeò, vt ſi teſtator alio hęredem nominante agnouerit nutu capitis, vel per verbum, ſic vel ita, licèt oẽs ferè teneant talem hæredis inſtitutionem valere. vt teſtãtur glo. & omnes in. d. l. iubemus. vbi Iaſ. nu. 10. Bar. & omnes in. l. hæredes palàm. in prin. ff. de teſta. Ange. in. l. in fraudem. §. 1. ff. de mili. teſtam. Anto. & Imol. in. c. cùm tibi. de teſtamen. Roma. conſi. 306. Propoſita. idem in. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. obliga. Ange. in prin. Inſti. de teſtamen. eſt cõis op. ſecundùm Alex. cõſi. 33. Ponderatis verbis. lib. 3. Cinus, Bal. & Ange. qui hanc dicit communem, & vſu approbatam in. d. l. iubemus. Couar. de teſtam. in. c. cùm tibi. num. 4. & 5. Alexã. in. d. l. iubemus. per tex. in. l. quoniam indignum. C. de teſtam. Iaſ. in. l. vbi autem non apparet. §. illud. ff. de verb. oblig. Deci. conſil. 489. In caſu occurrenti. num. 3. Alex. conſil. 12. Viſo inſtrumento. libr. 1. num. 6. Alex. conſ. 47. Abundè. lib. 2. nu. 7. Pariſi. conſ. 19. Conſideratis. nu. 13. lib. 3. Corn. in. l. hac conſultiſs. §. per nuncupa. C. de teſtam. Alex. conſi. 176. col. 2. lib. 5. idem in conſ. 14. Viſis. num. 15. lib. 6. Soci. in. l. ſi ita ſcripſero. col. 1. ff. de condi. & demonſt. Tamen contrariam opi. vt de iure ciuili inſtitutio hæredis facta ad interrogationem alterius non valeat, tenet Corn. conſ. 77. Viſo. d. themate. lib. 4. nu. 1. Iacob. de Aren. in. d. l. hæredes palàm. in pr. poſt plures relatos per Corne. vbi ſuprà. & per Iaſ. qui tenet contra communem in. d. l. iubemus. nu. 10. Quæ controuerſia in reliquis teſtamentis nõ iniuſtè reperiri potuit, non ſic in teſtamento militis, quod regulariter intelligo valere, quanuis ipſe miles ad interrogationẽ alterius hæredem nominauerit.

*Nec quòd nomen hæredis miles exprimat ore ꝓprio.*

285 Præterea &. 9. quòd in teſtamento militis ſolennitas remiſſa ſit, nouè declaro, quòd licèt de iure ciuili per præteritionem filijſ. vitietur teſtam. ipſo iure. l. inter cætera. l. pe. & fi. ff. de lib. & poſt. l. 1. ff. de iniuſt. rupt. l. fi. C. de contratab. in pr. Inſt. de exh. libe. quinimò hodie licèt eſſet exhæredatus, teſtamen. foret nullum ipſo iure, niſi iuſta cauſa exhæredandi expreſſa eſſet. vt eſt communis opin. quam tenent gloſ. in auth. de hær. & fal. §. exhæredatos. verbo, noluit. glo. 2. in prin. Inſt. de inoſ. teſtam. & vtrobiq; communiter doct. eſt cõmunis opinio ſecundùm Iaſ. in authen. non licet. col. 3. idem Iaſ. in authen. ex cauſa. col. 3. C. de lib. præte. idem in. l. in ſuis. col. fi. ff. de lib. & poſthu. idem in. l. ſi mater. in prin. ff. de vulg. idem in. l. fi. nu. 18. C. de cõtratab. Crottus in. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. nu. 52. ff. de lib. & poſth. Ang. de Perig. in tract. ſuita. quęſt. fi. Alexan. in. d. l. in ſuis. nu. 12. Bart. in. d. authen. ex cauſa. nu. 12. vbi per Alberic. Odofre. Petrũ, Cin. Bal. Ang. Sali. Fulgo. Paul. Corn. Alex. Iaſ. Curt. iuni. & alios. Grego. Lupus. in. l. 5. tit. 8. part. 6. Bart. nu. 10. in. l. in quartam. ff. ad legem fal. vbi Picus num. 6. & Ripa num. 143. licèt hoc vltimum ſolitus ſim impugnare. ſed in teſtamento militis etiam hodie non eſt neceſſe, quòd cauſa exhæredationis exprimatur, vt ex ſuperioribus colligitur, & nos nouè interpretamur alibi. *De ead. re.*

Poſtremò declara, quòd licèt de iure ciuili nullus poſsit per alium teſtari, ſed tantùm per ſemetipſum. l. captatoriæ. ff. de leg. 1. l. captatorias. C. de teſtam. milit. l. ſenatus. §. legatum. ff. de lega. 1. quod & iure canonico procedit regulariter, niſi fauore piæ cauſæ, vt ſentiunt nonnulli eorum, quos ſuprà proximè retulimus. ſequitur, & dicit communem opi. Deci. in. d. l. captatorias. vbi etiam Corn. Alex. & Iaſ. poſt alios. Couar. in. c. cùm tibi. per tex.



tex. ibi. de teſtam. Calderin. conſil. fi. de conſti. Abb. conſi. 26. Videtur. lib. 1. Abb. conſil. 32. Circa duo. lib. 2. col. 2. vbi hanc dicit communem ſententiam. idem Abbas conſil. 110. lib. 2. In cauſa. col. penul. tamen quidam exiſtimant militem poſſe per alium teſtari, quaſi & hæc prohibitio ceſſet in milite. Et ad dict. l. captatorias. cum ſimi. reſpondent hîc non videri captatoriam voluntatem, quod ſuſpectum puto in terminis iuris communis, licèt hodie iure regio per. l. Tauri. 31. cum ſequenti. admiſſum ſit etiam generaliter.

286 Deinde &. 11. declara, vt procedat in illa ſolennitate, quæ regulariter in reliquorum teſtamentis exigitur, nempe vt fiant vnico contextu: nam teſtamentũ militis etiam ſi vnico contextu non fiat, valebit per ſupradicta. Sicq́ue nouè limitatur. l. furioſum. C. qui teſtamenta facere poſſunt. & l. cùm antiquitas. C. de teſtam.

*De ead. re.*

287 Declara. 12. vt procedat etiam quo ad ſolennitatem ſignaculorum teſtium, quæ in teſtamento militis ſimiliter remittitur, non ſecùs, quàm reliquæ ſolennitates. Sicq; limitatur. §. ſed cùm paulatim. Inſtitut. de teſtament. & l. hac conſultiſsima. C. eodem. & l. ad teſtium. §. fina. ff. eodem. Quod nota, quia non tangitur ab alijs.

*De ead. re.*

Declara. 13. vt procedat etiam quo ad ſolennitatem ſubſcriptionum teſtium, nam & hæc ſimiliter in illo teſtamento remittitur. ſicq́ue limitantur iura proximè allegata. iſthæc enim ad formam pertinent teſtandi, quæ omni ex parte militibus, vt iam docuimus, remiſſa eſt.

Intelligitur. 14. in compulſione teſtis, quæ licèt regulariter vitiet reliquorũ teſtamenta formalia, tamen non ſic in teſtamento militis, quod informe eſſe contendimus. Sicq́ue nouè limitatur. l. qui teſtamento. §. fina. in fine. ff. de teſtamentis. Nuſquam enim ſcriptum reperitur, probationem vitiari per compulſionem teſtium, præterquàm in teſtamento formali. vt dicta. l. qui teſtamento. in fine. cuius deciſionem ad teſtamentum informe (quale eſt teſtamẽtũ militis) extendi, ſuſpectum, nimiſq́ue nouum eſſet.

Decimoquintò nouè declaratur procedere in ſigno tabellionis, quod in teſtamento in ſcriptis iure regio deſideratur per legem Tauri. 3. cuius ſignaculi interuentus licèt in reliquorum teſtamentis deſideretur, tamen non ſic in teſtamento militis, etiam iure regio: quia illa lex noua & generalis non extenditur ad teſtamentum militis, quod hac in re reperitur habere peculiarem prouiſionem. vt per Decium conſil. 5. idem Decius in. l. ex teſtamento. C. vnde lib. argumento. l. vxorem. §. felicisſimo. ff. de legàtis. tertio. Quod nota, quia nouum. Sicq́ue vtiliter limitatur dicta lex tertia Tauri.

Intellige. 16. vt licèt teſtamentum regulariter citra hæredis inſtitutionem non valeat. l. 1. in fine. ff. de vulgar. l. proximè ff. quæ in teſtament. delentur. tamen non ſic in teſtamento militis, quod ſine hæredis inſtitutione firmum erit, cùm omnis omnino ſolennitas in eo remiſſa ſit, eorumq́ue nuda voluntas ſeruanda ſit, vt ex ſuperioribus docemur.

288 Superiora omnia procedunt quo ad teſtandi ſolennitatem. Sed quid ſi teſtator fuerit coactus? quo caſu teſtamentum iure ciuili non valet. vt per totum. ff. & C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit. Aut quid ſi ipſe teſtamentum cancellauerit? quo caſu ſimiliter teſtamentum iure ciuili infirmatur. vt per totum. ff. de his quæ in teſtament. delentur. Item quid ſi præceſsit clauſula derogatoria? quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtamentum infirmum eſt. vt in. l. ſi quis in pr. teſtamenti. ff. de leg. 3. cum ibi notatis per Bartol. & alios. & in. l. ſi mihi & tibi.

*Militis in teſtamento non diſpenſatur cum ſolennitate uoluntatis.*

§.in legatis.ff.de leg.1. vbi per Aretinum, Alexand.Iaſ.&alios. Quid ſimiliter ſi teſtator ſe in arrogationem dedit? quo caſu iure ciuili teſtamẽt.infirmatur.l.penultim.§.penultim.ff.de ſecundùm tab. §.non tamen.Inſtit.quibus modis.teſtament.infirmetur.Quid deinde ſi voluntas conſummata non fuerit? quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtam. nullum eſt.l.ſi quis cùm teſtamentum.ff.de teſtament. Quid præterea ſi teſtam. ideſt hæredis inſtitutio fiat in bonis alienis? quo caſu non valet.vt docemur ſuprà.§.17.nume. 21. Aut ſi teſtator errauerat circa perſonam hæredis ſcripti? quo caſu ſimiliter iure ciuili teſtam. nullum eſt.l.ſi pater.l.neq; apud.C.de hære.inſtit.l.fina.ff.eod. titulo. Et cùm in iſto,& reliquis ſimilibus voluntas militis minùs integra ſit, magis eſt teſtament. eius infirmum eſſe. argum.§.planè.Inſt.de milit.teſtam.l.diuus.ff.eod.tit.

*Militia multiplex.*

289 Deniq; in hoc.§.imputari. in verbo, militiæ.conſidera, ꝙ militiarum quædã eſt cæleſtis,quædam terreſtris,quædam naualis.De cęleſti militia traditur per Iaco. Spiegelum lexi.iuris.verbo, militia.&inter milites cæleſtes connumeratur peregrinus.vt diximus ſuprà.§.24.num.quarto. De militia terreſtri traditur in.l.1.&per totum.ff.de milit.teſtamento. &per totum.C.& Inſti.eodem titulo. & in.l.1. &per totum.titulo vigeſimoprimo.partit.ſecunda. & per totum tit.1.&.2.libr. 4.ordinamenti. Et iſta militia aliquando dicitur armata.vt in dict.l.1.ff.de milit.teſtamento.Aliquando verò inermis. vt in.l.aduocati.C.de aduocatis diuerſorum iudiciorum. Aliquando dicitur militia literaria.vt in.l.in ſacris.C.de prox.ſacro.ſcri.libro.12. Aliquando & quartò dicitur militia ſcholaſtica.vt in l.hac lege.C.de priuilegijs ſchola. Aliquando &.5.dicitur militia negotiatorum.vt per Alciat.libr.prætermiſſorum 1.&per Spiegelum vbi ſuprà. Aliquando &.6.dicitur militia vrbana. Cicero pro Murena. Seruius hic nobiſcum hãc vrbanam militiam reſpondendi,cauendi,ſcribendi plenam ſtomachi, ac ſolicitudinis ſecutus eſt. Aliquando &.7.dicitur militia imaginaria, ſeu ænigmatica, quam denuò inuenit Cæſar Claudius, vt ea fungerentur milites ſupernumerarij, qui non tam re,quàm nomine, & titulo tenus milites eſſent.Aliquando &.8.dicitur militia id munus, in quo ſe quiſque exercet.vt in hoc.§.imputari. quam militiam honorariam appellare poſſemus.vt in rubri.ff.de muneribus & honoribus. Aliquando &.9.ſumitur militia pro ipſa nobilitate. vt in.l.fina. C.qui militare non poſſunt.libr.duodecimo.iunctis his,quæ tradunt Bartol.ibi & in authen.de teſtibus.§.1.in fine.Ioannes de Platea in.l.vnica.C.de equeſtri dignitate.libro.12.per text.ibi.Poſtremò eſt etiam militia naualis, de qua loquitur tex. vt alibi diximus in.l.Seius Saturninus.ff.ad Trebellianum. Et de militia togata, de qua ſuprà mentionem habuimus, meminit Ouidius ad Piſonem in hæc verba.

*Nec enim ſi bella quiêrunt,*
*Occulit & uirtus licet exercere togatæ*
*Munera militiæ, licet & ſine ſanguinis hauſtu*
*Mitia legitimo ſub iudice bella mouere.*
*Hic quoq; ſeruati continget gloria ciuis,*
*Altaq; uictricis intexunt limina palmæ.*

*Hidalguus datiuè,non natiuè, an cõmendatarius eſſe poſſit,q. ſic.*

290 Denique iuxta illam militiam, quam diximus ſumi pro nobilitate, quam hidalguiam Hiſpani appellamus, moueo quæſtionem, quæ Hiſpaniæ ſæpiſsimè verti ſolet. Nam cùm bellorum ſæuitia, & calamitas infauſtis noſtris temporibus ingentia & innumera mala intulerint,Principes noſtri pijſsimi neceſsitate rei familiaris bona regalia alienare cenſumque regium primùm minuere, paulatim,deinde magis ac magis diſtrahere, vt iam penè exhauſtus ſit: vnde eò peruentum eſt, neceſsitate bellorum cogente,



cogente, vt homines plebeios pecuniæ colligendæ cauſa principes noſtri nobiles effecerint, eiſque nobilitate inſigniuerint titulo vẽditionis (quam Hiſpani hidalguiam appellamus) & cùm milites religioſi (quales ſunt illi,quos Hiſpani appellant Commendatarios ordinis diui Iacobi,aut ordinis de Calatraua, & de Alcantara) plebeij eſſe nequeant, ſed tantùm nobiles, aut illi, quos hidalgos nuncupamus, paſsim, vehementerque hæſitatum fuit,an hi, quibus eam nobilitatem, ſeu hidalguiam principes noſtri vendidiſſent, poſſent eſſe milites, ſeu Commendatarij in formas, aut ſpecies præſcriptas, non ſecùs, quàm illi, qui atauorum ordine lõgo nobiles creati,& nati fuiſſent, an verò iſthæc nobilitas poſitiua,& datiua hanc ad rem non proficeret,ſed tãtùm natiua nobilitas. Qua in re mouet quæſtionem, quòd inter reliquas Commendatariorum (quos hoc vulgari verbo deinceps nominabo) ordinum regulas illa potiſsima ſit, vt plebeij in commendatarios non deligantur, ſed illi tantùm, qui nobiles ſint: & cùm quæreretur, quiſnam hanc ad rem nobilis eſſet, aut intelligeretur, eadem regula expreſſum fuit, eum videri nobilem, qui ex latere paterno nobilis eſſet, licèt à matre plebeia editus foret, dummodò Iudæorum, aut Saracenorum ſanguine maculatus ab alterutro latere non eſſet. Deinde nouiore regula additum fuit, vt etiam ex materno latere nobilis eſſet,non ſecùs,quàm paterno is, qui commendatarius eſſe vellet. Et hac in re, quæ in vſu forenſi vtiliſsima erit, huius ſemper fuimus ſententiæ, vt qui tali nobilitate, ſeu hidalguia à principe honeſtati forent, commendatarij eſſe poſſent non ſecùs, quàm ſi natu nobiles eſſent, vt quo ad hanc rem nobilitas datiua nobilitati natiuæ par eſſet. Id quod in ſpecie plerique doctorum communiter tenuiſſe mihi videntur,

*AEquatur cùm ſcholares nobilibus, quid iuris quo ad priuilegia præterita, & futura.*

291 quales ſunt Bartol.in.l.1.ff.de legat.primo. dum tenet, quòd ſtante ſtatuto, quòd ſcholares exæquentur nobilibus, tunc illi ſcholares vtuntur omnibus honoribus, & priuilegijs, quibus vterentur ipſimet, qui natu nobiles eſſent. Quam opinionem ſequitur & dicit cõmunem Alexand.ibi num.9.& nume. 10.ſequitur & dicit communem ſententiam Soci.ibi num.4.& Zaſius col.fi.in fine.Angelus,& Iaſ.columna tertia.in.§. in perſonam.Inſtitut.de actioni. Aimon Crauet.conſilio. ducenteſimo quadrageſimoprimo.colum.tertia.lib.2.ſequitur & dicit communem opinionem Ripa in dict.l.1.nume.15. Alexand. & Iaſ.in l.ſi Rufinus.C.de teſtamẽ.milit.Decius conſilio. quadrigenteſimo quinquageſimooctauo. In cauſa gabellæ.nume.10. & numer.14. Pariſius conſil.108.numer. 46.lib.1. Quinimò,quod plus eſt,iſthæc *De ead.re.* nobilitas datiua non ſolùm exæquatur nobilitati natiuæ quo ad priuilegia, & honores, quæ de præterito competebant nobilibus natu, ſed etiam quo ad priuilegia, quæ poſtea nobilibus natu conceſſa eſſent, nam adhuc his etiam priuilegijs gauderet iſthæc nobilitas datiua.vt volunt plerique eorum,quos ſuprà retulimus.dum firmant,quòd ſi priuilegia ſtudij Pariſienſis ſtudio Tholoſano conceſſa fuerint per verbum, per omnia, quòd tunc ſtudium Tholoſanum fungetur priuilegijs, quæ poſtea nominatim ſtudio Pariſienſi conceſſa fuerint.Ita tenent Guilielm.de Cuno,& Bal.in.l.omnia.C.de epiſ.& cleri. Quam doctri.ſequitur,& dicit notabilem Iaſ.in d.l.1.num.16.vbi Alex.num.9. Abb.in.c.fi.ne clerici,vel monachi.Soci.in dict.l.1. in prin.vbi Areti.& Zaſius.col.fi.in fine. & Ripa ibi numer.3.qui firmat per modernos ita communiter teneri. Idem *De ead.re.* etiam vult Bald.in.l.omnes populi.col. penultim.ff.de iuſtitia & iure.dicens, ꝙ ſtante ſtatuto, ne quis eſſe poſsit prior

 ciuita-

ciuitatis, vel conſul, vel de collegio doctorum, niſi ſit ciuis originarius, non excluditur ille, qui forenſis natu eſſet, ſi per principem per omnia factus eſſet ciuis, is enim poterit eſſe prior, vel conſul, vel decurio, vel de collegio doctorum, non ſecùs, quàm ſi natu ciuis eſſet. Sequitur Iaſ.in dict.l.1.numer.17.& ibi Zaſius colum.fina.in fine.& Ripa nume.4. Alexand.& Iaſ.in dict.l. ſi Rufinus. Romanus in.l. adoptiuum.§. patronum. ff. de in ius vocand.Alexand.in dict.l.1.numer.9.cum ſequent. Angelus in.l.2.§.furioſus. ff. de iure codi. ex quorum relatione apparet hanc eſſe communem ſen-

*De ead.re.* tentiam.Quæ expeditior eſt, quando ſtatutum diceret, Habeantur, & ſint ciues originarij. quaſi illa geminatio multùm operetur, remq́; expeditiorem faciat, ſecundùm Iaſ.in dict.l.ſi Rufinus. 2. colũ. verſic.Quintò limita Alexand. in.l.1.§.fi. ff.quod quiſq; iuris.Barba. in repetitio. rubricæ.C. qui admitti.colum.25. Idem etiam vult Curti.conſil.49.Memoriæ recolendæ. colum.9. & conſil. 50.colũ.25. quem refert & ſequitur Ripa in dict. l. 1. de legat.1.num.5.Socinus conſil.165. Viſis inueſtituris.colũ.6.lib.2. Aiunt enim, quòd licèt in feudo nouo nó ſuccedant tranſuerſi, ſed in antiquo tantùm. c.1.§. hæc quoq;.vbi glo.& Bal.de ſucceſsione feudi.tamen ſi feudum nouum concedatur ita, vt in omnibus, & per omnia ſapiat naturam feudi antiqui, tunc in eo ſuccedent etiam tranſuerſi, non ſecùs, quàm ſi id feudum reuera eſſet antiquum.

*De ead.re.* Idem vult Bald. in. c. cùm inter. de re iudi.& Iaſ.num.18.in dict.l.1.ff.de lega.1. dum volunt, quòd cùm ſententia, à qua non eſt appellatum, ritè, & rectè lata præſumatur, id comprehendit tam principale, quàm acceſſoria. Nam & ſimiliter cùm ſtatuto Papiẽſi caueatur, quòd poſſeſſor rei emphyteuticæ teneatur in omnibus tãquam ipſemet emphyteuta, tunc per viam executiuam agi poteſt contra ipſum poſſeſſorem, non ſecùs, quàm ageretur contra verum emphyteutam.ſecundùm Ripam numer.6.in dict.l.1.de legatis.1.poſt alios, quos ipſe refert.

Quinimò etiam ſi princeps duntaxat *De ead.re.* diceret, quòd quis haberetur tanquàm ciuis, gauderet omnibus honoribus, & priuilegijs, quibus funguntur illi, qui natu nobiles ſunt, licèt non adijceret, habeatur, & ſit ciuis. Quia quo ad iſthæc priuilegia, & honores, quæ deſcendunt à lege poſitiua, vel conſuetudine, & moribus hominum, nihil refert, vtrùm dicatur, quòd quis ſit nobilis, an dicatur, quòd pro nobili habeatur. Nam cùm natura omnes homines æquè ingenuos fecerit.l. vt vim.&.l. manumiſsiones. ff. de iuſtit.& iur.non dubium eſt, quin vel moribus, vel legibus poſitiuis tam ipſa nobilitas, quàm honores, & priuilegia ei competentia introducta fuerint, & cõſequenter à principibus, vel legibus tales honores, & priuilegia poſſunt tam adimi nobilibus, quàm transferri in plebeios. Et in ſpecie, vt non referat, vtrùm princeps, aut lex dicat, quòd quis ſit nobilis, vel quòd habeatur tanquàm nobilis, tenet Decius conſilio.485. In cauſa gabellæ.num.14.Alexand.& Iaſ.in dict. l.ſi Rufinus.colum.2.verſic. Tertiò limita.poſt Bart.in.l. ſi is qui pro emptore.ff. de vſucapio.quem ipſi allegant. Et quòd talis plebeius quo ad hoc, vt poſsit eſſe commendatarius, exæquetur nobilibus natu, longè faciliùs admittitur, quando cautum eſſet à principe, vt nobilis eſſet in omnibus & ſingulis. vt volunt gloſ. in cap.vt circa.§.primo. in verbo, omnia & ſingula. de electione libr.6. Bart. in ſimili conſilio.113. Proceſſum fuit contra Titium. in fin. Iaſ. in. l. 1. ff. de legatis. 1. numer.24. Stat ergo ſententia noſtra ſat ſcribentium authoritatibus ſuffulta, vt licèt ex forma legis, vel ſtatuti, vel conſuetu-



ſuetudinis in ciuitate, vel prouincia plebeius, vel exterus non poſsit eſſe decurio, vel prior, vel conſul, vel doctor, vel commendatarius, vel defenſor ciuitatis, vel collega, vel præſes prouinciæ, aut ciuitatis: tamen is, qui per principem ſummum de plebeio factus eſſet nobilis, vel de forenſi, ſeu extero factus eſſet ciuis originarius, indubitanter poſſet eſſe præſes, vel prior ciuitatis, vel conſul, vel decurio, vel defenſor, vel doctor, vel collega. Quæ omnia vt in poſterum expeditiora ſint, multis probabuntur legibus, & rationibus.

In primis enim probatur in. l. manumiſsiones. ff. de iuſtitia & iure. & in. §. ius autem gentium. Inſtitut. de iure natu. vbi initio omnes homines ingenui naſcebantur, licèt poſtea legibus poſitiuis, & moribus, vel vſu gentium alij ingenui permanſerint, alij ſerui effecti fuerint, alij libertini, alij nobiles, alij plebeij. vt in dict. l. manumiſsiones. & Inſtitut.de iure perſonarum.per totum. & de ingenuis per totum. & de libertinis per totum. &. ff. de ſtatu hominum. per totum. Ergo quòd alij ſint nobiliores, alij plebeij, non tam lege naturæ, quàm poſitiua lege inductum eſſe intelligendum eſt, ſicq́; per aliam legem, vel principem tolli poterit. Et licèt negari non debeat, quin ab pleriſque gentium, quæ legibus, & moribus reguntur (quæque ad ius gentium inducendum ſufficiunt. iuxta. l. omnes populi. ff.de iuſtitia & iure.&.§.penultimo.Inſtitut. de iure naturali.) is mos receptiſsimus ſit, vt alij ſint nobiles, alij plebeij, tamen ius gentium per principem ex parte lædi poſſe indubitatum eſt. vt in l. ius ciuile. vbi per Iaſ. & nouiſsimos poſt alios. ff. de iuſtitia & iure. cùm & id etiam quo ad ius diuinum, & naturale ius primæuum per principem fieri poſſe ab Accurſio, & ab omnibus ibi & vbique in dicta. l. ius ciuile. receptum ſit, & vſu omnium hominum approbatum.

292 Deinde probatur per text. ſingu. in. l. ſi ſeruus legatus.§.ſeruo legato.ff.de adimendis legatis. ibi, nouus homo videtur eſſe. vbi lex facere poteſt, vt vnus homo alter homo diuerſus eſſe intelligatur. tradit multa Iaſ. in. l. inter ſtipulantem.§.ſacram.5.&.6. colum.ff. de verborum obligationibus. longè ergo facilius. l. poteſt efficere, vt homo plebeius nobilis fiat, cùm per hoc non tam alter homo intelligatur, quàm eidem homini noua nobiliſq́ue tantùm qualitas acceſsiſſe videatur. Tertiò facit text. egregius in. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellianum. ibi, ſuſceptos quaſi ab alio. vbi. l. efficere potuit, vt filius ab vno genitus, quaſi ab alio genitus intelligatur, vt ſic homo deportatus non idem homo, ſed homo alter eſſe intelligatur. Quartò facit. l. 1. §. penultim. ff. de bonorum poſſeſsio. contra tabulas. ibi, deportatos enim mortuorum loco habendos. &. ff. pro ſocio. l. actione. §. publicatione. &. l. ſi necem. ff. de bonis libertorum. vbi lex hominem, qui re vera viuit, efficere poteſt, vt mortuus intelligatur: nec dubium eſt, quin id longè difficilius ſit, quàm homini viuenti nobilitatis qualitatem addere. Quintò facit. l. quod attinet. ff. de reg. iur. &. l. ſeruitutem. eod. tit. eodem modo inducendo. Sextò facit. §. penultim. Inſtitu. de iure perſonarum. & ff. de ſtatu hominum. l. homo liber. vbi homo liber, qui vendidit ſe ad pretium participandum, quaſi lex naturæ cedat legibus poſitiuis, homo eſſe deſinere videtur. Septimò facit authenti. ingreſsi. C. de ſacroſanct. eccleſijs. vbi per monachiſmum monachus quaſi homo eſſe deſinit, vel ſaltem ſui iuris eſſe deſinit. Sicq́; qui re vera homo eſt, & ſuperſtes, homo eſſe deſinere intelligitur à lege, ali-

*L. facere poteſt, vt unus homo alter homo uideatur, uel regenerari, aut renaſci uideatur.*

quando per actum meritorium, aliquan
do per actum demeritorium, aliquando
per actum indifferentem, qualis eſt ca-
ptiuitas. vt in. §. penult. Inſtit. de iure per-
ſonarum. l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iur.
aliquando etiam citra vllũ actum ipſius
hominis, quale eſt, cùm naſcitur ſeruus
ex ancilla. vt in. d. §. penult. Octauo facit
l. ſi res. §. aream. ff. de ſolutio. ibi, ſi ſeruus
effectus ſit, alius videtur eſſe. Quę omnia
eò pertinent, vt intelligatur per legem
fieri poſſe, vt vnus homo alter homo eſ-
ſe intelligatur, vel etiam nullus homo eſ
ſe intelligatur, quod lógè difficilius eſt,
quàm efficere, vt homo ingenuus, qui
plebeius eſt, nobilis fiat, cùm id nõ tam
natura impoſsibile, aut difficile ſit, quàm
ſuperiora. Nonò facit text. in auth. quib.
mod. nat. efficiantur ſui. in. §. reliqui. vbi
ſpurij per principem fieri poſſunt legiti-
mi, & tamen natura impoſsibile eſt, vt
qui ſemel illegitimus natus fuit, quaſi
denuò renaſceretur, legitimè natus vi-
deatur. Decimò facit text. in. §. illud. in. d.
authen. vbi non ſolùm legitimi efficiun
tur, ſed etiam ſui. Facit etiam text. ibi,
dum ait, nihil à legitimis differẽtes. Vn-
decimò facit authen. quib. mod. nat. ef-
fi. legiti. in. §. igitur. ibi, ad ſuorum ius
perueniant. Et rurſus ibi, connumeren-
tur ſui. Et iterum ibi, inter ſuos adſcribi.
Duodecimò facit dict. authen. in. §. liceat
igitur. ibi, ſuos de cætero & ſub poteſta-
293 te habere. Decimotertiò facit dict. au-
*Legitimati etiam in reſciſione teſtamenti æquãtur legitimis. cũ communi.*
then in. §. ſit igitur. ibi, vt ſub poteſtate
eius conſiſtant, nihil à legitimis filijs dif-
ferentes. Vnde ſi tales legitimati præte-
riti fuerint, vitiatur teſtament. non ſe-
cùs, quàm ſi re vera legitimi nati fuiſ-
ſent, ſecundùm communem, & veram
ſententiam. de qua per Iaſ. in rubri. C. de
poſthu. hæred. inſtit. idem Iaſ. vbi Alciat.
& Socinus col. 1. qui hanc dicunt com-
munem ſententiam in rubri. ff. de libe.
& poſthumis. Decimoquartò facit, quia
extraneus poteſt in locum filij adoptari,
vel arrogari. vt per totum. ff. C. & Inſtit.
de adoptio. & Inſtitut. de acquiſitio.
per arrogationem. per totum. Nec du-
bium eſt, quin iuri naturæ magis aduer-
ſetur, & pugnet, quòd extraneus filius
meus videatur, quaſi à me, non à ſuo ve-
ro patre genitus videatur, quàm quòd
plebeius nobilis fiat, id enim naturæ nõ
reluctatur. Decimoquintò facit. C. de
emancipatio. libe. per totum. & §. præte-
rea. Inſti. quib. mod. ius patriæ poteſtatis
ſoluitur. vbi filius verus per interuẽtum
emancipationis quaſi extraneus fit quo
ad effectus iuris ciuilis. Ad idem lex. qui
dam cùm filium. ff. de verborum obliga
tio. Decimoſextò facit. l. interdum. ff. de
natalib. reſtituend. ibi, illis enim vtique
natalibus reſtituitur, in quibus initio o-
mnes homines fuerunt, non in quibus
ipſe naſcebatur. Et rurſus ibi, quantum
ad totum ius pertinet perinde habetur,
atq; ſi ingenuus natus eſſet. Ad idem. l.
quæ res. eod. tit. vbi expreſſum eſt, indu-
bitatum eſſe, quin id poſſet Imperator:
quinimò qui ab Imperatore nibilis fa-
ctus eſt, perinde habetur, atq; ſi medio
tempore plebeius nunquàm fuiſſet. vt
in. l. fina. eod tit. Decimoſeptimò facit au
thẽt. ſed hodie. C. de iure aureorũ annu-
lorum. ibi, & regenerationis ius habent.
vbi per principem, vel legem fieri poteſt
vt homo vno modo, vel iure natus, qua-
ſi alio modo, vel iure regeneratus vi-
deatur: vt ſic indubitatum eſſe debeat,
quin per legem, aut principem fieri poſ-
ſet, vt homo, qui plebeius reuera natus
fuit, quaſi nobilis natus fuiſſe intelliga-
tur. Decimooctauò facit. l. 1. & 2. C. de iu-
re aureorum annulorum. quæ nõ egent
inductione. Et vt differat ius aureorum
annulorũ à natalium reſtitutione, decla
rat eleganter Socin. in. l. falſa. §. 1. col. 2. ff.
de condi. & demon. Decimononò facit
l. planè. in prin. ff. de lega. 1. & l. vni. §. vbi
autem. C. de cadu. tollen. vbi lex efficere
poteſt, vt illi, qui reuera ſunt diſtincti, &

ſeparati,



ſeparati, quaſi in vnũ corpus redacti in-
telligantur. Ad idem. l. ſi quis Titio. ff. de
vſufru. accreſcendo. Poſtremò facit. l. fin.
C. de impub. & alijs. & l. in ſuis. ff. de lib.
& poſth. vbi pater & filius vna, eademq;
perſona à lege reputantur, licèt reuera di
uerſæ perſonæ ſint. Nec dubiũ eſt, quin
tã id, quàm reliqua ſuprà memorata na-
turæ fortiùs aduerſentur, quàm ꝙ natu
plebeius nobilis fiat, ita vt etiã retro à na
talibus, vel etiam à longo atauorũ ordi-
ne, & genere nobilis natus intelligatur.
294 Hactenus de poteſtate legis, vel princi-
*Principis uolũtas qualis uideatur in quæſtione propoſita.*
pis, quam hac in re indubitatam eſſe fir-
mat Iureconſultus in. d. l. 3. ff. de natalib.
reſtituen. Nunc verò agendum eſt de vo
luntate ipſius principis concedentis. Et
quidẽ vbi verbis generalibus, & vniuer-
ſalibus plebeiũ nobili adæquare voluit,
magis eſt, vt quo ad omnes iuris effe-
ctus, qui excogitari poſsint, tam nobilis
ſit, q̃ ſi nobilis reuera natus eſſet. Quod
primum probatur in. l. 2. ff. de natalib. re-
ſtituen. ibi, hic enim quantum ad totum
ius pertinet. Secundò probatur in. l. 3. eo.
tit. Tertiò probatur in. l. fi. in. 2. reſp. eod.
tit. Quartò probatur in. §. ſed non vſq;. In
ſti. de leg. Quintò, in. l. 2. C. commu. de le
ga. Sextò, in. l. 1. ff. de lega. 1. Septimò, in. l.
2. §. furioſus. ff. de iure codicil. Octauò, in
clem. exiui. de verb. ſigni. §. circa equorũ.
Nonò, in. c. grandi. de ſupplen. negl. præ-
la. lib. 6. & in. c. fundam. eod. lib. Decimò
probatur in. l. Titius. in prin. ff. de libe. &
poſthum. vbi ſignanter probatur proce
dere etiam in materia exhæredationis,
quæ odioſa eſt. l. cùm quidam. eod. titu.
Vndecimò probatur per totũ. ff. de capti
uis & poſtliminiò reuerſis. & C. eod. tit.
per totum. vbi captus ab hoſtibus poſtli
miniò reuerſus non ſolùm ſeruus hoſtiũ
eſſe deſinit à tempore reuerſionis in po-
ſterum, ſed etiam medio tempore liber
extitiſſe videtur. Duodecimò facit. l. fi. C.
de libe. præt. l. princeps. ff. de legib. §. pen.
Inſti. de hæred. ab inteſt. l. aduocati. C. de
aduocatis diuerſorum iudi. Decimoter-
tiò facit. l. illud. ff. de donat. cau. mor. De-
cimoquartò. l. 1. §. 1. ff. ſi quid in fraud. pa-
tro. Decimoquintò. l. 1. in prin. ff. ſi quis à
paren. fuerit manumiſs. Decimoſextò. l.
qui autem. §. ſi verò nõ inciderit. ff. ſi quis
omiſ. cau. teſta. Decimoſeptimò facit. l.
poſthumorum. ff. de iniuſt. rupt. & l. cer-
tum. eod. tit. & §. poſthumorum. Inſti. de
exhæred. libe. vbi nepos ex filio viuo, pa-
tre mortuo mutat qualitatẽ nepotis, &
quaſi filiationis qualitatem cõſequitur.
Sic & in propoſito per legem, & princi-
pem fit, vt plebeius mutet qualitatẽ ple-
beij hominis, & qualitatem nobilis, qua
ſi nouum veſtimentum induat. Deci-
mooctauò facit. l. 1. vbi Bar. C. de com. &
arca. ſacri palatij. lib. 12. Decimononò fa-
cit, quia quod per omnia alteri adæqua-
tur, omnes virtutes, priuilegia, & hono-
res illi rei, cui adæquatur, competentes,
aſſumit, & induit, quaſi diu retro iam ac
cepiſſet. Ita Bar. in. l. 1. ff. de leg. 1. vbi Ripa
nu. 14. per. l. maximum vitium. C. de lib.
præter. & Soci. in. d. l. 1. in prin. Quia cùm
vnum alteri per omnia adæquatur, illud
verbum, per omnia. ſignificat perfectio-
nem ſine vlla exceptione, & integritatẽ,
& vnitatem ſubiectorum. vt ex commu
ni opinione reſoluunt Alexan. nu. 9. Iaſ.
nu. 15. & Ripa col. 1. in. d. l. 1. ff. de leg. 1. per
§. pari ratione. Inſti. quib. mod. ius patriæ
poteſtatis ſoluitur. l. fi. C. de contrahend.
empti. c. cùm inter. de re iudi. l. ius ciuile.
ff. de iuſtit. & iur. Viceſimò facit. l. quid-
quid. §. ex compromiſſo. ff. de infamib.
Viceſimoprimò facit, quia argumẽtum
ab æquiparatis procedit nõ ſolùm in qui
bus caſibus fit nominatim æquiparatio,
ſed etiam in reliquis omnibus ſine vlla
exceptione, quando per omnia fit æqui-
paratio. vt reſoluunt Iaſ. nu. 27. & Ripa
col. 1. in. d. l. 1. ff. de leg. 1. Viceſimoſecũdò
facit, quia qui vniuerſaliter diſponit, &
concedit, omne ius ſuum deduxiſſe vi-
detur, vt quatenus ſeſe extendit eius po

 tentia,

tentia, eatenus diſpoſitio ſua extendat ſe ſe. vt probat.l.3.ff.de milit.teſtamen.l.ſi quis cùm totum. ff.de excepti. rei iudi.l.ſi pluribus. ff.de lega.1.l.Mæuio. in prin. verbo, totus. ff.de legat.1.l.coniunctim. ff.de lega.3.§.ſi eadem res. Inſti.de lega.l.vnica.§. vbi autem. cum.§. ſequen. C. de cadu. tollend.l.cùm quæſtio. C.de lega.l.ſi ſeparatim. ff.de condi.& demonſtra.l.1.§.fina. verbo, totius. ff.de vſufruct.accreſcend.l. inde Neratius. verbo, in ſolidum. eodem titu. Vnde cùm in his conceſsionibus princeps vti ſoleat verbis generaliſsimis,& ampliſsimis, nõ dubium eſt, quin principis voluntas ſe extendat, quatenus eius poteſtas extendit ſeſe. de eius autem poteſtate dubitandum non eſt, vt iam diſſeruimus. Viceſimotertiò, hæc pars expeditior eſt per illa verba, quæ in ſimilibus conceſsionibus apponi ſolent, ſcilicet, que ſeays auido por hijo dalgo bien aſsi, como ſi lo fueſſedes de padre, y aguelo, y viſaguelo, que memoria de hombres no fueſſe en contrario. At ſi is reuera à patre, auis, & proauis, & deinceps nobilis eſſet, tunc indubitanter poſſet eſſe commendatarius, iuxta conſtitutiones iſtorum militum: ergo idem & ſi pro tali habeatur à principe, de cuius poteſtate dubitandum nõ eſt, præſertim cùm in hac materia nihil referat, vtrùm princeps dicat, ſit nobilis, an verò dicat, pro nobili habeatur. vt ex communi opinione ſuprà retulimus. Viceſimoquartò facit, quia princeps in talibus nobilitatis conceſsionibus ſolet dicere, ſe illũ emptorem declarare eſſe nobilem, ſicq́; iudicare, & veluti ſententia ſua oſtendere. Vnde cùm nullius ſenſus ſit, qui ſenſum principalem vincere poſſit.l.fin.C.de legib.& quod princeps declarat, prĕſertim cum cauſæ cognitione, legis habeat vigorem.§.ſed & quod principi.Inſti.de iure natu.l.1.ff.de conſtitut. principum.& vtrobiq; bene notatur per omnes, præſertim nouiſsimos, ſupereſt, vt is nõ tam hodie nobilis factus, quàm hodie nobilis declaratus tantùm intelligatur. Nam qui declarat, nihil agit, aut denuò inducit, ſed quod antea inductũ, creatumq́; erat, declarat non ſecùs, ac ille, qui ſpicas excutit,& grana ibi contenta eiecit: is enim non tam grana denuò egiſſe, quàm quæ antea erant, detegiſſe videtur.l.adeò.§.cùm quis ex aliena.ff.de acquir. rerũ dominio.l. hæredes palàm.§.1. &.2. ff.de teſtam. ff.de teſtam.tutel.l. duo ſunt Titij. Confirmatur, quia in huiuſmodi conceſsionibus ipſe princeps ſolet prĕceptum facere iudicibus, vt talem nobilitatis, ſeu hidalguiæ emptorem, ſi quando de ipſius nobilitate controuerſia eſſe cœperit iudicialiter, tunc ipſum nobilem natu eſſe iudicent, ac declarẽt, non ſecùs, quàm iudicarent, ſi cùm controuerſia de nobilitate iudicialiter ipſi fieret, legitimis probationibus ipſe oſtẽderet nobilitatem ab atauis retro ſe traxiſſe: & hac in parte expreſsim derogat legibus formam inducentibus quo ad probationes in lite ſtatus, aut nobilitatis faciẽdas. Viceſimoquintò facit, quia vt princeps dum reſtitutionem alicui cõcedit, videtur velle, vt etiam ad præterita talis reſtitutio trahatur. vt tradũt Bar. & communiter omnes in.l.Gallus.§. & quid ſi tantùm.ff.de liberis & poſthum. vt ſuo loco diſſerimus: ita quoque intelligendus eſt princeps hoc ſuum beneficium velle, vt ad præterita quoque trahatur: præſertim cùm id ipſe nominatim expreſſerit, & adiecerit, ſe id ita declarare, & non denuò inducere, maximè quia id vehementer accedit naturæ ipſius conceſsionis. Viceſimoſextò facit, quia in dictis conceſsionibus princeps dicere ſolet ſe homines illos facere nobiles natu, & maiorum ſuorum ſanguine, & proſapia. Nec dubiũ eſt, quin princeps hac in re poſsit efficere, vt ille plebeius quaſi modò infans in vtero nobilis regeneraretur, nobiliſq́; renaſceretur. vt

iam



iam ſuprà oſtendimus per authẽ.ſed hodie. C.de iure aureorum annulorum. & l.2.&.3.&.l.fi.ff.de natalib.reſt.& per alia innumera iura ſuprà relata. quæ conceſſio,& benignitas principis ab ipſa naturæ conceſsione, & benignitate quo ad omnes iuris effectus, & etiam facti, qui cogitari poſſunt, nihil differt. vt probat d.l.2.& alia iura ſuprà allegata. Et licèt ad præteritum non ſit potentia, quia quod ſemel factum eſt, infectum fieri non poteſt.l.in bello.§.factæ.ff.de capti.notatur in.l.vni.C.de raptu virg.tamẽ per ius poſitiuum fieri poteſt, vt quod vno modo reuera factũ fuit, alio modo factum fuiſſe videatur, aut fingatur quo ad omnes iuris, aut facti effectus, vel etiam mixtos. vt plenè tradunt Bart. & alij in.l. ſi is qui pro emptore.ff.de vſucapi.l.poſtliminij. ff.de capti.cum ſimil. Viceſimoſeptimò facit, quia (vt ſuo loco diſſeruimus) licèt ciuilis ratio ciuilia iura perimere poſsit, naturalia verò non vtiq;.§.pe.Inſti.de iure nat.§.minùs ergo. Inſti.de hær.ab inteſta.l.iura ſanguinis.ff.de reg.iur.l.eas cauſas.ff.de capi.dimi.l.omnes populi. ff.de iuſti.& iur. tamen illud intelligitur, niſi quo ad omnes effectus, qui in iure tantùm conſiſtunt, vel etiam tam in iure, quàm in facto. vt eleganter docet Iaſ. in l.ſi non ſortem.in prin.ff.de condi.indebi.& nos alibi pleniùs diſſeruimus.

Vnde in ſpecie noſtra princeps liberrimè efficere potuit, vt quo ad hunc effectum, quo de agimus, cùm prohibitio ex iure eorum commendatariorum deſcẽdat, qui reuera plebeius fuit, poteſt nobilis non ſolùm videri, ſed etiam fieri, & vt nobilis etiam retro fieri videatur. Quid enim ſi qui plebeius verè eſt, & fuit, cùm lis hac de re inter ipſum, & fiſci procuratorem eſſet, nobilis per iudicis ſententiã, quæ trãſiuit in rem iudicatam fuit declaratus? ſanè is, & poſteri eius, nullus (modò ſanus) negabit, quin commẽdatarius eſſe poſsit. Tantundem ergo princeps indubitanter hac in re facere & potuit, & voluit, vt iam oſtẽdimus. Facit, quia verba cõceſsionis ſolent eſſe pleniſsima quo ad omnes effectus, tam facti, quàm iuris, vt quatenus extendit ſe concedentis poteſtas, eius quoq; voluntas ſeſe extendere videatur. Viceſimooctauò facit, quia in ſimilibus cõceſsionibus princeps vti ſolet illis verbis, q̃ en todos ſus reynos, y ſeñorios goze el tal hijo dalgo, q̃ de nueuo haze, de todas las gracias, honores, franquezas, y libertades, y preeminẽcias, y beneficios penſados, ò no penſados, q̃ gozan los de mas hijos dalgo de ſangre. Y aſsi, licèt quo ad commendatarios iuriſdictionem habeat, & poteſtatem, non tanquam Rex, ſed tanquam magiſter eorum (vt quidam falsò opinantur) tamen verius eſt, vt iuriſdictionem habeat, non ſolùm tanquam magiſter, ſed etiam tanquam Rex: nam quaſi magiſter habet iuriſdictionem inferiorem, nõ ſecùs, quàm Duces, Comites, & Marchiones Hiſpaniarum in oppidis ſuis habere ſolent: & quaſi Rex habet ſupremam iuriſdictionem, non ſecùs, quàm eam habet in oppidis reliquorum Ducum, Comitum, & Marchionum. Vnde etiam ſi Rex Hiſpaniæ magiſter Commendatariorum non eſſet, adhuc idem foret. Nam vt nullus, modò ſanus, negabit, quin plebeius, qui à Rege Hiſpaniarum nobilis factus eſt, nobilis eſſe intelligatur, non ſolùm quo ad oppida, & regiones, quæ ipſius Regis ſunt quo ad iuriſdictionem tam inferiorem, quàm ſupremam, id quod vſus inuiolabiliter cuſtoditus obſeruat: ita quoq; dubitandum non eſt, quin plebeius à Rege Hiſpaniæ nobilis factus, in oppidis, & regionibus magiſtri militum Cõmendatariorum nobilis etiam intelligeretur, & eſſet, nõ ſecùs, quàm foret in terris ipſius Regis, & aliorum Ducum, Comitum, & Marchionum. Id quod longè faciliùs procedit hodie, cùm Rex Hiſpaniæ illorũ quoq; militum Magiſter ſit.

Nam

Nam & ſimiliter indubitatum eſt, fuit-
q; ſemper, vt quam iuriſdictionem, ius,
& poteſtaté habet Rex Hiſpanus in op-
pidis,& terris Ducum, Comitũ, & Mar-
chionum Hiſpanorum , eandem quoq;
olim antequàm Magiſter militum eſſet,
habebat in terris illius Magiſtri militũ,
vt apud Magiſtrum eſſet ſola inferior iu
riſdictio, apud Regem autem ſuprema.
Hodie autem apud Regem vtraq; iuriſ-
dictio,& poteſtas eſt: & cùm Rex Hiſpa
nus habeat plures Ducatus, Marchiona
tus,& Comitatus, vt plebeius ab eo no-
bilis factus erit etiam nobilis in talibus
regis Ducatibus,Marchionatibus,& Co
mitatibus:ita quoq; erit nobilis in terris
quibus imperat vt Magiſter militũ, ſicq́;
quo ad omnia tam facti,quàm iuris,quę
quo ad illas terras,& eius leges, & ſtatu-
ta eſſe, aut cogitari poſsint. Viceſimono
nò facit, nam in his conceſsionibus Rex
vtitur hac clauſula,motu proprio,& cer
ta ſcientia, quæ clauſulæ rem faciunt iu-
ſtiorem,pleniorem, efficaciorem,& faci
lioré. vt plenè per Aimon.Crauet.libr.2.
conſi.241.Princeps illuſtriſsimus. Trige
ſimò facit,nã princeps vtitur etiam clau
ſula illa,de poteſtate abſoluta, qua ſe vti
velle vt Rex & dominus firmat, vt ſic
pluſquàm indubitatum ſit ſuam volun-
tatem extendere ſe,non ſolùm quatenus
ſeſe extendit poteſtas ordinaria, ſed etiã
quoúſq; ſumma,maxima,liberrimaq́ue
poteſtas abſoluta ſe extendit,animus,vo
luntasq́; ſua porrexerit ſeſe,at iſthęc etiã
de poteſtate ordinaria à principibus, &
legibus fieri poſſunt, vt iam oſtẽdimus.
Et cùm princeps vtitur poteſtate abſolu
ta,poteſt mutare quadrata rotundis.Bal.
in.c.1.qual.dom.feud.proprietate priue-
tur. per docto.in.c.cùm veniſſent. de iu-
di. Aimon.in.d.conſi.nu.3. Trigeſimo-
primò facit,quia princeps vſus fuit clau-
ſula illa,non obſtantibus, quæ generali-
ter, ſpecialiter, & ſingulariter derogauit
legibus, quæ hac in re obſtare poterant.
Neq; ad rem pertinet,quòd nominatim
non fuerit derogatũ conſtitutioni Com
mendatariorum,quæ habet,nobiles tan
tùm poſſe fieri Cõmẽdatarios. Nam de-
rogatio quo ad id , neceſſaria non fuit,
cùm is plebeius iam nobilis eſſe incipiat,
& præterea etiam retro à tẽpore patris,
& auorũ nobilis fuiſſe declaretur: quin-
imò & ſi derogatio neceſſaria eſſet, ſatis
ſufficienter facta fuit. Nam quãdo poſt
enumerationem quarundam ſpecierum
ſequitur clauſula generalis, vel vniuerſa
lis,vel etiam præcedit, tunc comprehen
duntur non ſolùm ſpecies enumeratæ,
ſed etiam reliquæ non enumeratæ, paré,
vel minorem rationem habentes. vt no-
tatur ab omnibus per tex.ibi in.c. qui ad
agendum.de procuratorib.libr.6. docet
Iaſ.in.l.ſed & ſi quis.§. quæſitum. nu.29.
& nu.15. vbi firmat hanc eſſe communé
ſententiam.ff.ſi quis cautionibus. Trige
ſimoſecundò facit,quia beneficia princi
pis latiſsimè ſunt interpretanda.commu
nis opin.eſt glo.& omnium in.l.fin.ff.de
conſtitu.princip. ſed nobilitatis conceſ-
ſio eſt beneficium,vt de ſe patet,cùm per
hoc ille plebeius quaſi ad priſtinam in-
genuitatem , & nobilitatem reducatur.
arg.in.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret. ff.de
pact.iuncta.l.2.&.3.&.l.fin.ff.de natalib.
reſtituend. Trigeſimotertiò facit.l.cùm
oportet.in prin.C.de bon.quæ liber.&.l.
illud.C.de collat. & in authen.de æqua-
litate dotium.per totum.nam per hoc is
plebeius adæquatur nobilibus. Trigeſi-
moquartò facit, quia hæc alienatio fuit
facta ex neceſsitate reuera exiſtente , &
ibi expreſſa, ſicq́; pleniùs interpretanda
eſt.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria. vbi mul-
ta per Iaſ.ff.qui ſatiſd.cogan. Trigeſimo
quintò facit, quia ex cauſa remunerato-
ria fieri ſolent iſthęc conceſsiones,& per
hoc pleniſsimè interpretantur. vt plenè
per Iaſ.in.l.ex hoc iure. ff.de iuſti.& iure.
per Tiraquel.in.l.ſi vnquam.de reuo.do
na.in verbo,donatione largitus. nu.106.
cum



cum plurib.præcedentib.& ſequentib.
295 Trigeſimoſextò facit, nam illud priui-
legium nobilitatis,vt nobilis non poſsit
ob æs alienum in carcerem trudi, remit-
ti poteſt,& renuntiari per ipſum nobilẽ.
ita tenet diſertus Couar.in.c.quanuis pa
ctum.de pact.in.6. in.2.par. in prin.nu.5.
vbi firmat ita fuiſſe in prætorio Grana-
tenſi iudicatum. & ita intelligit leg.4.&
5.tit.2.lib.4.ordina.cum alijs. Vnde qua
ratione vnũ nobilitatis priuilegium per
interuentum renuntiationis ſeparari poſ
ſet, eadem quoq; ratione poſſet nobilis
omnia nobilitatis priuilegia à ſe abdica-
re.l.quæ de tota. ff.de rei vendi.l.an pars.
ff.pro derelicto.l.hæredes mei.§.cùm ita.
ff.ad Trebellian. Et in ſpecie, vt reliqua
omnia iura , & priuilegia quoquo iure
humano ſanguini,agnationi,& nobilita
ti conceſſa, poſsint à nobili ipſo abdicari
alia itidem lege humana. notat glo.in.§.
quod autem.verſi.cognationis.Inſtit.de
capit.diminu. Bal.in.l.1.§.ius naturale.ff.
de iuſtit.& iure.Deci.in.l.iura ſanguinis.
col.1.ff.de reg.iur.& ipſe Couarru.vbi ſu
prà. Nec dubium eſt, quin qua ratione
iſthæc nobilitatis priuilegia poſsũt à no-
bis lege humana abdicari, eadem quoq;
ratione lege humana poterunt acquiri,
& accommodari.argu.l.1.cum vulgatis.
ff.de officio eius cui manda.eſt iuriſdict.
Poſtremò facit,quia nobilibus ſublimio
res , plenioresq́; deferuntur honores , q̃
plebeijs, idq́; iure humano conſtitutum
eſt,aut paulatim introductum.c.de mul
ta.de præbend.l.nobiliores.C.de cõmer-
cijs & mercatorib. plenè per Tiraqu. de
nobilitate.c.20. Iaſ.in.§.itẽ Seruiana.nu.
26.Inſti.de actio.in ſimili per text.in.l.fi.
C.de bon.liber.per Alexan.& Iaſ.in.l.pe.
C.de pact.Deci.in.l.venia.col.fin.C.de in
ius vocan.Roman.in ſingula.480.vnde
in varijs regionibus varij, diuerſiq́; ho-
nores, variaq́; priuilegia accommodata
ſunt à legibus humanis, vel principibus.
Inter reliquos autem honores,& priuile

*Nobilitas an renũtiatione eneruetur.*

gia Hiſpaniæ nobilibus accõmodarunt,
vt commẽdatarij eſſe poſſent, plebeij ve
rò non poſſent. Vnde princeps hũc quo-
q; honorem cuiq; plebeio particulariter
concedere poterit,& longè faciliùs is ho
nor in talem plebeium tranſire poteſt
cum vniuerſitate, cũ qua multa tranſire
poſſunt , quæ ſpecialiter non poſſent.l.
quædam.ff.de acqui.rerum domi.Alex.
conſi.25.col.pen.lib.6.Aimon conſi.241.
nu.5.lib.2.Sicq́; in ſpecie noſtra, & his ſi-
milibus tenendum eſt,nobilem à princi
pe factũ poſſe fieri commẽdatarium, ne-
q; eſſe inexpertẽ, aut incapacẽ illius ho-
noris nõ magis, q̃ ſi natu nobilis foret.

Vnde cùm quamplures exterorum Hi *Illatio.1.*
ſpaniæ negotiandi cauſa verſentur, qui
regulariter eos Hiſpanos reditus , quos
juros appellamus , habere non poſſunt,
dicebam hanc ad rem per principem poſ
ſe fieri capaces per illud reſcriptũ, quod
Hiſpani appellamus cartas de naturale-
za. Idemq́ue conſultus reſpondi quo ad *Illatio.2.*
Hiſpaniæ obtinenda beneficia eccleſia-
ſtica. Et cùm in nouo tributo lanarũ ex- *Illatio.3.*
teri plus contribuere debeant, quàm Hi
ſpani, dicebam per ſimile reſcriptum nõ
bis natu Hiſpanis adæquari. Et cùm Hi- *Illatio.4.*
ſpali iudices eſſe nequeant forenſes, ſed
ciues duntaxat illius ciuitatis originarij,
dicebam etiam forenſem poſſe ibi iudi-
cãdi munus obire, ſi quidem à principe
factus ſit ciuis originarius illius ciuitatis.
Et cùm in Regno Murcię ciues illius re- *Illatio.5.*
gni immunes certa ex parte ſint ab illo
regali reditu, quem Hiſpani Almoxari-
fadgo appellant, dicebam hac immuni-
tate gaudere forenſes, qui ciues illius re-
gni facti eſſent à principe. Et cùm bene- *Illatio.6.*
ficia eccleſiaſtica Palentinæ diœceſis cõ
ferri nequeant, niſi ijs, qui oriundi ſunt
ex illa regione , dicebam etiam forenſi-
bus poſſe conferri, ſi quidem facti ſint à
principe, cui hac in re ſubſunt ciues il-
lius regionis. Et cùm in collegio diui Ia- *Illatio.7.*
cobi Zebedæi Salmanticenſis, cuius in-
ſignia

ſignia olim geſsimus, Caſtellani tãtùm,
non etiam Aragonenſes, aut Siculi, & ſi-
miles exteri, collegæ eſſe poſsint, dicebã
capaces eſſe eos, qui per reſcriptum prin-
cipis hac in re iuriſdictionem habẽtis fa-
cti eſſent Caſtellani. Quæ omnia, & ſin-
gula probantur innumeris illis funda-
mentis, legibus, & rationibus, quę ſuprà
cõgeſsimus in quæſtione de nobilitate.
quæq́; eo nomine ideò notanda ſunt, ꝙ
nihil vnquam his frequentius.

*Scholares ſi pro ciuibus habentur, intelligitur in honoribus tantùm. cũ cõmuni.*

296 Hactenus de honoribus. Quid autem
in oneribus, quæ ſubire tenentur ij, qui
natu nobiles ſunt, an & ſimiliter ab ijs,
qui à principe nobiles facti ſunt, ſubeun
di ſint? Et videtur, quòd non. Quia ſi ſta
tutum dicit, quòd ſcholares tractentur
vt ciues in omnibus, intelligitur tamen
vt in fauorabilibus tantùm, non etiam
in odioſis, aut in oneribus vt ciues habe-
buntur, ne inducta in fauorem ipſorum,
in odium, & læſionem eorundem con-
uertantur contra. l. 3. §. ſi emancipatus. ff.
de bon. poſſeſ. contra tab. l. legata inuti-
liter. ff. de lega. 1. l. legata inutiliter. ff. de
adimen. lega. & ita in ſpecie in hoc exem
plo de ſcholaribus tenent communiter
docto. quales ſunt Bar. in. d. §. ſi emanci-
patus. cuius opinionem ſequitur, & dicit
communem Iaſ. in. l. ſi Rufinus. col. 2. C.
de teſtam. mili. Sequitur, & dicit cõmu-
nem opin. Decius conſi. 458. In cauſa ga-
bellæ. nu. 10. Alex. & alij communiter in
d. l. ſi Rufinus. vbi etiam Paul. Corne. &
Alex. poſt Bal. ibi. Roman. in. l. adoptiuũ.
§. patronum. ff. de in ius vocan. Paul. in. l.
ſi duo. ff. de acq. hær. per tex. ibi. Bal. in au
then. habita. col. 2. C. ne filius pro patre.
idẽ in. l. ea lege. col. 3. ad fi. C. de condi. ob
cau. idem in. §. hęc autem tria. in procem.
ff. idem Bal. in authẽ. ſed omnino. col. 4.
C. ne vxor pro marito. Ange. in. l. ſi à mi-
lite. §. 1. ff. de mili. teſtam. Romanus conſ.
92. Indubitatiſsimam iuſtitiam. Cuman.
conſi. 17. Hieronymus. colum. 2. Ange. &
Imola in. l. talem. ff. de hær. inſtit. §. 1. in ſi-
mili per Bar. in. l. Alexandrinus. C. de de-
curio. lib. 10. pulchrè per Paul. in. l. nulla.
ff. de legib. col. 1.

*Nobilis à principe factus etiã in oneribus nobilis intelligitur ex mẽte cõmunis opin.*

297 Quid dicendum? Et magis eſt, vt tales
nobiles denuò facti ab ipſis nobilibus
natu non differant etiam in oneribus,
nõ magis, quàm in honoribus: nam quo
ad omnes effectus is, qui ex plebeio à
principe nobilis factus eſt, deſinit eſſe re
uera plebeius, & incipit eſſe nobilis; vt
quaſi plebei nec vlla imago, nedum ſub
ſtantia retineatur, & quaſi homo nouus
creatur, & regeneratur, aut renaſcitur. vt
nominatim probat. d. authen. ſed hodie.
C. de iure aureorum annulorum. & in. l.
ſi ſeruus. §. fi. ff. de adim. leg. & in. l. 2. ff. de
natal. reſtituen. & in. l. qui res. §. aream. ff.
de ſoluti. cum mille ſimilib. ſuprà addu-
ctis. quaſi homo ille plebeius transfor-
maretur in alium hominem nobilem, id
quod iuris intellectu fieri non prohibe-
tur. vt dict. iurib. & in. l. vni. C. de tranſ-
for. vſucapi. & in. l. 1. & 2. C. de indict. vi-
dui. & in. l. vni. in prin. & §. 1. C. de rei vxo
riæ actio. Nec enim intẽtio principis eſt,
vt is præterea ꝙ ſit nobilis reuera, etiam
plebeius ſimiliter ſit quaſi bifrons ho-
mo, monſtro non abſimilis foret: ideoq́;
cùm primùm nobilis factus fuit, ſtatim
in ipſius nobilitatis conſequentiam, &
quaſi ex ipſius nobilitatis natura, & an-
nexione ad onera nobilium ſubeunda
tenetur, nõ ſecùs, quàm reliqui natu no-

*Ciuis denuò factus, ita ut ſuæ ciuitatis ciuis eſſe deſinat etiã in oneribus ciuis fit. cũ communi.*

298 biles. Nam & ſimiliter qui cùm ciuis eſ
ſet alterius oppidi, oppidi huius, aut ciui
tatis ciuis denuò factus fuit, ita vt prioris
oppidi, aut ciuitatis ciuis eſſe deſinat, in-
dubitanter huius noſtri oppidi ciuis eſſe
reuera incipit, tam in oneribus, quàm in
honoribus, & prioris oppidi ciuis eſſe de
ſinit in honoribus, non ſecùs, quàm in
oneribus, quaſi vera conuerſio, & tranſ-
formatio fiat, vt in ſimili fit in rebus in-
animatis. §. cùm quis ex aliena. Inſt. de re
rum diui. l. adeò. per totam. ff. de acquir.
rerum dom. ita eleganter declarat Paul.
in. l.



in. l. nulla. col. 1. ff. de legibus. Bal. per tex.
ibi in. l. cùm ex oratione. ff. de excuſ. tut.
idem Bal. in. l. quod fauore. oppoſitione
7. poſt Petrum, & Guilielm. ibi. C. de le-
gib. vbi etiam Paul. idem Paulus in. l. ſi
duo. ff. de acquir. hæred. per tex. ibi. Bal.
Paul. Alexan. & Iaſ. col. 2. in. l. ſi Rufinus.
vbi etiam Corn. per tex. ibi. C. de teſtam.
milit. Sequitur Decius conſi. 458. In cau-
ſa gabellæ. col. fi. verſi. ſed Bart. ibi loqui-
tur. Sentit idem Bar. in. l. quidam cùm fi-
lium. in fi. ff. de verb. obliga. Bar. in. l. ſi is
qui pro emptore. quæſtione. 3. in fi. ff. de
vſucapio. Ex quibus patet hanc eſſe com
munem opinionem. Ergo qui ciuis de-
nuò creatur in hac ciuitate, ita vt deſinat
eſſe ciuis ſuæ primæuæ ciuitatis, is indu-
bitanter tam in oneribus, quàm in hono
ribus, aut in rebus indifferentibus ciuis
erit. Qui autem in ciuem admittitur, ita
vt prioris ſuæ ciuitatis ciuis eſſe non de-
ſinat, in honoribus tantùm admiſſus vi
detur, non etiam in oneribus (quale eſt
in exemplo de ſcholaribus ſuprà memo
rato) niſi contrarium tacitè, vel expreſ-
ſim cautum ſit. Ratio differentiæ, quia
priore caſu fit transformatio, poſterio-
re autem caſu fit cumulatio, & cum re-
tẽtione prioris ſtatus acceſsio quædam,
vel adiectio. In quo caſu non intrat quæ
ſtio noſtra de nobili denuò creato, ſed
ad priorem tantùm caſum reuera perti-
net, quia expreſsim iubetur, quòd delea
tur de numero, & catalogo plebeiorum
(quaſi reuera vel mortuus eſſet, vel na-
tus nunquam fuiſſet) & deſcribatur in
numero, & catalogo nobilium, quaſi &
natu nobilis editus foret, & progreſſu eũ
dem ſtatum ſemper retinuiſſet.

*De ead. re.*

Iſthæc faciunt, vt ſi monachus vnius
ordinis in monaſterium alterius regulæ
receptus fuerit, non teneatur ampliùs
priorem regulam obſeruare, quaſi id cõ
tigerit nõ accumulatiuè, ſed trãſumpti-
uè, aut trãsformatiuè. Idemq́; cùm colle
gij vnius collega in alterum collegium
receptus fuit, quod aliquando vidimus.

*Nobilis à principe factus gaudet priuilegijs poſtea nobilitati conceſsis. ex mẽte cõmunis opinionis.*

299 Stat ergo ex ſuperioribus, quòd qui ex
plebeio nobilis à principe factus fuit, tã
in oneribus, quàm in honoribus, & in re
bus indifferentibus nobilis eſt, & con-
ſequenter poteſt eſſe commendatarius,
non ſecùs, quàm ſi natu nobilis foret,
quaſi id deſcendat ex natura ipſi nobi-
litati inſita, ſiue illa natiua ſit, ſiue da-
tiua, quia iſtud eſt ex priuilegijs, quæ re-
tro nobilitati competebant. Quid au-
tem ſi denuò poſtquàm ille nobilis à
principe factus fuit, ipſi nobilitati ali-
quod priuilegium conceſſum eſſet, quo
ſine dubio fungerentur nobiles natu, an
& nobilitas iſthæc datiua tali priuilegio
fungeretur, non ſecùs, quàm nobilitas
natiua? Et ſine dubio fungeretur. per. l.
cùm ex oratione. ff. de excuſati. tuto. vbi
Bal. & videtur communis opinio ex la-
tè ſuprà relatis.

*Ordo diui Georgij an exæquetur ordini Calatrauenſi.*

300 Vnde cùm ordo, & regula Commen-
datariorum diui Georgij in regno, ſeu re
gione Valentiæ facta fuerit ad ſimilitu-
dinem ordinis Commendatariorum de
Calatraua, & poſtea Commẽdatarijs de
Calatraua data fuiſſet facultas, vt poſ-

*Commẽdatarij Monteſa. an poſſint nubere, ut Calatrauenſes.*

331 ſent vxores ducere, an & iſthęc facultas
Commendatarijs diui Georgij (quos de
Monteſa appellant) cõpeteret, & ad eos
ſeſe extenderet, aut ex vi etiam compre-
henſiua eos etiam ea gratia, & facultas
tangeret, & teneret, vehementer olim
controuerſum fuit apud auditores Re-
gios in prætorio, quod nos appellamus
Conſejo de ordenes. Et etiam hodie (vt
fertur) petitur diſpenſatio à Romano
Pontifice in fauorem Magiſtri illius or-
dinis. Quæ facultas, vt citra diſpenſatio-
nem non competeret, videbatur. Pri-
mùm, quia æquiparatio licèt comprehẽ
dat omnia iura competentia tempore
æquiparationis, non videtur trahi poſſe
ad facultates denuò conceſſas. argum. l.
ſi ita. ff. de auro & argen. lega. notat So-
cinus in. l. 1. in princi. vbi Ripa nu. 3. ff. de

lega.1. Deinde quia vt religioſi, qui ſunt
in vita contemplatiua, poſsint ad vitam
actiuam migrare, non ſat expeditum be
neficium eſt, adhuc tamẽ veriùs videtur,
vt ea facultas conceſſa militibus Calatra
uenſibus, competat etiam militibus di-
ui Georgij, quorum ordo non ſolùm in
omnibus, & per omnia fuit adæquatus
ordini, & religioni militum de Calatra-
ua (vt aiunt) ſed, quod plus eſt, bulla ere-
ctionis, & inſtitutionis militũ diui Geor
gij eſt eadem cum bulla, & priuilegio in
ſtitutionis Calatrauenſium, vt non alte-
ra noua militum religio priori ſimilis vi
deatur, ſed potiùs eadem religio denuò
aucta videatur: ſicque quaſi vt augmen-
tum cedit rei principali, nec ab ea quic-
quam differt. l. proponebatur. ff. de iudi.
l. grege. de lega. 2. l. ſi grex. ff. de lega. 1. §. ſi
grex. Inſtit. de lega. ita etiam ordo mili-
tum de Monteſa nihil differt ab ordine
militum Calatrauenſium, ſed ei cedit tã
quam augmentũ, & vnum, idemq́; cor-
pus reputatur. argum. in ſimili in. l. pla-
nè. in prin. de lega. 1. §. vbi autem. cum ſe-
quen. C. de cadu. tollend. Et vt ridendus
eſſet, qui contenderet, quòd ea facultas
conceſſa militibus Calatrauẽſibus com-
peteret quo ad illa duntaxat oppida, mo
naſteria, & ſimilia, quæ initio ſuæ inſtitu
tionis ipſis fuerunt deſignata, non etiam
quo ad oppida, & monaſteria, & enco-
miendas (vt ſic loquar) poſtea addita, ita
quoq; ridendus videretur, qui talem fa-
cultatem contenderet militibus de Mõ-
teſa, diuiq́; Georgij non competere, quã
doquidem (vt in facto proponitur) ſunt
veluti augmẽtum militũ, ordinisq́; Cala
trauenſium, non ordo, aut religio noua.
Quod intellige, quando generaliter, vel
indefinitè ea facultas militibus Calatra-
uenſibus data eſſet, ſecùs ſi cum limita-
tione, aut præfinitione loci, putà, ſi mili-
tibus Caſtellæ Calatrauenſibus conceſ-
ſum eſſet, tũc enim ad milites etiam eiuſ-
dẽ ordinis in alio regno collocatos (qua-
le eſt regnum Valentiæ) non extenderet
ſeſe. l. ſi ita. ff. de auro & argen. lega. l. age
cum gemi. C. de tranſactio. & vtrobique
plenè per doct. tradunt in ſimili nouiſsi.
in. l. 5. §. pen. & fi. ff. de lega. 1. Quæ omnia
expedita ſunt, ſi hi milites diui Georgij
ſunt augmentum (vt proponebatur) mi
litum Calatrauenſium: quòd ſi non tam
augmentum eſſent, quàm nouus ordo,
noua regula, nouũ corpus, nouum col-
legium diſtinctum, & ſeparatum, non ſe
cùs, quàm ſit collegium diui Iacobi Sal-
manticẽſis à collegio ſanctę Crucis Pin-
ciano, licèt conſtitutiones primordiali-
ter collegij Pinciani & noſtrum colle-
gium diui Iacobi receperit in ſui prim-
æua inſtitutione, tunc magis dubium. Et
quidem ſi in erectione, & inſtitutione
omnia priuilegia Calatrauenſibus com-
petentia in omnibus, & per omnia Mon
teſanis etiam eſſent conceſſa, magis eſt,
vt hæc facultas Calatrauenſibus poſtea
conceſſa, etiam Monteſanis competere
inciperet. ex communi opinione docto
rum, qui tenent, quòd ſi ſtudium Tolo-
ſanum factum fuit cum omnibus priui-
legijs, & honoribus competentibus ſtu-
dio Pariſienſi, tunc nouum priuilegium
ſtudio Pariſienſi conceſſum competeret
etiam Toloſano. ita tenent Guilielm. de
Cuno. & Bal. in. l. omnia. C. de epiſco. &
cler. Ripa in. l. 1. nu. 3. ff. de leg. 1. vbi Alex.
nu. 9. & Iaſ. nu. 16. Abb. in. c. fi. ne cleri. vel
monach. Socin. in. d. l. 1. in prin. vbi Aret.
& Caſsi. col. fi. in fi. & ita tenetur per mo-
dernos, ſecundùm Ripam, vbi ſupra. ex
quorum relatione hæc videtur commu
nis opinio. Facit, quæ tradunt Bald. in. l.
omnes populi. col. pen. ff. de iuſtit. & iur.
Alexã. & Iaſ. in. l. ſi Rufinus. C. de teſtam.
milit. Zaſi. vbi ſuprà. & Iaſ. nu. 17. & Ripa
nu. 4. in. d. l. 1. dum tenent, quòd ſi foren-
ſis in hac ciuitate non poteſt eſſe Prior,
vel Cõſul, vel de collegio doctorum, vel
Decurio, tunc qui per principẽ adæqua-
tus ſit ciuis, is poterit eſſe Prior, vel Con-
ſul,



ſul, vel de collegio doctorum. Et prò hac
parte faciunt omnia illa fundamẽta, quę
ſuprà accommodauimus in. q. de nobili
tate. Hæc quo ad facultatem nubendi de
nuò conceſſam, ſiquidem intelligimus,
quòd beneficij loco habeatur, vel etiam
priuilegij loco habeatur. Cæterùm cùm
controuerſum ſit, an iſthæc nubendi fa-
cultas non tam beneficio annumeretur,
quàm læſioni, propterea quòd præbeat
occaſionem diſcedendi à vita cõtempla
tiua, & migrãdi ad vitam actiuam, tunc
magis dubium. Dicendum tamen eſt, id
parum obeſſe: quia cùm notoria, & in-
dubitata eſſet occaſio peccãdi, libidinis,
& cupidinis voluptatibus, & luxus cau-
ſa, quam occaſionem habebãt huiuſmo
di milites per orbem vagãtes, negari nõ
poteſt, quin illa facultas nubendi, bene-
ficio, aut ſaltem priuilegio annumerari
302 debeat. Sed & ſi eſſet onus, adhuc idem
foret: nam cùm æquiparatio ſit in omni
bus, tunc etiam onera communicantur.
vt tenent Bal. in. l. quod fauore. 7. oppoſi
tione. C. de legib. poſt Petrũ, & Guiliel.
ibi. idẽ Bald. in. l. ſi Rufinus. C. de teſtam.
mili. Roma. in. l. ſi duo. ff. de acquir. hær.
idem in. l. nulla. C. de legib. Deci. conſil.
458. In cauſa gabellæ. col. fi. Bar. in. l. qui-
dam cùm filium. in fi. ff. de verb. obliga.
ex quorum relatione hæc videtur com-
munis opinio.

*AEquiparatio uniuerſalis trahitur etiam ad onera. cum cõi.*

Nam & ſimiliter ſunt qui putẽt huiuſ
cemodi milites immunes eſſe ab omni-
bus oneribus vectigalium præſtãdorum
non ſecùs, quàm illi etiam milites, quo-
rum ad exẽplum creati, & inſtituti ſunt,
quaſi in vtriſq; ſuperiora non impediãt,
quin videatur eſſe ſpecies quædam reli-
gionis, & monachiſmi.

303 Quibus nõ obſtat, quòd ij milites vxo
res ducant, & proprium poſsidere videã
tur, nam id ex diſpẽſatione apoſtolica fa
ciunt. Et licèt obſeruatio iſtorum voto-
rum ſit de iure diuino, tamen inſtitutio
ipſorũ eſt de iure poſitiuo. vt notatur in
c. propoſuit. de conceſ. præben. quam in
ſtitutionem facit Papa in omnibus ordi
nibus Benedicti, Auguſtini, Franciſci, &
Dominici, & ſic de ſingulis. Ergo ſi vo-
luit approbare hũc ordinem militarem,
modificando iſta vota, ſcilicet, ꝙ ſint re-
ligioſi, & habeant proprium, dum tamẽ
poſsideant, & de mobilibus tantummo
dò diſponant cum licentia magiſtri. Itẽ,
quòd ſeruẽt caſtitatem, dum tamen iſta
ſit cum vxore propria. Item, ꝙ habeant
obedientiam, prout hæc omnia in regu-
la prædicti ordinis continentur, quis du
bitat Papã hoc potuiſſe facere? maximè
ex cauſis tam arduis, ex quibus hic ordo
fuit inſtitutus. vt ſuprà præmiſimus. Pro
pter cuius fauorẽ multa ſtatuuntur con
tra iura communia. vt. in. c. in fidei fauo-
rem. de hæreticis. in. 6. Et Papam hoc po-
tuiſſe facere, conſuluit Soci. in dict. con-
ſil. 13. nam diſpenſat contra votum ſim-
plex, & ita contra votum cõtinentiæ. vt
in. c. rurſus. & in. c. veniens. qui clerici,
vel vouentes. Ita quoque potuit diſpen-
ſare, & modificare votum caſtitatis in
caſtitate coniugali. Nam inuenimus cau
tum in iure, clericos Græcianos in ſacris
conſtitutos, & celebrantes vxores ha-
bere. vt in. c. cùm olim. de cleri. coniuga
tis. Caſtitas vtique cum vxore propria
reperitur. vt in. c. Nicæna. 31. diſtinct. Sic
& ſi laicus eligitur in Papam, & electus
inuenitur habere vxorem, toleratur in
dignitate, & tenetur reddere debitum.
vt dicit glo. in. c. ſi quis pecuniam. 99. di-
ſtinct. & Petrus habuit vxorem: etenim
ex permiſsione eccleſiæ omnia iſta tole-
rantur. Nam ſicut Papa eximit mona-
chum ab obediẽtia ſui ſuperioris. vt per
totum titulum de priuilegijs. ita cum ob
ſeruantia continentiæ, & abdicatione
proprij diſpenſare poteſt, cùm hæc tria
ſint ſubſtantialia regulæ monachatus.
& in proprijs terminis dicebat gloſſa,
quã ſuprà retulimus in dict. c. duo ſunt
genera. 12. quæſtione. 1. quòd id, quod

*Religionis tria ſubſtantialia uota, ut poſsint ꝑ Papam modificari.*

eſt prohibitum,& illicitum perſonis ec-
cleſiaſticis,& religioſis eſt licitum ex per
miſsione Pontificis, nec propterea deſi-
nunt eſſe eccleſiaſticæ perſonæ. Caſtitas
enim, & continentia coniugalis pluri-
mùm apud Deum extollitur. vt legitur
de virginitate Ioannis Baptiſtæ, & cœli-
batu Abrahæ: quælibet enim harum vir
tutum habet ſuos gradus,iuxta euange-
lium. Et dicebat ſanctus Thom. lib. de
regimine principum. referens Ariſtote-
lem,quòd milites conuenit eſſe coniuga
tos. Regula ergo huius militiæ ab exor-
dio non permiſit nuptias,nec matrimo-
nium, ſed ex quo poſtea ſummo Pontifi
ci, & regiæ maieſtati ſic placuit, non eſt
noſtrum iudicare,cùm authoritas,& iu-
dicium ſit apud ſummum Pontificem.
vt dicebat Auguſti. contra Manichæos
in.c.quid culpatur.33.q.1. &.q.2.c. iuſtũ.
& alibi ſæpe. Nec de poteſtate Pontificis
circa iſta dubitari poteſt, nam eo dubio
offendi videtur clauium poteſtas. vt ſu-
304 prà diximus. Et ita rectè poteſt Papa lai-
cum à iuriſdictione ſeculari eximere ſi-
ne Regis conſenſu, quando eis additur
aliqua qualitas, ſeu cauſa ordinis, vel re-
ligionis titulus. vt notat Innocen.in.c.2.
de maiorit.& obed.& refert,& ſequitur
Cardina.in repeti.c.perpendimus.de ſen
ten.excom.col.3. & Hoſtien. & Siculus
in.d.c.2. & ibi cõmuniter ſcribentes. Sic
etiam potuit Papa familiã Epiſcopi exi-
mere, vt gaudere debeat priuilegio ec-
cleſiaſtico ſtatuendo, prout ſtatuit in.c.
dilecto.de offici.archidia.& notatur per
doct.in.d.c.1.de foro compet. Sic & po-
tuit eximere innumerabiles primæ ton-
ſuræ coniugatos.vt in.c.vno.de cler.con
iuga.in.6. & nouitium quoq; laicum in-
fra annũ nouitiatus eximit Papa à iuriſ-
dictione. vt in.c. religioſi. de ſentent.ex-
commu. Ecce ergo quomodo Papa ſta-
tuendo, vel cõcedendo eccleſiaſticas ef-
ficit perſonas ſine cõſenſu principis. Po-
teſt enim Papa arduis negotijs inſtanti-

*Papa laicũ à iuriſdictione Regis quando poßit eximere.*

bus,ſe inter laicos intromittere,& exer-
cere poteſtatem à Deo traditam. vt in.c.
1.de homicidio.in.6. & in clem.paſtora-
lis.de re iudic.& in.c.alius.15.q.6. & in.c.
licet.de voto.& in.c.per venerabilẽ.qui
filij ſint legitimi.& in.c.quorundam.de
Iudæis. & in.c. venerabilem. de electio.
cũ ſimilib. Nam ab eccleſia imperium,
& iuriſdictio temporalis deſcẽdit.vt tra-
dunt doct.in.c.nouit.de iudici. vbi con-
cludunt, Papam habere plenam iuriſdi-
ctionem, tam in ſpiritualibus, quàm in
temporalibus.idem tenet Abb.in.d.c.no
uit. Et referunt quendam poſt mortem
fuiſſe damnatum de hæreſi, ex eo, quòd
in diſputatione, quam fecit,tenuit impe
rium ab eccleſia non deſcendere.& facit
l.9.tit.1.parti.2.quæ dicit, Papam habere
poteſtatem creandi Regẽ.Sic etiam Rex
Hungarię,qui non cognoſcit ſuperiorẽ,
cogitur à Põtifice ad obſeruationem vo
ti.vt in.c.1.& in.c.magnæ.& in.c.licet.&
in.c.non eſt.de voto.Sic & ad obſeruan-
tiam iuramenti cogitur.vt dicebat Abb.
in.d.c.non eſt. & notatur in.c.fi. de foro
compe.lib.6. & in.d.c.venerabilem.&.c.
nouit. de iudici. & in. c.quanto. & in.c.
intellecto.de iureiur. &.in.c.nos ſancto-
rum.15.q.6.Quæ omnia ſine dubio pro-
cedunt, ſupponendo maioritatem pon-
tificatus, & ſubordinationem dignitatis
Regiæ,& Imperialis ad Pontificatum,vt
ſcilicet apud Papam ſit vterq; gladius.vt
in.d.c. nouit. de iudici. nam Domini eſt
terra, & plenitudo eius. Ab initio enim
omnes cauſę tractabantur coram ſacer-
dotibus.Deutero.c.7.& in.d.c.per vene-
rabilẽ. &.11.q.3.c.abſit. & ita nulla vide-
tur fieri iniuria principibus ex parte Põ-
tificis, ſi aliquam religionẽ approbauit,
& eccleſiaſticas fecerit perſonas, dũ ſub-
ſit aliqua religionis cauſa actiuè,vel con
templatiuè, prout in præludijs ſuprà re-
tulimus. & notatur in dict.c.2.de maio-
rita. & obedientia. cum ſuprà allegatis.
Nec minùs prætendi poteſt aliquod eſſe
impedi-



impedimentum ex parte laici, qui ſe re-
ligioni dedit, cùm iuriſdictio principis
ſit ad regendum, & gubernandum ſub-
ditos, ſi tamen ſubditus velit ſe ſubijce-
re religioni, liberè facere poterit,nec cu-
ratur quantùm ad hoc de iuriſdictione
regia.Nam quilibet ſubditus poteſt mu-
tare iuriſdictionem,& curſum vitæ,ſub-
ijciendo ſe eccleſiæ:quia curſus,& via vi
tæ humanæ nõ propter iuriſdictionem,
ſed iuriſdictio propter ipſam conſtituta
eſt.vt habetur apud Marcum, vbi Chri-
ſtus reſpondit Phariſæis, Non eſt homo
propter Sabbatum, ſed Sabbatum pro-
pter hominem. Vnde Cardina.in.c. per-
pendimus. de ſenten.excommmu.in.4.
col. dicebat, quòd non eximit Papa lai-
cũ à iuriſdictione ſeculari, ſed laicus ipſe
ſe eximit,dum ſe mancipat aliquibus re-
gulis approbatis.Neq; hoc impedire po
teſt,aliâs ſequeretur, quòd nullus poſſet
intrare religionem, ſi tale præiudicium
305 conſideraretur. Et inde prouenit, quòd
poteſt quis mutare domicilium,& iuriſ-
dictionẽ tam ſecularem, quàm ſpiritua-
lẽ. vt probatur in diuerſis iuris partibus.
vt in.c.conſtitutus.& in.c.cùm dilectus.
de relig.domib. & in.c.dilectus.de capel
lis monach. & in.c.licet. de regularibus.
& in.l.ſi conuenerit. ff.de iuriſdi.omniũ
iud.& in.l.1.ff.de iuſti.& iur.& in.l.ſi qui
ex conſenſu. C.de epiſco.audien. & in.l.
hæres abſens.§.proinde.ff.de iudic.Quin
imò presbyteri, curati, & Archidiaconi
poſſunt ſine ſuperioris licẽtia ingredi re
ligionẽ.vt eleganter notat ſanctus Tho
mas in opuſcu.19.q.13. & in.c.de mona-
chis.16.q.1.Quãuis enim Reges Caſtellę
non recognoſcãt in temporalibus ſupe-
riorem,vt eſt vulgare: ipſi tamen,& eo-
rum ſubditi in his, quæ concernunt ſpi-
ritum, ſunt ſummo vicario ſubiecti. vt
in.c.omnes principes.de maiorit. & obe.
& in.c.ſolitæ.eo.tit. cum ſuprà allegatis.
Neq; conqueri poteſt princeps,quòd lai
cus ſubditus ordinẽ religionis ingredia-

*Iuriſdictionẽ mutare cuiq; licet.*

tur,& ita ſe ab eo eximat, quia nõ homo
propter iuriſdictionẽ, ſed iuriſdictio pro
pter hominem facta eſt,neq; prætẽdi po-
teſt in apoſtolico deficere poteſtatẽ,cùm
ad eum pertineat creãdorum ordinum
poteſtas. vt ex omnibus ſuprà dictis con
306 ſtat.Ex quibus veluti cõſequens neceſ-
ſarium infertur hos milites,eorumq; bo
na à gabellis eſſe ſoluta.iura ſunt clara,&
aperta.in.c.fi.de vita & honeſt.cler.& ibi
optimè per Abba.bona glo.in.c.eccleſia
ſanctæ Mariæ.de conſtitu. & notatur in
c.quanq̃. de cenſibus.lib.6.in clem.præ-
ſenti.eod.tit. Et dicebat Anton.in.c.1.de
conſuetud.ꝙ ſicut non poſſunt collecta
ri res eccleſiæ,ita neq; eccleſiaſticorũ pa-
trimonia. & facit tex.in.c.ſimiliter. 15.q.
1.& exactores ſimilium onerũ,& impoſi
tionum, ſecundùm ſanctorum patrũ de
creta peccant mortaliter,& rapinã,& ſa-
crilegium cõmittunt,ipſoq; facto excõ-
municãtur,& ad reſtitutionem tenẽtur.
vt in.d.c.quanq̃.de cẽſib.facit etiam ſin-
gularis text.in.c. ſi quis principũ. 16.q.7.
ibi,vt ſacrilegus iudicetur.&.12.q.2.c.prę
dia.&.c.ſequ.ibi,qui abſtulerit patri,aut
matri,homicidij particeps eſt. Pater no-
ſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creauit,
mater verò noſtra Eccleſia eſt, quæ nos
in baptiſmo regenerauit. vt ibi habetur,
& eleganter probatur in.d.c.quanq̃. vbi
dicitur,ꝙ eccleſiaſticæ perſonæ ſunt im-
munes de iure diuino à ſecularibus ex-
actionibus.& ita manifeſtiſsimè dict.iu-
ribus comprobari videtur.

*Commẽdatarij à uectigalibus an ſint immunes.*

In ſumma hac in re videnda ſunt,quæ
ſcripſim⁹ ſuprà.& alibi pleniùs agemus,
an à vectigalibus ſint immunes, interea
nihil firmantes, propter quamplures li-
tes, quas in noſtro rei dominicæ Præto-
rio hodie habemus pendentes.
307 Poſtremò, dum in hoc.§.imputari.di-
citur,occaſione militiæ.non temerè ten
tari poſſet,vt in legitimam filius imputa
re teneatur, non ſolùm, quòd immedia-
tè quæſiuit ex militia ſibi à patre empta,

*Legitimæ imputatur, quod occaſione militiæ à patre emptæ filio acquiritur. noua opi.*

ſed etiam, quod occaſione, aut contemplatione illius militiæ acquiſiuit, nó quęſiturus, ſi talem militiam, aut officium non habuiſſet. Quid enim ſi ingens donum contemplatione illius militiæ accepit (vt quotidiè contingit) non accepturus, ſi illam militiam non habuiſſet, idq́; extra pẽſiones, aut reditus, qui ex tali militia procedebant? Et ſanè tale donum videtur legitimè imputandum per hunc text. dum ait in legitimã imputari, quod
308 occaſione militiæ quæritur. Nam occa-
*Occaſio quid.* ſio nó pro cauſa immediata ſumitur, ſed magis pro cauſa remota. Vnde Cicero in oratione pro Milone. Quæ tum non modò occaſio, ſed etiam cauſa illius opprimendi fuit. Vnde qui occaſionem dãni dat, damnum dediſſe videtur. vt in. l. qui occidit. §. in hac actione. ff. ad leg. Aquil. ibi, nam & qui occaſionem damni præſtat, damnum feciſſe videtur. & ita eſt intelligendus text. in. c. qui cauſam. de reg. iu. in. 6. dum ait, Qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur. ibi enim intelligitur de cauſa remota, quæ peculiariter occaſio appellatur. Quibus proximè accedit, quod ait Cicero de Legib. Teneo quam optabam occaſionem, neq; remittam. Alibi tamẽ occaſio ſumitur pro opportunitate. vt per Iacobũ Spiege. in verbo, occaſio. Vnde Auſonius in Epigram. de occaſione ſic cecinit,

309 *Sum Dea, quæ rara, & paucis Occaſio nota.*
*Occaſionis deſcriptio.* *Quid rotulæ inſiſtis? Stare loco nequeo.*
*Quid talaria habes? Volucris ſum, Mercuriuſq́;*
*Fortunare ſolet, tardo ego cùm uolui.*
*Crine tegis faciem? Cognoſci nolo. Sed heus tu*
*Occipiti caluo es? Ne tenear fugiens.*
*Quæ tibi iuncta comes? dicat tibi. Dic rogo, quæ ſis?*
*Sum Dea, cui nomen nec Cicero ipſe dedit.*
*Sum Dea, quæ facti, non factiq́; exigo pœnas:*
*Nempe ut pœniteat, ſic Metanœa uocor.*
*Tu modò dic quid agat tecum? Si quando uolaui,*
*Hæc manet, hanc retinẽt, quos ego præterij.*
*Tu quoq; dum rogitas, dum percunctando moraris,*
*Elapſam dices me tibi de manibus.*

Et ſimiliter tali tẽporis opportunitate ſolent vti, qui volunt diſcedere ab amico. Vnde Prouerb. 18. in prin. ſimilis doctrina traditur, dum ſcribitur, Occaſionem quærit &c. Et in negotijs gerendis talis occaſio prætermittenda non eſt. Vnde Plautus in Perſa.

*Virtus eſt, ubi occaſio admonet, diſpicere.*

Deniq; ꝙ occaſio ſumatur pro cauſa remota, & non immediata, eſt communis opinio, quam tenent Corne. conſil. 263. poſt prin. lib. 4. Alexã. in. l. ſi patroni. col. 2. ff. ad Trebel. Soci. conſi. 156. Pro fundamento. col. fi. lib. 3. Iaſ. conſil. 63. Circa primum. col. 5. eod. lib. Petrus, & Cinus. q. 2. vbi etiam Sali. in. l. generaliter. C. de epiſ. & cleri. Areti. cõſi. 161. Verum eſt. col. 4. Ioan. Andre. ad Specula. de iniur. §. ſequitur. Bart. in. l. vxori. ff. de auro & argento legat. per. l. cùm de lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtructo. Bald. conſi. 136. Proponitur. col. fi. lib. 2. Ange. conſi. 63. Nobilis miles. colum. 3. idem conſi. 288. Viſo themate. col. 2. Salice. in noſtro. §. imputari. col. 2. idem in. l. fori. per illum tex. C. de aduocatis diuerſorum iudici. per text. in. l. fi. C. de furtis. ibi, ex ſuæ rei occaſione. Imol. in. l. 2. §. fi. ff. de donat. Barb. col. 5. & Iaſ. col. 3. in rub. C. qui admit. Vnde ſi occaſione militiæ, quam pater filio emerat, is filius donum gratis oblatum accepit, aut donationem ab eo, qui nõ donaſſet, niſi talem militiam, aut officium habuiſſet, tale donum in legitimam imputandum eſt, non ſecùs, quàm ſi id lucrum ex reditibus illius officij, aut militiæ contigiſſet immediatè. nã & ſimiliter in terminis dict. l. fori. C. de aduocatis diuerſorum iudiciorum. dum dicitur, quaſi caſtrenſe reputari, quod filius quæſiuit aduocatione. intelligẽdum eſt, non ſolùm in eo, quod ex mercede aduocandi filius quaſi ex operarum locatione quæſierit, ſed etiam, ſi donum ab aliquo gratis oblatum accepit, quod ille oblaturus, aut daturus nõ eſſet, niſi filius aduocare etiã in aliorum negotijs cœpiſſet.

Confirmantur iſthæc, nam & quæ fortuitò



tuitò contingunt, occaſione quadam cõtigiſſe videntur. vt per Deci. in. d. rubr. C. qui admitti. col. 3. idem in. c. fi. de cõfirmatione vtili vel inutili. per legem. reſcriptũ §. 1. ibi, ex occaſione. ff. de diſtractione pignorum. &. l. generaliter. §. proinde. ibi, per teſtamenti occaſionem. ff. de fideicõ. libertatib. in ſimili per Bal. conſi. 119. Statuto cauetur ꝙ turbans. col. fi. libr. 2. bonus tex. in. l. Labeo. ibi, magis occaſione. ff. de riuis. l. famoſi. §. 1. ff. ad leg. Iuli. maieſta. & in. l. omnimodò. in princ. ibi, occaſionem. C. de inof. teſta. & in. l. fi. ibi, incolatus occaſione. C. de municip. & originarijs. lib. 10. l. fi. ibi, occaſionis huiuſmodi. C. de conueniendis fiſci debitoribus. libr. 10. in. c. 1. ibi, ſumentes occaſionem. de confirmatione vtili. & in. c. qualiter & qñ. de accuſati. vbi Deci. & idem Deci. in. d. c. 1. tex. in. c. ſtatutum. §. inſuper. ibi, occaſionem. de reſcriptis in. 6. vbi Dominicus. tex. in. c. 1. ibi, peccandi occaſio. de iureiu. lib. 6. & in. c. 2. verſi. ſi autẽ. ibi, occaſionem. de officio ordinarij. lib. 6. plenè per Tiraq. de cauſa ceſſante. limita. 13.

Nam & ſimiliter quod vulgò traditur non valere pactum de futura ſucceſſione acquirenda, id receptum eſt ob vitandam peccandi occaſionem, votumq́; captandæ mortis remouendum. vt in. l. fi. C. de pact. & in. l. de fideicommiſſo. C. de tranſact. in. l. pactum dotali. C. de collat. & in. c. ne captandæ. & in. c. deteſtanda. de conceſsione præbendæ. vt in. d. locis ferè per omnes traditur. Licèt enim tale pactum non inducat neceſſariò votum captandæ mortis, adhuc tamen interdicitur, quòd occaſionem, anſamq́ue mortis captandæ præbere videtur. Nec abſimile eſt, quòd teſtator nequeat prohibere cautionem ab vſufructuario pręſtandam de vtendo & fruendo arbitrio boni viri. vt in. l. 2. & in. l. ſcire. C. vt in poſſeſsionem legatorum. illud enim nõ ideo receptum eſt, quòd ea cautionis remiſsio certum inducat, aut indubitatũ delictum, peccatúmue, ſed magis quòd inducere videatur peccandi anſam, & occaſionem. Principibus enim, & legibus curæ eſſe debet, nõ modò peccatum iam commiſſum punire, ſed etiam peccandi occaſionem remouere, ideoq́; vetita eſt ea cautionis remiſsio. vt tenet glo. quam omnes ibi ſequuntur in. l. penultima. C. vt in poſſeſsi. lega. Bart. in. l. nemo poteſt. col. 1. vbi Ripa. numero. 36. & Hannibal num. 212. ff. de legat. 1. Bart. & alij in. l. pactum inter heredem. C. de pactis. Decius conſil. 565. Clariſsimi. colum. 1. Angelus. & Chriſtophorus in. §. conſtituitur. Inſt. de vſufruct. Deci. conſ. 418. num. 16. gloſ. in. l. 1. C. de vſufruct. Iaſ. col. fi. in prima lectio. & in. 2. num. 125. vbi Crottus nu. 14. in. d. l. nemo poteſt. Pinel. in. l. 1. par. 2. nu. 75. C. de bo. mater.

Hinc deſcendit ratio ad pleraſq; legũ pœnalium, præſertim quæ vltimo ſupplicio facinora perſequuntur: non enim huiuſmodi leges feruntur, vt homicidia, parricidia, adulteria, proditiones, & reliqua id genus facinora ſemel facta, infecta fiant (id enim impoſsibile eſt. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis) ſed magis, vt metu pœnarum reliqui hominum perterriti, ab huiuſmodi facinoribus abſtineant, ſicq́; tollatur anſa, occaſioq́; peccãdi, atque delinquẽdi. vt plenè diſſeruimus in §. 7. num. 22. & cùm lex, quæ & ſacratiſsima, & inuentio quædam, atq; donum Dei meritò appellata eſt. l. 2. ff. de legib. l. leges. C. eod. occurrat, pugnet, aduerſetur quorundam procerum effrænæ auaritiæ & rapacitati, quorum magnatum imperio, nutu, & ditione rerum ſumma voluitur, quibuſq́; à principibus noſtris totius reipublicæ ſtatus, ſaluſq́; commiſ-
310 ſa eſt: cumq́; ij non ignorent, ſtantibus *Legis trãſgrediendæ occaſio.*
legibus, legumq́; profeſſoribus, iuriſq́; peritis, nõ poſſe ſe ſua potentia impia, & nefanda liberiùs fuſiúsq; abuti, & rempublicam, publicamq́; ſalutem peſſundare, eò rem perduxerunt, vt tam principibus

pibus noſtris, quàm reliquis hominibus perſuaſum eſſet, citra leges, aut iure peritos orbem poſſe regi, ſicq; tam legibus, quàm legum profeſſoribus, magiſtratibusq; bona ex parte authorittas adem-
311 pta eſt. Et vt reſpublica, publicusq; cẽſus huiuſmodi potentiorum tyrannide citiùs, liberiusq; deuoretur, nouum quoddam inuentum, nouumq; aucupium excogitatum eſt: nempè, vt Præſules, eccleſiarumq; prælati ſanctiſsimi, quorũ pleriq; laudatiſsimis, innocentiſsimisq; moribus præditi ſunt, & vitę inculpatiſsimę exulare cogantur, & contineant ſeſe in-

*Præſulum à regum familiaritate ſeparandorũ occaſio.*

312 tra cancellos ſuarum eccleſiarum, quò magis in poſterum reſpublica inermis, pijſsimiq; principes noſtri ſanctiſsimis, probatiſsimisq; tuitoribus deſtituantur, præſulibusq; hunc in modum ſegregatis, vt innocens, miſeranduſq; ouium grex à lupis, ita reſpublica noſtra, regiuſque cẽſus (quæ noſtræ tẽpeſtatis infelicitas eſt) ab illorum immanium potentiorum tyrãnide abſumatur. Nec dubium eſt, quin præſules, & ſimiles poſsint eſſe, verſari, & occupari in Regijs ſenatibus, poſthabita quorundam inſania huic rei aduerſantium. Quòd autem prælatus & clericus poſsit eſſe iudex regius, patet in procœmio in tit. Del conſejo del Rey. lib. 2. ordi. ibi. Porende ordenamos, y mandamos, que en el nueſtro conſejo eſten, y reſidã de aqui adelãte vn perlado. &c. Ad idem. l. 1. tit. Del audiencia è chancilleria. libr. 2. ordi. ibi. Mandamos, que en la nueſtra corte, y chancilleria reſidan continuamente vn perlado preſidente. Et in l. 8. eod. titu. ibi, los oydores, o alomenos los dos dellos con el perlado torne à ver. &c. Et iterum ibi, dada por los dichos nueſtros oydores cõ el dicho nueſtro ꝑlado. Ad idem. l. 1. titul. De los eſcriuanos de las audiencias. lib. 2. ordi. ibi, Ordenamos que el perlado, y los oydores, o los oydores non auiendo perlado. & ibi, cõfirmados por el perlado. Vnde cùm tot

*Epiſcopi regendæ reipublicæ apti.*

legibus ſancitum ſit, vt epiſcopus, aut prælatus poſsit eſſe præſidens ſummi ſenatus curiæ, vel ſenatus Valliſoletani, & Granatenſis, & ſimilium, mirandum ſanè eſt, quanta loquacitate, quantaq; temeritate imperitorum nonnulli garrire audeant id impium eſſe, religioniq; contrarium, pugnans, aduerſum: præſertim cùm leges illæ, quibus id admittitur, ſanctæ, piæ, iuſtæ quo ad reipublicæ trãquillitatem, animarumq; ſalutem, vitam, cõgregationemq; politicam pręſumantur. vt diſſeruimus ſuprà. §. 1. nu. 13. &. §. 2. nu. 8. cum ſequentibus. Etenim tantus præſidatus à ſumma dignitate eminentibus teneri debet, neq; à viris ſecularibus (quales ſunt Duces, Comites, & Marchiones) ne in ſimilium inuidiam prorumpant. Nam, vt Accurſ. ait, & aſinus auribus intumeſceret, ſi viderit ſe per comparem comprehendi. Pretereavirorum illuſtriũ ſecularium cùm nullus inueniatur iuris peritus, hi præſides malè, & ineptè eſſe poterunt, cùm iudices per ſuam propriã iuris peritiam, non per alienam ſententias ferre debeant. iuxta. l. 1. tit. de los iuzgadores. lib. 2. ordin. Nec dubiũ eſt, quin præſidum nõnulli ſententias dicere debeant. Vt interim omittam ad præſidentium officium, & adminiſtrationem pertinere apud principem oratores exiſtere circa promotionem reliquorum iudicũ, quibus præſunt: at iuris imperitus de iuris peritia iudicum dignoſcere, aut verba facere non poterit. Deniq; cùm totius reipublicæ ſtatus, ſalus, tranquillitas, adminiſtratio plerunq; in ipſis præſidentibus ſita, collocataq; ſiet, inq; eos pijſsimi noſtri principes regiminis totius habenas conferre & ſoleant, & debeant, reipublicæ autem adminiſtrandæ, tuendæ, conſulendæ, & ſaluandæ ars & diſciplina nulla alia ſit, quàm iuris, legumq; peritia, vt poterit, qui talem peritiam neq; ſummo digito attigerit, rempublicã gubernare? Vt interea omittam, quòd huiuſmodi



iuſmodi imperiti proceres, legum traditiones, quæ ad reipublicæ incolumitatẽ, tranquillitatemq; feruntur, nouiſſe, inde eorum, vile, abiectumq; putant, tantum abeſt, vt huius rei notitiam profiteãtur. Quibus occurrere deberet non ſat laudatus Imperator Iuſtinianus, qui in procœmio Inſtitutionũ ſcriptum reliquit, Rẽpublicam, Imperatoriſq; maieſtatem legibus armari. Ergo iſti proceres, legum nõ modò ignari, ſed etiam contẽptores, inermes erunt, inermemque rempublicã hoſtibus innumeris vndiq; obſitã habebunt, vt qui his rempublicam adminiſtrãdam commiſerit, ſimilis videatur ouibus, quæ dum fœdus cum lupis inire ſtudebant, obſideſq; dare ex conuentione deberent, canes tradiderunt, ſicq; canum prędidio deſtitutæ, inermes relictæ perierunt. Vt apud Aeſopum confabulatur. Atqui non is mos erat temporibus diui, inuictiſsimique Cæſaris Caroli. V. principis noſtri. Nec vllus ignorat, quin meliùs agatur cum Republica, quæ malis moribus conſtanter vtitur, quàm cũ ea, quæ bonis, ſed inconſtanter. Vt apud Thucidydẽ ex Cleonis ſententia & oratione refertur. Tantum abeſt, vt probanda ſit leuitas, inertia, inſaniaq; eorũ, qui priſcis bonis moribus fugatis, ſuſpectos, ineptoſq; accerſere ſtudent, vt pijſsimorum principum noſtrorum ſubſtantiã, quam ex ditiſsima, & opulentiſsima, tenuem, anguſtamq; reddiderunt, funditus exhauſtam redigant, eamq; depopulantes, ipſimet diuitias, opeſq; immenſas comparent. Hoc enim eſt ſignũ, hic eſt ſcopulus, quem tyrannorum iſtorũ minatur arcus, eò tendit fallax eorum ratiocinatio & ſtrepitus: nec tam feruet æſtu pelagus cùm flamma inter nubes coruſcat, quàm feruet eorum in rebus nouandis cupiditas, quæ vt gratiſsima eſt, teſte Ouidio lib. 3. de Ponto. dum ait,

*Fabula.*

*Eſt quoque cunctarum nouitas gratiſsima rerũ.*

ita quoq; ſuſpecta, & periculoſa eſt ex ſententia Cornelij Galli, qui ſic cecinit.

*Euentus uarios res noua ſemper habet.*

313 Rerũ nouandarum appetẽtiſsimi ſunt hominum ſolertiores, teſte Cleone, quẽ refert Thucidydes lib. 3. belli Pelopon. cuius oratione hac in parte nihil vnquã grauius, certius, & cõſultius dici, aut moneri potuit. Perniciosſimum (inquit) eſt ſi apud nos nihil eorum, quæ decreueritis, ſtabile erit. Nec intelligimus meliùs agi cum ciuitate, quæ malis legibus dũ conſtanter vtitur, quàm peritiam cum immodeſtia: ac tardioris ingenij homines adminiſtrare commodius plerunq; ciuitates, quàm ſolertioris. Nam iſti tũ legibus ſapientiores videri, tum ſemper excellere dicendo in conſultatione reipubli. volunt, tanquam nulla ſit alia materia maior, vbi vim ingenij ſui oſtẽdãt, vnde in multas calamitates ciuitates incidũt: illi ſuæ peritiæ diffidẽtes, nõ abnuũt ſe legib⁹ eſſe imperitiores: & cùm inualidiores ſint, quàm vt bene dicentis orationem refellant, potiùs ex æquo ſunt iudices, quàm concertatores, ideoq; eis plerunq; feliciter cedit. Hæc ille. Qui cùm homines reipublicæ pernicioſiores quaſi indice ſummo oſtẽdere vellet, rerum, morum, legumq; nouandarum cupidos

*Grauis ſententia Cleonis.*

314 homines deſignauit. Quib⁹ opportunè concinit cõſulta, grauiſq; philoſophi ſentẽtia, dum ait. Sicut animalium optimũ eſt homo lege, & ratione fruens: ita omnium animalium peſsimũ eſt homo à lege ſeparatus. Quales ergo eſſe dicemus huiuſmodi tyrannos, qui ſacrarum legũ non modò ignari, ſed etiam contemptores ſunt, qui legum dogma ſanctiſsimarum vile, abiectumq; putant, & nihili faciunt huius diſciplinæ profeſſores, eiuſque peritiam contendunt, profiteturq; rem eſſe otioſam, inanem, inutilem, inſa-

*Grauis philoſophi ſententia.*

315 nam? Atqui leges immaturo conſilio aliquando, ferri non abnegarim, qualis eſt illa, ne aurum, argentúmue à noſtra Hiſpana regione in exteras exportetur prouincias,

*Leges Hiſpanorũ inconſultæ.*

uincias,etiam ſi Chriſtianorum (quibus
cum cõmercium nobis eſt, fuitque ſem-
per)ditione teneantur.Quæ res,quæque
prohibitio planè efficit,vt lõgè maiorvis
auri,argẽtiq́; exportetur, quàm ſi extra-
here aurũ, argẽtumq́; cuiq; liberũ eſſet.
Nam cùm patria noſtra ſuapte natura
omni auri,argentiq́;,& reliquorum me-
tallorum genere abundet,& pręterea ab
Indorum regionibus immenſa vis auri
& argenti ab noſtrorum plurimis repor
tetur,& inuehatur in noſtram Hiſpaniã,
euenit,vt omne mercium genus,omnes
q́ue res,quæ alijs in locis naſcuntur,edũ-
tur,aut fabricantur,huc confluant, & à
mercatoribus cõferãtur,qui vice mutua
aurũ noſtrũ, argentũq́; reportant. Illi. n.
nobis opera ſua merces vndiq; collectas,
fructus,& reliqua id genus nõ gratis of-
ferunt,ſed cõferunt iuſti valoris pretij ue
tantundẽ auri aut argẽti reportaturi ,per
mutantes,nõ dono dãtes. Ergo qui vult
cõſequens, oportet vt velit antecedens
neceſſarũ ad illud . l.illud.ff.de acq .her.
Sicq́; ſi Hiſpaniarũ gubernatores, proce
res,principes,legiſlatores volũt ædes ſuas
omni ſupellectiliũ genere ab exteris gen
tibus fabricato eſſe ornatas,decoratas,re
fertas,vice verſa vt aurũ, argẽtumq́; Hi-
ſpaniæ natum in exteras regiones eueha
tur,educaturq́; vt velint neceſſe eſt. Ne-
que ad rem pertinet,ꝙ loco merciũ, quæ
huc inferuntur,aliæ rurſum merces hîc
innatæ illuc quoq; referri poſsint. Nam
quæ aliũde huc cõferũtur, longè plures,
& ꝑtioſiores ſunt, quàm quę hinc illuc
reuehuntur,ſicq́; quod deeſt,auro, argẽ
toq́; noſtro vt ſuppleatur oportet. Nec
aliter nobis euenit,ſi cum Indorũ homi
nibus cõferamur. Nam mercimonia no
ſtra illuc quotidiè, & inceſſanter tranſ-
uolant,ſuaq́; iſthuc ſimiliter reducũtur,
& tamẽ quia noſtra & plura ſunt & pre
tioſiora, Indorũ auro & argento inęqua
litas ſuppletur. Nec abſimile eſt,quòd ru
ſtici oẽs omnia ſua vrbanis conferunt,vt
mutua vice aurũ,argentũq́; vrbanorum
referãt.Ergo quãdiu nos Hiſpani potiri
rebus,operibusq́; exterarũ gentiũ volue
rimus,tãdiu illi vt auro,argẽtoq́; noſtro
potiantur,ſecumq́; reportẽt, neceſſe eſt.
Ecquid ſi negotia eccleſiaſtica, & benefi
cialia,quę innumera ad Hiſpaniã noſtrã
ſpectantia quotidiè Romæ expediũtur,
vitari poſſent,aut quæ Flandriæ, Siciliæ,
Aragoniæ,Portugalliæ,Angliæ,Galliæ,
Germaniæq́; fiũt,non temerè diceremus
vetito omniũ exterarũ gentiũ cõmercio
noſtrũ aurũ,& argentum hîc mãſurum,
tuncq́; nullius omnino vtilitatis futurũ?
Verùm cùm exterarũ gẽtium cõmercia
vitari nec poſsint,nec expediat,futurum
neceſſariò eſt, vt aurũ noſtrũ illis,& bo-
na illorum nobiſcũ cõmunicentur. Et le
ges noſtræ,quę aurũ,& argentũ,& pecu
niã numeratã extrahi vetuerũt, in eo tã-
tùm vtiles, aut iuſtiùs ridẽdæ ſunt,quòd
occaſionẽ præbuerũt,vt plus auri, & ar-
gẽti extrahatur,quàm ſi latę nõ fuiſſent.
Quia cùm innumera Hiſpanorũ nego-
tia in exteris regionibus neceſſariò expe-
diẽda ſint,ad quorum expeditionẽ pecu
nia num.opus eſt,quam extrahere legũ
pœnaliũ metu Hiſpani non audẽt, eue-
nit,vt per medias perſonas exterorũ, pu-
ta Ianuenſiũ, & ſimiliũ,aurũ,& argentũ
ad eam rem exportẽt,& periculũ expor-
tandi ingenti pretio redimere cogantur,
vt quod negotium Romæ bis centũ au-
reis (ſi pecuniam extrahere liberũ foret)
expediri poſſet,hodie propter legũ pro-
hibitionẽ tercẽtũ aureis vix expediatur,
ſicque quò magis ac magis creſcit im-
penſa, eò magis ac magis creſcit auri ar-
gentiq́ue extrahendi neceſsitas, quod
in negotijs, tam proprijs, quàm alie-
nes probè edoctus, & expertus ſum.
Illæ ergo leges prohibitiuæ non mo-
dò vtilitatis adferunt nihil, ſed etiam
damnum reipublicæ inferunt non le-
ue. Vt interea omittam quantæ vexa-
tiones, & moleſtiæ illinc naſcantur,
quantæ



quantæ prædæ,quantæ rapinæ,& incur-
ſiones ab iudicũ, prætorúmq; miniſtris,
& ab ipſis interdum iudicibus fiant, aliá
que tam inhoneſta, quæ honeſtè referri
316 non poſſunt. Nec abſimiles ſunt leges il
*Leges Hiſpanæ incõſultæ.*
læ,quibus prohibemur veſtes auro deco
ratas,& oſtro geſtare. Illæ enim quaſi di-
tioribus conſulere videntur in lęſionem
pauperum, qui victum quærunt ex tali
pretioſarum veſtium,& ſimilium rerum
fabricatione. Per contrarium aliæ fiunt
leges, quæ potiſsimùm tenuiorum com
modum reſpiciunt in læſionem ditiorũ,
quales ſunt illæ,vt frumentum, hordeũ,
triticum, annona, & ſimilia certi pretij
metam egredi,dum venduntur,non poſ
ſint, ne pauperes, qui neceſsitate rei fa-
miliaris laborant, opprimantur. Sicq́ue
iſtarum legum,& ſimilium pleræq; non
bene ſibi conſtant,ſed alię alijs aduerſan
tur,& pugnant. Quamobrem & legum
latores, & earum profeſſores vulgò ma-
lè audiunt, ſed non iure: quia huiuſmo-
di leges nõ à iure peritis fiunt, ſed magis
à ciuitatum defenſoribus(qui iure periti
non ſunt)dum iuſſu Principum noſtro-
rum ciuitatum procuratores,ſeu defen-
ſores concitantur,& conueniunt reipu-
blicæ cõſulendæ cauſa (quod negotium
317 Hiſpani Cortes appellamus.) Præter has
*Leges tueri nullius tam intereſt, q̃ Regis.*
ergo leges ab imperita hominum turba
latas, reliquas leges ſacratiſsimas (quæ
quaſi quodam numinis afflatu latæ vi-
dentur)nõ obſeruari, & venerari, turpe,
impium,flagitioſum,nefandũ,& omniũ
rerum pernicioſiſsimum eſt: præſertim
quo ad Principum maieſtatem, impe-
rium, & authoritatem: regnat enim le-
gis authoritate, quæ lex ſi vileſcat,& de-
bilitetur, regnum quoq; vt vileſcat,debi
*Cicero.*
litetur,& ludibrio fiat, oportet. Leges er
go ſacratiſsimas non tueri,& venerari,in
ciuibus impietatis eſt:in principibus ve-
rò(quorum potiſsimùm intereſt)nõ im-
pietatis modò,verùm temeritatis,& im-
prudentiæ, apertæq́; dementiæ,ac igna-
uię eſt. Quod cùm Princeps facere cœpit,
reliqui omnes perficere occipiunt. Nam
(teſte Cicerone)quales in republica prin
cipes eſſent, taleis reliqui ſolent eſſe ci-
ueis. Regisq́; ad exemplum (vt Poëta ce-
cinit)totus componitur orbis. Et vt idẽ
Claudianus de.4.hono. conſul. cecinit. *Claudianus*

*Nec ſic inflectere ſenſus*
*Humanos edicta ualent,quàm uita regentis.*
*Mobile mutatur ſemper cum Principe uulgus.*

Princeps ergo nihil vnquam conſultius
ſanctiúſq; facere poterit, quàm à legum
trãſgreſsionibus abſtinere,præſertim ea-
rum,quæ regij cenſus alienationes, inco
lumitati,& felicitati, ac perpetuitati rei-
publicæ inimicas vetuerunt. Nam cùm
princeps primùm cœperit iuris trãſgreſ-
ſor exiſtere, reliqui ciuium continuò nõ
tranſgreſſores modò, verumetiam legũ
contemptores eſſe incipiunt, inq́; ipſum
regale patrimonium impetum facere. Id
quod olim infauſtis temporibus Henri-
ci Regis, & ſimiliũ palàm fiebat, & ado-
leſcebat latiùs hoc malum, & properan-
tiùs,& longè turpiùs, fœdiùs, atq; inho-
318 neſtiùs. Nam qui maioribus, pleniori- *Ingratitudĩnis in reges occaſio.*
busq́; beneficijs à principibus ipſis hone
ſtati erant,ij,aut eorum nõ pauci,ipſum
principem quaſi proditorio more (quæ
ipſorum principum infelicitas, eorúmq;
amicorum perfidia eſt)peſſundare cona
bantur. Mirantur cuncti,vnde iſthæc in
principes perfida ingratitudo. Et quidẽ
ab ipſorum principũ ignauia, & ſegnitie
id fluere nouè aduertimus. Nã cùm Re-
ges ab alijs quaſi ſubiugati gubernãtur,
qui ab eis beneficia etiam ingẽtia accepe
runt, nõ tam ab ipſis principibus, quàm
ab eorũ gubernatoribus accepiſſe ſe exi-
ſtimant, illisq́; tantùm gratiam referunt,
qui vt talia beneficia conferrentur, prin
cipibus ſuaſerunt. Quibus accedit, quòd
princeps ille in ſummã rerũ adminiſtra-
tionem nonnunquam eligebat ineptos,
& impios, qui omne immaniũ, turpiúm
q; facinorum genus admittebant in ca-
lamita-

lamitatem primùm,internecionemq́ue
conciuium,deinde in ipſorum principũ
excidium, poſtremò in ipſius religionis
cõtemptum. Sic enim gradatim eorum
impia, temeraria, & periculoſa tyrannis
adoleſcit, vt præclara, debitaq́; præmia
ipſi principes ab ipſis,quos ingentibus,
immeritisq́ue donis honeſtarunt, acce-
piſſe videantur,vt cùm eos conciuiũ bo-
na inuaſiſſe nõ iure permiſerint,iure bo-
na regalia ab ijſdem prodigantur inter-
dum, interdum verò occupentur,& de-
319 populentur. Et cùm peccator poſtquàm
in profundum peccatorũ venit, incipiat
religionem contemnere, euenit, vt igna
uia principum ciues tam perfidi, impij,
graſſatores,immanesq́ue fiant, vt ſtante
noſtra vera religione ſuis facinoribus ad
uerſa,ſalutem æternam deſperent, deſpe
rantesq́; nouum dogma appetere inci-
piant, quod facinorum impunitatẽ pol-
liceatur,vt(proh dolor)infauſtis tempo
ribus noſtris videre cœpimus. Quæ o-
mnia lamentabilia mala vix eſt, vt prin-
cipibus priſcis non ſint acceptò ferenda,
quorum ſegnitie gradatim adoleuerũt.
Nam teſte Seneca in Thyeſte,

*Nouorum dogmatum occaſio.*

*Rex ſi uelit honeſta,nemo non eadem uolet.*

Et cùm Regij cenſus adminiſtratio Sara
cenorum è genere, aut his ſimilium de-
ſcendentibus plerunq; commiſſa ſit, &
paulatim etiam reliquarũ militiarum,di
gnitatumq́; adminiſtrationes contra ius
omne,& bonos mores:.cúmq; hi ſtanti-
bus veterib⁹ bonis legibus,bonisq́; mo-
ribus cognoſcerẽt ſe expertes,& incapa-
ces ſimilium dignitatũ eſſe, & militiarũ:
cúmq; inſita ſua natura ſint dignitatũ,
nouarumq́; rerum appetentiſsimi, & or
thodoxis,Chriſtiq́; fidelibus infeſtiſsimi,
vt teſtatur lex in quaterno alcaua.vix eſt
vt non videantur nouũ dogma(ſi quod
emergere cœpit)fouere, & proſequi, re-
giumq́; patrimonium ſibi commiſſum
depopulari,& prodigere,vt ſic vires ener
uentur regiæ,Rexq́; fortè eijciatur,nouũ
chaos emergat, noui mores ingruant,
nouæ leges fiant,quibus ipſi reliquis ex-
æquẽtur,aut fortè potiores fiant: vt prin
cipes,qui eis ſuum cenſum,iſthæc nõ vi-
dentes, committunt adminiſtrandum,
planè cæcutire, aut ab alijs longè decipi
videantur.Nam huiuſmodi hominibus
aiunt nullum nomẽ tam infauſtum eſſe,
quàm regium,quod periturum,cùm pri
mùm facultates regiæ dilabi cœperint,
intelligũt:& in id principibus malè cau-
tis immenſas donationes,prodigioſáſq;
regij cenſus,ac effuſas elargitiones vt fa-
ciant, ſuadent, eo colore, quòd ſic ciues
habebũt amiciores, longéq; beneuolos.
320 Atqui nos didicimus illud vetus Pro-
uerbium eſſe, quòd plures inimicos fa-
cit inuidia,quàm iniuria.Quæ res eò per
tinet,vt cùm princeps regium cẽſum im
menſis largitionibus prodigere cœpit,
amicos fortè,& beneuolos hunc in mo-
dum captans,contrarium aſſequatur:nã
vnus, aut alter plus æquo donatus ma-
net,& reliquorum omnium ciuium tur
ba inuidet,indignatur,& Regi mala pre
catur, eúmq; odio proſequitur, ſicq́; eũ
principem bis facere ſtultè duco: nam
& ſua prodigit,& ciuibus moleſtiam ad
fert, inuidiam contrahit, & ciues amici
321 in inimicos vertuntur. Nec liberalita-
tem, quæ virtus regia eſt, damnare pro-
peramus. Sed vt Medici non eadem me-
dicamenta omnibus accomodant mor-
bis,ſed cùm calor ſupereminet, pharma
cum frigidum,cùm frigus eminet phar-
macum calidum, cùm ſiccitas humidũ,
cùm humiditas ſiccum,quia cùm his hu
moribus quatuor inter ſe cõtrarijs,& pu
gnantibus compoſiti fuerimus, ſi vnus
eorum plus æquo creuit, oportet illum
ad ſuam menſuram redigere. Sic & mo-
rales philoſophi,cùm animi morbos cu-
rare velint,non eaſdem ſentenrias accõ-
modant:ſed ſi prodigus eſt,laudant par-
citatẽ:contrà ſi auarus,benignitatẽ: ſi ti-
midus,fortitudinẽ.ſi temerarius,ęquani
mitatem

*Frugalitatis commendatio.*

*Animi medicandi modus.*



mitatem:ſi ſeuerus, lenitatẽ.ſi contrà ni-
mis humanus, ſeueritatẽ:quæ res eò nos
perducit,vt(cùm plus æquo polleat qui
buſdam virtutibus princeps,quæ regula
riter proximæ ſunt vitijs, & cùm menſu
ram egrediuntur,in vitia reuera trãsfor-
mantur)dum virtutes Principis effræ-
nas cohibere velimus,cõtraria vitia lau-
demus,& opponamus,vt ſic virtutes il-
læ ad ſuã redigantur,optatamq́; medio-
critatem.Nam vt Horatius cecinit.

322 *Inſani nomen feret ſapiens æquus iniqui*
*Vltrà quàm ſatis eſt,uirtutem ſi petit ipſam.*

*Mediocritatis ſumma laus.*

Tãta enim eſt laus,& virtus menſurę,&
mediocritatis,vt etiam in rebus honeſtis
plus æquo proſilire nõ deceat.Nec puta
uerit quisq̃ nos inuidere, aut vitio dare
principis beneuolẽtiã in amicos,ſed ſua-
demus, & hortamur, vt ſi illi adeò ſibi
placuerunt, properet ipſiſmet,vt ſimilis
fiat,vtq́; ipſi ſuũ cenſum,opes, fortunas
nõ cõſeruare modò,verùm augere quo-
q; nimio ſtudio laborant: ita quoq; ipſe
princeps regiũ cẽſum ſi augere nolit,ſal-
tẽ incolumẽ relinquat,pręſertim cùm id
ad reipublicæ ſalutẽ,quietem,tranquilli
tatẽ,& authoritatẽ ſpectet.Sic enim fiet,
323 vt ſuũ conſeruet,inuidiam, odiumq́; ci-
uium effugiat,peccãdi occaſionẽ remo-
ueat. Nam cùm ingẽtia,immẽſaq́; dona
princeps in vnũ,aut alterum cõfert,reli-
qui, qui hac ceſſante occaſione æqui,&
boni forẽt, indignãtur,indignãtesq́; ma
lignari,furari,prædariq́; incipiũt fiſci bo
na,iudicia venundantes,reliquaq́; id ge
nus facinora perpetrãtes,vt ſic diteſcant
ad mẽſuram cõciuium,quibus immeri-
ta,immẽſaq́; dona Princeps pręcipiti ma
nu cõtulerat.Nam ex Henrici Regis in-
324 conſulta prodigalitate & aliud malũ ef-
fluere cœpit, vt officijs,militijs,muneri-
busq́; ſuis neglectis,aut perperàm, oſci-
tãterq́; adminiſtratis, omnis ciuium cu-
ra, ſtudium,diligẽtia, cõſilium,opera in
principalibus elargitionibus aucupãdis,
& captandis abſumeretur. Et in ſumma
turpe,& flagitioſum ſemper fuit princi-
pibus ſuum cẽſum abijcere,quaſi eiuſdẽ
morbi eſſe intelligatur ſua prodigere,&
aliena rapere,poſitaq́; principis prodiga
litate,nõ poſsit nõ ſequi rapacitas,violẽ-
tia,iniuria,tyrannis,iniquitas.Qua in re
decipiuntur Principes ſpecie recti, quia
exercent tyrãnidem,dum liberalitatẽ,&
benignitatẽ adulatorũ (principibus cer-
tiſsima peſtis)ſuaſu captant.A familiari-
bus enim vix vnquã Principes vera de ſe
325 audiunt,teſte Antiocho. Qui dũ venãdi
ſtudio plus æquo teneretur, in caſamq́;
hominũ pauperũ fortè ſolus incidiſſet,
vbi à nullo dignoſcebatur, ſermoq́; de
Antiocho Rege fieri cœpiſſet,aiebant il
li Anthiochũ in reliquis bonũ eſſe Prin-
cipem,familiaribus tamẽ, amicisq́; flagi
tioſis vtentẽ,qui eum nunquam admo-
nuiſſent,vt nimio venãdi ſtudio captus,
reliquarũ rerum,& publicarũ,& priuata
rum oblitus eſſet.Qui poſtq̃ in caſam il-
lam cõueniſſent ſatellites ſui,ac familia-
res, palàm edixit, Nimirùm ex quo die
vos ſumpſi,heri primùm vera de me ipſo
verba audiui.At quãtò certiùs,& iuſtiùs
Henricus, & ſimiles de ſuis familiaribus
idẽ teſtari, & cõqueri poſſent,qui nõ ad
inanẽ,laborioſam, ingloriamq́; venatio
nẽ adſpirãt,ſed ad prædã,rapinã,opes,di
uitias, & proinde ſummos honores.Dat
enim cẽſus honores,teſte Ouid.Nam &
Lucret.lib.5.de natura rerum.ſic cecinit.

*Peccandi occaſio ex Principis prodigalitate.*

*Magiſtratus incuriæ occaſio.*

*Antiochi hiſtoria.*

*Aurumq́; repertum,*
*Quod facilè,& ualidis,& pulchris dempſit honorẽ.*
*Diuitioris enim ſectam plerunq; ſequuntur*
*Quamlibet & fortes,& pulchrò corpore creti.*

326 Sicq́; noſtrorũ Principũ familiares quò
maius cõmodum ſibi ſperant,& pollicẽ
tur ex mẽtitis,& fucatis ſuaſionibus prin
cipũ captãdorum cauſa excogitatis,atq;
inuentis,eò magis, maioreq́; conatu eos
decipere ſtudẽt,à quibus ipſi(ſi ſapiunt)
longè magis, q̃ ab hoſtibus acerrimis ca
uebũt.Nec decipiantur illis Comici ver
bis,quæ ſæpe volitãt circum aures Prin-

*Principum hoſtes qui.*

cipum,dum ait, Facilis ego ſum,nõ poſ-
327 ſum aduorſari meis.Nam principem ni-
hil vnquam magis dedecet, qui eſſe de-
bet immobilis, ſicut lapis angularis, &
polus in cælo.ex ſententia Bal.conſi.326.
Pridie.col.2.lib.1.quem refert Andre.Ti
raq.diſertiſsimus. de nobili.c.20.nu.24.
Principibusq́; ſecundùm eoſdem appoſi
tiſsima ſunt illa verba, Quod ſcripſi,ſcri-
pſi.dummodò præcedat maturum con-
328 ſilium. Quale profectò cepiſſe nobis vi-
debuntur,ſi cum tribus hominũ generi
bus negotiari deſierint. Quales ſunt ex
regionibus exteris Ianuenſes,& ſimiles.
Ex noſtris autem mercatores, & omnes
præterea illi, qui ex Saracenorum, hiſq́;
ſimilium genere deſcendentes nuperri-
mè dogma noſtrũ, noſtramq́; Chriſti re
ligionem didicerunt, & ſuſceperũt. Ve-
teres enim mirabãtur, quomodo iſthæc
tria hominum genera tã celeriter Hiſpa
niæ diteſcant,& ex pauperibus citiſſimè
ditiores euadant, cùm reliquis Hiſpano
rum non ita contingat. Alij, ꝙ illi nobis
ſunt ſolertiores, ac diligentiores. Alij, ꝙ
rerum agẽdarum peritiores. Alij, ꝙ ſua-
pte natura perſpicaciores, ac vigilantio-
res. Alij alias cauſas,rem ipſam, minimè,
aut parum feliciter attingẽtes, ediderũt.
Nobis autẽ hanc rem penitiſsimè inſpi-
cientibus, hæc cauſa ſedet, ꝙ ea tria per-
ſonarum genera lõgè liberiùs,effrænaq́;
libertate,nullis religionis legibus adſtri-
cta, & deuincta negotiãtur. Nos autem
cõtrà diuini numinis metu, religioniſq́;
intuitu fœnus improbũ effugere,ab cõ-
mercijs vetitis abſtinere, fraudes, machi
nationes odio habere, nullum lucrum,
niſi parcum, & moderatum admittere.
Qui ergo nobiſcũ verſatus fuerit, ac ne-
gotiatus,lugebit nunquam: qui verò cũ
illis, ocyus vento debilitabitur, & ab o-
329 mni ſubſtantia exutus,nudatusq́; mane
bit. Hinc illi ingentes vel momẽto tem-
poris copias, opes, diuitias comparant.
Quibus principes noſtri ſubſtantiam dũ
committunt adminiſtrandam, rebus ſuis

*Princeps conſtans.*

*Tria hominum genera, qui citò Hiſpaniæ diteſcunt, fugienda.*

*Regiarum facultatum fraus turpiſſima.*

peſſimè cõſulũt.Illi enim mercatores,re-
liquiq́;,de quibus mentionẽ habuimus,
dũ nomine regis negotiantur, cũ ſemet
ipſis cõtrahũt, accerſitis ſubditiijs per-
ſonis,vt quaſi cũ alijs nomine regio ne-
gotiari videantur, & tamẽ cũ ſemetipſis
negotium fit,geminam,bináme perſo-
nam agentes, emptoris nẽpe, & vẽdito-
ris,locatoris,& cõductoris. Qualis ergo
regius cẽſus manebit, cùm ipſe emptor
pretium deſignet rei venalis,aut ipſe cõ-
ductor mercedem pro re conductitia de
ſignandam? & tam principes ipſi dece-
pti ſunt, vt id ſibi expedire mẽtientibus
credãt.Suntq́; alia his etiam turpiora ma
la, quæ nominari ideò prætermittimus,
ꝙ tam inhoneſta ſunt, vt honeſtè referri
nequeant.A quibus(quæ noſtra diuina
tio eſt)princeps non antea liberabitur,ꝙ̃
regij cenſus, publicarumq́; rerum curã
& adminiſtrationem profanis ademerit,
inq́; probatiſsimas eccleſiaſticorum per
ſonas de atauorum more traduxerit.
Nam quòd Rex in cõſiliarios ſibi præla
tos,reliquaſq́; eccleſiaſticas perſonas ſi-
bi aſciſcat,ſummis laudibus ſemper pro
batũ fuit,quaſi hi reliquos hominũ mo-
ribus & doctrina lõgè anteire intelligã-
tur:quæ res,experientia monſtrante,eui
dentior eſt,ꝙ̃ vlla contentione egeat. Id
quod etiã traditur in tract.de vtraq; po
330 teſtate ſecu.& regia.c.143.Nec enim de-
ſunt,qui Principibus tyrannidẽ ſuadere
conẽtur, quiq́; dum nocte in lecto cum
vxoribus ſuis garriũt,reipublicæ arcana
pueriliter depromãt, & noua vectigalia
reipublicæ noxia ſuadeant,vt totius po-
puli ſubſtãtia, facultates,fortunæ,opes,
diuitiæ ad principem (vt flumina ad bi-
bulum mare)confluant,vnde ipſi com-
pilent,& rapiant.Quiq́; dum litium,re-
liquorumq́; negotiorum cauſa conue-
niuntur, faſtidiant, quia dulcem comi-
tem ſuam intermittere coguntur, & ni-
mio vxorio negotio premuntur.Quiq́;
regiarum facultatum alienationes teme
rè ſuadeant,vt ſic innumeri ciuium per-
petuo

*De ead.re.*

*Clericorũ & profanorũ contraria nota.*



petuo vaſallitio,iugoq́; ſeruitutis impio
premantur, Hiſpanæq́; opes, & lamen-
tabile regnum eruatur, vtq́; innumeri,
& miſerandi ciues prædæ fiant tyranno
rum paucis. Quiq́; ſuadeant, vt contra
legem.1.titu.6.lib.2.ordina.militiæ ſcri-
ptoriæ,quas Hiſpanè Eſcriuanias appel-
lamus, vendantur,quæ gratis eſſent cõ-
ferendæ, ne Tabelliones, quod pretio
emerunt, pretio quoq́; vendere ſtudeãt,
vel maiori pretio, quàm par ſit. Quique
contra.l.1.titu.5.libr.2.ordina.ſuadeant,
vt plures militiæ pariter, eodemq́; tem-
pore vni met conferantur in perniciem
reipublicæ, cuius magnoperè intereſt,
vt ſinguli hominum ſingulas militias
exerceant, quò breuiùs,maturiuſq́; rei-
publicæ negotia expediantur. Quiq́; cõ
tra.l.7. titu.11. libr.2.ordina.ſuadeant, vt
noua vectigalia imponantur citra inter
uentum defenſorum ciuitatum, vt per
hunc modum ſuppleatur regium patri-
monium, quod ipſi antea cõpilauerant.
Quique ſuadeant, vt impij ſacrarum le-
gum contemptores principibus adhæ-
reant,ne ſit qui eorum effrænæ rapacita
ti, ardentiq́; auaritiæ ſeſe opponat.Qui-
que ſuadeant, vt contra.l.1.tit. de los al-
caldes.lib.2. ordina. iuris imperiti in iu-
dices eligantur, vt omnium legũ tranſ-
greſsio,& malignandi licentia liberior
ſit, ipſorumq́; laicorum imperitia non
erubeſcat, cùm iudices quoque ſint im-
periti. Quique ſuadeant, vt mercatores,
genus hominum mendax, infidum, nu-
mini, atq́; hominibus inuiſum,non mo
dò rebus agendis,ſed etiam iuri dicen-
do, iuſtitiæq́; miniſtrandæ interſint, ne
dicam, præſint, in certiſsimam iuſtitiæ,
& Reipublicæ calamitatem, atq́; inter-
necionem. Illi enim illecebris, merca-
torijsq́; fraudibus de more animos pro-
bè docti corrumpunt, omne fas,atq́; ne-
fas miſcent. Omnia apud eos venalia
ſunt, ius, pietas, religio. Quibus aptari
poſſunt illa Lucani verba.

*Mercatores.*

*Venaleſq́; manus ibi fas,ubi maxima merces.*

Iſthæc autem peſsimæ profanorum iſto
rum Regibus impiè conſulentiũ ſuaſio
nes, quæ aliò non ſpectant, quàm vt ipſi
cum certo,& indubitato reipublicæ ex-
cidio diteſcant,quàm ſint alienæ à pijſsi
mis eccleſiaſticorũ moribus,& conſilijs,
longè euidẽtius eſt, quàm vt vlla demõ
ſtratione egeat. Quæ omnia optimorũ
virorum, & prudentium ignorat nul-
lus:non tamen ſat probabitur hiſtrioni-
bus,lenonibus,& paraſitis,genus homi-
num viliſsimum, & impuriſsimum, ſi-
mulq́; mendax, & infidum. Nam vt ait
Comicus, Ait quis,aio: negat,nego: de-
niq́; imperaui egomet mihi omnia aſſen
tari. Iſti enim cùm non ignorent quàm
proxima ſint vitia virtutibus, decipiunt
homines ſpecie recti. Nam heroẽn, &
magnatem, qui eſt prodigus appellant
largum,& liberalem, benignumq́;:eum
verò,qui eſt timidus, & veluti captiuus,
appellant beneuolum,pium,& placidũ:
eum verò, qui eſt incautus, improbus,
iners, diſsipator,& veluti cereus, procli-
uiſque ad inertiam, & prodigalitatem,
(quem nos Hiſpanè perdido, è guillote
vocamus)appellant optimum ſodalem,
& commilitonem. Et huiuſmodi men-
titis nominibus, ingentes copias, opes,
diuitias comparant, tractas ab illis,quos
falſis nominibus,mentitiſque encomijs
extulerunt: quos poſtea nudatos,ſpolia
toſq́; rident,deriſos,illuſoſq́; relinquũt.
332 Illud autem profanorũ peculiare,& la-
mentabile vitium eſt,& Principibus per
nicioſiſsimum. Solertiores enim viros,
& præſtantiores reipublicæ tuendæ ſal-
uandæque aptiſsimos, ab ipſorum prin-
cipum familiaritate, amicitia, famulitio,
& miniſterio longè ſeparant, ſegregant,
& dimouent, ne aliquando principibus
grati, placidiq́; eſſe incipiant, vt infauſtis
noſtris temporibus (quæ iſtorum tyran
nis eſt) præſtet eſſe indoctum,quàm eru-
ditum: ignauum,quàm ſolertem: tyran-
num,

*Paraſiti.*

*Tyrannidis exemplum.*

num, quàm iuſtum: iniquum, quàm pium: inertem, quàm expertum, & conſummatum: improbũ, quàm bene morigeratum: proteruum, quàm modeſtũ: turpem, quàm honeſtũ: timidum, quàm fortem, aut magnanimum: garrulum, quàm pudicum: temerarium, quàm moderatum, & prudentem: inquietum, quàm ſedatum: immitem, quàm placidum, & manſuetum: teterrimum, quàm purum: vafrum, quàm veridicum. Quæ omnia ab eccleſiaſticis perſonis longè ſunt aliena: qui cùm eorum apud Reges pollebat authoritas, ſolertiores, & præſtantes viros ad regum familiaritatẽ, obſequium, & miniſterium omni conatu, ſtudio, & diligẽtia exquirebant. Et cùm qui verum audire nolit, eius ſalus (teſte Cicerone) deſperanda ſit: ſi quis principum iſthæc audire nolit, eius ſalus deſperanda meritò videri debet.

*Imprudens Præſidentis conſilium.*

333 Memini enim ſummi Senatus Regij Præſidentem (cuius anima quieſcat in pace) cùm de Proconſulibus, ſeu præfectis ciuitatum eligendis ageretur, dixiſſe, populares quidem, non autem Iure peritos deligi oportere. Nimirum illius collectio, quam & ipſe reddebat, ea erat, quòd illi ſolertiores, peritioresque in publicis rebus adminiſtrandis, quàm iure periti ſibi viderentur. Nobis autem reluctantibus, obijcientibusq́;, quòd ab hinc annorum tria millia, virorum prudentiſsimi in id tantùm leges ſummo ſtudio, cura, vigilijs, diligentia excogitatas condiderunt, vt commodiùs conſultiusq́; reſpublica gubernaretur, vt ſic huius diſciplinæ profeſſores patriæ tuendæ, & ſaluandæ, & publicis rebus agendis non poſsint non eſſe popularibus, militibusque aptiores, vt Imperatores etiam ipſi agnouerunt in.l.aduocati. C. de aduocat.diuerſ.iudic.& in.l.prima.ff. de iuſtit.& iure. nullum ſanè Præſidens ille reſponſum dedit, obmutuit. Et ſanè miranda erat hominis illius turpis ſtultitia, qui illius artis profeſſores ad ipſammet artem exercẽdam reliquis minùs aptos, minuſq́; acommodatos eſſe cenſeret. Abeant ergo procul, qui ſtultum profanorum iſtorum dogma ſequuti, veteres ſacratiſsimas leges, ſanctiſsimosque mores ſuis ineptijs euertere conantur.

*Monachis humana interdicta.*

334 Reuertamur ad priſcas leges, & atauorum mores, quibus Præſules, prælatos, antiſtites, iuſtitiæ reddendæ munus obire nõ decebat modò, verumetiam oportebat, monachis tantùm exceptis, quibus conſultiſsima lege.2.titu.de los juezes.lib.2.ordina.id interdictum fuit illis verbis, Ni el que fuere de religion, porq̃ mẽguaria lo que es tenudo de hazer en ſeruicio de Dios, y de mas ſeria ſin razõ, que al que deſampara el mundo le dieſſen à oyr, è librar los hombres. Quorum verborum ſenſus eſt, Monachum munus iudicandi, vel aliud, quod eum retrahat à vita contemplatiua, obire non poſſe: nec decere eum, qui hoc ſeculum, orbem, hominúmq; commercia, vt ad diuini tantùm numinis cultum ſe conferret, dereliquit, rurſum ad res humanas aſpirans, varius, inconſtansq́; reuolare. Nam & hac modeſta ratione ipſimet epiſcopatus, Præſulatus ſibi oblatos dedignantur interdum ſuſcipere. Et ſi qui monachorum tales dignitates ſuſceperint, inuiti ſolẽt ſuſcipere. Aiunt enim id non ſolùm vitæ contemplatiuæ, quam ipſi profitentur, aduerſari, ſed etiam voto ſubſtantiali paupertatis, quam ipſi vouent. Huiuſcemodi enim dignitates ſecum ferunt iniunctos reditus, ingentes opes, copias, diuitias ipſi paupertatis voto aduerſas, pugnantes, inimicas: ſecumq́; ferunt iuriſdictionem, & iniunctam iuris dicendi neceſſitatem monachis per leges iam citatas omnino interdictam. Et ſecum ſimiliter adferunt ſummos honores longè aduerſos humilitati, quã ipſi vouẽt, quæq́; inter



inter vota ſubſtantialia religionis connumeratur.

*De ead. re.*

Denique iſthæc dignitates palàm aduerſantur totius monachiſmi, ſtatúsq; monachalis tranquillitati, inducuntq́; inter monachos ingentes ſeditiones, tumultus, inimicitias, diſcordias, factiones. Nam poſtquàm huiuſmodi dignitates cœperunt confluere ad Priores monaſteriorum, ipſi monachi, cùm de Prioribus eligendis agitur, quaſi inter ſe digladiantes, ingentes factiones, inimicitias, tumultus mouere, quaſi iam non de Prioratu tantùm, ſed de Epiſcopatu, vel Archiepiſcopatu iam illi annexo, quodque inde ſperatur, agatur.

*Vox è cælo audita.*

335 Non aliter olim, cùm Conſtantinus Imperator celebratiſsimam illam donationem eccleſiæ Romanæ feciſſet, è cælo vox audita eſt, proclamans, Hodie infuſum eſt venenum eccleſiæ. vt noſtrorum non pauci referunt in rubrica.ff.vete. & in.l.bene à Zenone. C. de quadr. præſcrip. Nimirum nihil eſt vnquam, quod tam homines auertat à vera religionis tranquillitate, quàm ſummarum dignitatum ſpes propoſita. Idque egregius Poëta præſenſit, dum ait.

*Sed pars uiliſsima rerum*
*Certamen mouiſtis opes.*

Et reuera cùm Epiſcopatibus inſit, quam diximus, iudicandi neceſsitas, cúmque per ſuam propriam iuris peritiam non alienam iudicare debeant iudices.l.1.tit.de los juezes.lib.2.ordinam. conſequens eſt, Theologiæ profeſſores, vt iudicandi muneris expertes ſunt, & incapaces, ita quoque harum dignitatum obtinendarum incapaces non iniuria cenſeri. Sed quid non mortalia pectora cogit auri ſacra fames? Huius autem muneris iudicandi, & Reipublicæ ſtatum curandi onus ad Principem ſpectat potiſsimùm, qui ſingulis hebdomadis iſthæc facere iubetur. per.l.2.tit.14.libr.2.ordinam. ibi, E nos den cuenta cada Sabado de la ſemana de lo que acerca dello hizieren.

*Rex legum authoritatẽ adimens, ſibi ipſi iniurius eſt.*

336 Vt Princeps, qui authoritatem Magiſtratibus, legumque profeſſoribus ademerit, is ſibi ipſi authoritatem, noménque Regium ridendus ademiſſe videatur. Ridendúsque ſimiliter Rex ille ſit, qui leges regendi ignoret, ſed longè intolerantior, qui eas contemnat.

*Iudex nullus, niſi iure peritus.*

337 Licèt vix tolerabilis ſit, qui eas ignorat, cùm Principibus iniuncta ſit iudicandi neceſsitas, & onus, & per ſuam peritiam, iuriſque prudentiam quiſque, non per alienam iudicare debeat, tam de iure ciuili. vt in.l.2.§.poſt hos.ff.de origine iur. quàm de iure canonico. vt.c.1. in fine.de conſang.& affin.quod & iure regio procedit. vt dict.l.1. tit.de los juezes.lib.2.ordina.

*Epiſcopatibus aptiores Iuriſperiti, q̃ Theologi.*

338 Vnde cùm Epiſcopatus dignitati iniunctum ſit onus iudicandi, obtinuit conſultior opinio exiſtimantium ſacrarum legum canonicarum, & ciuilium profeſſores, Theologiæ doctoribus præferendos in Epiſcopatuum dignitatibus. vt per Decium in cap. ne innitaris. in fine. de conſtitu.in ſimili per Alexan. conſil.1.libro.2.nume.10. Panormita.in dict.c.1. num.9. de conſang. & affinita. Conſtat enim lites in lõgius proferri ex imperitia plerunque iudicantium. vt teſtatur.l.1.titu.4.libr.3.ordinam. Lites autem coarctari expedit reipublicæ etiam principaliter. vt ex receptiore ſententia alibi docuimus, & probat.l.5. titu.4.lib.2.ordinam. Qua lege iubemur omnes regij Senatores, Principem edocere, quemadmodum litium meta breuior fiat, cui ſummo ſtudio, curæ, & diligentiæ hæc res eſſe debet ex illius legis præcepto. Quòd ſi iſthæc non vacat curare, aut tot labores ſubire recuſat, aut dedignatur, Rex eſſe deſinat. Non enim conueniunt, nec in vna ſede morantur,

*Maieſtas, & otiũ non coëunt.*

339 aut pariter coëunt, Regia maieſtas, & quies, atq; otium. Extat enim memo-

rabilis cuiuſdam aniculæ audacia, quæ dum querimoniam apud Philippũ Regem Macedonum (alij aliter referunt) deferret, isque mulierculam multitudine, & tædio negotiorum exaudire recuſaret, auſa eſt reclamare, vt Rex eſſe deſineret, aut huiuſmodi querimonijs aurem patientem accommodaret, id,
*Patienter.* quod ille patienter effecit. Præclarum ſanè, & regium verè exemplum. Nam vt Boëtius ait.

*Herculem duri celebrant labores.*

340 *Principũ à uitijs pellendorum ſuaſio non inelegans.* Libidinibus, voluptatibus, & delicijs ſummi etiam principes nequeunt ſuperare plebeios, quibus libidinum, omníque deliciarum genere potiri, vti, & abuti poteſtas eſt, non ſecùs, quàm principibus, quinimò longè liberiùs, & leuiore nota. Nam vt Ouid. ait.

*Omne animi uitium tantò conſpectius in ſe*
*Crimen habet, quantò maior, qui peccat, habetur.*

Sed cùm Princeps conſulit patriæ, parcit afflictis, orbi dat quietem, ſeculo pacem, abſtinet triſtiſsima cæde, & impia tyrannide, reliquisq́; regijs virtutibus vtitur, tunc ad veram gloriam contendere, regiosq́; honores petere, plebeióſque longè anteire intelligitur. Id enim plebeius ſibi dare non poteſt, Princeps autem non dubiè & facilè poteſt. Paraſitorum ergo, lenonum, & adulatorum viliſsimum genus, qui Principes turpiſſimis libidinibus irretire, & inquinare conantur, tum multis nominibus, tum eò maximè Principibus ipſis inuiſum eſſe debet, quòd dum eos ad libidinem inuitant, viliſsimis hominibus ſimiles tantùm, paresq́; faciunt, eosque à regia gloria deijciunt, qua reliquos longè anteire licebat.

341 *Principis fandi copia quibus.* Iſthæc autem Principibus illis vix ſuaderi poſſunt, qui paraſitorum, adulatorum, reliquorumq́; hominum viliſſimorum ferè ſemper, & vndiq; circunueniuntur, vt viris honeſtis aditus ad eos nullus ſit, ſicq́; nullo honeſto viro repugnante, facilis victoria eſt turpiſsimis adulatoribus, viliſsimisque paraſitis: qui dum pro huiuſmodi flagitijs omni ſupplicio condigni erant, diuitiarum, opúmque onuſti geſtiunt, & garriunt, & gaudent. Et cùm ingenium omnium Principum, & reliquorum hominum gloriæ ſit auidiſsimum, ſuadent Principibus, vt cùm propter ſuam inertiam, veram gloriam Principe viro dignam aſſequi non poſsint, ſe ſaltem nobiles, inſignesq́; in rebus inanibus (ne dicam, flagitioſis, nefandis, calamitoſisq́;) efficiant, vt iſtorum vitia tam nobilitata ſint, quàm aliorum virtutes nobilitatæ fuerunt. Et vtinam verbis noſtris fides iure abnegaretur: ſed operibus
342 credite. Nanq; imperium noſtrum priſcæ virtutes ex paruulo, & ferè ignoto nobiliſsimum, ampliſsimum, potentiſsimúmq; effecerunt. Nos autem inglorij, imbelle, ignobile, tenuéq; redegimus, ne dicam, prodegimus. Nimirùm olim nihil pulchrius, præſtantius, illuſtrius, glorioſius apud Chriſtianos fuit, quàm bellica virtus, moderata, & ſancta religio, & reipublicæ gubernatio. Hodie autem ſummi honores, copiæ, opes, diuitiæ hiſtrionibus, lenonibus, paraſitis, adulatoribus deferuntur, vt pleriq; hominum etiam nobilium, poſthabita virtute tam bellica, quàm togata, ad ea viliſſima, turpiſsimáq; ſtudia ſe conferãt, quò diuitiæ, opesq́; confluunt. Nam vt olim, ita & hodie ſequimur omnes, q̃d vtilius putamus, pecuniam pleriq; honeſtati præferentes. *Hiſpani imperij declinatio unde.*

Quæ omnia mala, & reliqua id genus, ne Hiſpaniam noſtram quoq́; inuadãt, Principes noſtri pijſsimi ſummo ſtudio curare debẽt, & regij cenſus adminiſtrationem, ſi rectè fieri velit, vel ipſe ſibi mandet, vel probatiſsimis eccleſiaſticorum perſonis, infida mercatorum, ſimiliúmq; profanorum nimis ſumptuoſa turba remota, inque Regis Senatus, quaſi



quaſi poſtliminiò reſtituti, ſanctiſsimi illi de veterũ more antiſtites, Prȩſules, & ſimiles reuertãtur, præſertim quo ad iuſtitiæ, rerũq́; publicarũ adminiſtrationem.
343 *Mõſtrũ intellectuale.* Quale enim eſt corpus illud intellectuale, venerabiliũq́;, ac doctiſsimorũ ſenatorũ collegiũ, aut præſidente, & ſic capite omnino carere, aut (q̃d inconſultius eſt) Præſidentẽ laicũ, profanũ, iuriſprudẽtiæ expertẽ habere, quod illi mõſtro ſimillimũ eſt, quod Horati. depingit elegãter, dum in lib. de arte poëtica. ſic cecinit.

*Humano capiti ceruicem pictor equinam*
*Iungere ſi uelit, & uarias inducere plumas,*
*Vndiq; collatis membris, ut turpiter atrum*
*Deſinat in piſcem mulier formoſa supernè.*
*Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?*

Non aliter nobis obtigiſſe videtur, cùm
344 *Similitudo nõ inepta.* cœtui, cõuentuiq́; hominũ eruditorum adiungitur præfecti, aut Præſidẽtis loco homo literarum expers.

345 *Regi Hiſpano cõſilium non inſalubre.* Aptius ergo, & conſultius erit, vt tã præfectus, q̃ reliqui ſenatorũ ſint ex numero diſertorũ. Rurſum, ſanctiſsimũ, ſaluberrimum, & principibus noſtris vtiliſsimũ erit, vt de numero eccleſiaſticorũ famulitium Regis expleatur, cõſtetq́; prælatis, reliquisq́; eccleſiaſticis perſonis, potiùs, q̃ profanis. Nã cùm regiæ facultates penè exhauſtæ ſint, nec ad Regis obſequiũ, aut miniſteriũ profani, laicíue accedere, niſi longa mercede cõducti, dignẽtur, futurũ eſt, vt ad eccleſiaſticas pſonas miniſterio regio deputãdas deueniendũ ſit, qui & reditibus eccleſiarũ citra regij cenſus interitũ à principibus donari poſſunt. Et prȩterea cùm vxoribus, liberisq́; careãt, nõ tam diuitijs, opibúsq; congerẽdis dediti ſunt, quàm profani, vxores, liberosq́; habentes. Hactenus de iudicibus. Nam patronorũ turba cauſarũ, vel eo nomine ſolet malè audire, ꝙ litium excitandarũ materiã, & occaſionẽ captare ſoleat lucri faciẽdi gratia. Vnde facetè eo libro, quẽ Hiſpani El corteſano, appellamus, notãtur auaritię, nõ ſecùs, q̃ Medicinæ, & Theologię profeſſores. Ait enim ille omnia humana cõſtare re, corpore, & anima. Res aũt propter Iureperitos periclitari, corpus propter Medicos, anima ꝓpter Theologos: quaſi Iureperiti de rebus tãtùm alienis, nõ etiã de ſuis lites gerant: Medici autẽ conciuiũ tãtùm corpora, non etiam ſua pharmacis inuadant: Theologorum verò diſputationes, dogmata Chriſti ſanctiſsima vix quieta, & firma ſtare patiantur. *Facetè.*

Hactenus de ſucceſsionum creatione potiſsimùm Teſtamentaria diſſeruimus, in reliquis huius operis partibus, quæ deſunt, peracturi.

Excudebatur Salmanticæ apud hæredes Ioannis à Iunta.
Anno
M. D. LIX.